MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMI BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

SCRIPTORVM
TOMVS V.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCXLIIII.

TOMO SCRIPTORUM QUINTO CONTINENTUR

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Absoluta scriptorum qui res Karolorum et Ottonum inde a saeculo octavo usque ad undecimum tractaverunt editione, ad scriptores aevi Salici progressi, primo loco Annales minores in Germania nostra, Gallia et Italia ante obitum Lotharii imperatoris inchoatos atque per tempora subsequentia productos, magnam partem nunquam antea editos, proponimus. Sequuntur chronica minora, catalogi regum Langobardorum et imperatorum, nec numero nec mole sua reliquis huius aevi fontibus pares, quum maxima huius voluminis pars et totum quod sequitur Annalibus maioribus et chronicis universalibus expleatur. Quorum scriptores Herimannus, Lambertus, Bertholdus, Bernoldus et Marianus per tot saecula clari, una cum Brunone et annalibus Romanis hucusque ineditis, auctoritate praestantissimorum codicum, quos inter autographum Bernoldi librum laudare iuvat, integritati restituti, generalem historiam usque ad exitum saeculi

undecimi producunt, et iusto volumine comprehenduntur. Unum, quod inter eos locum sperare poterat, chronicon Cavense a Pratillo Tom. IV. novae editionis Historiae principum Langobardorum anno 1753. evulgatum, ut adulterinum recentioris saeculi foetum praetermisi. Reliqui historiae generalis Heinrici IV. Heinrici V. et Lotharii scriptores, Ekkehardus, Sigebertus, Annales Erphesfurtenses et Annalista Saxo tomo scriptorum sexto prodibunt.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 15. Kal. Novembr. a. 1843.

ANNALES OTTENBURANI.

Prima iam vice prodeunt ope duorum codicum, quorum alter membranaceus saeculi XII. a Bernhardo Pezio, Mellicensium decore, in monasterio Ottenburano prope Memmingam sito evolutus, hodie latet, cuius tamen

1) apographum, Pezii manu exaratum, inter schedas eius in monasterio celeberrimo servatur. Eius exemplar precibus meis atque Chmelii nostri a domino reverendissimo Wilhelmo Eder abbate Mellicensi concessum, et operam navante viro reverendissimo et de litteris bene merito D. Theodoro Mayer bibliothecario, transmissum, infra exprimitur. Cuius e latere sistimus

2) alterum annalium exemplar, quod a. 1827. *Oxoniae in collegio Magdalenensi ex codice N.* 73. *membr. seculi XII. ineuntis in 8*[vo] *exscripsi, annorum indicatione omnino carens, textu interdum minus bono, et annis duobus productum.*

Annales usque ad a. 1039. *cum annalibus Hersfeldensibus, quales in Hildesheimensibus, Quedlinburgensibus, Weissenburgensibus et Lamberti exstant, ea ratione conveniunt, ut modo ad hos modo ad illos propius accedant*[1], *nonnunquam modo Hersfeldensibus usitato textum annalium Laurissensium*[2], *Laureshamensium*[3] *aliorumque contrahant, et in universum quintum annalium Hersfeldensium exemplar se praebeant. Inde ab a.* 985. *praecipue annales Hildesheimenses, tum Lambertum exscribunt. Anno* 1051. *in utroque codice res complurium annorum confunduntur, et anno* 1073. *quaedam cycli magni primi notitia in cyclum tertium irrepsisse videtur.*

PARS PRIOR, EX ANNALIBUS HERSFELDENSIBUS DESUMPTA. A. 727—1039.

ANNO DOMINI

727. Sanctus Eggebertus migravit ad Christum.
731. Karolus auxilio Eudetis in Aquitania contra Sarracenos pugnat.
733. Eclipsis solis facta est.
734. Karolus perrexit in Fresoniam.
735. Karolus vastat Wasconiam.
736. Beda praeclarus doctor obiit.

1) nostri propius ad Hildesheimenses accedunt annis e. g. 893, 987, 995, ad Quedlinburgenses a. 788, 797, 812, 825, ad Weissemburgenses a. 746, 750, 764, ad Lambertum a. 766, 875, 887, 907, 972, 973, 974, 976, 982; plurimis tamen annis duos, tres, aut omnes aeque exprimunt. 2) e. g. a. 771—783, 788, 790, 794, 800, 801, 803, 807—812, 816, 823, 825—827, 829. 3) cf. a. 781.

738. Karolus in Gotia contra Sarracenos pugnat.
739. Karolus Saxones tributarios facit.
740. Karolus pervenit usque Massiliam.
741. Karolus mortuus est; cui filii sui Pippinus et Karlomannus succedunt.
744. Initium Fuldensis monasterii. 5
746. Sanctus Burghardus ordinatur episcopus primus apud Herbipolim, id est Wirzeburg.
747. Sanctus Wigbertus migravit a seculo.
750. Pippinus decreto Zachariae papae per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi rex appellatur, et Hildricus, falso rex vocatus, in monasterium tonsoratus mittitur.
753. Stephanus papa a Pippino defensionem petit contra Aistulfum regem. 10
754. Stephanus papa Pippini filios Karolum et Karlomannum unxit in reges.
755. Sanctus Bonifacius, qui et Winfridus, martyrio coronatur.
758. Pippinus Saxonibus tributum imposuit, ut quotannis 300 equos persolverent.
764. Pippinus rex magnum conventum habuit in Carisiaco.
765. Ruotgangus episcopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma adduxit. 15
766. Victi sunt Sclavi a Francis in Weidahaburg.
767. Pippinus rex, Aquitania subiugata, inde rediens, 8. Kal.[a] obiit, Karolo et Karlomanno regnum relinquens.
770. Bertha, mater Karoli, regina, de Italia veniens, filiam Desiderii regis Longobardorum secum adduxit in Franciam. 20
771. Karolus rex synodum habuit apud Valentiam, et eodem anno mortuus est frater eius Karlomannus 2. Non. Decembris.
772. Karolus, Wormatiae synodo habita, perrexit in Saxoniam, ubi Eresburg castrum cepit et fanum Erminsul destruxit.
773. Karolus ab Adriano papa invitatus, contra Desiderium regem Italiam ingreditur, et Desiderio 25 incluso, Papiam obsedit.
774. Karolo in Italia commorante, Saxones per confinia Francorum erumpentes, pervenerunt usque ad castrum Burtaburg[b]; qui etiam ecclesiam in Fridreslare incendere volebant sed non valebant. Karolus autem Desiderium captum in Franciam duxit.
775. Karolus Saxones et Westphalos vincit. 30
776. Innumerabilis multitudo Saxonum cum uxoribus et infantibus super Lippiam veniens, baptismum recepit.
777. Rursus apud Paderbrunnon Saxonum magna pars baptizatur.
778. Karolo in Hispania contra Sarracenos dimicante, Saxones partes circa Logonam fluvium vastant. Contra quos insurgentes Franci, fugarunt eos prope flumen Adarnam usque in locum qui 35 dicitur Lieschi.
779. Hildebrandus dux Spoletanus Karolo munera obtulit.
780. Karolus Romam pergens, Papiae natale Domini celebravit.
781. Karolus Romam cum domna Hildigarde regina pervenit. Ibi in pascha Carlomannum, filium Karoli, Adrianus papa baptizavit, quem etiam mutato nomine Pippinum vocavit. Ibi etiam Ruotdru- 40 dis, filia eius, Constantino imperatori desponsata est.
783. Hildigardis regina obiit. Karolus Fastradam duxit. Tunc etiam Saxones a Francis victi sunt iuxta villam Theotmalli. Tunc etiam Bertha regina obiit.
786. Sanctus Lullus archiepiscopus obiit; cui Richolfus successit. Signum crucis in vestimentis apparuit, et sanguis de coelo profluxit. 45
787. Eclipsis solis facta est.
788. Tassilo dux Baioariorum tonsoratus in monasterium mittitur.
790. Karolus natale Domini Wormaciae celebravit.
791. Karolus Avares subegit.
792. Coniuratio Pippini contra patrem suum, quae per Fardolfum publicata est et statim compressa. 50
794. Synodus in Franconovurd facta est praesente Karolo. Et ibi Fastrad regina obiit, sepulta estque apud Sanctum Albanum in Mogontia.
797. Adrianus papa obiit; cui Leo successit.
799. Leo papa lingua truncata excoecatus est et de pontificatu eiectus. Quem ferunt loquentem et videntem mox ad Karolum in villam quae dicitur Heristelli venisse. 55
800. Karolus natale Domini Romae celebravit, cum Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romanorum populo acclamatum est: *Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria.* Hoc tempore Constantinopolitanum imperium rexit Niciforus.
801. Amarmurmulus rex Persarum elefantum unum cum aliis donis Karolo misit, quae sequente anno allata sunt. Nomen elefanti Abulabaz. 60
803. Terrae motus factus est, et mortalitas subsecuta.
804. Leo papa in Franciam ad imperatorem venit.

a) *deest* Octobr. b) *corrige* Buriaburg *ex Ann. Lauriss.*

806. Karolus rex Beheimos vastavit.
807. Niceta patricius pacem fecit cum Pippino rege.
809. Karlus, imperatoris filius, Abotritos subegit.
810. Corsica insula a Mauris bis vastata est.
5 811. Karolus imperator Haidonem Basiliensem episcopum et quosdam alios legatos gratia confirmandae pacis ad Niciforum imperatorem Constantinopolim mittit.
812. Nortmanni Scottos aggressi ab eis victi sunt. Niciforus obiit; cui Michahel successit imperator Constantinopolitanus. Quo insequenti anno
813. monacho effecto, Leo imperator factus est. Pons apud Mogonciacum incendio periit. Richol-
10 fus Moguntinus archiepiscopus 5. Kal. Februarii obiit; cui Haistolfus successit.
814. Karolus imperator obiit; cui Ludoicus successit.
816. Leo papa obiit; cui Stephanus successit.
818. Ludoicus imperator Mormannum regem in Britannia vicit.
819. Ludoicus Iudith, filiam Welphi, uxorem duxit.
15 823. Lotharius, Ludoici imperatoris filius, Romam venit rogatu Pascalis papae.
825. Haistolfus archiepiscopus obiit; cui Otgarius successit. Hoc anno fertur puella quaedam annorum fere duodecim in territorio Tullensi ab omni cibo per decem menses abstinuisse. In Saxonia quoque viginti tres villae igne coelesti crematae sunt. Grando quoque multos extinxit.
826. Harioldus Danorum rex Mogontiaci baptizatus est. Tunc quoque Hildwinus ossa sancti Se-
20 bastiani in Galliam transtulit.
827. Eugenius papa obiit; cui Valentinus successit. Quo infra mensem defuncto, Gregorius electus est.
828. Michahel apud Constantinopolim imperat.
829. Ludoicus imperator Aquisgrani hiemavit.

25 832. Coniuratio Ludoici contra patrem suum.
833. Regnum Francorum ad Lotharium conversum est.
834. Pippinus et Ludoicus* patrem suum restituerunt.
838. Item coniuratio Ludoici ad Franconovurd; sed conversum est regnum ad patrem.
30 840. Ludowicus imperator filium insequitur. In eodem anno mortuus est, regnumque Ludowico remansit.
841. Lotharius bellat contra fratres suos Ludowicum et Carolum.
842. Lotharius a regno expulsus est.
843. Lotharius, Ludowicus et Karolus reconciliantur.
35 844. Lotharius Gestimulum regem Sclavorum occidit.
847. Otgarius archiepiscopus obiit; cui Rhabanus successit.
848. Synodus Moguntiae congregata est praesente Ludowico.
855. Ludowicus rex perrexit contra Ratzidum regem Marahensium cum magno exercitu.
40 856. Rhabanus archiepiscopus, bonus dictator, obiit; cui Karlus succedit.
857. Magna synodus Mogonciae habita est praesidente Karlo episcopo.
858. Ludowicus, filius Ludowici, mittitur contra Abotritos cum exercitu.
859. Ludowicus et Karolus atque Lotharius filius pacem cum iuramento faciunt.
863. Karlus archiepiscopus obiit. Liutbertus ei succedit.
45 864. Ludowicus rex Ratzidum regem subegit.
869. Lotharius rex Romae ab Adriano papa damnatus est; cum domum rediret, pene cum omnibus suis periit.
875. Ludowicus rex obiit; cui filius suus Ludowicus successit.
878. Bellum factum est inter Karlum et Ludowicum prope Andarnacha.
50 879. Ludowicus, Karli filius, obiit.
880. Ludowicus rex, Ludowici filius, obiit; cui Karlus patruus suus successit.
886. Karlus de regno eiicitur.
887. Karlo de regno eiecto, Arnoldus eligitur.
888. Karlus obiit.
55 890. Liutbertus archiepiscopus obiit. Sunderoldus subrogatur.
891. Sunderoldus archipraesul occisus est. Hatto successit.
892. Arn episcopus occiditur.
893. Bellum ingens factum est inter Baioarios et Ungaros.

* luodicus1?

896. Arnoldus Romae imperator factus est.
899. Arnoldus imperator obiit; post quem filius eius Ludowicus regnat.
905. Cuonrat comes occisus est ab Adelberto.
906. Ungari vastaverunt Saxoniam.
907. Adelbertus comes occisus est iubente Ludowico rege. 5
908. Liupoldus dux occisus est ab Ungaris.
909. Burghardus dux Turingorum ab Ungaris perimitur.
910. Ludowicus rex pugnavit cum Ungaris.
911. Ungari vastaverunt Franciam.
912. Ludowicus rex obiit; in cuius locum Cuonratus eligitur. 10
913. Hatto Moguntinus praesul obiit; cui Herigerus successit.
914. Otto Saxonicus comes obiit.
915. Ungari Turingiam et Franciam orientalem vastant.
919. Obiit Cuonratus rex. Heinricus ei successit.
927. Herigerus archiepiscopus obiit; cui Hildibertus successit. 15
931. Heinricus rex Abotritos subegit.
934. Heinricus rex in Wocronin cum exercitu fuit.
935. Magna synodus fuit in Erbesfurt. Eodem anno Heinricus rex obiit; cui filius suus Otto successit.
936. Hildibertus Moguntinus episcopus obiit; cui Fridericus successit. 20
937. Eberhartus comes Heinricum fratrem regis misit in vincula.
938. Eberhartus comes occisus est.
943. Synodus in Bunna congregata est.
945. Nuntii Graecorum Ottoni regi munera afferunt.
947. Etheid regina obiit. 25
948. Synodus ad Ingilenhaim congregata est, cui praesedit Marinus legatus.
949. Iterum nuntii Graecorum ad regem cum muneribus venerunt.
950. Bellum magnum inter Bavarios et Ungaros.
951. Otto rex Adelheidam uxorem duxit, et Beringarium regem sibi subdidit.
953. Discordia orta est inter Liudolfum, regis filium, et Heinricum patruum suum. 30
1 955. Auctore Udelrico sancto episcopo[1] Ungari iuxta Lichum fluvium magna caede prosternuntur.
957. Liudolfus in Italia mortuus, Mogontiam translatus est.
958. Signum crucis in vestimentis apparuit.
960. Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, orantes, ut mitteretur illuc 35 aliquis, qui eis viam veritatis ostenderet. Ad quos cum venisset Adalbertus episcopus catholicus, vix eorum impias manus evasit.
962. Otto rex consecratione Iohannis papae imperator Romae factus est.
963. Synodus Romae factus[a] est praesente imperatore, et Benedictus papa abicitur.
964. Beringarius rex captus est. 40
965. Otto imperator de Italia revertitur.
966. Otto imperator redit in Italiam.
967. Otto, imperatoris filius, benedictione Iohannis papae posterioris imperator efficitur.
968. Willihelmns archiepiscopus obiit; cui Hatto successit.
972. Ottoni imperatori iuniori missa est filia imperatoris Graecorum. Sanctus Udalricus obiit. 45
973. Otto imperator senior in Mimileba obiit Nonis Mai.
974. Otto imperator iunior pergit contra Harioldum regem Danarum[a].
975. Imperator Beheimos vastat.
976. Imperator Heinricum ducem Bawariorum expulit. 50
978. Imperator Lotharium regem Franciae usque ad flumen Sequanam insecutus est.
981. Adalbertus Magdeburgensis primus episcopus obiit; cui Gisilharius successit.
982. Imperator bellum gessit cum Sarracenis, in quo multi episcopi ceciderunt.
983. Otto imperator obiit.

a) *ita* 1. 1) cf. Gerhardi vitam S. Oudalrici cap. 12. 55

984. Otto puer, imperatoris filius, Aquisgrani in regem unctus est.
986. Otto rex cum magno exercitu Sclaviam vastat.
987. Saxones Sclavos ad deditionem coegerunt.
988. Aestas nimium fervida.
991. Theophanu imperatrix obiit.
992. Otto rex Brandonburg obsedit.
995. Otto rex Abotritos vastat.
996. Otto rex a Gregorio papa, qui et Bruno, imperialem unctionem accepit.
997. Sanctus Adalbertus episcopus martyrio coronatur in Sclavia.
998. Mulier quaedam uno partu quinque filios enixa est.
999. Bruno papa, qui et Gregorius, obiit; cui Gerbertus, qui et Silvester, succedit. Adelheidis imperatrix obiit.
1000. Karoli imperatoris Magni ossa Aquisgrani reperta sunt.
1002. Otto tertius imperator 10. Kal. Febr. obiit, et Heinricus dux Baioariorum a Willigiso archiepiscopo in regem unctus est.

Codex 1.	*Codex* 2.
1004. Bruno gratiam fratris sui Heinrici regis Polithe acquisivit.	Bruno gratiam fratris Henrici regis Polithe acquisivit. Silvester papa obiit. Benedictus successit, qui sedit annis 10.
1011. Villigisus archiepiscopus obiit; cui Erkenbaldus[a] successit.	Wilegisus archiepiscopus obiit; cui Hercembaldus successit.
1012. Heinricus rex monasterium in Babenberg ab Eberhardo primo eiusdem sedis episcopo dedicari fecit.	Henricus rex monasterium in Babenberg ab Eberhardo primo eiusdem sedis episcopo dedicari fecit.
1014. Heinricus rex consecratione Benedicti papae imperator factus est.	Henricus rex consecracione[b] Benedicti pape imperator factus est.
1015. Imperator Poloniam cum exercitu intrat.	Imperator Poloniam cum exercitu intrat. Nicholaus papa efficitur.
1016. Horribilis grando cecidit, et multi fulmine adusti perierunt.	Horribilis grando cecidit, et multi fulmine perusti perierunt.
1017. Imperator rursus Poloniam cum exercitu invadit.	Imperator rursus Poloniam cum exercitu invadit.
1019. Imperator papam Babenberg hospitio suscipit.	Imperator papam in Babenberg hospicio suscepit.
1020. Heribertus Coloniensis praesul obiit; cui Peregrinus successit. Erkenbaldo quoque Aribo Moguntiae successit.	
1021. Ingens terrae motus in Baioaria contigit.	Ingens terremotus in Baioaria contigit.
1024. Heinricus imperator obiit; cui Cuonratus successit.	Henricus imperator obiit; cui Conratus successit.
1027. Cuonratus rex in pascha Romae imperator efficitur.	Conratus rex in pascha Rome imperator efficitur.
1028. Imperatoris filius Heinricus unctione Peregrini Coloniensis episcopi rex factus est.	Imperatoris filius Henricus uncione Peregrini Coloniensis episcopi rex factus est.
1030. Cuonratus imperator Ungariam cum exercitu intrat.	Conratus Ungariam intrat.
1031. Imperator cum parva manu Misaconem Polonorum ducem subegit. Aribo episcopus obiit, Bardo successit.	Imperator cum parva manu Misaconem Polonorum[c] ducem subegit.
1033. Imperator in Burgundia Odonem superat. Cunigundis regina obiit.	Imperator in Burgundia Odonem superat. Gunigund regina obiit.

a) erkenbardus 1. *cf. infra a.* 1020. b) consegracione 2. c) polorum 2.

1035. Heinrico regi Cnud regis filia desponsatur.	Henrico regi Cnut regis filia disponsatur.
1036. Synodus quindecim episcoporum apud Triburias facta est.	Sinodus 15 episcoporum apud Triburias facta est.
	(1038.) Godehardus Hildinesheimensis episcopus migravit ad Christum.
1039. Cuonratus imperator apud Traiectum subito mortuus est 2. Non. Iunii.	Conratus imperator apud Traiectum subito mortuus est 2. Non. Iunii.

PARS ALTERA, GENUINA. A. 1040—1111.

1040. Aquae inundantes multos extinguunt.	Aque inundantes multos extinguunt.
1041. Heinricus rex Boemos subegit.	Henricus rex Boemos subegit.
1042. Rex Ungariam intrat usque ad Dravum fluvium.	Rex Ungariam intrat usque ad Dravum fluvium.
1043. Rex natale Domini Goslariae celebrat cum Petro rege Ungarorum.	Rex natale Domini Goslarie celebrat cum Petro rege Ungarorum.
1044. Rex natale Domini Treveris celebravit.	Rex natale Domini Treveris celebravit.
1047. Heinricus rex a Suitgero papa imperator factus est, et domna Agnes imperatrix.	Henricus rex a Suitgero papa imperator factus est, et domna Agnes imperatrix.
1048. Defuncto papa Suitgero, qui et Clemens, Boppo, qui et Gregorius, eligitur.	Defuncto papa Suitgero, qui et Clemens, Boppo eligitur.
1049. Boppo obiit. Bruno electus est, qui et Leo nominatur.	Boppo obiit. Bruno electus est, qui et Leo nominatur.
1051. Leo papa obiit[2]; cui Fridericus, qui et Stephanus[3], successit. Bardoni quoque mortuo Liupoldus successit. Eodem anno Heinricus, filius imperatoris, baptizatur.	Leo papa obiit; cui Fridericus, qui et Stephanus, successit. Bardoni mortuo quoque Liuppoldus successit.
1054. Henricus imperatoris filius, puer, rex factus est Aquisgrani.	Henricus imperatoris filius, puer, rex factus est Aquisgrani.
1055. Gebehardus papa factus, Victor nominatur.	Gebehardus papa factus, Victor nominatur.
1056. Heinricus imperator obiit. Herimanno defuncto, Coloniensi episcopo, Anno successit.	Henricus imperator obiit. Herimanno defuncto, Coloniensi episcopo, Anno successit.
1057. Victor papa obiit. Benedictus[4] a Romanis electus est.	Victor papa obiit. Benedictus a Romanis electus est.
1058. Benedicto repudiato, Gerhardus papa efficitur a rege et imperatrice.	Benedicto repudiato, Gerhardus, qui et Alexander, papa efficitur a rege et imperatrice.
1060. Liupoldus Moguntinus praesul obiit; cui Sigefridus Fuldensis abbas successit.	Liupoldus Moguntinus praesul obiit; cui Sigefridus Fuldus successit.
1062. Rex puer a matre distrahitur machinatione Annonis Coloniensis episcopi et quorundam aliorum.	Rex puer a matre distrahitur machinacione Annonis Coloniensis episcopi et quorundam aliorum.
1064. Initium magni cicli. Sigefridus Moguntinus episcopus cum quibusdam aliis episcopis Hierosolimam profectus est.	(1065.) Sigefridus Moguntinus episcopus cum quibusdam aliis episcopis Ierosolimam profectus est.
1065. Wilhelmus comes magna bellorum vi Anglorum regnum acquirit.	(1066.) Willelmus comes magna bellorum vi Anglorum regnum acquirit.
1066. Heinricus rex domnam Bertham duxit uxorem.	(1067.) Henricus rex domnam Bertam duxit uxorem.

2) a. 1054. 3) Stephanus IX. nonnisi a. 1057. Victori II. successit. 4) post Stephanum IX. a. 1058.

1067. Coniuratio Dedi marchionis contra regem.

1068. Dedi, filius Dedi, patrem suum regi reconciliavit; qui etiam, videlicet iunior Dedi, clam occisus est.

1070. Otto dux contra regem magnam caedem fecit iuxta Askinewage.

1072. Otto dux gratiam regis acquisivit apud Parthenopolim.

1073. Coniuratio Saxonum et Turingorum contra regem, et fuga eius de Hartzesburg. Hoc tempore Antiphas rex clarus habetur.

1074. Expeditio regis prima in Saxoniam; sed Dei tuitu pax facta est. Hoc anno Ungari Salemonem regem expulerunt.

1075. Expeditio regis secunda, et praelium iuxta flumen Unstruot. Expeditio regis tertia in autumno, et deditio Saxonum ac Turingorum.

1076. Discordia inter papam et regem facta est. Principes totius regni in villa Oppenhaim colloquium habuerunt absente rege.

1077. Heinrico rege in Italiam profecto ad satisfaciendum papae, Ruodolfus in villa Forchaim eligitur, et a Sigefrido episcopo Mogontiae rex ordinatur. Expeditio Heinrici regis quarta contra Saxones iuxta fluvium Nekar. His diebus Wirzeburg a Saxonibns obsessa est.

1078. Expeditio Heinrici regis quinta contra Saxones, eiusque pugna secunda cum eis et cum rege Ruodolfo in orientali Francia, ubi utrimque multi ceciderunt. Hoc anno multi a morsibus luporum perierunt.

1079. Expeditio Ruodolfi regis in Hassiam; in qua Fritislar combustum est cum monasterio quod sanctus Bonifacius ibidem construxerat. Expeditio Heinrici regis sexta contra Saxones, sed Dei nutu rursum pax facta est.

1080. Expeditio Heinrici regis septima contra Saxones, et pugna tertia prope flumen Unstruot 6. Kal. Febr. cum magno utrorumque casu. Expeditio eius octava in Saxoniam, et pugna quarta iuxta amnem Elistra, in qua Ruodolfus rex cum multis cecidit.

1081. Monasteria Mogontiae et Babenberg exusta sunt. In monte Hasungon[6] monachi esse coeperunt.

1082. Herimannus a Sigefrido Mogontiae episcopo Goslariae rex ordinatur.

1083. Aestatis fervor tantus, ut non solum

(1068.) Contra regem coniuracio Dedi marcionis.

(1069.) Dedi, filius Dedi, patrem suum regi reconciliavit; qui etiam, videlicet iunior Dedi, clam occisus est.

Otto dux magnam cedem fecit iuxta Askinvage.

Otto dux regis gratiam adquisivit apud Parthenopolim.

Coniuratio Saxonum et Thuringorum contra regem, et fuga[a] eius de Hartzesburg. Hoc tempore Antiphas rex clarus habetur[5].

Expedicio regis prima in Saxoniam; set Dei nutu pax facta. Hoc anno Ungari Salomonem regem expulerunt.

Expedicio regis 2ª et prelium iuxta flumen Unstrut. Expedicio regis 3ª in autumno, et dedicio Saxonum aut Turingorum.

Discordia inter papam et regem facta est. Principes totius regni in villa Oppenhaim colloquium habueruut absente rege.

Heinrico rege in Italia profecto ad satisfaciendum pape, Rodulfus in villa Forchaim eligitur, et a Sigefrido episcopo Mogontie rex ordinatur. — Expedicio regis Heinrici 4ª contra Saxones iuxta fluvium Nekar. His diebus Wirzeburg[b] a Saxonibus obsessa est.

Expedicio Heinrici 5ª contra Saxones, eiusque pugna 2ª cum eis et cum rege Rodulfo in orientali Francia, ubi utrinque multi ceciderunt. Hoc anno multi a morsibus luporum perierunt.

Expedicio Rodulfi regis in Hassiam[c]; in qua Fritislar combustum est cum monasterio quod sanctus Bonifacius ibi construxerat. — Expedicio Heinrici regis 6ª* contra Saxones, set Dei nutu pax rursus facta est.

Expedicio Heinrici regis 7ª** contra Saxones et pugna 3ª prope flumen Unstrut[f] 6. Kal. Febr. cum magno utrorumque casu. — Expedicio eius 8ª in Saxoniam et pugna 4ª iuxta amnem[g] Elistra, in qua Rodulfus rex cum multis cecidit.

Monasteria Mogontie et Babenberg exusta sunt. In monte Hasungon monachi esse ceperunt.

Herimannus a Sigefrido Mogontie episcopo Goslarie rex ordinatur.

Estatis fervor tantus, ut non solum ho-

a) faga 2. b) wirzebug 2. c) hassiliam 2. *) VIª 2. **) VIIª 2. f) ustrut 2. g) annem 2.

5) fortasse Herodes Antiphas, in cyclo primo maiori anno Christi 9. adscriptus et hic anno eodem tertii cycli perperam relatus. 6) Hasungen, in Hassia.

homines sed etiam pisces in aquis perirent. Hoc tempore Sodomiticum scelus valde exercebatur.

mines set etiam pisces in aquis perirent.

1084. Sigefridus Mogontinus episcopus obiit; cui Wezel successit. Hoc anno Hiltebrando papa abiecto, Wigbertus papa factus est et Clemens nominatus; a quo Heinricus rex unctionem accepit imperialem in pascha.

Sigefridus Mogontie episcopus obiit; cui Wezel succedit. Hoc anno Hildebrando papa abiecto, Wigbertus papa factus est et Clemens nominatus; a quo Heinricus rex uncionem accepit imperialem in pascha.

1085. Duae expeditiones imperatoris in Saxoniam. Hildebrandus papa obiit, qui et Gregorius.

Due expeditiones imperatoris in Saxoniam. Hildebrandus papa obiit.

1086. Expeditio imperatoris undecima in Saxoniam, in qua ob instantem quadragesimam nihil actum est. Expeditio eius duodecima contra Saxones, et pugna eius quinta in suburbio Wirzeburg, ubi utrimque multi perierunt.

Expeditio imperatoris 11[a] in Saxoniam, in qua ob instantem quadragesimam nichil actum est. Expeditio eius 12[a] contra Saxones, et pugna eius 5[a] in suburbio Wirzeburg, ubi utrinque multi perierunt.

1087. Adventus reliquiarum sancti Nicolai in Barrum civitatem. Expeditio imperatoris tertia decima in Saxoniam. Willihelmus rex Anglorum obiit. Incendium Wormatiae.

Adventus reliquiarum sancti Nicholai in Barrim civitatem. Expeditio imperatoris 13[a] in Saxoniam. Willelmus rex Anglorum obiit.

1088. Herimannus rex Saxonum peremptus est. Wezel Mogontinus episcopus, egregius praedicator, obiit. Ruotardus ei subrogatur. Expeditio imperatoris quarta decima contra Saxones, et pugna sexta in Turingia, ubi multi interierunt.

Herimannus rex Saxonum interemptus est. Vezel Mogontie episcopus, egregius predicator, obiit. Rutarius ei subrogatur. Expeditio imperatoris 14[a] contra Saxones, et pugna 6[a] in Turingia, ubi multi interierunt.

1089. Expeditio imperatoris quinta decima in Saxoniam; unde cum pace discessit.

Expeditio imperatoris 15[a] in Saxoniam; unde cum pace discessit.

1090. Egbertus marchio in molendinum fugiens imbrem, occisus est. Hugo quoque comes Alsatiae peremptus est.

Egbertus marchio in molendinum fugiens, occisus est. Hugo quoque comes Alsatie peremtus est.

1091. Pugna occidentalium principum.

Pugna occidentalium principum.

1092. Wigbertus papa synodum indixit, quae prorsus contempta est.

Wigbertus papa sinodum indixit, quae prorsus contempta est.

1093. Discordia inter imperatorem filiumque eius Cuonradum orta est.

Discordia inter imperatorem filiumque eius Conradum orta est.

1094. Inundatio pluviarum et fames cum mortalitate.

Inundatio pluviarum et fames[a] cum mortalitate.

1095. Adhuc mortalitas duravit.

Adhuc mortalitas duravit.

1096. Ingens diversarum gentium multitudo nullo duce armata Iherosolimam pergit.

Ingens diversarum gentium multitudo nullo duce armata Ierusolimam pergit.

1097. Imperator de Italia redit. Magna strages in Syria facta est.

Imperator de Italia redit. Magna strages in Siria facta est.

1098. Imperator natale Domini Argentinae celebravit.

Imperator natalem Domini Argentine celebravit.

1099. Otto papa, qui et Urbanus, obiit. Apud Antiochiam inventa est lancea qua transfixum est latus Christi.

Otto papa obiit. Apud Antiochiam inventa est lancea qua transfixum est latus Domini.

1100. Wigbertus papa obiit. Fames circa Rhenum innumerabiles extinxit.

Wibertus papa obiit. Fames circa Rhenum innumerabiles extinxit.

1101. Adhuc fames circa Rhenum saevit.

Adhuc fames circa Renum sevit.

1102. Imperator in Flandriam cum exercitu pergit.

Imperator in Flandriam cum exercitu venit.

a) *deest c.*

1104. Discordia inter imperatorem filiumque eius Heinricum facta est. Sigehardus comes peremptus est.

1105. Heinricus rex contra patrem bellat.

1106. Heinricus imperator, pauperum pater, Leodii obiit 7. Id. Augusti.

1107. Heinricus rex contra Ruodbertum comitem Flandriae pergens in autumno, nihil proficit.

1108. Rex in Ungariam cum exercitu incassum pergit. Eodem anno ei filiola regis Anglorum desponsatur.

1109. Ruothardus episcopus Mogontinus obiit. Post cuius obitum per annos duos et menses quatuor episcopatus cessat. Inundatio pluviarum.

1110. Heinrici regis expeditio in Italiam.

1111. Tumultus inter Romanos et regis exercitum in capite ieiunii factus est. Papa in monasterio sancti Petri captus; qui tamen in pascha dimissus et cum rege reconciliatus, ipsum regem consecratione imperatorem efficit.

Discordia inter imperatorem filiumque eius Henricum facta est. Sigehardus[a] comes peremtus est.

Henricus rex contra patrem bellat.

Henricus rex imperator, pauperum[b] pater, obiit 6. Idus Augusti.

Henricus rex contra Rodbertum comitem Flandrie pergens in autumno, nichil proficit. Burgardus[c] Basiliensis episcopus obiit.

Rex in Ungariam cum exercitu incassum pergit. Eodem anno ei filiola regis Anglorum desponsatur.

Ruthardus episcopus Mogontie obiit; post cuius obitum per annos 2 et menses 4 episcopatus cessat. Inundatio pluviarum.

Henrici regis expeditio in Italiam.

Tumultus inter Romanos et regis exercitum[d] in capite ieiunii factus est. Papa in monasterio captus. Qui tamen in pascha dimissus et cum rege reconciliatus, ipsum regem in consecratione imperatorem efficit.

(1112.) Domnus Adelbertus Mogontie episcopus, summus et famosissimus cancellarius, ab imperatore captus est.

(1113.) Sigefridus palatinus comes occisus est.

a) sigehadus 2. b) paurum 2. c) bugardus 2. d) exercitus 2.

ANNALES S. MICHAELIS BABENBERGENSIS.

Debemus eos viro de re nostra optime merito D. Molter consiliario intimo et bibliothecae Carlsruhanae praefecto, qui adnotationes in codice cyclorum S. Michaelis olim exaratos manu sua exscripsit et nobiscum communicavit.

1066. Adelhelmus, tertius huius loci abbas, obiit 2. Id. Mai. Cui successit Ruodpertus eodem anno.

1071. Ruodpertus vivus discessit. Cui Eggibertus eodem anno successit 3. Kal. Sept. sed et ipse vivus discessit.

1076. Heinrico IIII. rege Romam tendente, hieme solito graviore, Ruodolfus subrogatur in regnum. Eggibertus abbas obiit.

1080. In isto autem anno occiditur idem Ruodolfus autumnali tempore.

1082. Uto abbas 2. Id. Sept. obiit. Cui anno sequenti successit

1083. Willo Nonis Iulii.

1085. Willo abbas obiit 2. Non. Iulii.

1086. Cui successit Tiemo 7. Kal. Mai.

1094. Tiemo abbas obiit 8. Id. Ian. Cui eodem anno successit Gumpoldus 16. Kal. Apr.
1107. Heinricus IIII. imperator obiit 7. Id. Augusti.
1112. Gumpoldus abbas obiit 3. Kal. Augusti.
1117. Terremotus maximus factus est 3. Non. Ianuar. Eodem anno eclipsis lunae contigit 2. Idus Decembr. Multae etiam urbes in Italia crebris terremotibus ceciderunt. 5
1123. Obiit Wolframus abbas.
1147. Hermannus abbas obiit.
1160. Helmbricus abbas cessit propter infirmitatem.

ANNALES S. EUCHARII TREVIRENSIS. 10

Leguntur in margine cyclorum codici olim SS. Eucharii et Matthiae, iam bibliothecae publicae Trevirensis, saeculo XI. illatorum, atque post Martenium et Durandum (in Coll. amplissima T. IV. p. 505.) a Waitzio iterum exscripti, accuratiores hoc loco prodeunt.

1015. Decessit Megingaudus archiepiscopus; succ*essit Poppo*[a]. 15
1023. Obiit sanctae memoriae Richardus abbas; *successit* Bertolfus abbas de Sancto Euch*ario*.
1036. *Si*meon migravit a seculo ....ııı in principio, in quo tunc ....at[b], regnante im*peratore C*unrado.
1039. *Decessit Cun*radus imperator; succ*essit Hein*ricus filius eius. 20
1047. *Decessit P*oppo; successit E*verhard*us archiepiscopus.
1048. *Decessit B*ertolfus abbas, et suc*cessit Regi*nardus abbas Sancti *Euch*arii.
1056. *Decessit Hein*ricus imperator secundus; suc*cessit Heinric*us filius eius.
1061. Decessit Reginardus abbas; successit Roupertus abbas.
1066. Decessit Everhardus ępiscopus; successit Udo archiepiscopus. 25
1075. Decessit Roupertus abbas; successit Bernardus abbas.
1076. Hic domnus Anno archiepiscopus Coloniensis decessit.
1079. Decessit Udo archiępiscopus.
(1080?) Hic successit Engilbertus[c] episcopus.
1083. Ordinatio Egilberti archiepiscopi. 30
1084. Hic Henricus efficitur imperator Rome a papa Clemente.
1092. *Hoc an*no concrematum est monasterium *sancti Pa*ulini Kal. Augusti.

a) *littera obliqua locum iam in codice abscisum esse indicat.* b) degebat? habitabat? c) *ita c.*

ANNALES ELNONENSES.

Post annales Sancti Amandi T. I. et II. editos[1] iam adnotationes in eodem monasterio cyclis paschalibus inde ab a. 532. adiectas et Bethmanni nostri opera integre exscriptas proponere iuvat. Habentur in codice olim S. Amandi hodie inter libros Valentianenses T. 4. 16. signato membranaceo saec. X. cui 35

1) T. I. 5 sqq. II. 184.

scriba nomina imperatorum usque ad Hludowicum Pium et annos regni addidit, intermixtis tamen notis cycli primi[2]; quae quidem, tribus adnotationibus exceptis, ut nullius momenti Bethmannus haud exscripsit. Saeculo deinde XI. nonnulla, post annum 1064. *rebus interdum aequalia, plurima saeculo XII. diversa manu, reliqua saeculo XIII. addita sunt, infra sub titulo annalium maiorum exprimenda. Quibus ineunte saeculo XII. alia manus continuo calamo adnotationes alterius cuiusdam cycli in eodem monasterio scripti inmiscuit, quas hic ut annales minores subiicimus, resectis penitus quae ex Sigeberto eiusque continuatione Aquicinctina usque ad a.* 1160. *decerpta manus saeculi XII. exeuntis uno calamo postea addidit, quaeque in Martenii Thesauro III.* 1390 *sqq. legere licet.*

Annales maiores in nonnullis cum Leodiensibus, in pluribus, ut facile credi poterat, cum Annalibus S. Amandi supra T. I et II. editis concordant, alia una cum annalibus Blandiniensibus proferunt[3]. Annales minores negligenter ex codice antiquiore descriptos esse patet[4].

Codicem nostrum ante oculos habuerunt auctor brevis chronici Tornacensis annorum 459—1099. *ex ms. S. Martini Tornacensis a Martenio in Thes. III.* 1453 *sqq. vulgati, quod totum ex nostro decerptum, nemini desiderium sui movebit, et R. monachus Marchianensis, Sigeberti Gemblacensis saeculo XIV. exceptor.*

ANNALES ELNONENSES MAIORES.

542. Inclitus rex Arturus ab exercitu Modredi nepotis sui, qui ante eum occisus fuerat, letaliter vulneratus est.
571. Sanctus Amandus natus est.
632. Sanctus Amandus insignis habetur[a].
661. Obiit sanctus Amandus[a].
677. Dedicatio aecclesiae beati Stephani a sancto Eligio, et translatio sancti Amandi in eadem aecclesia ab eodem episcopo.
697. Obiit sanctus Audomarus.
701. Obiit sanctus Maurontus.
782. Obiit Gislebertus episcopus Noviomensis[5], monachus et abbas Sancti Amandi, sepultus in aecclesia sancti Petri sub arcu.
787. Obiit Agelfridus episcopus, abbas Sancti Amandi[c].
788. Carolus, filius Caroli, factus est rex[b.6].
798. Leo papa condempnatus est per invidiam[b.7].
808. Godefridus rex Normannorum venit[b.8].
809. Elevatio sancti Amandi 12. Kal. Oct.[9]
819. Obiit Adalricus abbas de Sancto Amando[b].
821. Obiit Arno archiepiscopus[10], abbas de Sancto Amando[c].
822. Lotharius fit imperator Italie[d].
827. Obiit Rotfridus abbas de Sancto Amando[b].
828. Obiit Lotharius custos Helnonensis coenobii[d.11].
838. Obiit Adalungus abbas.

a) *manu s. XI.* b) *omnia una manus saec. XII.* (β) *scripsit.* c) *una manu saec. XII.* (γ). d) *manu saec. XI. ex.* (δ).

2) e. g. *a.* 972. *Cartago capta a Genserico; a.* 987. *Hucusque Prosper chronica sua perduxit.* — ubi a. 440. et 455. intelligendi sunt. 3) cf. a. 1072, 1098, 1099. 4) cf. a. 814, 841, 855. 5) cf. Ann. S. Amandi. SS. I. 12. et breves SS. II. 184. 6) cf. Ann. S. Amandi a. 789. et breves a. 788. 7) cf. eosdem a. 799. 8) cf. eosdem. 9) cf. eosdem et breves. 10) Salisburgensis; v. Ann. Iuvav. a. 821. 11) cf. Ann. S. Amandi breves p. 184.

839. Normanni in Walacris interfecerunt Francos [a. 12].
840. Bellum quattuor fratrum in Fontanido [a].
845. Obiit Adaleodus abbas de Sancto Amando [a. 13].
855. Inventio et translatio sancti Vincentii levitae et martyris.
864. Obiit Adalardus abbas Sancti Amandi [b].
871. Obiit Milo philosophus [c. 14].
873. 14. Kal. Sept. tanta multitudo locustarum visa est per aerem volitare, quanta nunquam apparuit, a partibus orientis tendens in occidentem [a. 15].
880. Nortmanni in Gandavo [a. 16].
881. Nortmanni in Curtriaco [a. 17].
884. Nortmanni in Condato sedem sibi fecerunt [18], et abbatiam sancti Amandi et reliquas super Scarb devastaverunt [19]. Sanctus Amandus asportatur [a. 20].
892. Obiit Rodulfus abbas Atrebatensis [a].
897. Mortuo Odone rege, Karolus filius Ludowici, filii Karoli Calvi, factus est rex in Francia.
900. Interfectus est Fulco archiepiscopus a Winemaro [a].
907. Descriptio vite sanctae Rictrudis a Hucbaldo.
930. Obiit Hucboldus philosophus [d. 21].
943. Wilelmus, comes Normannorum, astu comitis Arnulfi a Baltsone, eius camerario, interficitur [a].
952. Leudricus ordinatur abbas Kal. Iunii.
954. Lotharius puer factus est rex Francorum [e].
956. Obiit Leudricus abbas. Genolfus subrogatur abbas.
964. Obiit comes Arnulfus [e].
980. [Hoc anno complentur mille anni a nativitate Christi secundum veritatem ewangelii, qui secundum ciclum Dionisii anno abhinc 21⁰ finiuntur; sicque in anno dominice passionis veritati ewangelice contraitur [e*].]
986. Obiit Lotharius rex. Hloduicus filius succedit [e].
994. Obiit Wiricus abba [c].
1000. Anno dominicae incarnationis 1000. ind. 13. epacta 12. concurrente 1. termino pascali 9. Kal. Apr. 4. Kal. Apr. feria 6, celebrantibus christicolis sacrosanctae passionis ac redemptionis illius misterium, terraemotus magnus factus est, non ita ut sepe accidere solet, vento in venas terrae condito, ubi concava terrarum viscera his motibus subiacent veluti venti capacia; sed generali et vasto tremore totius orbis magnitudo passim contremuit, ut cunctis fieret manifestum, quod ore veritatis fuerat ante promissum. His namque et aliis signis quae praenuntiata fuerunt opere completis, hinc iam fit nostra spes certior omni visu, de his quae restant ordine complendis [f].
1005. Obsessio Valentianarum a rege Henrico in mense Septembri, quae non prospere successit.
1013. Obiit Ratbodus abbas. Succedit Richardus.
1018. Abbas Richardus dimisit abbatiam sancti Amandi, subrogans suo loco Malboldum.
1028. Obiit Elgerus [g].
1036. Bellum ducis Gozelonis et comitis Odonis 17. Kal. Dec. [22].
1039. Obiit Raginerus [g].
1040. Dedicata est cripta, a Hugone episcopo et a Malbodo abbate condita.
1041. Walterus Cameracensis castellanus, ad ianuam aecclesiae sanctae Mariae dum oraret, interfectus est. Tamen vero antequam morti debitum persolvisset, quod iniuste fecerat, Deo et sanctae Mariae atque episcopo aecclesiae voluit emendare. Epi-

a) *omnia una manus saec. XII. (β) scripsit.* b) *una manu saec. XII. (γ)* c) *manu saec. XI. ex. (δ)* d) *manu saec. XII.* e) *manu primaria saec. X.* e*) s. XIII. f) *hunc annum manus coaeva scripsisse videtur.* g) *manu coaeva.*

12) cf. Prudentii Ann. a. 837. 13) cf. Ann. S. A. breves. 14) auctor Vitae S. Amandi, Hucbaldi praeceptor. 15) cf. Hincmari Ann. a. 873. 16) cf. Ann. Vedast. a. 879. 17) cf. Ann. Vedast. a. 880. 18) cf. Ann. Vedast. a. 882. 19) cf. Ann. Vedast. a. 881. 20) *Parisius* add. Ann. Tornac. a. 881. 21) auctor Vitae S. Lebuini SS. II. 360. ubi igitur (lin. 14) loco 976. scribendum est 930. 22) cf. A. Laubienses et Leod. a. 1037.

scopo autem rennuente quod obtulit, iuxta sententiam episcopi excommunicatus obiit, et sepultus est secus Oisium in monte Erni. Quod quidem ad tantum mali pervenit, ut omnis regio Cameracensis fere igne combusta, iussu uxoris suae Ermentrudis penitus vastaretur. Huius itaque mortem comes Flandrensis Balduinus dolens, graviter tulit, quod 5 ab atrio sanctae matris aecclesiae corpus eius iniuste ab episcopo sequestratum fuisset, et ideo iniuste, quia moriens coram astantibus se culpabilem Deo reddidit. Qua de re ab archiepiscopo et a comite Balduino episcopus coactus, eum iuste absolvit, quem iniuste ligavit, et sic corpus eius a loco superius nominato dissepultum, ad sancti Amandi monasterium secus Elnonem fluvium situm translatum est, et sepultum est in claustro 10 monacorum ante fores aecclesiae. Epitaphium eius:

Continet haec fossa Gualteri principis ossa,
Quem Cameracensis orantem perculit ensis[a].

1050. Henricus inperator per Cameracum in terram comitis intrans, usque Bruaco depopulat. Inibi comes per intercurrentes nuntios accedens, dato fidelitatis sacramento, 15 rursus imperator recessit[b]. Anno sequenti

1051. imperator hostiliter super Hungros habiit, sed nil prospere gessit. Balduinus interim iunior, Adele filius, consensu patris accepta Iudita uxore, castellum Monz obtinuit, post pasca. Nam eo anno in Kal. Apr. pasca Domini fuit[b].

1054. Imperator Henricus super comitem Balduinum inruit, Tornacum igni tradidit, 20 milites inde secum duxit. Sequenti anno

1055. super ducem Godefridum in Longobardiam exercitum duxit[b].

1062. Cernens abbas Malboldus suum exitum adesse, communi consilio fratrum elegit Fulcardum, qui et Lambertus dicebatur, in abbatem, et eum ad comitem Balduinum, qui apud Insulam iacet, Atrabato dirigens, 6. Non. Apr. illi abbatiam fecit dari. 25 Supervixit etiam idem abbas Malboldus usque 7. Kal. Mai, et obiit anno Domini 1063[c].

1063. Obiit bonae memoriae domnus abbas Malboldus; succedit Lambertus, qui et Fulchardus[d].

1066. Incendium monasterii sancti Amandi[e]. Wigelmus Normanorum comes transfretavit mare 3. Kal. Oct. et invasit terram Anglorum[f].

30 1067. Kal. Sept. obiit Balduinus comes[e]. Insulae sepelitur[g].

1068. 4. Kal. Mai. obiit Balduinus episcopus Tornacensis[e].

1070. 16. Kal. Aug. obiit Balduinus comes[e] iunior; Hasnonie defertur tumulandus[g].

1072. Apud Cassellum interfectus est Arnulfus puer, Flandriae comes, a Flandrensibus, qui, recepto eius avunculo Roberto dolose in Flandria, iuxta predictum castrum male 35 pugnaverunt, licet Philippus rex Francorum parti illius cesserat.

1076. Id. Dec. obiit domnus abbas Fulcardus, et subrogatur ei abbas Bovo 11. Kal. Febr.[g] Facta est hiems gravissima, incipiens Id. Nov. et durans usque ad Martium. Quam secuta est anno secundo siccitas maxima.

1085. Moritur Bovo abbas; Hugo ordinatur abbas 19. Kal. Ian.

40 1087. Translatio sancti Nicholai a Mirrea in Apuliam[g].

1088. Dedicatio aecclesiae beati Stephani a Rabodo Noviomensi et Gerardo Cameracensi, agente Hugone abbate[h].

1092. Restauratio coenobii sancti Martini apud Tornachum[g].

1095. Obiit Gislebertus presbiter.

45 1098. Obiit Radbodus episcopus. Baldricus successit[i. 12].

1099. Obiit Urbanus papa, qui et Odo. Paschalis, qui et Rainerus, successit. Comes Robertus de Hierusalem revertitur. *Willelmus*[k] rex *Anglorum ab uno* milite suo ex inproviso sagitta vulneratus obiit; cui successit Heinricus, *frater eius*[i. 12]. Hierusalem a christianis capitur, et crux Domini christianis manifestatur. Godefridus Lotharingiensis dux in 50 regem ibidem sublimatur. Apud Ascalonam Turci et Arabes cum duce Babilonie, *qui vulgo dicitur Meraviz*, divino auxilio a christianis devincuntur. Antiochia a christianis obsidetur, et tandem ab ipsis Turcis longa inedia confectis aperitur. Ibidem postmodum Turci a christianis devincuntur[g].

a) *totus annus manu s. XII. in.* b) *una manu coaeva.* c) *manu fere coaeva.* d) *saec. XII.* e) *manu continua co-* 55 *aeva.* f) *manu alia coaeva.* g) *manu saec. XII.* (ζ) h) *alia manu* (η). i) *alia manu saec. XII.* (ϑ) k) *Quae littera obliqua exprimi curavi, legi nequiverant, sed ope Ann. Blandiniensium supplentur.*

12) Ex Ann. Bland.

Virginis a partu, Domini qui contigit ortu,
Anno milleno centeno minus et uno
Hierusalem Franci capiunt virtute potenti[a];
Cuius magnifico regnum cessit Godefrido[b].

1102. Mense Oct. Henricus imperator venit hostiliter super comitem Robertum, et cepit munitiones Sclusam et Bolcen, et depopulatus est igne totum Ostrevantum[c].

1103. Comes Robertus pacificatus est cum imperatore Henrico apud Leodium[c].

1105. Stella in caelo apparuit, emittens radium longissimum in modum trame[c].

1107. Obiit domnus Hugo abbas[c]. Apud Trecas post pascha sinodum habuit Paschalis papa; in qua novum privilegium petitione domni abbatis Hugonis a se confirmatum ecclesiae nostrae destinavit. Sequente pentecoste in deportatione corporis sancti Amandi ad Lingonam multa miracula eius meritis divinitus sunt ostensa. 6. Id. Sept. die dominico obiit domnus abba Hugo, qui inter alia multa multum utilia quae fecit, utpote vir sagacis industriae, post incendium totum monasterium nostrum cum templo sancti Stephani renovavit. Quo sepulto, mox concorditer electus est domnus Bovo in abbatem[d].

1109. Obiit vir venerabilis Anselmus Cantuariensis archiepiscopus[e].

1111. Obiit Robertus comes, Atrebato sepelitur. Balduinus, filius eius, succedit[e].

1117. Obiit Paschalis papa, qui et Rainerus. Successit Gelasius, qui et Iohannes[a].

1119. Obiit[13] Gelasius papa, qui et Iohannes. Successit Kalixtus[e], qui[f] et Guido. Eodem anno obiit Balduinus comes sine filiis, et apud Sanctum Bertinum sepelitur. Successit ei nepos eius Karolus, filius Canuti regis Danorum ex Adela sorore Roberti, qui Atrebati sepultus est[e]. Eodem anno 13. Kal. Iun. Kalixtus papa Remis concilium habuit, in quo simoniam dampnavit. Nec multo post nobis privilegium fecit[e].

1121. 5. Id. Dec. obiit Bovo abbas. Successit Gualterus. Sequenti anno

1122. idem abbas Gualterus iussit fieri rotundam crucem auream, in qua cum aliis pignoribus continetur dens gloriosissimi Stephani prothomartiris. Sed et prebendam beatae Mariae, ut singulis diebus ad principalem mensam in perpetuum poneretur, instituit[e].

1124. Gualterus dimisit abbatiam. In concilio Belvacensi Absalon electus est[e].

1127. Karolus comes, filius Canuti regis Danorum, interfectus est apud Bruges ante altare in ecclesia sancti Donatiani, cum psalmos et orationes suas Deo persolveret, missam auditurus 6. Non. Mart. in 4. feria secundae ebdomadae quadragesimae, a Burchardo, nepote Bertulfi prepositi Brugensis. Cuius mortem Deus in brevi tempore tam mirabiliter et inaudite ultus est non solum in percussore eius, sed et in omnes cooperatores mortis eius, ut omnes infra quinque menses misere et horribili genere mortis trucidarentur. Eodem anno apud Casletum inventum est ovum, habens ex una parte faciem hominis et . . . . Post[h] quem principatur Willelmus, filius Roberti comitis Normanniae, uno anno. Cuius insolentiam non ferentes maiores Flandriae, Iwanus scilicet et Daniel aliique quam plurimi, Theodericum, filium Theoderici ducis de Elsaith, Flandriae introduxerunt. — Mater[i] huius Theoderici fuit filia sororis Roberti comitis, patris Balduini iunioris. — Qua de causa Willelmus, conducto in unum exercitu, apud villam quae dicitur...[k] Teoderico occurrit; commissoque gravi prelio, multi ex utraque parte vulnerati, pauci vero interfecti sunt. Obsessoque apud Alost Iwano et Daniele, Willelmus ictu lanceae graviter vulneratus moritur[a]; et apud Sanctum Bertinum sepelitur[l].

1130. Elevata est theca aurea a domno Absalon abbate . . . . . Gualtero de Corda et . . repositae sunt reliquiae sancti Cyrici martiris et aliorum plurimorum sanctorum.

1137. Obiit Ludovicus rex Francorum.

1141. Obiit magister Hugo theologus[m].

1143. Obiit Innocentius papa, qui et Gregorius. Successit Celestinus, qui et Guido[m].

1144. 14. Kal. Febr. tanta ventorum violentia facta est, ut etiam turres lapideas, domos et templa deiceret, arbores etiam et silvas radicitus evelleret. Eodem anno obiit Celestinus; successit Lucius, qui et Gerardus[m].

1145. Obiit Lucius; successit Eugenius, qui et Bernardus[m]. — Domnus Absalon,

a) *manu saec. XII.* (ϑ) b) *alia manu s. XII.* c) *alia m. s. XII.* d) *manu saec. XII.* (ζ) e) *eadem manu, qua anni* 1088. 1111. 1119. 1121. 1124. (η) f) q. et g. *alia manu.* h) *atramentum mutatur; manus eadem.* i) Mater — iunioris *eadem manus in marg. adiecit.* k) *vacat in cod.* l) e. a. s. B. s. *postea addita; abhinc omnia coaeva.* m) *manu coaeva* (κ), *pluribus vicibus scriptum.*

13) cf. Ann. Bland.

abbas aecclesiae beati Amandi, vir in Christi aecclesia magnae reverentiae et auctoritatis, anno 21. postquam aecclesiam beati Amandi regendam suscepit, cursu vitae fideliter peracto, ut fidelis servus et prudens pro talento sibi credito multiplicem usuram Domino suo secum reportans, ab aerumna praesentis miseriae, quod diu desideraverat, absolutus, 5 et viam universae carnis ingressus, 12. Kal. Oct. in gaudium Domini sui intrare meruit, sepultusque est ante ianuam aecclesiae sancti Amandi in claustro. Successit Gualterus, prior eiusdem ecclesiae.

1146. Ab Eugenio papa Romae ordinatur episcopus Tornaci domnus Anselmus, quondam abbas sancti Vincentii Laudunensis[a]. Obiit domnus Absalon abbas, vir magne 10 reverentie et auctoritatis.

1148. Obiit Anselmus episcopus Tornacensis. Successit Geraldus monachus Clarevallis[a].

1150. Abbas Gualterus dimisit abbatiam et transiit Clarevallem. Successit Hugo abbas Humolariensis[a, 1].

1152. Obiit Eugenius papa; successit Anastasius[a].

15 1153. Obiit venerabilis abbas Bernardus de Clarevalle[a].

1154. Obiit Anastasius papa, qui et Conradus; successit Adrianus, qui et Nicholaus[a].

1159. Obiit Adrianus papa; successit Alexander.

1162. Civitas Mediolanensis ab inperatore Frederico ad solum usque diruitur[b].

1164. Comes Theodericus Ierusalem proficiscitur, et Philippus, filius eius, potenter 20 dominatur Flandriae et Vermandis[b].

1166. Obiit Geraldus episcopus Tornacensis. Successit Galterus, decanus eiusdem ecclesiae[b].

1168. Obiit Theodericus comes Flandriae[b].

1169. Obiit domnus Hugo abbas Sancti Amandi; successit Iohannes, qui secundum 25 prioratus locum uno anno tenuerat. — Anno Domini 1169. obiit Hugo abbas, vir tocius prudentiae et sagacis ingenii magneque auctoritatis et reverentie in Christi ecclesia. Cuius providentia fructuosa temporalis subsidii commoda filiis pro patribus nascituris preparavit, ita ut operum eius quasi quaedam trinitas possit inveniri, magnitudo scilicet, pulchritudo, utilitas; magna quantitate et ampla possessione, pulchra qualitate et cauta 30 dispositione, utilia fine et fructuosa perceptione. Interque plurima quae fecit operum insignia, dies per annum precipuos, amplificatis preter solitum luminaribus, honorari decrevit. Horum dierum octonarium instituerat, qui numerus, ut credi decet, ipsi non infructuosus est, cum post huius vitae senarium ad supernae felicitatis sabbatum pertransiit, novissime vero octavam plenae consummationis obtinebit.

35 1170. Civitas Midiolanensis nobiliter reedificata, vicinarum civitatum obtinet principatum.

Anno milleno centeno septuageno
Anglorum primas corruit ense Thomas.

1171. Elnone monasterio illatio corporis beate Albine ex illis Coloniensibus, 3. Non. Novembris.

40 1172. Obiit Gualterus episcopus Tornacensis; successit Everardus archidiaconus.

1173. Elnone illatio trium virginum Coloniensium, 16. Kal. Iun.[b]

1179. Crux gemina quae apud nos est, duobus in locis de cruce domini Salvatoris habens, a Gualtero nobili milite de Wariniaco de Iherusalem allata et ecclesie nostre oblata, a nobis est cum processione suscepta in gaudio et exultatione 17. Kal. Mai. 45 Eodem anno factum est gelu grave, durans ab Id. Nov. usque circiter Kal. Mai.

1180. Ignis divinus accensus est coram feretro beati Amandi apud Scaldi pontem Non. Iul. Obiit Ludowicus rex Francorum. — Philippus, filius Ludovici regis Francorum, unctus est Remis in regem, Kal. Nov. anno aetatis suae 14.

1181. Obiit Alexander papa; successit Lucius Ostiensis episcopus. Translatae sunt 50 reliquiae virginum Coloniensium apud Borisiacum in ramis palmarum, 4. Kal. Apr.

1182. Abbas Iohannes abbatiam suam, quam 14 annis rexerat, in presentia Remensis archiepiscopi et Philippi comitis et episcopi Tornacensis, in conspectu fratrum claustralium resignavit; et ibidem domnus Eustachius thesaurarius ecclesiae sancti Petri de Gan-

a) *manu coaeva* (x). b) *una manu coaeva*.

55 1) Hombliercs, dioc. Noviomensis.

davo sollempniter successit. Iste Eustachius abbas dormitorium optime renovari fecit, et capellam sancti Andree, quae vetusta erat, reedificavit, sed min . . . . Undecim quoque refectiones in quadragesima fratribus constituit et sigillo capituli confirmavit, et violatores tante institutionis excommunicavit. Cuius anima cum sanctis angelis felici gloria in eternum perfruatur. Amen. 5

1184. Hoc anno circa horam nonam accidit solis eclipsis in octavis paschae. Ipso anno orta gravi discordia inter regem Francorum et comitem Flandrie pro terra Viromandie, inter eosdem divisa eadem terra, facta est concordia[a].

1188. Hoc anno rex Francorum, rex Anglie, comes Flandrie et multi barones crucem suam, accipiunt[a]. 10

1189. Eclipsis lune mirabiliter nobis aspicientibus accidit media nocte 3. Non. Febr.[a]

1190. Obiit Everardus, episcopus Tornacensis ecclesiae; successit Stephanus, abbas Sancte Genovephe. Obiit Fridericus imperator; successit filius eius Henricus.

1191. Obiit domnus Eustachius abbas; sncecessit Arnulphus. Eodem anno facta est eclipsis solis mirabilis 9. Kal. Iul. in meridiano. Obiit Philippus comes Flandrie; successit Balduinus comes Hainonie, qui sororem ipsius Philippi in uxorem duxit. 15

1192. Arnulphus persona degradatur; Gualterus abbas Sancti Nichasii subrogatur.

1193. Hoc anno 15. Kal. Iun. luna 13. circa noctem . . . . facta est eclipsis lunae . *ho*ra una facta est eamque . . . . . duabus etiam horis rubore . . . *su*bito opacata velud . . . . . . fere . . . . des. 20

1195. Horribili ventorum impulsu irruente, domorum aedificia arboresque radicitus evertuntur 6. Id. Octobr. [a]

1196. Hoc anno apud Tornacum rasera[1] frumenti venundatur 50 solidis, quod a predecessoribus nostris non est auditum. — Item hoc anno quidam noster monachus et sacerdos, nomine Rodulfus, a tribus perfidis gladiis detruncatur in palude Aquicincti coenobio vicino existente, pridie Kal. Apr.[a] 25

1197. Viatici copia deficiente, fit fames acutissima et clades vehemens.

1198. Fulco, presbiter territorii Parisiensis, quasi quoddam fulgur emicans in Galliis verbo predicationis intonat, signis et miraculis choruscat, spiritu vehementi vitia subiectorum, negligentiam et prava exempla prelatorum reprehendit, nulli parcens honori, et multos a via sua mala revocat ad viam salutis. Deinde primus crucem accipiens ad capitulum Cisterciense, multorum animos ad cruces accipiendas commovit. Hic anno 5. praedicationis suae, cum multas pecunias ad usus peregrinorum congregasset, insperata morte preventus, novos Israhelitas ad terram promissionis perducere non potuit[a]. 30

1200. Balduinus Flandriae et Haynonie comes obiit[b], multo exercitu *comitante*. Cui associatur marchisus de Monteferrat et alii multi principes et proceres et multi populi de diversis terris profluentes. In regno Franciae interdictum est divinum officium a quadragesima usque ad nativitatem beate Marie, pro eo quod Philippus rex Francorum relicta propria coniuge superduxit aliam; et ita sancta ecclesia, multis calamitatibus afflicta, et etiam divini officii suspensis organis muta effecta, transmigrationem Babilonis representare videtur[a]. 35 40

1204. Obiit domnus Gualterus, abbas Sancti Amandi; successit Iohannes quondam prior. Iste Galterus sui non immemor, sed sibi feliciter consulens, ad honorem Marie virginis imaginem speciosissimam auro et argento et gemmis pretiosis ornatam fabricari fecit; insuper et cereum ante Sanctum Stephanum iugiter ardentem instituit, et ecclesiam palliis non infimis sua providentia decoravit[a]. 45

1205. In diversis regionibus et maxime in regno Francie gens christiana igne divino succensa, mirabiliter et ineffabiliter cruciata est[a].

1207. Obiit pie memorie Iohannes abbas Sancti Amandi. Hic anime sue felicissime consulens, et posteris suis exemplum benefaciendi prebens, inter cetera que domui sue contulit beneficia, ad honorem patroni sui Amandi prebendam ex integro stabilivit ad mensam fratrum quotidie capiendam. Huic successit Guillelmus, abbas prius Aquicincti[a]. 50

1210. Ecclesia sancte Marie Remensis inopinato incendio concrematur, in qua erat celarium opere eminenti auro venustissime fabricatum[a].

a) *una manu coaeva.* b) abiit? 1) mensura annonae, *rasière.* 55

1213. In crastino sancti Michaelis urbs Tornacensis capta et pars extra muros succensa. Eodem anno Insulae[23] excidium factum est et Curtraci[a].

1214. 6. Kal. Aug. Philippus rex Francorum gloriose triumphavit in pratis de Bovinniis, Othone imperatore fugato cum mirabili exercitu, captis quinque comitibus, Ferrando Flandrie, Bolonie, Saleberge[24] et duobus aliis, cum multis baronibus; et ideo, ut credi decet, victi, quia preliabantur excommunicati[a].

1224. Obiit Philippus rex Francorum. Eodem anno Id. Aug. unctus est Ludovicus filius eius in regem[b].

ANNALES ELNONENSES MINORES.

533. Felix papa. 537. Bonefatius papa. 541. Agapitus papa.
542. Silverius papa. 543. Vigilius papa.
544. Obiit sanctus pater Benedictus.
551. Quinta sinodus universalis Constantinopolim[1]. (cf. A. Leod.)
554. Pelagius papa a. 11, m. 10, d. 18.
558. Monasterium sancti Martini incensum est.
560. Pelagius papa.
565. Iustinus minor imperator et Iohannes papa, et Iustinianus imperator obiit. (A. Leod.)
571. Huni Galliam appetunt[2].
575. Obiit sanctus Germanus Parisius. (ib. a. 573.)
577. Sanctus Gregorius in Iob commentarios edit.
578. Benedictus papa.
582. Pelagius papa.
592. Sanctus Gregorius papa a. 13, m. 6, d. 10.
605. Sabinianus post sanctum Gregorium papatum rexit.
607. Bonefatius a. 6, m. 8, d. 22.
610. Monasterium sancti Petri Blandinio edificatur[25].
615. Deusdedit papa m. 3, d. 23.
616. Dedicatio ecclesiae sancti Petri in Gant a sancto Amando.
618. Bonefatius papa V.
623. *Ho*norius papa a. 12, m. 11. *Obiit* sanctus Gaugericus.
624. *Chlot*harius Dagobertum filium *hered*em imperii facit[2].
629. Sanctus Bavo convertitur et a beato Amando baptizatur.
630. Obiit sanctus Husmarus.
631. Obiit sanctus Bavo.
635. Eligius et Audoenus episcopi ordinantur.
636. Severinus papa sedit m. 2, d. 4.
637. Obiit sanctus Erminus. Iohannes papa a. 1 . . . . . .[c]
639. Theodorus papa a. 6, m. 5, d. 28.
646. Martinus papa a. 6, m. 1, d. 26. Mortuo Dagoberto, Clodoveus filius eius regnat in Neustria, et frater eius Sigebertus in Austrasia. (A. Leod.)
652. Eugenius papa a. 2, m. 9, d. 24.
654. Vitalianus papa a. 14, m. 6.
656. Obiit sancta Gertrudis.
661. Clodoveus, Dagoberti filius, Batildem alienigenam accipiens filiam, habuit ex ea tres filios, Chlotharium, Hildericum et Theodericum. (A. Leod.)
663. Franci Ebroinum cura palatii sublimant.
664. Mortuo Sigeberto in Austria sine filiis, filius Grimaldi Hildebertus regnat. (A. Leod.)

a) *eadem manu qua a.* 1184. 1188 *etc.* b) *alia manu.* c) *quaedam erasa.*

23) Lille. 24) Salesbury. 25) V. Ann. Bland. 1) Haec aliaque cum Ann. Leod. et Laub. ad verbum conveniunt. 2) cf. Sigebertum Gembl.

669. Adeodatus papa a. 4, m. 2, d. 5. Aedificatio Hasnonii.
673. Donus papa a. 1.
674. Agatus papa a. 2, m. 6.
Ann. Leod. 676. Sexta sinodus universalis Constantinopolim. Leo iunior papa m. 10. Sanctus Vinditianus regit episcopatum Cameracensem.
677. Benedictus papa a. 1, m. 10.
678. Sanctus Lambertus factione Coloniensis episcopi eicitur. Iohannes papa a. 1. Sanctus Amatus ab episcopatu eicitur Senonensi.
679. Conon papa m. 11.
680. Sergius papa a. 14, m. 9.
685. Theodericus solus regnat. Sanctus Lambertus insignis habetur.
686. Corpus sancti Vedasti transfertur a sede pontificali in Nobiliaco.
688. Atta venerabilis abbas cepit regere monasterium sancti Vedasti.
A. Leod. 690. Theodericus a Pipino duce superatur.
ib. 692. Theodericus rex obiit. Clodoveus successit.
694. Iohannes papa a. 3, m. 2.
697. Item Iohannes papa a. 2. Obiit sanctus Bertinus. Clodoveus rex obiit; frater Hildebertus successit.
699. Sisinnius papa d. 20.
700. Constantinus papa a. 6.
704. Iohannes papa a. 2.
707. Gregorius papa a. 16, m. 9.
A. Leod. 712. Sanctus Ursmarus obiit. Pipinus princeps obiit; Karolus Martellus succedit.
724. Item Gregorius papa a. 10, m. 9.
735. Zacharias papa a. 10.
A. Leod. 737. Obiit sanctus Erminus episcopus et abbas.
ib. 745. Karlomannus, frater Pipini, monachus efficitur. Stephanus papa a. 6. et unxit filios regis Pipini in reges.
751. Paulus papa a. 10.
768. Pipinus rex obiit, Karolus regnum suscepit. Stephanus papa.
771. Carolus rex Francorum perrexit in Saxoniam. Hic est Karolus imperator, filius Pipini parvi, qui acquisivit regnum usque Hierusolimis.
772. Carlomannus rex obiit. Adrianus papa.
776. Ludowicus Pius, filius Charoli Magni, nascitur.
783. Karolus pugnavit contra Saxones et vicit.
(Ann. Laub.) 787. Sinodus iterum apud Niceam. Signum crucis in vestibus apparuit.
795. Alcuinus, qui et Albinus, diaconus et abba monasterii sancti Martini, sanctitate et doctrina clarus habetur.
796. Leo papa excecatur a Romanis.
A. Leod. 809. Rex Italiae Pipinus, filius Caroli Magni, obit.
ib. 812. Obiit Carolus, filius imperatoris Caroli Magni.
814[a]. Mortuo Carolo, filius eius Ludowicus sublimatur in regnum.
816. Stephanus papa.
817. Paschalis papa.
823. Carolus Calvus natus est ex Iudith.
824. Eugenius papa.
A. Leod. 826. Corpus sancti Sebastiani Suessionis defertur.
ib. 827. Corpora Marcellini et Petri de Roma in Frantiam sunt translata.
833. Ludowicus imperator a filiis tribus suis apprehenditur, et Carolus ultimus natus illi aufertur.
835. Ludowicus imperator a custodia Lotharii eripitur per Ludowicum et Pipinum.
841[b]. Cedes pessima inter Lotharium et Ludowicum et Carolum.
A. Leod. 855[c]. Lotharius imperator et monachus obiit. Lotharius, Ludowicus et Carlus filii succedunt. Ignis divinus accensus est ad sepulcrum sancti Amandi.

a) *codex haec infra demum collocat sub a.* 933. b) *et haec infra sub* 940. c) DCCCXLV *codex.*

862. Balduinus, Odacri filius, Iudith, Caroli regis filiam, uxorem duxit, illa illum sequente.
874. Carolus Calvus imperator efficitur.
875. 4. Kal. Nov. eclipsis solis facta est post horam diei nonam tam densa, ut 5 etiam stellae apparerent.
876. Karolus imperator Calvus obit in itinere Romae. Filius eius Ludowicus substituitur.
878. Balduinus, Odacri filius, obit.
880. Ludowicus rex obit; Carolus frater succedit. Corpus sancti Vedasti Belvagus 10 asportatur. Sanctus Amatus Suessionis asportatur.
881. Obiit Ymmarus Remorum archiepiscopus. Fulco succedit.
891. Atrebatenses Balduinum Flanderensem suscipiunt.
893. Hucboldus monachus insignis habetur.
898. Balduinus Perronam invasit.
15 899. Arnulfus imperator obiit.
900. Obiit Ernulfus comes. Hic filius Arnulfi fuit.
(912—919)[a]. Balduinus, nepos Caroli Calvi, et Carolus, filius Ludowici, uxores duxerunt filias Adelwardi regis Anglorum, Carolus Ogivam, Balduinus sororem eius Helfeth[3] nomine.
919. Obiit Balduinus.
20 922. Carolus capitur ab Heriberto comite, et Perrone mancipatur custodiae[4].
924. Carolus rex obit. Rodulfus rex subrogatur.
926. Ludowicus subrestituitur regno, filius Caroli qui Perrone obiit.
(931—949)[a]. Arnulfus uxorem duxit Adelam, filiam Heriberti Vermandorum comitis, ex qua genuit Balduinum, qui vario morbo ante obitum patris obiit. Uxor eius, ex qua 25 natus est Arnulfus iunior, fuit Mathildis, filia Herimanni ducis Saxoniae.
932. Arnulfus comes adquisivit Attrabatum castrum.
949. Vice secunda Hungari in Galliam venerunt, sed tamen male pugnaverunt. Moritur Ludowicus rex mense Septembri, et Lotharius filius eius succedit.
952. Leudricus ordinatur abbas Kal. Iunii. Quem Arnulfus comes post decessum Nor- 30 mannorum et devastationem abbatiae sancti Amandi ad restaurandam ipsam abbatiam, convocatis episcopis Fulberto Cameracensi, Rodulfo Noviomensi, et abbatibus Gerardo, Hildebrando, Bernero, ordinari fecit, et omnes possessiones ipsius abbatiae ipsi restituit, et insuper de suo multa contulit.
(950—968)[a]. Arnulfus iunior uxorem duxit filiam Beregeri regis Susannam.
35 962. Obiit Balduwinus, filius Arnulfi.
964. Arnulfus, filius Balduini ex Matilde, regnat.
966. Lotharius rex Atrebatum, Duacum, abbatiam sancti Amandi, et omnem terram usque Lis[5] invadit.
980. Otto imperator et Hlotharius rex pacificantur[4].
40 987. Ludowicus rex obiit. Hic progenies predictorum regum de stirpe Caroli Magni regnare cessavit. Hugo Capest, dux eius, regnum sibi vendicat.
988. Obiit Arnulfus iunior.
995. Silvester, qui et Gerbertus, papa Rome constituitur. Moritur Hugo Capet rex. Robertus filius eius succedit.
45 999. Robertus rex et comes Balduinus Laudunum obsederunt.
1003. Obiit Susanna regina.
1010. Dedicatio turris a Harduino episcopo et a Robbodo abbate condita.
1030. Monasterium sanctae Mariae Attrebati fulmine concrematum est.
1031. Obiit Rotbertus rex.
50 1032. Interfectus est Herimannus.
1033. Eclipsis solis fuit 3. Kal. Iul. luna 27. circa octavam horam. Apparuit enim circulus eius primum viridis, postea croceus, et sic movebantur hi duo colores, sicut solet moveri aurum vel argentum, quando purgantur immisso plumbo. Et inde vesti-

a) *non apparet in codice, ad quemnam haec annum adscripta sint.*
55 3) Aelfthryd, Eadwardi sororem. 4) cf. Sigebertum. 5) Lys fluvius.

menta hominum et vultus videbantur quasi crocea. Cuius lumen reversum est ab occidente, sicut lumen lunae in prima et secunda et tertia et quarta; et postea insperato totum lumen rediit.

1035. Obiit Balduinus comes, filius Susannae.

1041. Infra octavas pentecostes bis ebullivit sanguis ex pavimento in monasterio 5 sancti Amandi.

1051. Quidam Berengarius, Andegavensium archidiaconus, de corpore et sanguine Domini absurdam et reprobam questionem concitavit. Unde Parisius invitatus, congregata sinodo, non venit; sed detecta eius fallatia, reus et condempnatus est a cunctis.

1056. Victor papa obiit. Cui successit Stephanus, qui Fridericus dictus est. 10

1061. Henricus rex[6] obiit, et Balduinus comes Flandriae quasi interrex in regno iudicat, salva fidelitate Philippi pueri regis. Huic vero magnum decus intervenit gloriae. Nam comes Tietbaldus, Andegavensis comes, et omnes Galliae optimates salva fide Philippi regis iuraverunt fidelitatem et honorem regni. Quod autem regni erat, sapienter et honeste disponebat. 15

6) Galliae.

ANNALES BLANDINIENSES.

EDIDIT D. LUDOVICUS BETHMANN.

Cum a. **1841.** *Brugas venissem, viri amabiles aeque atque venerabiles C. Carton et F. Vandeputte abbates, ea qua excellunt humanitate atque benevolentia* 20 *mecum communicaverunt, in quo integro edendo ipsi iam occupati erant, librum censualem S a n c t i P e t r i G a n d e n s i s, in membrana quadrata saeculo XI. ex antiquiori exemplari Blandiniensi saec. X. confecto*[1] *descriptum, sequentibus saeculis a multis ampliatum atque continuatum. Tres priores quaterniones continent annos Christi eadem manu saec. XI. scriptos, ab* **1—531.** *et* **532—** 25 **1063.** *binis, a* **1064—1405.** *singulis columnis; quibus eadem manus annales ascripsit, quos hic integros propono, omissis tantum imperatoribus, quippe quos neque omnes, nec recte semper scriptor annotaverit. Haec manus perpulchra atque continua calamum sistit demum in anno* **1060.** *Huc usque igitur hi annales descripti sunt ex antiquioribus, in monasterio Blandiniensi saec. X. com-* 30 *positis*[2], *quibus fundamento fuerunt annales Sithienses*[3] *atque annales Sancti Amandi brevissimi*[4]. *Quae aliis manibus inserta sunt perpauca, religiose indicavi omnia. Inde ab a.* **1061.** *autem manuum atque atramenti summa varietas indicat, omnia quo facta, eodem etiam scripta fuisse tempore. Nunc unus annus a pluribus profectus, nunc plures ab uno; anni* **1086, 1087, 1093,** 35 **1094** *una manu exarati sunt atque continuo calamo; eadem scripsit quatuor vicibus* **1107—1110, 1115—1120, 1121—1127, 1130—1131**; *alia diversis temporibus* **1132—1175**; *tum magna manuum varietas; sed* **1278.** quidam Petrus — **1291.** regis Frantie *una manus continuo calamo exaravit; sequentia quatuor vicibus a totidem auctoribus scripta.* 40

1) cuius unum tantum quaternionem possidet abbas Vandeputte, ediditque in libro: Notes sur la mise en culture de la Flandre occidentale. Bruges 1841, p. 32—51. 2) legebantur illi procul dubio in libro isto censuali sec. X. 3) ab a. 548—823, in cod. Boloniensi, unde eos edidit Mone: Anzeiger 1836 p. 5. Cf. Archiv VI. p. 739. 4) SS. II.

Usi sunt hisce annalibus codices Sigeberti Blandiniensis atque Lipsianus, annales Elnonenses maiores, Parcenses, Iohannes de Thielrode, annales Gandenses[5], *chronicon sancti Bavonis*[6]. — *Edidit eos Brugis, nomine Societatis aemulationis Flandriae Occidentalis, V. Cl. Vandepulte abbas.*

1. Dominus noster Iesus Christus natus est.
13. Tiberius regnavit annis 23*.

. . . .

570. Sanctus Wandregisilus natus est. Obiit sanctus Vedastus.
571. Sanctus Amandus natus est[7]. Chlotharius rex obiit.
605. Sanctus Gregorius obiit.
610. Blandinium monasterium edificatur in Gandavo.
615. *Sanctus Bavo, qui et Alloynus, ex predone impiissimo a sancto Amando episcopo conversus*[a].
618. Sancto Amando Elnone migrante, Florbertus abbas ordinatur.
635. Hludowicus rex factus est.
637. Sanctus Audoenus episcopus ordinatur.
639. *Obiit sanctus Florbertus abba; cui successit sanctus Iohannes abba*[b].
640. Monasterium sancti Petri Sithiu aedificatur.
645. Fontanella aedificatur.
646. *Sanctus Wandregisilus coenobia Fiscannum et Fontanellam construxit*[c].
655. Hlotharius tertius rex effectus est.
658. *Obiit sanctus Iohannes abba; cui successit Baudemundus*[d].
659. Hildericus in Austria rex efficitur.
661. Sanctus Amandus obiit[8].
662. Sanctus Lantbertus monachus efficitur.
664. Hoc anno eclipsis solis contigit.
665. Sanctus Wandregisilus obiit; cui successit sanctus Lantbertus.
667. Theodericus rex factus.
668. Lotharius tertius obiit.
669. Hildericus iterum in Neustria rex efficitur.
674. Sanctus Ansbertus abbas efficitur.
677. Sanctus Audoenus obiit.
678. Sanctus Ansbertus episcopus[9] ordinatur.
679. *Elevatio sancti Bavonis a sancto Eligio episcopo facta*[e].
682. Privilegium a sancto Ansberto fit.
684. *Hoc anno Hatta huius cenobii Blandiniensis abbas efficitur*[f].
686. Pippinus senior maior domus efficitur.
694. Childela sacrata dat ad ecclesiam Memmedung[10] res suas in Fursitio et in Heminga et Hamma et Dacenlara.
695. Sanctus Ansbertus obiit.
697. Translatio sancti Vedasti post annos obitus sui 128. Nordarda dat res suas in Machlinio sancto Petro. Sub eodem Theodgarius dat sancto Petro res suas in Sclautis et in Afsnis. Sub eodem s . . . . . .[g].
698. Sanctus Bertinus obiit.
707. Engelwara tradidit sancto Petro in Blandinio Holinium[11] et Afsnis et Applonis[12] et Merhas et duodecim mariscos[13].

*) *Sequentia usque ad a.* 470. *omisimus.* a) *in rasura manus saec. XIII. scripsit.* b) *manus saec. XII.* c) *manus saec. XIII. eadem quae* 615. d) *manus eadem quae* 639. e) *manus saec. XIII. ex.* f) *manus saec. XII.* g) *evanuerunt litterae sex.*

5) SS. II. in annis 661, 693, 982, 998. 6) apud de Smedt Chroniques de Flandre I, 455. 7) cf. Ann. Elnonenses supra. p. 11. 8) cf. Ann. Elnon. 9) Rotomagensis. 10) seu Megmedong, sancto Bavoni dedicatam. 11) Hollaing. 12) Apples. 13) *in pago Bracbatense* addit liber censualis S. Petri.

711. Dagobertus iunior regno sublimatur.
714. Obiit Pippinus, filius Ansegisi[13].
715. Obiit Dagobertus iunior; Karolus ducatum suscepit annis 26.
716. Hilpericus regnat annis 4.
720. Sanctus Vulframnus obiit. 5
722. Wendelfridus dedit res suas sancto Petro in Merendra, sub Baudemundo abbate.
725. Cheltrudis dedit sancto Petro res suas in Nigella, sub eodem abbate.
728. Translatio sanctorum Wandregisili, Ansberti et Vulfranni.
729. Wigerus dedit sancto Petro res suas in Marcoria, Hemmilia, sub eodem abbate.
730. Domnus Beda obiit. 10
14 731. Obiit Baudemundus[14]; cui successit Ferrecus.
736. Megenberta dedit sancto Petro res suas in Brakela, sub eodem.
737. Ambrica dedit sancto Petro res suas in Rochingehem et in Eke, sub eodem.
741. Obiit Karolus, nepos Ansegisi. Pippinus successit annis 27.
A. Hers. 742. Karolus Magnus natus est. 15
A. Sith. 753. 743. Stephanus papa Romanis auxilium contra Langobardos petens, in Franciam venit, et Haistulfus rex Langobardorum á Pippino superatur, et Stephanus papa Romam revertitur.
ib. 756. 745. Iterum Haistulfus rex Langobardorum á Pippino superatur, et postea in venatione quadam equo cadens, mortuus est. 20
A. Hers. 749. Pippinus rex efficitur, et Hildericus tonsoratur.
752. Hildericus obiit.
753. . . . .[a]
A. Hers. 755. Sanctus Bonefacius martirio coronatur[14].
A. Sith. 756. Constantinus imperator Pippino regi organum mittit. 25
758. Obiit Hatta abba; cui successit Celestinus, genere Scottus.
ib. 763. Hiemps valida.
764. Hruotgangus episcopus[15] sanctum Gorgonium Gorzias defert.
765. Hoc anno Celestinus ob dissensionem Karoli et Ragenfridi eiectus est, et peregrinus Ronnace obiit. 30
ib. 767. Lemovica, civitas Aquitaniae, á Pippino capta est.
A. S. Am. 768. Karolus suscepit regnum. Et hoc anno commutaverunt Scoranus abba et Ricolfus episcopus quasdam res.
ib. 771. Karlomannus obiit.
772. Obiit beata Amalberga virgo Christi. 35
A. Hers. 786. 784. Signum crucis in vestibus.
A. S. Am. 788. Karolus rex factus est.
A. Sith. 789. Karolus Sclavos, qui Vulzi vocantur, cum magno exercitu adgressus domuit ac ditioni suae subiugavit.
791. Saxbertus et Guntbertus dederunt sancto Petro res suas in Loenwirde et Wackinio[16] cum ecclesia, sub Scorano abbate. ib. Et Karolus Pannonias cum exercitu magno[b], Hunnorum regiones ferro et igne populatur. 40
ib. 792. Conspiratio Pippini contra patrem facta est in Baioaria. Pons navalis in Danubio factus est.
794. Ercuinus dedit res suas sancto Petro in Osburg, id est Cumbiscura[17], sub eodem abbate. ib. Sinodus habita in Franconovurde, in qua heresis Feliciana iterum cum suo auctore condempnata est. 45
ib. 795. Karolus Saxoniam ingenti populatione devastat.
A. S. Am. 796. Adrianus papa obiit, et Leo successit.
797. Ermengardis dedit res suas sancto Petro in Olsne, sub Scorano. 50
A. Sith. 798. Leo papa excecatus et ad Karolum in Saxoniam adductus, et Geroaldus Baioriae praefectus cum Avaris dimikans. Inde Karolus orandi causa Turonus ad sanctum Mar-

a) *Haec deleta sunt.* b) *deest:* ingressus.

13) cf. Ann. Hersf., quibuscum etiam postea plura conveniunt. 14) abbas Blandiniensis. 15) Mettensis; cf. Ann. Fuld. et Hersf. 16) Wacken. 17) Lapscheure. 55

tinum vadit; inde redux propter Leonis papae causam Romam proficiscitur, ibique hiemavit; et exercitus in Beneventum missus est.

800. Karolus imperator factus est; et terraemotus maximus fuit 2. Kal. Mai. ib. et A.S.A.

802. Ratbertus dedit sancto Petro res suas in Fursitio cum mansionibus sex, sub 5 Scorano.

803. Karolus Saxones transalbianos in Franciam transtulit, et Leo papa ad illum Aquis venit. A.Sith.

806. Eclipsis lunae facta est 4. Non. Sept. ib.

807. Eclipsis solis facta est 3. Idus Febr. et eclipsis lunae 4. Kal. Mart. Iterum 10 eclipsis lunae 11. Kal. Sept. ib.

809. Elevatio sancti Amandi. A.S.A.

810. Eclipsis lunae facta est 7. Kal. Mai, et Karolus novissime in Sithiu fuit. A.Sith.

811. Karolus iunior decessit. ib.

812. Eclipsis solis facta est Idibus Maii. ib.

15 813. Karolus imperator obiit, et Hludowicus successit. ib.

814. Folradus abbas a Nicholao papa privilegium petiit et firmavit.

815. Gero alodem suum dat sancto Petro in Cimbarsaca[19], et Wulfret suum in Sumerinhim[20], sub Folrado.

816. Leo papa decessit; et Stephanus diaconus pontifex factus, post ordinationem 20 suam ad imperatorem venit, a quo apud Remorum civitatem honorifice susceptus est. ib.

818. Gero dedit sancto Petro in Blandinio alodem suum in Melcenario marisco, sub eodem.

819. Hucdelradus dedit res suas secus fluvium Absinthia[21], sub eodem.

820. Gerbertus in Batho sive Asnoth, sub eodem.

25 821. Sigobertus dedit sancto Petro alodem, quem habuit in Wildio[22] et in Forario et Barle[23] et Moroscamp et Dodnesta et Flaniesfelt, et Rodgarda suas in Lathem, sub eodem.

822. Ratswinda alodem suum in Bunlar[24], et Heribertus suum in Brakela et Lathem, et Hartfridus suum in Buckelhem, et Herigerus suum in Maclinio[25].

30 823. Paschalis papa obiit, et Eugenius successit.

825. Brunhardus dedit sancto Petro quicquid habuit in Hildengim[26], sub eodem.

826. Wigbertus et Engelmundus dederunt sancto Petro res suas in Waringim et Hildengim, sub Einardo.

827. Sancti Sebastiani corpus Suessionis defertur.

35 828. Sanctorum corpora Marci[27*] et Marcelliani in Ostriam feruntur.

830. Trudberga dedit sancto Petro res suas in Maglinio, sub Einardo.

832. Brunhardus dedit sancto Petro res suas in Brakela, sub eodem.

836. Lidricus comes obiit et Arlabeka sepelitur.

838. Rainfridus dedit res suas sancto Petro in Rammarinhim, et Gerwinus in Hem-40 beke, et Fida in Brakela, sub Einardo.

839. Engelardus dedit res suas sancto Petro in Facum, sub eodem.

840. Hludowicus Pius obiit. Hlotharius successit et Karolus Calvus frater eius. Egesloga dedit res suas sancto Petro supra mare in Addingahim[27].

841. Heribertus dedit res suas sancto Petro in Lathim.

45 844. Obiit Hugo abbas Sithiu, Adalardus succedit.

846. Sancti Bertini corpus transfertur. Hiemps gravis valde.

851. Coenobium sancti Bavonis á Danis incenditur.

855. Sanctus Folquuinus episcopus[28] obiit, Hunfridus successit. Hlotharius imperator obiit.

50 856. Herebertus tradidit sancto Petro res suas in Berenga, sub Inghelramno abbate vel comite.

19) Semmersacke. 20) Somerghem. 21) in pago Rodaninse, Rodenburg. 22) Welden. 23) Baerle. 24) Boulaere. 25) Machelen ad Legiam, in pago Tornacensi. 26) Hilleghem. 27*) falso; Petri. 27) Adeghem. 28) Tervanensis.

859. Hugo iunior fit abba Sithiu.
861. Abbatia Hugoni ablata, iterum Adalardo est reddita.
862. Iudith secuta est Baldwinum Ferreum, filium Audacri.
863. Baldwinus, Nicholao papa agente, Iudith coram patre Karolo desponsat.
864. Adalardus abba Sithiu obiit, et Hunfridus episcopus Tarvenensis, monachus Prumiensis, abbatiam suscepit. 5
865. Karolus rex Hunfrido abbatiam cum dedecore auferens, Hidwino canonico, nuper de Hlotharii senioratu ad se reverso, dedit propter libras auri 30.
866. Nicholaus papa obiit; cui Adrianus successit.
867. Stella cometes apparuit. 10
869. Ermentrudis regina obiit. Hunfridus abba[29] obiit, Actardus successit.
870. Corpus sanctae Amalbergae virginis huc defertur anno 30. Karoli Calvi[30].
875. Hludowicus, suadente Ingelramno abbate[31], regnum Karoli vastat.
876. Karolus Calvus imperator factus est.
877. Karolus Calvus imperator obiit. 15
878. Monasterium sancti Petri et sancti Bertini á Nortmannis incensum est 5. Kal. Aug. Fulco fit abba Sithiu.
879. Balduvinus, filius Audacri, obiit; Blandinio sepelitur.
880. Reinelmus Tornacensis episcopus obiit; et Nortmanni hiemaverunt in Gandavo.
881. Monasterium sancti Audomari incensum est 11. Kal. Aprilis. 20
882. Rodulfus[32] comes et abba factus est.
885. Karolus regnare cepit. Delata sunt corpora sanctorum Wandregisili, Ansberti, Vulfranni ad urbem Carnotenam in monasterium sancti Carauni martiris.
887. Monasterium sancti Bertini a tempestate destructum est. Et Lantbertus presbiter dedit sancto Petro res suas in Sekegehim, anno 7. Rodberti abbatis. 25
888. Odo rex factus est.
889. Ragenfridus tradidit mancipia, sub Walkerio.
891. Trudbertus tradidit suas res, sub eodem.
892. Rodulfus obiit; Balduvinus successit. Venit exercitus paganorum ad castellum sanctorum Audomari atque Bertini, et pugnavit a meridie usque ad vesperam; et aliqua pars illorum intravit ecclesiam sancti Bertini, ibique ceci facti sunt 12 viri. 30
893. Carlus pontifex factus est.
894. Carlus adiutorium Arnulfi expetiit.
895. Zendebaldus rex efficitur Lothariensis.
896. Rodulfus comes[33] interficitur 4. Kal. Iulii. 35
897. Odo rex mortuus est.
898. Gerardus abba natus est.
900. Folco episcopus interficitur 15. Kal. Iulii. Zendebaldus rex interficitur.
911. Hludowicus rex, filius Arnulfi, obiit, et Cunradus rex succedit.
912. Stella cometes apparuit. 40
913. Hoc anno cepit abbas Gerardus edificare Braoniense coenobium, et in anno 2. corpus beati Eugenii episcopi et martyris de coenobio sancti Dyonisii ibi translatum est ab ipso Gerardo.
918. Balduvinus comes obiit, Blandinio sepelitur; et Gerardus abba monachus efficitur.
922. Domnus abba Womarus natus est. Karolus capitur. 45
924. Karolus rex occidentalis obiit.
925. Rodulfus rex subrogatur.
926. Gerardus abba presbyter ordinatur.
927. Hludowicus regno restituitur.
928. Elevatio sancti Folquuini. 50
929. Obiit Elftrudis comitissa.
931. Arnulfus comes[34] cepit castellum sancti Vedasti. Gerardus abba cepit regere cellam sancti Gislani.

29) Sithiensis. 30) de villa Temseca, per Balduinum ferreum. 31) cf. SS. I, 498, 19. 32) Cameracensis 33) Cameracensis. 34) Flandriae. 55

932. Obiit Edwinus rex Anglorum.
933. Obiit Adalulfus comes, in monasterio sancti Petri sepelitur; et domnus abba Adalwinus natus est.
936. Hludowicus rex factus est. Heinricus obiit; cui filius eius Otto successit.
5 938. Domnus abba Womarus presbiter ordinatur.
941. Abba Gerardus receptus est ab Arnulfo in Blandinio.
942. Domnus Womarus monachus efficitur[a].
944. Adventus corporum sanctorum Wandregisili, Ansberti, Vulframmi in Blandinio.
945. Hoc anno Gerardus abba ordinatus est in monasterio sancti Bertini.
10 946. Conversio monachorum in Sithiu monasterio.
949. Obiit Trasmarus episcopus[35] 12. Kal. Aprilis. 35
950. Hludovicus rex obiit. Lotharius, filius eius, successit.
951. Sol defecit hora 3. 14. Kal. Aug. et apparuit stella ab oriente ardens usque ad mensem Septembris.
15 953. Domnus abba Womarus abba ordinatur ab episcopo Folberto in Cameraco.
954. Rodulfus rex obiit, et victoria facta est de Ungris.
956. Hlotharius, filius Ludowici, regnat in occidente.
959. Wigfridus episcopus obiit.
960. Hoc anno ab Arnulfo marchiso hoc Blandiniense coenobium in maiori elegantia 20 est constructum; quod opus mense Maio est inceptum. Et Adala comitissa obiit.
961. Otto puer ascissitur in regnum, et Otto pater fit imperator.
962. Obiit Baldwinus, filius Arnulfi marchisi, et soror eius Liutgardis.
964. Magnus Arnulfus, restaurator huius Blandiniensis coenobii, obiit 6. Kal. Aprilis.
965. Bruno archiepiscopus Coloniensis obiit.
25 968. Otto iunior a patre consors imperii asscissitur Romae.
970. In Blandinio abbas Rodbertus tulit reliquias sanctae Amalbergae.
973. Obiit Balzo, filius Rodulfi comitis.
974. Otto imperator obiit; alius Otto aeque imperator succedit. Et bellum fuit in Perona.
30 975. Dedicatio aecclesiae Blandiniensis ab Adalberone Remensi praesule.
979. In Blandinio consecratio turris occidentalis ab Hecberto Treverorum archipraesule.
981. Obiit domnus abba Womarus[36]; cui successit sapiens Wido. Eodem anno obiit 36 Goterus abba.
35 983. Otto secundus imperator obiit; cui filius suus Otto succedit.
986. Obiit abba Wido piae memoriae; cui successit in regimine vir Dei Adalwinus.
987. Ludowicus rex obiit; cui Hugo dux Francorum successit.
989. Obiit Arnulfus marchysus, nepos magni Arnulfi.
993. Obiit Hugo rex; cui succedit filius eius Rotbertus.
40 994. Obiit Hecbertus Treverorum archiepiscopus.
995. Silvester[37], qui et Gerbertus, papa constituitur Romae. Obiit domnus abba 37 Adalwinus; cui successit domnus abba Rodbaldus.
997. Obiit papa Iohannes; cui successit Bruno, qui iunioris Ottonis filium in inperatorem consecravit.
45 1000. Generali et vasto terraemotu totius orbis magnitudo passim contremuit.
1002. Obiit Silvester papa, qui et Gerbertus sapiens, 2. Non. Mai.
1003. Obiit Susanna regina. Et magna fuit inundatio aquarum Kal. Iunii. Item inundatio aquarum Kal. Aug.
1007. Hoc anno facta incursio hostilis exercitus Heinrici regis in Gandavo, 14. Kal. 50 Septemb.
1008. Obiit Mathildis comitissa. Et contigit eclipsis solis 4. Kal. Apr. luna existente 28.
1013. Hoc anno facta est magna inundatio maris ad vesperas[b] 4. Kal. Octob.
1020. Secunda incursio hostilis exercitus regis Heinrici in Gandavo, Nonis Augusti.

a) *in cod. additur:* et Roma capta est ab Alarico. *Error natus e duabus annorum columnis in codice unde noster exscripsit.* 55 *Pertinent enim illa ad a.* 410. b) uprs *cod.* vesperas *codices Sigeberti Blandin., Affligem., Marchian. qui nostrum exscripserunt.*

35) Noviomagensis. 36) Blandiniensis. 37) notitias annorum 995. et 997. transpositas esse patet.

1023. Hoc anno contigit eclipsis solis 9. Kal. Febr. hora 6. Obiit Godefridus dux.

1024. Heinricus imperator obiit; cui succedit Cunradus.

1029. Hoc anno abba Richardus suscepit regimen Blandiniensis coenobii. Et obiit comes Herimannus.

1030. Obiit Odgiva comitissa. 5

1031. Obiit Rotbertus rex.

1032. Hoc anno abba Richardus reddidit abbatiam. Obiit Rodulfus rex.

1033. Hoc anno contigit eclipsis solis 3. Kal. Iul. hora 6.

1035. Hoc anno domnus abba Wichardus abba est ordinatus. Obiit Balduinus, gloriosus marchisus. 10

1037. Hoc anno contigit eclipsis solis 14. Kal. Maii, luna crescente 28. prima hora diei.

1039. Hoc anno contigit eclipsis solis 11. Kal. Sept. a tertia hora usque ad sextam, luna 28.

1042. Obiit piae memoriae domnus abba Rodboldus. Hoc anno facta est magna inundatio maris 4. Nonas Novemb. 15

1043. *Hoc anno ad deportationem sancti Gudwali visa est inclinare imago crucifixa Domini*[a].

1044. Obiit Hugo episcopus; cui successit Balduinus episcopus.

1049. Hoc anno facta est elevatio sancti Florberti *a Balduino Noviomagensium episcopo 12. Kal. Maii*[b].

1054. Hoc anno obiit nonus Leo papa, qui et Bruno dicebatur. Eodemque anno 20 Henricus imperator castrum Tornacum obsedit.

1056. Obiit Henricus imperator; cui successit filius eius Henricus.

1057. *Balduinus iunior marchysus Nerviorum comitatum imperiali munificentia et auctoritate apostolica suscepit*[c].

1058. Obiit domnus abba Wichardus Kal. Aprilis; cui sequenti anno 25

1059. successit domnus abba Everelmus 8. Kal. Febr.

1060. Obiit rex Francorum Henricus; cui successit Philippus filius.

1061. *Baldwinus marchisus regni Francorum magistratus efficitur*[d].

1063. Rodbertus, Baldwini potentissimi iunior filius, Frisiam subintrat.

FINIT CICLUS QUI FUIT POST DIONISIUM[e]. 30

1066. Hoc anno apparuit cometa ad occidentalem plagam. Et Willelmus Nortmannorum comes invasit regnum Anglorum, interfecto in bello rege Anglorum Haroldo, et in die natalis Domini in regem unguitur in Londonia.

1067. Obiit Baldwinus potentissimus marchisus. Elevatio sancti Macharii, et dedicatio ecclesiae sancti Bavonis. 35

1068. Obiit Baldwinus episcopus Noviomagensis; cui successit Radbodo.

1069. Obiit Everelmus abba; cui sequenti anno

1070. successit domnus abba Folkardus. Obiit Baldwinus marchisus, qui Hasnoni sepultus est; cui sequenti anno

1071. successit frater eius Rotbertus, interfecto a Flamingis nepote eius Arnulfo, et 40 captivata matre eius Rikilde, fugato etiam a Flandria rege Francorum Philippo.

1077. Hiemps gravis. *Translatio sancti Florberti abbatis Blandinio per Ratbodum episcopum, 12. Kal. Maii*[f].

1081. Hoc anno terrae motus magnus 6. Kal. April. sabbato ante dominicam palmarum, 2. vigilia noctis. 45

1083. Translatio sancti Livini per manum Ratbodi Noviomagensis episcopi. *Iterum inclinavit se ymago Crucifixi sancto Gudwalo*[g].

1086. Rodbertus iunior in partem regni a patre suo Rodberto ascisscitur. Obiit 38 domnus Offridus, fundator Watinensis ecclesiae[38].

1087. Hoc anno Cnût rex Danorum interficitur, et Willelmus rex Anglorum obiit. 50

1088. Hoc anno abbas Folkardus reddidit abbatiam. Sigerus abbas est ordinatus.

1092. *Hoc anno processio Tornacensis incepit per Radbodum episcopum*[h].

a) *manus saec. XIII.* b) *manus saec. XIII.* c) *manus saec. XII.* d) *manus saec. XII.* e) *Hic desinit prima manus. Sequentia a multis scripta sunt diverso tempore, narratis semper aequali, quae indicavi exceptis.* f) *manus saec. XIII. in rasura.* g) *manus saec. XIII.* h) *manus saec. XIII.* 55

38) Watten, prope S. Omer.

1093. 9. Kal. Octobris, 6. feria, hora 3. usque in horam 8. luna 28. indictione I. epacta I. eclipsis solis facta est. Eodemque anno 3. Idus Octobris obiit Rodbertus, primus huius nominis Flandriae marchysus. Succedit filius eius Rodbertus. *Hoc anno ecclesia sancti Iacobi in Gandavo fundari cepit*[a].

5 1094. Inundatio magna a pridie Idus Octobris usque ad Kal. Aprilis.

1095. Sequitur sterilitas anni cum fame gravi. Eodem anno synodus Urbani papae in Arvernia Clarmontensi civitate; ubi Philippus rex propter incestum adulterae excommunicatur. Raynoldus Remensis archyepiscopus obit.

1096. Christianorum contra inimicos crucis Christi ex omni natione optabilis expeditio. 10 Iudei in pertinacia sua tumultuarie occiduntur.

1097. Antiochia a christianis per novem menses obsidetur, et tandem ab ipsis, longa prius inedia confectis, ita ut equorum et asinorum, canum etiam, carnes et vetustissima coria prae inopia panis corroderent, capitur. Ibidem post modicum Turci a christianis bello superantur.

15 1098. Obiit Radbodus episcopus Noviomensis; Baldricus succedit.

1099. Obiit Urbanus papa, Pascalis a Romanis substituitur. Id. Iulii Hierusalem a christianis capitur, et crux Domini a paganis absconsa christianis manifestatur. Godefridus Lotharingiae dux in regem ibidem sublimatur. Apud Ascalonam Turci, Arabes, Arcipathitae cum duce Babiloniae, qui vulgo dicitur Meraviz, divino auxilio a christianis 20 mirabiliter devincuntur.

1100. Rodbertus comes Flandriae, desideratus a multis, adquisita sibi multa laude secularis militiae, redit de via Domini. Multi similiter et ante eum et post redierunt, plurimis cum rege supradicto Hierosolimae, Antiochiae et in caeteris civitatibus Deo adquisitis remanentibus. Eodem anno secundus Willelmus rex Anglorum in vena- 25 tione ab uno milite suo ex improvisu sagitta vulneratus obiit; cui successit Henricus frater suus.

1105. Obiit Folkardus abbas.

1106. Heynricus, imperator Romanorum tercius, a filio Heynrico, Teutonicorum dolo, 6. feria ante natale sempiterni regis, apud Bingam capitur; qui cruce, lancea et imperiali 30 corona spoliatus, fuga tamen elapsus, navi per Renum Coloniam vehitur; unde profectus Leodium, ab episcopo Odberto recipitur. Mense Februario, 14. Kal. Mart. luna 10. 6. feria, prima quadragesimae ebdomada, in occidente oritur cometa admodum gracilis, sed ignea; cuius tamen radii miro modo lactei, visi sunt diatim crescere atque sub Orione ad orientem protendere. Visus est etiam globus igneus tercia quidem nocte ab eadem 35 stella in terram cadere. In coena dominica sequitur pugna inter memoratum patrem et filium super Mosam fluvium, ubi in parte filii comes Bruno cum multis occiditur, et pater, uno milite amisso, victoria potitur. Post haec mense Iulio Colonia obsessa a filio, 7. Idus Augusti pater moritur Leodii; qui tamen antequam moreretur, misit filio anulum imperialem cum gladio. Mense autem Septembrio Rotbertus comes Nortman- 40 niae fratrem Heynricum regem Angliae dum bello aggreditur, multis utrimque interfectis, idem Rotbertus a suis traditus et captus in Angliam ducitur et carceri includitur.

1107. Blandinium sancti Petri curae Ansboldi prepositi comittitur. Abbas Sigerus in miliciam Christi accinctus, mense Iulio Hierusolimam proficiscitur.

1108. Mense Augusto abbas Sigerus, ab Hierusolimis dum revertitur, dissenteria pas- 45 sione laborans, apud Rhodum insulam mortuus sepelitur. Heynricus quartus, transmeato Valentianis Scaldo, Duachum obsidione adgreditur; quem armis propulsatum, Rotbertus secundus usque Cameracum, facta demum pace, prosequitur.

1109. Mense Ianuario Ansboldus prepositus in Blandinio abbas creatur. Incendii plaga in christianos iterum suscitatur. Rotbertus secundus in pascha primum agens comita- 50 tum, ab Heynrico quarto Leodeii summe honoratur.

1110. Balduinus puer a patre Rotberto ad curiam Bavenberg mittitur. Heynricus quartus regis Anglorum filiam Mathildem, admodum parvulam, in matrimonium sortitur. Rotbertus in pascha ad curiam apud Ulterius Traiectum habitam proficiscitur.

1111. Rodbertus secundus in expeditione Ludowici regis Francorum mortuus, Atrebati 55 sepelitur. Succedit filius eius Baldwinus.

a) *manu saec. XIII.*

1115. Ansboldus abbas obiit; Eremboldus successit, et eodem anno obiit; cui Arnoldus successit. *Inceptus est ordo Sisterchiensis*[a].

1117. Arnoldus, abbas aecclesiae sancti Petri, cooperante Dei gratia, monachicam renovavit religionem.

1118. Paschalis secundus papa obit; cui suscedit[b] Gelasius, qui et Iohannes Gaitanus. 5

1119. Gelasius papa obit; Calixtus suscedit, qui et Wido, Viennensis archiepiscopus. Balduinus comes, Rodberti iunioris et Clementiae filius, vicesimo sexto aetatis suae anno post claros militiae actus monachus effectus, absque herede moritur, et apud Sanctum Bertinum sepelitur. Cui succedit consobrinus eius Karolus, filius scilicet ámitae illius Athelae nomine, quem suscepit de Gnuto rege Daciae. Eodem anno Calixtus 10 celebravit sollempne concilium, in quo excommunicavit Heynricum Teutonicorum imperatorem. Willelmus, Heynrici filius regis Anglorum, cum de Normannia transit in Angliam, cum centum pueris diversorum procerum et fratre et sorore submersus est.

1120. Heynricus rex Angliae filiam Godefridi ducis Lovaniae ducit in uxorem. Fredericus episcopus Leodiensis a suis veneno interemptus, tantis miraculis sepultus cho- 15 ruscavit, ut antiquis patribus in miraculis coaequaretur.

1121. Lambertus Noviomensis episcopus obiit; Symon successit. Norbertus Norbertinos facit; *isti sunt Praemonstratensis ordinis*[a].

1122. Calixtus papa concilium Romae celebrat. Lambertus abba Sancti Bertini paralisi dissolvitur. Coenobium Bergense concrematur. 20

1123. Petrus et Gregorius cardinales legati apud Carnotinum concilium celebrant. Calixtus papa obit; Honorius succedit.

1125. Heynricus Teutonicorum rex obiit; Luterus dux Saxoniae successit. Fames horrida invaluit.

1126. Iterum fames gravissima repetita per Flandriam, per Lotharingiam, per Fran- 25 ciam, per Angliam, multa hominum milia necavit. Lambertus abba Sancti Bertini obiit.

39 **1127.** Hoc anno multa mira evenerunt. Nam sanguis ex dunnionibus[39] castellorum emanavit, ipsum sanguinem qui eodem anno effusus est portendens. Nam Karolum comitem Flandriae servi sui apud Bruggas, secunda ebdomada quadragesimae, ubi in oratione procubuit, ante altare interemerunt. Cui successit Willelmus, filius Rotberti 30 comitis Normanniae.

1128. Obiit Willelmus comes; Theodericus succedit.

1130. Honorius papa moritur. Innocentius, qui et Gregorius, et Anacletus, qui et Petrus Leonis, succedunt. Sed Innocentius insidias Anacleti et parentum suorum in urbe Roma ferre non valens, secundum Domini praeceptum: *Si persecuti vos fuerint in unam* 35 *civitatem, fugite in aliam*, nocte cum suis fugam iniit, et usque ad Pisanos veniens, magnifice ab eis suscipitur et honoratur. Cognita tandem utriusque partis saniori electione, quasi minus canonica domni Anacleti pape fuisset electio, pari voluntate, pari consilio et auxilio universa Gallicana aecclesia in partem domni Innocentii papae dextras dedit.

1131. Innocentius papa secundus 15. Kal. Nov. die Lucae euangelistae, sollempne 40 concilium Remis celebravit, in quo Anacletum papam cum suis sequacibus excommunicavit. Philippus iunior rex, filius Ludowici regis, de equo miserabiliter corruens, die tercia moritur, et Ludowicus, frater eius, admodum parvulus a domno papa Innocentio in eodem concilio in regem ungitur.

1132. Obiit domnus Arnulfus abbas. *Giselbertus succedit, quondam abbas Eyhamensis*[a]. 45 Et eclipsis solis contigit 4. Non. Aug.

1134. Translatio sanctissimae virginis Christi Amalbergae *per manum Giselberti abbatis*[a]. Magna inundatio maris 4. Non. Octob. feria 5. luna 12.

1135. Obiit Henricus rex Anglorum; Stephanus succedit.

1136. Obiit Lutherus imperator, qui dictus erat Lotharius; cui successit Conradus 50 86[us] imperator.

1137. Siccitas magna. Obiit Ludowicus rex Francorum; Ludovicus filius succedit.

1138. Obiit Gyslebertus abbas; domnus Sigerus secundus succedit. Obiit Petrus, qui et Anacletus.

a) *manus saec. XIII.* b) *ita c.* 39) donjeon. 55

1139. Innocentius papa concilium Romae tenuit. Obiit Godefridus maior dux Lotharingiae.

1140. Eclipsis solis ante incognito modo in equinoctio verni temporis accidit, et tonitrua insolita in vigilia paschae.

1142. Godefridus minor dux Lotharingiae obiit. In Gemlaus puer duorum capitum natus est.

1143. Inundatio aquarum maxima.

1144. Obiit Iwainus de Alst. Obiit Innocentius papa; Celestinus sucedit [a]. Obiit Celestinus.

1145. Lucius papa sucedit. Obiit Lucius papa; Eugenius succedit.

1146. Innumerabilis profectio secunda christiani populi Hierosolimam proficiscitur cum Conrado imperatore, Lodowico rege Francorum, Theoderico comite Flandriae. Quidam per Anglicum mare navibus evecti, Ulixibonam applicuerunt, et captam quiete possederunt. *Hoc anno facta est divisio inter episcopatum Noviomensem et Tornacensem, et Anselmus fit Tornacensis episcopus* [b].

1150. Hiemps validissima fuit, perdurante glacie a 5. Idus Decembris usque 14. Kal. Martii.

1152. Obiit Conradus imperator; successit Fredericus, consobrinus eius, 87[us] imperator.

1153. Claustrum sancti Bertini concrematur in ipsius festo. *Obiit Eugenius papa; Anastasius succedit. Obiit sanctus Bernardus abbas Clarevallis* [b].

1154. In Gandavo puer nascitur duorum capitum, quattuor manuum et totidem pedum.

1155. Obiit Stephanus rex Anglorum; successit Henricus comes Andegavensis. Eugenius papa obiit; cui successit Conradus, qui et Anastasius. Anastasius obiit; Nicholaus, qui et Adrianus, succedit.

1157. Theodericus comes tercio Hierosolimam petit; cui filius suus Philippus substituitur, qui duxerat filiam Rodulfi comitis Peronensis.

1159. Adrianus papa obiit. Obiit Sigerus secundus abbas; Erembaldus succedit. Obiit Erembaldus; Walterus succedit.

1163. Obiit Walterus abbas; domnus Hugo primus succedit.

1164. Theodericus comes quarto Hierosolimam petit. Philippus comes Flandriae cum magno exercitu militum Aquis vadit in natali Domini ad curiam Frederici imperatoris, a quo Cameracum suscepit, homo eius effectus, et magnam pacem Flandrensibus per terram imperatoris eundi ac redeundi optinuit. Idem a curia revertens, sine mora patri suo Theoderico a Ierosolima redeunti obviam proficissitur.

1166. Obiit Theodericus, filius Iwaini de Alost. Obiit Geraldus Tornacensis episcopus [*succedit Walterus episcopus* [b]] et Theodericus Ambianensis episcopus. Philippus comes Flandriae, et Matheus frater eius Boloniensis comes, et Godefridus dux Lovaniensis, cum septem milibus [c] fere navibus suorum, expeditionem movent adversus comitem Ollandiae; quem in deditionem venientem cum suis, comes Flandriae diutius tenuit in captivitatem. In Gandavo infans natus est trium capitum, habens in collo caudam pecudis vel bovis. Similiter in villa sancti Petri quaedam femina 11 mensibus gravida peperit monstrum, deorsum formatum ut faretra, sursum ut galea, ibi habens duo cornua.

1171. Thomas Cantuariensis archiepiscopus martirizatur 4. Kal. Ianuarii.

1172. Henricus, filius Henrici regis Angliae, bellum movet adversus patrem suum, auxilio Ludowici soceri sui regis Francorum adiutus, Philippi quoque nepotis sui Flandriae comitis; ubi Matheus, frater eiusdem Philippi, comes Bononiensis, ictu sagitte occiditur. Obiit Walterus Tornacensis episcopus; Everardus succedit.

1173. Pestilentia hominum ex tussi morientium.

1174. Pluviale tempus incessabiliter a festo sancti Iohannis usque in finem anni, et magna penuria vini et omnium frugum. Fredericus imperator vadit cum exercitu in Langobardiam.

1177. Domnus Hugo abbatiam dimittit sancti Petri. Gerardus ordinatur.

1179. Obiit Ludowicus pius rex Francorum 13. Kal. Octobris.

1180. Obiit domnus Hugo abbas.

a) *ita cod.* b) *man. saec. XIII.* c) septem mil *erasum restitui ex Sigeberti codicibus Aquicinctino, Blandiniensi, Marchianensi, qui nostrum locum exscripserunt.*

1186. Pars quedam cripte cecidit.

1187. Hierusalem capta est a Sarracenis, Accaron quoque, id est Ptolomaida, et Ascalon cum multis aliis civitatibus et castellis. Eclipsis solis 2. Non. Sept.[a] Novum opus inceptum est.

1189. Obiit Henricus rex Anglorum, filius Machtildis imperatricis, filie Henrici regis Anglorum senioris. Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglie Ierosolimam navigio proficiscuntur. Fredericus imperator et Philippus comes Flandriae per terram Ierosolimam petunt cum magno exercitu. Obiit domnus Everardus episcopus. Stephanus succedit.

1190. Obiit domnus Gerardus abbas; domnus Hugo succedit. Obiit Godefridus dux Lotharingie.

1191. Ptolomaida reddita est christianis. Obiit Philippus Flandrie et Viromandie comes magnificus; Balduinus comes Haynonie succedit, habens sororem predicti Philippi, unde Flandria et Haynoia coniuncta sunt.

1194. Obiit Margareta comitissa Flandriae.

1198. Hoc anno monasterium quod dicitur Bodelo constructum a quodam monacho sancti Petri Gandensis, nomine Balduino de Boucle, qui monasterium exiens, ibidem solitarie vixit.

1201. Obiit domnus Stephanus episcopus Tornacensis; Gozvinus archidiaconus succedit. Domnus Hugo secundus abbatiam dimittit sancti Petri; Hugo tercius succedit.

1203. Obiit domnus Hugo huius nominis abbas secundus.

1204. 6. Kal. Mai. Balduinus comes Flandrie et Haynonie imperator constituitur Constantinopolitanus. Sequenti anno

1205. ipse Balduinus imperator in prelio a perfidis Grecis capitur; cui successit Henricus frater eius. Hiemps valida, durante glacie a 14. Kal. Feb. usque ad 14. Kal. Apr.

1206. 2. Kal. Martii eclipsis solis a tercia hora diei usque in horam nonam, luna 28.

1209. Obiit domnus Hugo tercius abbas; Arnoldus prior succedit.

1214. Rex Frantie victoria potitus ad pontem Bovinie, Farandum comitem Flandrie et comitem Bolonie et fratrem regis Anglie et alios multos nobiles captivos secum adduxit. Inundatio maris[b].

1215. Innocentius papa tercius Rome generale concilium celebravit.

1216. 4. Kal. Iulii dedicata est capella in honore sancte Marie a domno Gosvino episcopo Tornacensi. Obiit Innocentius papa tercius; Honorius succedit . . . .[c] Obiit Henricus imperator Constantinopolitanus, et Iohannes rex Anglie; cui succedit Henricus filius eius.

1218. Obiit Ottho imperator Alamannie. Obiit domnus Gosvinus episcopus Tornacencis.

1219. Hoc anno consecratus est magister Walterus de Marvis in episcopum Tornacensem, de obsidione Damiette revocatus.

1222. Mense Septembri oritur cometa in occidente.

1223. Obiit Philippus rex Francorum; Loduicus filius eius inungitur in regem 8. Idus Augusti.

1225. Hoc anno quidam Bertrannus nomine, cum se Balduinum Constantinopolitanum imperatorem, Flandrie Haonieque[d] comitem, simulasset, pro sue temeritatis audacia equis distractus et laqueo suspensus interiit.

1226. Obiit Ludowicus rex Francorum, et Willelmus archiepiscopus Remensis, et Philippus comes Namurcensis, et multi alii nobiles, dum ab expeditione Albigeorum remearent. Ludovico mortuo, successit in regnum filius eius Ludovicus.

1227. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius Hostiensis.

1228. Hoc anno obiit Stephanus Cantuariensis archiepiscopus.

1230. Domnus Arnoldus abbas Sancti Petri Gandensis abbatiam dimittit. Theodericus, eiusdem loci monachus et abbas de Geraldimonte, succedit.

1233. Obiit Ferrandus comes Flandrie ac Haynonie, Merketo sepelitur.

1234. Obiit Theodericus abbas; Sygerus prepositus succedit. Hoc anno quidam heretici, Caturcenses dicti, sanctam matrem ecclesiam omnino respuentes et fidem katolicam violantes, 6. Kal. Iunii ab innumero christianorum exercitu obsessi, bello cedentes, gladiis confossi, expoliati, igne vastati, et tandem submersi, miserabiliter interierunt.

a) semt̄ *c.* b) *totus hic annus in rasura.* c) *vox erasa.* d) *ita cod.*

1237. Hoc anno Arnoldus abbas secundo in abbatem eligitur; et Thomas, avunculus reginarum Francie et Anglie, Iohannam comitissam Flandrie ducit in uxorem.

1238. Hoc anno obit Arnoldus abbas; Robertus prepositus de Clusa succedit.

1240. Obiit Henricus archiepiscopus Remensis.

1241. Obit papa Gregorius nonus; Innocencius quartus succedit.

1242. Robertus abbatiam dimittit; Robertus de Kanfin succedit.

1243. Maxima multitudo opilionum a quodam apostata ex diversis provintiis congregata et seducta, per totam Frantiam usque Bituricam perducta, ut eos transmarinis partibus cuidam Saraceno venundaret. Sed ductor eorum Biturica suspendio interiit; alii in fugam versi sunt.

1244. Obiit Iohanna comitissa, Market sepelitur. Margareta soror eius succedit.

1245. Hoc anno magna inundatio aquarum facta est 3. Idus Iunii. Obiit Robertus de Canfin abbas; Iohannes de Scalda succedit. Lugduno Galliae Innocentio papa quarto concilium celebrante, Fredericus imperator culpis clarescentibus dampnatus est et ab imperio deicitur. Quo Frederico ab imperio deiecto et deposito culpis suis exigentibus, Henricus lantgrave de Deuringhes in imperatorem eligitur, et eodem anno devicit Conrardum, filium Frederici; postmodum autem mortuus est. Hoc quoque anno Ludovicus rex Francie a multis esse mortuus creditur; cui Deus pristinam sanitatem per sui misericordiam reddidit, et statim sanitate eidem prestita, petiit sibi signum sancte crucis tradi ab episcopo Parisiensi. Quod signum sancte crucis idem rex sibi assumpsit. Item eodem anno dictus Henricus lantgrave mortuus est.

1248. Ludovicus rex Francie cum fratribus suis Ansfordo Pictaviensi comite, Karolo Andegavensi et Rotberto Atrebatensi, et Willelmus comes Flandrie, et multi alii nobiles cum magno christianorum exercitu Iherosolimam proficiscuntur. Sequenti anno

1249. Damietta a christianis miraculose capitur.

1250. Rotbertus comes Atrebatensis a Sarracenis in urbe quadam inclusus, quo fine defecerit nescitur. Eodem anno Ludovicus rex Sarracenis congrediens, omni christianorum exercitu interfecto fere vel capto, capitur, et cum Willelmo Flandrensi comite et multis aliis nobilibus in Babiloniam ducitur. Damietta pro redemptione regis Sarracenis redditur. Willelmus comes Flandrie de via Domini revertitur. Sequenti anno obiit, Merket sepelitur; cui frater eius Guido successit, qui duxerat uxorem filiam Roberti advocati Bethunensis.

1251. Obiit domnus Walterus de Marvis, Tornacensis episcopus; cui successit Walterus dictus de Mandra, eiusdem loci decanus.

1252. Hoc anno facta est dispersio conventus.

1253. Bis sex centenus annus Domini quadragenus
Est et tredenus tibi, Flandria, vulnere plenus;
Nam Zelandia te vicit, censum tulit a te
.C. prima mensis Iulii fuit hic ferus ensis.

1254. Ludovicus rex de via Domini revertitur. Obiit papa Innocentius quartus; cui successit Alexander.

1255. Quidam Willelmus comes Hollandie dictus, in regno Alemannie ex inopinato subrogatus, regnans circiter octo annis, hoc anno a frivolo Fresionum populo trucidatus, miserabili morte occubuit, mense Ianuario.

1256. Guido comes Flandrie et Iohannes de Dampetra, frater eius, liberantur a captivitate Willelmi regis Alemannie et Florentii, fratris sui. Qui Florentius ducit in uxorem primogenitam dicti Guidonis circiter septem annorum, et fit pax. Eodem anno obiit dictus Florentius.

1259. Factus est motus terre Nonas Maii quinto.

1261. Obiit papa Alexander quartus; cui successit Urbanus quartus. Hoc anno obiit Walterus Tornacensis episcopus; cui successit Iohannes, eiusdem ecclesie canonicus.

1262. Obiit Thomas Remensis archiepiscopus. Obiit Mathildis, uxor Widonis comitis.

1263. Hoc anno facta est eclipsis solis Nonas Augusti circa horam 10.

1264. Hoc anno apparuit cometa, durans per duos menses et ultra. Et captus est rex Henricus Anglie cum fratre suo ac filio suo Edwardo rege iuniore insidiose a quodam milite, nomine Symone de Monteforte dicto.

1265. Obiit papa Urbanus quartus; cui successit Clemens quartus. Quidam Menfredus, spurius Frederici imperatoris sacrilegi, apud Lugdunum Gallie culpis suis clarescentibus dampnati, inobediens et rebellis existens contra sanctam matrem ecclesiam Romanam, dimicans contra Karolum comitem Andegavensem, fratrem Lodewici regis Francorum, in campo Beneventano maximo conflictu, Deo disponente, miserabiliter corruit, multis suorum interfectis, captis probis comitibus, videlicet Iardano atque Bartholomeo.

1267. Hoc anno consecratus est archiepiscopus Remensis domnus Iohannes de Cortenai. Mortuus est Iohannes dictus Boethel, episcopus Tornacensis; cui succedit domnus Iohannes, frater domni de Adenghem. Captus est in bello archiepiscopus Coloniensis a comite Iulensi. Audita sunt tonitrua et vise coruscationes et fulgura 7. Id. Ianuar.

1268. Conradinus cum multis decapitatus est a Karolo rege Ciciliae. Obiit Clemens papa, et vacat sedes.

1270. Obiit venerabilis abbas Iohannes ecclesiae sancti Petri Gandensis; successit domnus Egidius dictus de Sparmalge.

1271. Obiit Ludovicus rex Francia in Thunis. Unctus est in regem Philippus, filius eius, Remis ab episcopo Suessionensi, sede Remensi vacante.

1272. Obiit Egidius abbas; Theodericus de Ypra succedit.

1273. Richardo rege Romanorum sine imperiali benedictione defuncto, Rodulphus comes Havesburgensis absque contradictione qualibet in regem eligitur, Aquisgrani in regni solio sublimatur.

1274. 2. Non. Mai in ecclesia sancti Iohannis in civitate Lugdunensi celebratur consilium generale a Gregorio decimo, archidiacono quondam Leodiensi, in quo multa de subsidio Terre Sancte tractans, in primo Grecos ad unitatem sancte matris ecclesie revocavit, secundo bigamos omni privilegio clericali denudavit, tercio multa ordinum genera delevit, scilicet fratres beate Marie, servos beate Marie, saxitos, et alios quam plurimos vereconde mendicantes. Domnum Henricum episcopum Leodiensem, fratrem comitis de Ghelre, propriis promerentibus culpis ab episcopatu amovit, domnum Iohannem dictum de Hedenghem episcopum Tornacensem suo loco subrogando; cuius loco Tornacensis magister Philippus, dictus Mus, de Gandavo decretorum rector, in episcopum eligitur.

1275. Oritur discordia inter Margaretam comitissam Flandrie et 39 scabinos Gandenses, quos propriis exigentibus culpis a scabinatu amovit, 13 pro eis substituendo. Quod 39. conquerendo graviter, coram illustri viro Francorum rege appellaverunt. Gregorius papa decimus obiit; Imocentius papa quintus succedit. Innocentius quintus obiit; Iohannes succedit.

1276. Philippus rex Franciae proficiscitur debellaturus regem Hyspanie cum exercitu copioso; et cibariorum inedia via qua venerat revertitur.

1277. Arnulphus comes Iuleriensis cum filio suo Willelmo ac multis aliis nobilibus 15. Kal. Aprilis Aquis villam ingressus, clausis post tergum portarum foribus, a communi populo est interemptus.

1278. Obiit Margareta, comitissa Flandrie ac Hayonie, Felinis monasterio ab eadem constructo sepelitur; cui in comitatu Flandrie Guido filius suus succedit. In comitatu vero Hayonie Iohannes, filius domni Iohannis de Avenes primogeniti dicte Margarete, succedit. Hoc anno quidam Petrus de le Broche, quasi secundus post regem Fransie, accusavit reginam occulte, quod filium regis primogenitum veneno occidisset. Comperta falsitate eius, suspenditur.

1280. Obiit Nicholaus papa tercius; succedit Martinus quartus. Item hoc anno facta est dispersio conventus huius loci.

1281. Domnus Theodericus de Ypra, abbas Sancti Petri Gandensis, abbatiam dimittit. Dominus Iohannes dictus Piscator, eiusdem loci monachus et cantor, succedit. Hoc anno Henrichus de Ghelre, Leodiensis episcopus, sed propter eius nequitiam depositus, domnum Iohannem de Adenghem eius successorem volens capere, sed nimis dure tractans, eum extinxit.

1283. Obiit Philippus episcopus Tornacensis[40]; cui successit Michael.

1284. Obiit Martinus papa; succedit Honorius quartus.

1285. Obiit Karolus rex Cicilie. Obiit Philippus rex Francorum; cui successit Philippus, filius eius.

40) in necrologio ecclesiae Tornacensis iam deperdito legebatur: *Nonis Ianuarii* 1282. *obiit domnus Philippus de Gandavo oriundus, nomine Mus, qui dono dedit huic ecclesie* etc. cf. Compte-rendu de la commissio d'histoire, Brux. 1839. III, 181.

Anno[a] Domini 1270. Quidam Petrus, dictus de Lebroche, quis esset vix cognitus in regno Frantie, sed post regem Philipphum quasi secundus in toto regno, exaltatus cordis superbia, domne Marie, filie ducis Brabantie, tunc Frantie regine invidens, et quod primogenitum filium regis veneno extinxerat, occulte reginam accusavit; sed comperta dicti Petri nequisia[b], patibulo Parisius suspenditur.

Anno Domini 1279. Domnus Iohannes de Haedeghem Leodiensis episcopus capitur ab Heinrico de Gelre, cuius loco in consilio Ludinensi fuerat subrogatus; et non valens[c] sustinere cursoris duriciam, in villa que vocatur Helseghem suffocatur.

Anno Domini 1282. Florensius comes Hollandie, congregato exercitu copioso, Fresones aggressus expugnat et perpetua servitute subiugavit, et ossa patris sui, quem occiderant apud Middelboerch, cum gaudio reportavit.

Anno Domini 1283. Quidam imperatorem Fredericum se esse, et nondum mortuum, ut putabatur, sed se in remotis penitentiam egisse et adhuc universo orbi se imperaturum asserebat. Multos in errorem traxit per intersigna quae faciebat, sed currui impositus apud Michen[d] iuxta Renum comburitur. Quo combusto, alter quidam comparens dixit, se ex combustionibus et cineribus dicti combusti fuisse se post triduum resussitatum. Multas perambulans villas et civitates, tandem Gande in cimiterio sancti Bavonis a balivo Gandensi capitur et vinclis ferreis mancipatur; sed tandem a captione balivi liberatus, apud Traiectum inferius patibulo susspenditur.

Anno Domini 1284. Margaretha[e] duxissa Brabantie, filia Guidonis comitis Flandrie, moritur et sepelitur Bruxellis, relictis quatuor liberis, quorum maior natu duxit filiam regis Anglie in uxorem.

Anno Domini 1285. Philippus Francorum rex auctoritate Honorii pape contra Petrum regem Arragonum proficiscitur cum exersitu copioso debellaturus; sed revertens propter muscarum infestationem et aeris intemperiem, negotium infectum dimiserunt; et ipse rex Frantie moritur, et eius caro Narbonis sepelitur, cor apud predicatores Parisius et ossa apud Sanctum Dionisium.

Anno Domini 1287. primo die Februarii commotum est mare; turbatis fluctibus et procellis eius, facta est inundatio orrida, lamentabilis et omni populo dolore plena, qualis nunquam post primum cathaclismum. Heu! lamentabile spectaculum et omni merore plenum; tercia pars Hollandie cum omnibus habitatoribus suis, bestiis et universis creaturis interiit. Flandria, Fresia, Anglia, Dachia et omnis locus mari contiguus huius doloris amaritudine fuit plenus.

Anno Domini 1288. quinto die Iunii Iohannes dux Brabantie prelium aggressus contra Henricum episcopum Coloniensem et comitem de Ghelre, quos idem dux fretus triumpho cum multis nobilibus in captivitatem duxit, castrum quod Valkenborch dicitur, Verhout et ducatum de Lenborch ense acquisivit. Comes de Luchenborch militia inclitus cum tribus fratribus suis et fratre presullis[b] Collonie, militia strenuis, cum aliis nobilibus, quorum incomprehensibilis erat compotus, in ipso conflictu viam carnis universe lantia vel ferro sunt ingressi.

Anno Domini 1290. Guido comes Flandrie, forti exercitu congregato, misit filios suos, videlicet domnum Robbertum comitem Nivernensem et Philipphum, contra Florentium comitem Hollandie in prelium, ut terram de Zelant cum suis pertinentiis obsiderent et eam comitatui Flandrie propter inobedientiam comitis Hollandie unirent, quia sepius ammonitus et in iure requisitus, ut homagium de dicta terra faceret; quod facere recusavit. Sed tandem vi compulsus, mandato et ordinationi domni comitis Flandrie, prestita cautione fideiussoria, se obligavit, sed fidem in obligatione non tenuit.

Anno Domini 1291. mense Augusti, qui erat annus quartus Nicholai quarti pape, destructa est civitas Achonensis a Sarrachenis. Qua destructa, Nicholaus papa quartus nuntios sollempnes misit ad omnes provintias Romane ecclesie subiectas, mandans et precipiens omnibus metropolitanis, ut quilibet in sua provintia celebraret consilium provinciale, et tractarent in suis consiliis, qualiter Terra Sancta miserabiliter desolata posset recuperari et recuperata in posterum conservari, et quid eisdem videretur expedire, si unus fieret ordo de tempelariis et hospitalariis; quorum contraria voluntate Terra Sancta diceba-

a) *Sequentia usque ad* Francie *in fine a.* 1291 *una manus scripsit.* b) *ita cod.* c) volens *cod.* d) *seu* uuchen. *an* Nuczen? (*i. e.* Neuss.) e) M. *c.*

tur et dicitur in manus inimicorum tradita; et ut super hiis quilibet metropolitanus procuratores ad curiam Romanam de sua provintia sufficienter instructos mitteret. Et fuit consilium Remense celebratum apud Compendium in die sancti Sebastiani martiris anno predicto. Item mandavit idem papa predicari sanctam crucem per universum mundum. Item eodem anno Radulphus Romanorum rex extremum clausit diem, et vacat 5 regnum mensibus 10. Cui successit Adulphus comes de Assau. Item eodem anno obiit Iohannes, filius Guidonis comitis Flandrie et Madthildis de Bethunia eius coniugis, episcopus Leodiensis, et sepelitur Felinis. Item eodem anno obiit Michael episcopus Tornacensis; cui successit magister Iohannes de Vassonia, eiusdem ecclesie canonicus et archidiaconus Brugensis et cancellarius domni regis Frantie[a]. Item obiit Nicholaus papa 10 quartus eodem anno 3. Non. Apr. Vacat sedes. Item eodem anno moriebatur comitissa Blesensis, cui successit Hugo comes de Sancto Paulo, filius patrui ipsius comitisse[b].

1292. Anno milleno trecenteno minus octo
Est per Flandrenses Hayonia suppeditata.
Cum cuius comite capto Franci remeare. 15
Tractat de pace discurrens inter eos dux.

Anno Domini 1292. feria 4. ante purificationem sancte Marie post solis occasum apparuit impressio vel genus comete sive miraculum inter occidentem et septentrionem ad modum stelle rubicunde, fere de maioribus; que erat mobilis de loco ad locum, nullo vestigio apparente, et cum directe incederet, in modum semicirculi ad locum suum 20 revertebatur. Item in dominica sequenti et in quatuor diebus sequentibus in simili modo apparuit, minori tamen cursu et quantitate, et alia maior illa, alba et lucida, in parte septentrionis, vicina orizonti, mobilis. Item in octava die purificationis visa fuit tertia similis prime et mobilis, in fine Geminorum, in latitudine australi.

a) *Pergit alia manu.* b) *manus iterum mutatur.* 25

ANNALES FORMOSELENSES

EDENTE D. LUDOWICO BETHMANN.

Exscripsi hos annales ex codice beatae Mariae Formoselensis (Vormezeele prope Ypras) nunc Bruxellensi 8675—8689 *membr.* 8[vo]. *s. XI. et XII., in quo manus saec. XI. exeuntis annis a Christo usque ad a.* 1123. *deductis continuo* 30 *calamo apposuit ea quae inde ab anno* 770. *litteris minoribus expressa hic dedi, compilata illa ad verbum, sed satis mendose atque inepte, ex annalibus Alamannicis (SS. I.), Heremi (SS. III.)*[1], *Blandiniensibus (SS. V.), neque proprium quid continentes praeter annos* 1023. 1030. *Desinit haec manus in anno* 1097. *Alius quidam saec. XII. ineunte addidit ea quae litteris obliquis expressi,* 35 *ab anno* 1049—1081. *uno calamo, reliqua diversis temporibus. Tertius scripsit, quae reliqua leguntur sub annis* 1096—1110. *Quae tum sequuntur, manibus diversis exarata sunt diverso tempore, narratis aequali.*

Anni Domini. Anno Cesaris Augusti 42. Iesus natus est.
6. Herode mortuo . . . . et Archelaus regnavit *etc.* 40
770. Sancti Othmari corpus ad monasterium sancti Galli est translatum[2].
771. Karlomannus rex obiit 2. Non. Decembr.
776. Karolus Saxoniam devastat.

1) fortasse codice quodam Ann. Alamannicorum, deperdito, ex quo haec in Ann. Heremi transierunt. W.
2) V. Ann. mai. S. Gall. et Herm. Contractum. 45

777. Karolus in Saxonia ad Padresprunna placitum habuit, ubi Saxones convenerunt excepto Windechinde, et ibidem magna multitudo eorum baptizata est.
781. Karolus de Roma Pipino baptizato reversus est.
783. Hiltegard regina obiit.
5 785. Rex Karolus Saxones conquisivit, et Widichindus ad eum venit Adtiniacum villam, ibique baptisatus est, omnisque Saxonia Francis subiecta est.
791. Elevatio sancti Amandi.
792. Pipinus comam deposuit capitis.
794. Karlus imperator obiit. Ludowicus successit.
10 795. Adriauns papa defunctus est, et Leo consecratus est.
796. Wandali suam patriam atque principatum Pipino regi tradiderunt.
799. Kerolt occisus est, et Leo papa á Romanis excecatus est.
801. Karolus imperator electus, primus Francorum augusti nomen promeruit.
806. Karolus divisit regnum cum testamento inter filios Lodowicum et Pipinum et Karolum. Eclipsis lune 4. Non.
15 Sept., sol 14. parte Virginis, et luna in 16. parte Aquarii. Et in eodem mense 4. Kal. Mart. eclipsis lune. Et in eadem nocte apparuerunt acies in celo mire magnitudinis, morante sole in 11. parte Virginis. Iterum 11. Kal. Septbr. eclipsis lune facta est hora noctis 3. sole posito in 5. parte Virginis et luna in 5. parte Piscium.
810. Leo papa obiit.
813. Egino Constantiensis episcopus obiit.
20 814. Karolus imperator obiit.
815. Annus primus Lodowici.
817. L i d r i c u s c o m e s o b i i t, e t H a r l a b e c c e s e p e l i t u r.
830. Inicium Sancti Galli.
833. Francorum dedecus.
25 835.[1] Cenobium sancti Bavonis incenditur a Danis.
839. Ludewicus obiit. Eclipsis solis 3. Non. Mai.
841. Primus annus Lotharii imperatoris. Bellum trium fratrum.
842. Divisio regni inchoata.
849. Terremotus factus est.
30 851. Irmingard regina obiit.
856. Lotharius obiit.
857. Hildegard, Lothawici regis filia, obiit.
859. Iudith secuta est Balduvinum ferreum.
860. Hiemps magna, et mortalitas animalium.
35 861. Fames validissima.
863. Sanctus Meginradus occiditur heremita.
865. Gens Hunorum christianitatis nomen aggressa est.
866. Karoli regis soror Irmingard obiit.
868. Stella cometis. Fames acerrima et mortalitas hominum.
40 869. Lotharius imperator obiit.
872. Salomon episcopus obiit.
875. Lothawicus imperator obiit.
877. Balduvinus, filius Audacri, obiit. Carolus Calvus obiit, Blandinio sepelitur.
878. Karolus imperator obiit. Eclipsis solis.
45 879. Lothawicus, filius Karoli, obiit.
881. Karolus Rome cesar efficitur.
885. Wando episcopus effectus est.
888. Karolus imperator depositus est. Arnolfus in regnum elevatur.
893.[a] Obiit Hugo rex; cui successit filius eius Robbertus.
50 894.[a] Obiit Herkambertus Theucronum archiepiscopus[a*].
895.[a] Silvester, qui et Gerbertus, papa constituitur Rome. Et monasterium sancti Petri et sancti Bertini incessum est.
897.[a] Obiit papa Iohannes; cui successit Bruno.
911. Obiit Lothawicus rex, filius Arnulfi, et Conradus rex successit.
918. Balduinus comes obiit, et Blandinio sepelitur[b].
55 936. Ludowicus rex factus est. Heinricus obiit; cui filius eius Otto successit[c].
942. Roma rupta est ab Alarico[d].
954. Rodulfus rex obiit; et victoria facta est de Ungris.
959. Hoc anno ab Arnulfo marchiso hoc Blandiniense cenobium in maiori eligantia est constructum. Adala comitissa obiit.
963. Magnus Arnulfus comes obiit.
60 973. Obiit Balzo, filius Rodulfi comitis.
991. Obiit Arnulfus, nepos magni Arnulfi.
1007. Hoc anno facta est incursio in Gandavum Heinrici regis.
1014. Inundatio magna[e] maris.
1023. Secunda incursione in Gandavum E p p o et C o n o o c c i s i s u n t.
65 1024. Obitus Heinrici imperatoris; cui successit Conradus.
1030. R e l i q u i a e c o n g r e g a t a e s u n t O l d e n a r d i.
1031. Obitus in hoc anno Otgivae comitissae.
1034. Obiit Balduvinus gloriosus marchisus.
1043. Obiit Hugo episcopus; cui successit Balduvinus.

70 a) *lege* 993. 994. 995. 997. *et Brunonem Gerberto praeponendum constat.* a*) *lege:* Hecbertus Treuerorum a. b) *correxi; codex habet:* DCCCCXI. Baldwinio sepelitur. Lothawicus rex f. A. e. C. r. s. et B. comes sepelitur. c) H. f. e. o. Otto s. *codex.* d) *v. supra p.* 25. *n.* a. e) magni *cod.*

1) Ann. Blandin. a. 851.

1049. *Primus adventus imperatoris Henrici super Flandriam.*

1054. Hoc anno Heinricus imperator castrum Tornacum obsedit.

1055. Obiit Heinricus; cui filius eius successit Heinricus. *Fundatio aecclesiae Islensis*[2].

1066. Hoc anno apparuit cometa apud occidentem. Et Willelmus Bastardus invasit regnum Anglorum.

1069. Obiit Balduinus potentissimus marchisus. *Aecclesia Formosellensis libera facta est a Drogone episcopo.*

1070. Obiit Balduvinus episcopus Noviomagensis; successit Radbodo.

1071. *Gelu magnum.* Obiit Balduinus marchio, qui Hasnoni sepultus est. Cui sequente anno

1072. successit frater eius Robbertus, interfecto nepote eius Arnulfo et captivata matre eius Rikilde, fugato etiam a Flandria rege Francorum Philippo.

1077. Hiemps gravis.

1079. *Adela comitissa Mecenensis obiit* 6. *Idus Ianuarii.*

1081. Hoc anno 6. *Kal. Apr.* terrae motus magnus. *Ventus validus intumuit* 8. *Kal. Ian.*

1086. Robbertus iunior partem regni accipit.

1087. Hoc anno Cnuto rex Danorum interficitur. Et Willelmus rex Anglorum obiit.

1088. *Obiit Isaac Formoselensis* 2. *Kal. Octobr.*

1089. *Pestilentia ignearia ingrassata est.*

1090. *Obiit Rodulfus prepositus* 14. *Kal. Mart.*

1093. *Sol eclipsim patitur. Et Rotbertus comes Casletensis moritur* 4. *Idus Octobr.*

1095. *Concilium apud Clarmontem a papa Urbano celebratum.*

1096. *Commotio christianorum principum ad Hierusalem.* Rainoldus archiepiscopus Remensis obiit.

1097. Nicea a christianis capitur. Cometa in occidente apparuit.

1098. Antiochia a christianis capitur 3. Non. Iun.

1099. *Hirusalem*[a*] *capta est a christianis Id. Iulii. Iohannes consecratus est episcopus* 16. *Kal. Aug.* — Urbanus papa obiit; Pascalis successit.

1100. *Canonici Formoselenses regulariter vivere coeperunt per Iohannem episcopum* 8. *Kal. Ian.* Rotbertus comes de Irusalem[a*] rediit.

1102. *Aecclesia Iprensis legitime libera facta est et ad ordinem sancti Augustini conversa, a Iohanne episcopo Kal. Octob.*

1103. *Aecclesia Formoselensis amoto altari denuo consecrata est a Iohanne episcopo Idus Novembris.* Adventus Henrici imperatoris super Flandriam.

1106. Cometa in occidente apparuit. Henricus imperator obiit. Manasses Remensis archiepiscopus obiit.

1107. Henricus rex, filius Henrici imperatoris, Duacum obsedit.

1108. Philippus rex Galliae obiit; cui successit Ludovicus, filius eius.

1109. *Pestilentia ignearia ingrassari cepit.* Facta est eclipsis solis circa finem Mai.

1110. *Cometa apparuit versus aquilonem. Hiemps durissima et nives diuturnae.* Facta est eclipsis lunae circa inicium Mai.

1111. Obiit[a] Rodbertus comes 3. Non. Oct.

1114. Ventus[b] validissimus intumuit 14. Kal. Dec. Hiemps durissima secuta est.

1115. Obiit[c] domnus Adam de Formosele 3. Idus Apr.

1117. Paschalis papa obiit; Gelasius successit.

1118. Gelasius papa obiit; Kalixtus successit. Ventus validissimus intumuit 12. Kal. Ianuar. — Facta est eclipsis solis 11. Kal. Iun.

1119. Balduinus comes obiit 15. Kal. Iul. Karolus, eius nepos, successit. Eclipsis lunae.

1123. Domnus[d] Isaac abbas factus est 2. Idus Oct.

1124. Obiit Radulfus Remensis archiepiscopus. Obiit Kalixtus papa.

1127. Cometa visa est. Karolus Flandriae comes, laudabilis princeps, ab impiis interficitur. Cui[e] successit Willelmus Normannus. Quo sequenti anno interfecto, Teodericus successit.

1130. Obiit[f] Alboldus prepositus Walachrensis 6. Non. Oct. Obiit Ysaac, filius Adae, 2. Idus Nov.

1132. Obiit R.

1135. Obiit[g] Heinricus rex Anglorum; cui successit Stephanus.

1136. Obiit Ludowicus rex Francorum.

a*) *ita c.* a) *incipit manus quarta.* b) *inc. man. quinta.* c) *inc. man. sexta.* d) *inc. man. sept.* e) *inc. man. oct.* f) *inc. man. nona.* g) *inc. man. decima.* 2) Lille.

ANNALES S. BENIGNI DIVIONENSIS

EDENTE G. WAITZ PH. Dr.

Annales breves una eademque manu usque ad annum 957. scripti, ex codice Coloniensi, ubi postea a diversis addita est continuatio, editi sunt Mon. SS. I. p. 97. Eosdem descriptos, sed multis notis auctos, quarum magna pars[1] ad res spectat Tullenses, in Annalibus reperimus S. Benigni Divionensis. Quorum codex etiamnum in bibliotheca universitatis Divionensis asservatus et Nr. 269. notatus, anno 1837. a me exscriptus est. Saeculo XII. inc. exaratus esse videtur; continet vero praeter alia[2] fol. 44—57. cyclorum tabulam usque ad annum 1064. deductam, eandemque ultimis foliis usque ad annum 1215. continuatam. Quorum margini quidam saec. XII. usque ad annum millesimum notationes illas adiecit, quas partim cum Annalibus Coloniensibus convenire, partim res Tullenses explicare dixi, ita ut exemplar annalium illorum in hac urbe repetitum et auctum ante oculos habuisse videatur. Eadem vel eiusdem temporis manus anno 840 Annales Lugdunenses exscripsit. Successit manus, quae usque ad annum 1063, alia quae usque ad annum 1124. annales prosecuta est; et hi et alii scriptores prioribus annis res Lingonenses[3] et Divionenses[4], alii adiecerunt Virdunenses[5], alii denique varias congesserunt annotationes, quas tum e fontibus nobis incognitis, tum ex propria rerum cognitione hauserunt; omnes vero saec. XII. inc. in hoc labore occupati fuisse videntur. Sed inde ab anno 1125. multi sibi succedunt auctores, qui plerumque rebus quas enarrant aequales fuerunt et satis accurata rerum cognitione imbuti. Verum etiam antecedentia saepe non minoris habenda sunt auctoritatis, quippe quorum maxima pars e codicibus antiquioribus sit descripta. Quod quo satius perspiciatur, quaecumque e codice Tullensi sumta videntur, littera obliqua exprimenda curavi, eaque ita distinxi, ut quae ad Annales Colonienses prope accedunt typis artius, reliqua latius positis indicentur. Caetera littera exprimuntur vulgari; sed quae cuique manui debeantur, quam accuratissime potui annotavi. — Ex his annalibus Besuenses (Mon. II. p. 248. editos) descriptos esse[6], nemo negabit qui videt notationes ibi a diversis scriptas hic uno calamo esse repetitas[7]. Neque tamen ultra annum 1118. Besuenses illorum vestigia sequuntur[8], quo

1) a. 895. 906. 921. 934. 962. 963. 994. 996. 1000. 2) cf. Archiv VII. p. 445. 3) a. 838. 856. 880. 922. 981. etc. 4) a. 871. 912. etc. 5) a. 564. 753. (760.) 868. 882. 915. 923. 925. 939. 940. 951. 973. 1005. 1046. 1060. 6) Ann. S. Benigni minime ex Ann. Besuensibus fluxerunt. Neque S. Benigni monasterium a. 1002. sed iam saec. VI. conditum est. 7) Besuensis scriptor annos saepe male turbavit, e. gr. quae ad a. 828. pertinent ad a. 855. retulit, res a. 888. et 899. in cod. Divionensi una manu scriptas in a. 891 et 892. posuit. 8) A. 600. 652. 731. 830. 879. 883. 888. 933. (1033). 1052. (1087). 1088. 1101. 1103. 1105—1107. 1117. quaedam addunt, quae plerumque ad monasterii historiam pertinent. Nota a. 888. cum iis ad verbum convenit quae ex hoc codice Arch. VII. p. 448. edidi; ubi pro a. 869. fortasse 888. legendus est.

fere tempore priores desinere scriptores Divionenses supra dixi; et quum etiam ex antecedentibus quaedam, e. gr. notae Virdunenses omnes, sint praetermissa, haec postea demum codici Divionensi illata esse, putarim. Annales Besuenses anno 1119—1174. *in monasterio illo continuati sunt, Sancti Benigni Divionenses in hoc libro usque ad annum* 1214. *a diversis deducti. — Alter vero exstat*

2) *codex Montispessulanus Nr.* 48. *fol., antea C. Bouhier B.* 48. *et olim in eodem sancti Benigni coenobio asservatus; qui saec. XIII. scriptus fol.* 11. *sqq. cyclos continet ab anno* 1—1595. *tribus columnis exaratos, in quorum margine annales leguntur ad supradictos prope accedentes. Usque ad saec. XII. paucae tantum exstant notae eaeque partim aliunde haustae; inde ab anno* 1108. *vero plures occurrunt, quas, quamvis non uni debeantur scriptori, saepe ex* 1. *esse desumtas, facile est intellectu*[9]. *Interdum fortasse idem utrique codici similem notationem intulit; alius hunc, alius illum praetulisse videtur. Post annum* 1214. *vero hic solus quae in monasterio memoriae tradebantur recepit iisque usque ad annum* 1285. *ornatus est. Quae omnia anno* 1837. *exscripsi.*

Labbeus ex codice 1. *magnam annalium partem edidit (Bibl. mss. I. p.* 293*); ex quo Bouqueti continuatores fragmenta receperunt (XI. p.* 345. *XII. p.* 310. *XVII. p.* 741.*). Quae in codice* 2. *leguntur hucusque, quod sciam inedita sunt.*

G. WAITZ.

(564.) Huius[a] *(Childeberti II.)* tempore sanctus Agericus Virdunensis episcopus claruit in miraculis; quod etiam Fortunatus poeta non tacet[10].

753.[b] *Ibi*[c] *benedictus est Pipinus rex a sancto Stephano papa Parisius et filii eius Karolus et Karlomannus et filia Gisila inter sacra missarum sollempnia, precipiente sancto Petro et sancto Paulo et beato Dionisio.*

Ordinatio[d] domni Madeluci Virdunensis episcopi.

(760.) Temporibus[e] Pippini regis viguit sanctus Madelucus Virdunensis episcopus, cuius corpus in cripta sancti Vitoni sepultum, post 40 annos inventum est incorruptum.

768. *Pipinus*[11] *rex obiit 8. Kal. Octobr.*

769. *Initium regni Karoli regis.*

770. (*aut* 771.) *Et Karlomannus obiit 2. Non. Decembr.*

772. *Adrianus papa efficitur.*

776. *Conversio Saxonum.*

778. *Karolus in Spanias intravit.*

779. *Karolus Saxoniam venit.*

780. *Saxonia capta est.*

781. *Karolus Romam vadit.*

786. *Signum crucis in vestibus. Item Karolus Romam perrexit, deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.*

788. *Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawariae.*

790. *Tassilo dux venit in Franciam, et Bawaria capta est.*

791. *Karolus pergit in Sclavos, qui dicuntur Wilti.*

793. *Karolus rex Hungrorum regnum vastat.*

796. *Obiit Adrianus papa; successit Leo papa.*

800. *Domnus Karolus rex imperator factus est, et a Romanis appellatus est augustus.*

a) *Hanc unam notationem manu β scriptam ex annis prioribus recepi. Caetera usque ad a.* 752. *omisi.* b) 752. *corr.* 753. *cod.* c) *prima manu. Haec exscripta sunt in Ann. Bes.* d) *manu β.* e) *manu γ.*

9) Vide quae notavi anno 1110. 1121. 10) V. Bertarii gesta epp. Vird. c. 6. Mon. SS. IV. p. 42. 11) Etiam ann. 768—772. ad Ann. in Coloniensibus exscriptos pertinere putarim, quamvis hi a. demum 773. incipiant. Fontes vero horum annalium Mon. SS. I. p. 96. indicati sunt.

809. *Transitus sancti Liudgeri episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.*
814. *Karolus imperator obiit. Initium regni Ludowici, filii ipsius Karoli Magni.*
816. Leo[a] papa obiit.
817. Successit[a] Stephanus, et ipso anno obiit; successit Paschalis.
822. *Fames valida.*
823. *Visio Wetani.*

824.[14] Natus[b] est Karolus, filius Ludowici, in Franconofurt Idus Iun. In quo palatio novo illo anno imperator hiemavit; et a Paschali papa in die paschae Romae [Lotharius[c]] coronatus et imperator est apellatus. Drogo pridie Idus Iun. in Franconofurt presbiter est ordinatus[d], cui et episcopatus Mettensis est datus. — Paschalis papa obiit. Eugenius successit.

827. Valentinus successit papa, et ei successit Gregorius.
835. Annus 22. regni Ludowici.
838. Albericus[e] episcopus Lingonensis obiit 12. Kal. Ian.
840. *Hludowicus imperator obiit* 12. *Kal Iulii.* — Eclipsis[f] solis 3. Non. Mai.

Eclypsis[g.15] solis accidit in diebus laetaniarum 3. Non. Mai 4. feria circa horam diei octavam et permansit fere hora dimidia adeo obscura, ut stellae in caelo clarissime apparerent. Hoc anno sancte memorie Agobardus Lugdunensis episcopus obiit 8. Idus Iun. Ludowichus quoque imperator defunctus est 12. Kal. Iul., et memorabile atque insigne opus[h] quod forum vetus vocabatur Lugduni corruit ipso[i] die intrantis autumni, quod steterat a tempore Traiani imperatoris per annos fere septingentos.

Amolo[16], praefati episcopi diaconus, ordinatus episcopus Lugduni 17. Kal. Febr., et lacrimabile bellum inter filios imperatoris Ludowici haud[k] procul ab urbe Autisiodorentium; in quo christianus utrimque populus mutua se caede prostravit 7. Kal. Iul. Cuius etiam anni principio nocturnis horis lux ingens a parte aquilonis emissa, et longe lateque diffusa ferali portento noctem paene in diem vertisse visa est.

841. *Bellum inter tres fratres*, scilicet Ludowicum, Lotharium ac Karolum, filios Ludowici imperatoris.

843. Sergius papa successit.
846. Leo papa successit.
855. Benedictus papa successit. *Hlotharius rex obiit* 4. *Kal. Octobr., filius Ludowici.* Sic[l] introivimus.
856. Obiit[m] Teutbaldus episcopus[17] 16. Kal. Sept.
857. Nicholaus papa successit.
867. Adrianus papa successit.
868. *Fames valida.* — Hatto[n] Virdunensis episcopus obiit[o]; Berhardus successit[o].
869. *Item fames valida, et mortalitas hominum et pestis animalium.* — Lotharius[p] rex obiit.
871. *Ventus validus.* — Cepit[p.18] Divionense monasterium. — Iohannes papa successit.
873. Adventus[q] locustarum.
877. *Prid. Non. Octob. obiit Karolus imperator et Hilmentrudis regina. Iterum Karolus Italiam ingreditur, et eandem terram Karlomannus per aliam viam intravit. Inde Karolus territus fugit, et in eodem itinere mortuus est.*
878. 4. *Kal. Novembris eclypsis*[r] *solis* 4. *feria circa oram diei octavam, et permansit fere hora dimidia adeo obscura, ut stellae clarissimae apparerent.*
879. *Ludowicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karlomanno vivente, Bawariam ingreditur. — Obitus Ludowici regis* 4.[s] *Id. April.*
880. Obiit[t] Isaac episcopus[19] 15. Kal. Aug.
881. *indictio* 14. *die tertio Nonarum Augustarum mensis ipsius intrantibus die Marte et* 6. *concur. inierunt*[u] *bellum Franci contra paga-*

a) *manu diversa.* b) *alio atramento scripta, etiam in Ann. Bes. repetita.* c) *deest cod. et Ann. Bes.* d) effectus *corr.* ordinatus *c.* e) *manu δ; Ann. Bes. haec habent a.* 855. f) *alia manu.* g) *manu a prima paulo diversa (α). fortasse idem scriptor haec diversis temporibus codici intulit.* h) opis *corr.* opus *c.* i) ipse *c.* k) hau *c.* l) *eadem manu qua praecedentia; aut ad hunc aut ad a.* 857. *pertinent.* m) *manu δ.* n) *manu nescio qua (β aut γ).* o) *iam vix legenda.* p) *manu ε.* q) *alia manu.* r) eclypsi solis *c.* s) *fortasse* III. *corr.* IIII. *c.* t) *manu δ (?).* u) initium *cod.* incoauerunt *Ann. Bes.*

14) rectius 823. 15) Ex Ann. Lugd. I. p. 110. 16) Haec ad a. 841. pertinent; v. Ann. Lugd. 17) Lingonensis. 18) Restauratum est; v. Chron. S. Benigni Div. ap. Dachery Spicil. ed. 2. II. p. 376. 19) Lingonensis.

nos, Lodowico, filio Lodowici regis, primum exeunte ad pugnam, Deoque donante potiti sunt victoria, et pars innumerabilis eorum maxima cecidit.

882. Obiit[a] Berhardus[20]; Dado successit.

884. *Sedes*[b] *Nordmannorum in Diusburg. Obiit Karlomannus rex Non. Decemb.*

885. *Karolus imperator efficitur Francorum.*

887. Burgundia[c] a Nortmannis vastatur.

888. *Karolus imperator obiit. Arnulfus rex efficitur.*

889. Odo[d] rex Francorum.

893. *Initium regni Karoli pueri. Huius miles Hagano.*

(895.) *Tullus*[e] *civitas succensa est 2. Non. April.*

895. *Arnulfus*[21] *Romae cesar efficitur; audita miseria famis ac mortalitatis et christiani hominis alterius carnem comedentis. Ungari*[22] *Italiam ingressi multa fecerunt; et Arnulfus imperator obiit, ac Lodowicus in regem elevatur.*

899. Richardus[f] comes Burgundiae pugnavit cum Nortmannis in villa Argentolio et occidit eos 5. Kal. Ian. — Obiit[g] Odo rex.

900. *Zundebaudus rex filium*[h] *Arnulfi occidit.*

901. Zendebauldus[i] rex obiit.

902. *Obiit Petronilla.*

904. *Bellum inter Conradum et Adalbertum*[k] *Francos; in quo Conradus cecidit.*

905. *Adalbertus capite plectitur.*

906. 3. *Id. Septembris obiit Ludelmus*[l] *episcopus*[23].

909. *Ungari Saxoniam et Thuringiam vastant.*

911. *Ludowicus, filius Arnulfi, obiit. Burchardus dux occiditur. Conradus, filius Conradi, in regem elevatur.*

912. *Cometae visae sunt.* Tunc[m] fecit Warnerius episcopus[24] privilegium de ecclesia sancti Vincentii[25].

915. Aecclesia[n] principalis sanctae Mariae Virdunensis igne succenditur[26].

916. 24. *annus Karoli.*

920. *Conradus rex obiit, et Heinricus successit.*

921. *Ordinatio domni Gauzlini presulis*[27] 16. *Kal. Apr.* — Obiit[o] Ricardus comes 2. Kal. Septembris.

922. 17. *Kal. Iul. Karolus pugnavit cum Rotberto, et Rotbertus occiditur.* — Obiit[o] Warnerius episcopus 14. Kal. Aug.

923. Obiit[n] Dado Virdunensis episcopus.

925. Succedit[p] Bernuinus.

929. Iohannes papa obiit; successit Iohannes.

934. *Conversio monachorum sancti Apri.*

935. *Heinricus magnus rex obiit, et Otto successit.*

936. Iohannes obiit. Leo papa successit, et ei successit Stephanus, Stephano Marinus.

939. Bernuinus[q] obiit[r].

940. Berengarius[q] successit.

946. Marinus papa obiit. Agapitus successit.

951. *Otto rex Italiam ingressus, eam sibi subiugavit.* — De[q] monasterio sancti Petri et sancti Vitoni a Berengario episcopo et monacho pelluntur clerici, subrogantur monachi, quibus preficitur Humbertus abba primus.

953. *Coniuratio Liudulfi et ducis Conradi adversus Ottonem regem.*

954. Agapitus papa obiit. Octavianus successit.

957. *Liudulfus, Ottonis regis filius, subiugata sibi Italia, ibidem obiit. — Cruces apparuerunt in vestibus.*

a) *Haec in ioco raso (manu β aut γ ?).* b) *tres fere litterae* (est?) *erasae c.* c) *alia manu. Ann. Bes. a.* 891. d) *alia manu ζ.* e) *fortasse etiam haec ad a.* 893. *pertinent.* f) *eadem manu qua a.* 887. — *Ann. Bes. a.* 892. g) *manu ζ.* h) *lege ex Ann. Col.:* filius A. occiditur. i) *Alia manu aut eadem manu postea addita.* k) adalbcum *c.* l) hidelmus? *cod.* m) *alia manu (δ ?).* n) *manu γ.* o) *manu δ.* p) *alio atramento quam anni* 923. *notitia.* q) *manu γ* (?). r) *alia manu additur:* In decem et VIIII. annis sunt lunationes CCXXXV.

20) episcopus Virdunensis. 21) Haec Ann. Colon. a. 896. 22) Ann. Colon. a. 899. 23) Tullensis. 24) Lingonensis. 25) cf. Chron. S. Benigni l. l. p. 380. 26) Cf. Mon. SS. IV. p. 36. 40. 27) Tullensis.

961. *Otto puerulus in regem elevatur in Aquisgrani palatii.* — *Eclipsis solis fit.*
962. *Obitus domni Gauzlini presulis 7. Idus Sept.*
963. *Ordinatio domni Gerardi pontificis 4. Kal. Apr.*
5 965. Octavianus papa a Roma exiit. In cuius loco Iohannes substituitur.
966. Octavianus obiit.
972. *Otto magnus imperator obiit.*
973. *Obitus domni Humberti abbatis 2. Non. Decembris*, primi[a] abbatis monasterii sancti Vitoni.
10 981. Ordinatus[b] est Bruno episcopus[28] per manus Burchardi archiepiscopi Lugdunensis. 28
983. *Otto iunior imperator obiit.*
989. *In mense Aug. hora vespertina cometae visae sunt in occidente.* Rex[c] Robertus regnare incipit.
990. *Obitus pii patris domni abbatis[29] Rotberti in Non. Aug.* — Ordinatio[d] 29
15 domni et eximii patris Willelmi Divionensis[e] abbatis coenobii per manus memorandi[f] Brunonis Lingonenicae urbis episcopi in officio archimandrite atque presbiteri.
994. *Obitus domni Gerardi episcopi 9. Kal. Mai.*
996. *Bertoldus episcopus 8. Kal. Sept. ingressus in Tullum est 5. Id. Octob.*
997. Ordinatio eiusdem[g].
20 1000. *Obitus Stephani episcopi 4. Id. Mart.*
1002. Obiit[h] Otho tercius. — Hoc[i] anno incepta sunt novi fundamenta monasterii Divionensis 16. Kal. Mart. feria 3.
1003. In mense Februario cometae vise sunt mane in parte orientis.
1005. Obiit[k] Fingenius abbas[30]. Succedit Richardus piissimus; a quo et incepta 30
25 sunt fundamenta monasterii Virdunensis.
1015. Obitus[i] domni Warneri abbatis.
1016. Obiit hoc anno Bruno, Lingonensis ecclesiae episcopus eximius, et pauperum Christi tutor ac defensor . . . . . .
1017. successit[l] Lambertus.
30 1018. Hoc[i] anno fuit dedicata aecclesia sancte Marie in Divionensi monasterio cum toto atrio eiusdem loci per manus Lamberti episcopi feria 3. rogacionum. Mai 13.
1024. Heinricus imperator obiit, qui pro strenue amministratis regni gubernaculis aeternam sibi memoriam adquisivit; cui Cono in regnum successit.
1026. Hoc anno obiit Otto Burgundiae comes.
35 1027. Arnulfus prior obiit.
1030. Lambertus episcopus Lingonensis obiit; cui successit Ricardus, qui eiectus est ab episcopatu a Girardo archidiacono; pergens in Flandriam, obiit illic; et successit Hugo in pontificatu.
1031. Obitus patris eximii Willelmi.
40 1033. Hoc[31] anno eclipsis facta est solis die festivitatis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, feria 6. meridianis horis, et stella clara visa est. Iuni 29.
1046. Obiit[m] Richardus abba[32] piissimus; succedit Walerannus, frater Hugonis Linguonensis episcopi; et obiit Richardus Virdunensis episcopus; cui successit Theodericus. — 32
Ordinatus[n] est abbas Halinardus Lugdunensis archiepiscopus in loco qui dicitur Er-
45 brestinc[33] coram Heinrico cesare, filio Cononis. 33
1049. Hoc anno venit sanctus Leo papa in Galliam, et in concilio Remensi depositus est Hugo Lingonensis episcopus; successit Harduinus.

a) *reliqua add. manus γ.* b) *manu δ.* c) *alia manu.* d) *alia manu.* e) *erasum est c.* Besuensis *Ann. Bes.* f) m. m. *in loco raso c.* g) *fortasse iungendum est:* 5. Idus Octob. ordinatio eiusdem, *quamvis ultima verba alia manu*
50 *ad a.* 997. *scripta esse videantur.* h) *manu ε. Hic prima manus desinit.* i) *alia manu.* k) *manu γ.* l) *Haec eadem manu qua a.* 1015. *scripta sunt.* m) *manu γ.* n) *alia manu, quae etiam notas a.* 1049 — 1057. *scripsit.*

28) Lingonensis. 29) „quis sit iste Robertus abbas incertum," Mabillon Ann. IV. p. 62. 30) S. Vitoni Vird. 31) Haec fusius in Ann. Besuensibus explicantur. 32) Virdunensis. 33) cf. chron. S. Benigni Div. ap. Dach. Spic. ed. 2. p. 393. Fortasse Herbrechtingen in ducatu Wirtemburgensi.

Codex 1.

1052. Hoc anno obiit Rome abba et archiepiscopus Halinardus, successitque ei in archiepiscopatu Humbertus et in abbatia Iohannes, abba Fiscanni, huius loci monachus; demissaque 3^0 anno, fuimus sine abbate annis duobus.

1056. Ordinatus est Adalbero abba Divionensis ab Harduino episcopo Lingonensi 6. Idus Aprilis.

1057. Hoc anno[a] dedicata est aecclesia sanctae Mariae Saxios m . . . . s[34] a praefato Harduino episcopo, et confirmata carta est donationis, que facta est ab Aprimone comite et eius filiis.

1060. Obiit[b] Walerannus abba[35]; succedit Grimoldus.

1061. Obiit[c] rex Henricus. Philippus filius regnavit, coadiuvante fratre eius Hugone Magno, qui in exercitu Iherosolimitano potens claruit.

1063. Alexander[d] papa secundus obiit.

1064[36]. Stella[e] cometes apparuit; et Haroaldus rex Anglorum occiditur, Willelmo Normanno in regno succedente.

1065. Obiit Harduinus Lingonensis; cui successit Raynardus cognomento Hugo.

1074. Gregorius[f] papa septimus.

1075. Obiit Robertus dux Burgundie; successit Hugo, Heinrici filii eius filius.

1077. Obiit Adalbero abbas Divionensis, et eodem anno in concilio Augustidunensi domnus Iarento prior Casae-Dei ordinatus est 15. Kal. Octob. — Obiit[g] Rainardus Lingonensis episcopus. Successit Robertus.

1078. Hoc anno tonitrua et fulgura magna facta sunt in Ianuar. et Febr., et luna nigra et sanguinea visa est 3. Kal. Febr. — Bellum[h] in Saxonia, in quo Rodulfus rex occiditur. Wicbertus invasit sedem apostolicam.

Codex 2[i].

1052[k]. Hoc anno obiit domnus Allinardus[l] Lugdunensis[m] archiepiscopus et abbas istius ecclesie; cui successit Iohannes, abbas Fiscannensis et monacus huius loci; postea dimisit abaciam, et fuimus sine abbate per tres annos.

1056. Hoc anno ordinatus Adalbero abbas Divionensis ab Harduino Lingonensi episcopo 6. Idus Aprilis.

1077. Hoc anno Adalbero defunctus est. Successit ei Gerento prior Case-Dei, et bene ministravit ibi. Obiit Regnardus Lingonensis episcopus; cui successit Robertus episcopus.

a) *deest* 1. b) *manu* γ. c) *manu* γ? d) *alia manu.* e) *Cyclis in ultimis codicis foliis continuatis, magnam notarum partem usque ad a.* 1123. *una manus scripsit.* f) *alia manu.* g) *manu* ε. h) *manu posteriori.* i) *Quae hunc annum antecedunt partim cum* 1. *conveniunt* (*a.* 404. 407. 512. 526. 595. 1020.) *partim aliunde sumpta sunt* (*a.* 486. 802. 814. 910. 939. 969. 1000.) *Haec inde ab s. IX. hic afferre iuvat:*

802. Hic factus est Karolus, filius Pipini, imperator Romanorum; precibus Adriani pape vocatus, obsedit Longobardos in Papia, et cepit Desiderium regem et uxorem eius, et fecit privilegia bona domino pape.

814. Hoc anno migravit Karrolus magnus imperator a seculo.

910. Hoc anno Willermus pius dux Aquitanie et comes Avernie, cum non haberet heredem, Cluniacense monasterium in fundo proprio, qui est in Burgundia in pago Masticensi, construxit, eidemque loco Bernonem abbatem preficiens, magnos de suis redditus prefato loco iure dedit hereditario. Eodem anno cepit edificare Dolense cenobium.

939. I[n]cidit prima opscuritas.

969. Incidit II. opscuritas. (*Haec manu posteriori*).

1000. [Obiit] Silvester papa, qui ante vocabatur Gilbertus; huius temporis completus est millenus annus ab incarnatione Domini. (*Haec manu s. XIV. XV.*)

1020. Hoc anno fuit dedicata ecclesia sancte Marie Divionensi monasterio, cum amoris affectu per manus Lamberti Lingonensis episcopi. (*cf. supra a.* 1018.) k) 1050. *corr.* 1052. 2. l) Allinnardus *corr.* Allinardus 2. m) lu . . . . 2.

34) Saxonum fontis in diocesi Lingonensi, ab Armone ecclesiae S. Benigni tradita; v. chartam Lamberti episc. Gallia christ. IV. p. 142. 35) S. Vitoni Virdunensis. 36) rectius 1066.

1085. Rodulfus[a] abbas de monasterio sancti Witoni egressus, persequtionem passus pro Romana aecclesia, Divionem venit.

1087. Papa[b] Victor III[us]. — Cometa[c] apparuit, et Willelmus rex Anglie obiit.

1089. Urbanus[b] papa.

1095. Concilium Augustidunense 36 episcoporum, ubi primo iurata est via Iherosolimitana.

1096. Concilium apud Clarum montem a papa Urbano habitum. Hoc anno turris cecidit et oppressit quatuor monachos et quatuor[d] famulos; et infinitus exercitus Iherusalem ivit, et[d] Antiochia capta est. Obiit Urbanus papa; successit Paschalis secundus[d].

1098. Cisterciensis[e] ordo incepit. Iherusalem a Francis obsessa et capta est.

1100. Rodulfus Virdunensis abbas. Hoc anno Iherusalem capta est.

1104. Post[e] patrem suum Philippum Ludovicus rex coronatur.

1106. Cometes[f] aparuit. Obiit etiam Heinricus augustus. Successit Heinricus, filius eius.

1107. Hoc anno venit papa Paschalis in Galliam, et ab ipso papa dedicata ecclesia sancti Mauricii[37] 14. Kal. Marcii, et concilium ab ipso habitum est apud Trechas Idus Maii.

1110. Obiit Rotbertus episcopus Lingonensis. Successit post duos annos Ioceranus.

1111. Hic[g] captus est Pascalis papa ab Henrico rege Theutonicorum.

1112. Obiit Iofredus Divionensis prior.

1113. Obiit domnus Iarento abbas. Successit Ademarus.

1116. Obiit Ademarus abbas. Successit Heninricus[h].

1117. Terre motus magni per loca et fulgura multos occiderunt.

1118. Obiit Paschalis papa. Successit Gelasius.

1119. Obiit Gelasius papa. Successit Calixtus.

1123. Concilium Rome habitum a Calixto papa, et facta est pax inter Heninricum[h] augustum et papam Calixtum. Heninricus abbas reliquit abbatiam suam. Successit Hugo Cluniacensis monachus. Hoc etiam anno stelle densissime de caelo vise sunt cecidisse, et magna mortalitas nobilium personarum facta est.

1124. Obiit domnus papa Calixtus; cui

1085. Hoc[i] anno venerunt monachi Virduni in ecclesia nostra.

1096. Hoc[k] anno capta fuit Antiochia a Francis.

1098. Hoc anno Cisterciensis ordo incepit. Iherusalem a Francis obsessa, capta est.

1100. Hoc anno turris de choro cecidit et obpressit quatuor monachos et quatuor famulos.

1107. Hoc[l] anno venit papa Paschalis in Gallia, et ab ipso papa dedicata fuit ecclesia ista, et concilium ab ipso habitum est apud Trecas Idus Maii. Hic papa captus est ab Henrico imperatore Teotunico. Ipso[m] anno obiit[n] Robertus episcopus Lingonensis. Successit ei Iocerannus post duos annos.

1113. Obiit Iarento abbas; cui successit Ademarus.

1116. Hoc anno obiit Ademarus. Successit Henricus.

1124. Hoc anno per Calistum papam Henricus dimisit abaciam istam; cui successit Hugo Cluniacensis monacus.

a) *manu posteriori.* b) *alia manu.* c) *alia manu.* d) *non plane constant.* e) *alia manu.* f) *fortasse alia manu usque ad a.* 1118. g) Hic — papa *in loco raso alia manu.* h) *ita c.* i) *alia manu. Eadem fere verba:* Hoc anno venerunt monachi . . . . Virdun. in hac ecclesia *a.* 1135. *scripta erant, iam deleta.* k) *alia manu.* l) *Manus variae et coaevae sibi succedunt; quae tamen plura ex cod.* 1. *descripserunt.* m) *anno potius* 1110. *Sed in* 1. *ita scripta sunt, ut facile ad hunc annum referri potuerint.* n) *abscisum.*

37) Divionensis.

successit Honorius; et post 5 menses obiit Henricus imperator, cui successit[a]. . . .

1125. Hoc anno ad festum sancti Mammetis[b] (Aug. 17.) dimisit Iocerannus episcopatum, et Guilencus successit 5. Kal. Octob.

1129. Hugo dimittit abbaciam. Succedit Petrus. Ludowicus filium suum Phylippum fecit coronari Remis. Obiit Honorius papa.

1130. Obiit Honorius papa; cui successit Innocentius secundus.

1131. Concilium Remis habitum ab Innocentio papa. Philippus rex parvus obiit[c]; fratrem eius rex pater suus in eodem concilio coronari fecit.

1134. Obiit Heinricus rex Anglorum.

1136. ObiitWilencus Lingonensis episcopus.

1136 (?). Hoc anno ordinatus fuit Willelmus de Sabran Cluniacensis monachus Lingonensis episcopus, et sedit ibi duobus mensibus. Sequenti anno ordinatus fuit eiusdem sedis episcopus Gottfridus Clarevallis monachus.

1137 (?). Hoc anno igni combusta est aecclesia ista cum toto castro et ecclesiis feria 4. vigilia apostolorum Petri et Pauli[38]. Multi etiam ipso anno potentes sunt defuncti, videlicet Lotharius imperator et Ludovicus pater rex Franciae. Obiit etiam Petrus Leo, qui sedem apostolicam[d] invaserat.

1140. Hoc anno ordinatus fuit domnus Robertus, filius ducis[39], Augustidunensis episcopus, et eodem anno 15. Non. Aug. defunctus est.

1142. Obiit Hugo pacificus dux Burgundie. Hic dimisit Petrus abbas abbatiam suam[e].

1143. Obiit Innocentius papa. Successit Celestinus[f].

1145. Petrus Belnensis dimittit abbatiam. Successit Philippus.

1147. Hoc anno Eugenius papa et Ludovicus rex dominica medie quadragesime fuerunt pariter Divioni, et in crastino, 2. videlicet feria, consecrata est ecclesia Divionensis ab eodem papa. — Ludovicus rex Francorum [et[g] imperator] cum infinito exercitu Hierosolimitanum iter aggressus est.

1151 (*aut* 1152). Hoc anno fuit fames magna. Principes[h] multi occubuerunt. Ludovicus[i] imperator, comes[h] Andegavensis[40], Tetbal-

1121[k]. Hoc anno ad festum sancti Mammetis dimisit Iocerannus episcopatum, et successit ei Wilencus.

1129. Hoc anno dimisit Hugo abbatiam istam; cui successit Petrus Gebenensis.

1136. Hoc anno igne combusta est ecclesia ista cum toto castro et ecclesiis........[l] in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

1137. Hoc anno obiit Wilencus episcopus Lingonensis; cui successit Willelmus . . . .[l] Cluniaseensis[m], et sedit . . . .[l] . . . .

1141[n]. Hoc anno dimisit Petrus Gebenensis abaciam istam, qui fideliter ministravit, et in diebus suis adquisivit Ulmetum. Cui successit Petrus Berne.

1144. Hoc anno Petrus Bernensis dimisit abbatiam suam. Cui successit Philippus.

1146. Hoc anno Eugenius papa et Ludovicus rex Franciae dominica die qua cantatur Letare Ierusalem Divioni pariter fuerunt, et domnus papa consecravit ecclesiam istam 11. Kal. Marcii[o].

a) *ita c. Manu hac desinente, variae rebus aequales sibi succedunt.* b) Mām̄ētis *c.* c) *abscisum est.* d) postol *supplevi.* e) uam *abscisum.* f) *plura erasa sunt.* g) et imp. *alia manu add.* h) ipes, mes *abscisa.* i) *ita cod. pro* Conradus. k) *in cod.* 1. *haec e regione a.* 1121. *scripta sed signo ad a.* 1125. *relata sunt; id quod codicis* 2. *scriptorem in errorem induxit.* l) *lacuna quomodo explenda sit, ex altero patet codice.* m) *ita legere mihi visus sum.* n) *in codice anni* 1188 — 1215. *annos* 1140 — 1187. *antecedunt.* o) *alia manus corr.*: . . . . Maii, *recens vero* Aprilis *scripsit.*

38) Vigilia apostolorum Petri et Pauli nonnisi a. 1139. in feriam quartam incidit. 39) Burgundiae Hugonis. 40) Goffridus.

dus comes[41] et alii[a]. — Hoc etiam anno fuit magna penuria vini[a].

1153. Hoc anno obiit papa Eugenius, et abbas Bernardus Clarevallensis.

1154. Hoc anno ante 8 dies natalis Domini obiit Anastasius papa, et successit Adrianus.

1155. Hoc anno 15. Kal. Febr. fuit terre motus magnus et 17[b]. Kal. Novembr. in dominica die circa horam terciam.

1159. Hoc anno venit hyemps magna, gelu et nix 4. Idus Octob.

1161. Hoc anno 2. Idus Febr. post mediam noctem obscurata est luna versaque est in sanguineum colorem, sicque mansit usque ad lucem.

1162. Hoc anno obiit mense Sept. Odo dux Burgundie, relinquens filium Hugonem.

1163. Hoc anno dimisit episcopatum Godefridus, et Galnerus, filius Hugonis ducis, episcopus factus est.

1167. . . . .[c] Inperator etiam apud Sanctum Petrum Rome cum[d] coniuge sua coronari se fecit.

1171. Martirizatur sanctus Thomas.

1175. Philippus dimittit abbatiam 13. Kal.[e] Ianuar. Succedit Iohannes.

1177. Hoc anno fames valida invaluit[f] . . . . . tabula argentea maioris altaris pauperibus duxit . . . . . .

1178. Hoc anno apud Veneciam pax inter domnum Alexandrum et Fredericum imperatorem reformata est, et scisma sopitum. Hoc etiam anno cessavit ecclesia ista ligata a domno papa Alexandro, pro placitis domus de Moreius, quam Clarevallensibus monachis dimittere noluimus, et duravit interdictum a media quadragesima, quae tunc fuit 14. Kal. Aprilis, usque ad terciam sequentis anni dominicam post albas, que fuit 11. Kal. Maii., et tunc in concilio generali ab eodem papa soluta est. Hoc[g] etiam anno obscuratus est sol Idus Septembris circa horam nonam. Hoc ipso anno in sabbato magno pasche vise sunt ab omni populo tres columbe ad horam completorii super turrim beatissime Marie de sublimi descendisse et tanquam cereos ardentes secum detulisse.

1179. Hoc anno concilium Rome est ge-

1153. Obiit Eugenius papa.

1163. Hoc anno dimisit Cottfredus episcopatum; cui successit Warnerius, filius Hugonis ducis.

1166. Hoc anno natus fuit Philippus rex de illa regina que fuit filia Theobaldi comitis Campanie.

1171. Hoc anno martirizatus fuit beatus Thomas Cantuariensis episcopus.

1175. Hoc anno dimisit Philippus abatiam istam. Cui successit Iohannes lumbus.

1177. Hoc anno . . . . pro quo . . . . quod . . . de maiori altari . . . . erogato pauperum.

1178. Hoc anno apud Veneciam pax inter domnum Alexandrum papam et Fredericum imperatorem reformata est, et scisma sopitum. Hoc etiam anno cessavit ecclesia ista ligata a domno papa Alexandro, pro placitis domus de[h] Moreius[i], quam Clarevallensibus monachis dimittere noluimus, et duravit interdictum a media quadragesima, quae tunc fuit 14. Kal. Aprilis, usque ad terciam dominicam sequentis anno[k] post albas, que fuit 11. Kal. Maii, et tunc in generali concilio a[l] eodem papa absoluta est. Hoc etiam anno obscuratus est sol Idus Septembris circa horam nonam. Hoc ipso anno in sabbato magne[k] pasche vise sunt ab omni populo tres columbe ad horam completorii super turrim beatissime Marie de sublimi descendisse et tanquam cereos ardentes secum detulisse.

1179. Hoc anno concilium Rome est ge-

---

a) ii, ni *abscisa.* b) VIX. 1. *Dies* 16. *Octob. fuit dominica.* c) *Linea et dimidia erasa.* d) *abscisum.* e) *non plane constat.* f) ualuit *non satis patet.* g) *alia manu pergit* 1. h) *littera* d *in* 2. *abscisa est.* i) moreu is 2? k) *ita* 2. l) a *corr. postea* ab 2.

41) Carnotensis et Blesensis.

nerale celebratum a domno Alexandro papa tercio. Ipso anno Philippus rex Francorum coronatus est Remis in festivitate omnium sanctorum. — Obiit Galterus Lingonensis episcopus 6. Idus Ianuarii. Succedit Manasses.

1181. Alexander papa tercius obiit. Successit Lucius tercius.

1182. Iohannes dimittit abbaciam 2. Kal. Iulii. Successit Aymo.

1183. Hugo dux Burgundie Beatricem, filiam Delfini comitis Alboni, duxit in uxorem apud Sanctum Egidium.

1185. Hoc anno obsedit Hugo dux Burgundie Vergei et nichil penitus ibi fecit, imo rex Gallie Phillipus dominio suo eum subiugavit. — Obiit Lucius papa. Succedit Urbanus tercius.

1186. Hoc anno idem rex Castellionem cepit et conbussit. Hoc anno inter papam et imperatorem discordia orta est, et Henricus filius imperatoris amittam Guillelmi regis Apulie apud Mediolanum duxit in uxorem et sibi subiugavit Tusciam.

1188. Hoc anno 12. Kal. Aprilis obiit domnus Aymo abbas huius loci; eodem die domnus Petrus electus est, et exhinc 5. die consecratus est apud Trecas a domno Manasse Lingonensi episcopo, presente alio Manasse Trecense episcopo.

1190. Hoc anno dominus imperator, rex Francorum Philippus et rex Anglie crucem sumpserunt Iherosolimam proficiscendi, Saladino totam terram devastanti occurrere volentes; et multi alii nobiles et potentes cum eis profecti sunt.

1192. Hoc anno cometes apparuit.

1200. Hoc anno concilium apud Divionem in ecclesia ista convocatum est a domino Petro Capuensi, sancte Marie in Via lata

nerale celebratum a domno papa Alexandro tercio. Ipso anno Philippus rex Francorum coronatus est Remis in festivitate omnium sanctorum. — Obiit Galterus Lingonensis episcopus 6. Idus Ianuarii. Successit Manasses.

1181. Obiit papa Alexander. Successit Lucius papa tercius.

1182. Iohannes Lumbardus Fructuarensis dimisit abbaciam 2. Kal. Iulii. Successit Aymo, qui tunc erat abbas Sancti Secani[42], monachus istius ecclesie; et fuit ibi per 16 annos, et bene ministravit.

1183. Hoc anno dux Burgundie Hugo Beatricem, filiam Dalfini comitis Alboni, duxit in uxorem.

1184. Hoc anno obsedit Hugo dux Burgundie Vergei[a] et nichil ibi penitus fecit, imo Philipus rex Francie dominio suum[b] eum subiugavit.

1185. Hoc anno Lucius papa obiit. Successit ei Urbanus tercius.

1186. Hoc anno idem rex Castellionem cepit et conbussit. Hoc ipso anno inter Urbanum papam et Fredericum imperatorem orta est discordia, et Henricus filius imperatoris amittam Guillermi regis Apulie apud Mediolanum duxit in uxorem et . . .[c] Hoc anno capta fuit Iherusalem a Saladino.

1187. Hoc anno natus fuit Ludovicus, filius Filippi regis de Elisabeth regina, que fuit soror Balduini comitis Flandrie.

1190[d]. Obiit domnus Aymo abbas huius loci; domnus Petrus sustituitur. Ipso anno inperator Iherusalem adivit . . . . . . Rex Francorum Philipus et rex Anglie Ricardus Iherosolimam adeunt [cum[e] eis Hugo dux Burgundie, filius filie comitis Theobaldi comitis Campanie, qui remansit ibi post recessum regis, et mortuus est ibi, et in sequenti anno rex Anglie captus fuit a Teotonicis]. Obiit regina Francorum[f] Helisabez.

1195. Obiit Manasses Lingonensis episcopus; cui successit Warnerius abbas Clarevallensis.

1200. Hoc anno concilium convocatum in hac ecclesia a domino Petro Capuensi, sancte Marie in Via lata diacono cardinali, et in-

a) uergein? 2. b) *ita* 2. c) *quaedam erasa sunt* 2. d) *Annus et* Obiit d *abscisa sunt* 2. e) *haec alia manu post add.* 2. f) Fran *abscisum* 2.

42) in diocesi Lingonensi.

diacono cardinali, apostolice sedis legato, et interfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bisuntinensis et Viennensis archiepiscopi, et cum eis 18 episcopi et domnus abbas Cluniacensis et Verzenliacensis[43], Sancti Remigii Remensis, Sancti Dionisii Parisiacensis et alii quam plures, quorum numerum non expressimus; et duravit concilium a festivitate sancti Nicholai, que est mense Septembri, usque ad septem dies. Post paucos vero dies predictus cardinalis apud Viennam particulare revocavit concilium, ubi promulgavit sententiam a domino papa Innocentio datam in omni terra que subiacet et obedit regi Francorum, ita quod in ecclesiis nullum celebraretur officium divinum preter baptisma parvulorum et penitentie morientium; et duravit interdictum apud nos a tercia die post purificationem beate Marie usque in vigilia exaltacionis sancte crucis. Hoc etiam anno domnus Varnerius episcopus Lingonensis cessit episcopatui per manum domini Innocentii pape. Successit ei Hilduinus, ipsius ecclesie tunc decanus.

1204. Hoc anno 16. Kal. Mai capta fuit Constantinopolis a Francis. Hoc ipso anno cessit donnus Petrus de Granceio abbacie isti, et successit ei donnus Nyvardus, et 12. Kal. Aprilis recepimus eum.

1206. Hoc anno cessit donnus Nyvardus; succedit ei donnus Walterius Parisiensis.

1207. Hoc anno factus fuit donnus Walterius abbas Verziliacensis[a], et donnus Adam fit abbas huius loci.

1209. Hoc anno defunctus est Rodericus episcopus. Successit Willelmus de Ionis villa.

terfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bisuntinensis, Viennensis archiepiscopi, et eorum suffragani[a'], et abbates pene tocius regni; et duravit concilium a festivitate sancti Nicholai, que est mense Septembri, usque ad septem dies. Hoc anno venit frater comitis Avernie monachus Cluniacensis, volens regere abbatiam istam super domnum Petrum, et non prevaluit.

Hoc anno domnus Garnerius expulsus est ab episcopatu Lingonensi; cui successit Holduinus[a'].

1203. Hoc anno obiit Holdoinus episcopus Lingonensis; cui successit Grobertus.

1204. Hoc anno capta fuit Constantinopolis a Francis. Ipso anno cessit domnus Petrus de Granceio abbacie isti, et successit ei Nivardus [abbas[b] Sancti Sequani[c], qui fuit abbas per annum et 5 menses; successit ei Walterius monachus Sancti Germani Parisius, qui fuit abbas per duos annos uno mense minus; postea factus est abbas in abbatia Verziliacensi[d]. Post hunc vero successit Adam, et fuit abbas per 5 annos et tres menses; cui successit[e] Gilebertus.]

1207. Hoc anno factus est Adam abbas, monacus istius ecclesie, prior Sancti Apollinaris; qui cum regeret abbaciam istam, vendita fuerunt ornamenta ecclesie nostre, scilicet cappe sirice, et pallia, et cruces auree, et calips aureus duodecim marcarum, et plures calices argenteos, et bacinos[f], et fialas argenteas, et alia plura, et possessiones multas; forte non culpa sua, set ultione divina, ipse et ceteri qui consenserunt ab abbatia detrusi sunt.

1209. Hoc anno obiit Grobertus episcopus Lingonensis. Cui successit Willelmus de Ioinvilla.

a) ....z..acensis 1. a') *ita* 2. b) *quae sequuntur a manu posteriori in loco raso scripta sunt. Verba quae supersunt* cessit domnus Nivardus *notas priores cum cod.* 1. *convenisse ostendunt.* c) *de vocabulo non satis constat.* d) uerliziuensi? 2. e) suc *abscisum.* f) ci *non plane constat.*

43) in diocesi Augustidunensi.

1210. Hoc anno Bedays et Calcarsonia, civitates Albi........[a], et maxima pars terre eorum expugnatur a Francis.

1212. Vadit exercitus christianorum in Hispaniam contra Sarracenos.

1213. Hoc anno fuit donnus Ludovicus Remis coronatus a Willelmo archiepiscopo, presente rege Iherusalem, et in festo sancti Systi; et sequenti anno cepit Iarochale et Thoar et Mior et Bordaul. Eodem anno receptus fuit Iohannes rex Iherusalem in ista ecclesia in exaltacione sancte crucis.

1214. Anno Domini 1214. 6. Kal. Aug. luna 16. pugnavit rex Francie et dux Burgundie contra Otonem imperatorem apud Cambrais, et devicit eum, et imperator Odo in fugam conversus est, et maxima pars suorum sublimiorum baronum capta fuit et ducta ligata apud Parisius.

In sequenti pagina haec leguntur:

Anno 1243. dominica ultima oct[i] sancti Apollinaris vise sunt stelle cadere de celo.

1210. Hoc anno Odo dux Burgundie et comes Nivernensis et alii plures barones ierunt ad debellandum Albigenos, et devastaverunt Bedes et Carcasoniam, et facta est immensa occisio Albigenensium; et post hec remansit ibi comes de Monteforti ad conquirendam totam terram.

1212. Anno ab incarnatione Domini 1212. 7. Idus Marcii, 6. feria, ante mediam noctem anno bisextili natus est Hugo, filius Oddonis ducis de domina de Vergerie[b], et fuit baptizatus ab Goslimo[b] Eduensi episcopo in estivo tempore die .....[c] apostoli in ecclesia sancti Iohannis baptiste.

1213. Hoc anno cessit Adam. Cui successit Gelebertus prior Saxifontis[44].

1214. Hoc anno rex Francie Philippus ivit in Flandriam contra Otonem imperatorem anatematum, et debellavit eum rex, et cepit ducentos milites et 60, excepto comitem Flandrie et comitem Bolonie et plures alios de Teotonica terra. Non fuerunt ibi de principibus nominatis nisi dux Burgundie qui vocatur Odo. Hoc factum fuit 6. Kal. Augusti, scilicet 3. die post festum sancti Iacobi et Christofori, et fuit dominica dies.

1215. Hoc anno Innocentius papa tercius convocavit generale concilium in Lateranensi ecclesia, ubi pene corpus universalis ecclesie fuit.

1216. Hoc anno obiit donnus Innocentius papa tercius 10. Kal. Augusti apud Perusium, et sepultus est in ecclesia sancti Herculani; cui successit Honorius papa tercius. Eodem anno Ludovicus, filius Philippi regis Francorum, intravit Angliam ad conquirendum eam, auxilio et consilio baronum Anglie; et eodem anno rex Anglie, qui vocabatur Iohannes sine terra, mortuus fuit. Eodem anno imperator Constantinopolis obiit Henricus Flandrensis. Cui successit Petrus comes Autissiodorensis. Eodem anno Thomas venerabilis episcopus Lesmorenensis[45] moram faciens in ecclesia sancti Benigni, consecravit altare sancti Blasii 14. Kal. Octobr. — Hoc anno venit domnus Airardus de Bregne a transmarinis partibus, et adduxit secum filiam Henrici comitis Campanie, quam duxerat in uxorem. Eodem anno Oto, filius domini Saxifontis, qui erat prior eiusdem loci et monacus Sancti Benigni, electus fuit in abbatem Luxovii; et[d] fuit ibi per quinque menses; postea factus monachus Clarevallensis, ibi fuit per quatuor menses, et postea mortuus est.

1217. Hoc anno fuit magnus ventus per totum mundum. Mortalitas hominum, defectio fructuum.

1218. Hoc anno mortuus fuit Oddo dux Burgundie cruce signatus, qui fuit filius

a) *non* albigensium *sed* albit...lium *aut simile quid scriptum fuisse videtur.* b) gerie, limo et *alia quaedam hoc anno non plane legenda. Episcopus Eduensis fuit Galterius.* c) ad *cod. 2. habere videtur. Sed dies Andreae apostoli 30. Novembr. fuit.* d) *reliqua alia manus add.*

44) in diocesi Lingonensi. 45) in Irlandia.

ducisse Lotoringie. Eodem anno mortuus fuit Symon comes Montisfortis, qui infestabat Albigenses. — Hoc anno obscessa fuit Damiata a christianis intrante mense Iulio, et fuerunt ante eam[*] per annum et quatuor menses et quinque dies, et capta est ab eis Domino operante.

5 1220. Hoc anno promotus fuit Willelmus episcopus Lingonensis in archiepiscopatu Remensi; cui successit[a] Hugo de Monte regali.

1223. Hoc anno venit in Gallia Iohannes rex Iherosolimitanus, et receptus fuit a Philippo rege Francorum et ab omnibus principibus regni sui cum magno gaudio et honore. Postea eodem anno defunctus fuit supradictus Philippus gloriosus rex Franco-10 rum, et sepultus in basilica sancti Dyonisii septimo decimo Kal. Augusti cum magno luctu et tristicia tocius populi regni sui, praesente supradicto Iohanne rege Iherosolimitano. Item eodem anno coronatus fuit Lodovicus, filius supradicti Philippi, in civitate Remensi a Willelmo tunc archiepiscopo eiusdem civitatis, praesente supradicto rege, cum gaudio magno et pace tocius populi Gallie 8. Idus Augusti.

15 1226[b]. Hoc anno obsedit Lodovicus rex Francorum cum innumerabili exercitu die pentecostes Avinionem, et sedit ibi fere quatuor menses; ibi vero fuit occisus comes Sancti Pauli et multi alii nobiles et innobiles; postea reddita fuit ei civitas, et subvertit omnes muros civitatis et omnem fortitudinem, et totam[c] aliam terram subiecit sibi usque[c] ad Tolosam. — Ipso autem redeunte ab[c] praedicta civitate, defunctus est apud civitatem[c] 20 Pancier[43], et sepultus in monasterio sancti Dionisii post patrem[c] suum; filius autem eius 43 Ludovicus coronatus est Remis in vigilia . . . .[d]

1231. Hoc anno obiit Hugo episcopus Lingonensis feria 3. ante Letare Iherusalem. Cui successit Robertus de Toreta.

1236. Hoc anno natus filius Hugonis ducis Burgundie.

25 1239. Hoc anno exierunt Tartari de terra sua et destruxerunt Rusciam, Poloniam et Ungariam.

1240. Hoc anno fuerunt barones Francie deviti[e] rex Navarre, dux Burgundie; comes Barri mortuus fuit et comes Montisfortis et comes Nivernensis et multi alii nobiles.

1241. Hoc anno obiit bone memorie donnus abbas Raymundus illius ecclesie, 30 qui construxit grangiam . . . . infra hanc abaciam et hanc ecclesiam[e*] *nostr*is debitis aquisivit . . . . *fecit*. Cui successit domnus [Stephanus[f]] natus de Loio annis 12 et dimidio. — Hoc anno obiit Gregorius IX[us]. Tempore ipsius fuit discordia inter se et Fredericum inperatorem, qui duravit per annos . .[g], et cessavit sedes per duos menses, et fuerunt capti[h] duo legati et multi prelati, archiepiscopi, episcopi et 35 abbates, et archiepiscopus Bissuniensis periit in mare. Cui suscessit Celestinus, et duravit per 15 dies, et cessavit sedes per annum et anplius; cui suscessit Innocencius quartus, qui statim recessit a Roma et venit Ludunum[i], et celebravit concilium ibi anno secundo pontificatus sui.

1244. Hoc anno fuerunt rex et regina apud Divionem. — Hoc anno destruxerunt 40 Babilonii terram promissionis et sepulcrum Domini usque ad Tirum et ad Cor[k] civitates.

1249. Hoc anno obiit domnus Hugo Lingonensis episcopus et quondam abbas Cluniacensis, cruce signatus ultra mare, et in sequenti anno successit ei Guido de Rochefort, canonicus eiusdem ecclesie. — Hoc anno Lugdovicus rex cum uxore sua et duobus fratribus suis Karolo et Roberto ivit ultra mare, contra paganos pugnaturus; qui in 45 primo adventu suo cepit Damietam et possedit eam fere per dimidium annum, sed permissione Dei accidit ei quoddam infortunium. Nam tempore paschali exiens de Damieta cum multis milibus peditum et militum, pugnavit cum paganis; et detentus fuit in eodem bello et multi barones cum eo, et frater eius Robertus occisus est; set redentus fuit et omnes qui cum eo eo erant 100 milibus marchis auri, tali conditione quod Damieta red-50 deretur; qua reddita, destruxerunt[l] eam pagani funditus, dicentes quod propter eam semper infestabantur.

*) eum *c.?* a) successi *c.* b) *in codice haec ad a.* 1227. *relata esse videntur.* c) et to, usque, ab, ciuita, ost pa *abscisa.* d) *supple:* festiuitatis sancti Andree. e) *ita legere mihi visus sum. Principes in terram sanctam profecti ibique devicti sunt; cf. Guillelm. Nang. ap. Bouquet* XX. p. 328. e*) *non plane constat.* f) *ita supplevi.* g) *ita cod. spucio* 55 *relicto.* h) caupti *cod.* i) ludū *cod.* k) *vel* Adcor? *fortasse:* Accon. l) destuxerunt *cod.*

43) Montpensier.

1252. Hoc anno exierunt pastores cum multis adiunctis eisdem, volentes transfretare, et dicentes quod Dominus in nativitate sua voluit manifestare se per angelum pastoribus, et ideo volebant adire locum ubi natus fuit et expugnare inimicos eius; set illud propositum in frivolum redactum fuit.

1254. Hoc anno obiit dompnus[a] de Loio, abbas istius eclesie, vir prudentissimus atque 5 fidelissimus, scilicet in capite ieiunii, quod tunc fuit 5. Kal. Marcii, qui ante[b] 15 dies in periculo mortis positus, in manu episcopi Lingonensis resignavit, et bene ministravit ibi; die autem crastina deposicionis sue electus fuit dominus Petrus de Fosseto.

1255. Hoc anno obiit Innocencius papa IIII; cui[c] successit domnus Alexander papa IIII, qui erat episcopus Hostiensis. 10

1259. Hoc anno fuit infirmitas et mortalitas hominum in toto mundo, ita ut pauce domus essent in quibus aliquis sanus inveniretur; cepitque inicium hec mortalitas in magna ebdomada ante pascha, duravitque circiter unum mensem.

1260. Hoc anno fere in universo orbe christiano ceperunt se homines laici cum multis clericis corrigiis verberare, induti vestibus albis, humeris discoopertis. 15

1261. Hoc anno obiit domnus Alexander papa IIII, scilicet 14. Kal. Iunii.

1266. Hoc[d] anno Karolus princes strenuus, frater Ludovici gloriosissimi et christianissimi regis Francie, adiit honorifice cum uxore sua et liberis suis Apuliam cum multis milibus Francorum, Menfredum apostatam expugnaturus, quem sine gravi dampno devicit et occidit. Nam arma sua mutaverat predictus Menfredus in exercitu suo et a casu 20 ocisus, ignoratur, quis eum ociderit. Quo ociso, et uxore sua et filiis eius captis, et comitibus et baronibus plurimis captis, Karolus rex Sicilie et Apulie et Calabrie effectus est.

1267. Hoc[e] anno Oddo, primogenitus ducis Burgundie, miles bonus prudens atque catholicus, obiit in partibus transmarinis; qui in morte sua maximum nobis omnibus 25 ostendit humilitatis exemplum. Nam octo diebus antequam moreretur portari se fecit in hospitali pauperum extra muros Aucone[f] civitatis, ibique amotis vario et griso omnibusque ornamentis regiis, fecit se poni in pauperculo lecto et sine pluma, coopertus tantummodo de quadam vitta, precepitque militibus suis iureiurando mediante, quod in morte sua nil sollempnitatis ageretur preterquam[g] divinum officium et sola candela 30 arderet in morte et in inhumatione ipsius.

1271. Hoc anno cecidit turris de choro et neminem oppressit, ceteris autem muralibus templi evincl . . . indutibus ex voluntate monachorum et artificis . . . . . .

1285. Hoc anno surrexit Philipus rex Francie contra Petrum condam regem Aragonensium, condempnatum a domino papa Martino IIII, cum multis baronibus Francie et 35 manu valida bellatorum; in quo etiam exitum[h] potitus[h] est ipse rex Philipus cum infinita multitudine suorum. Ille etiam apostata nutu divino eodem anno vitam finivit. Eodem autem Philipo rege Francie mortuo, successit ei in regno filius eius Philipus nomine, faciem pulcerrimus, agens 22. annum; qui etiam fuit[i] rex Navarrie et comes Campanie, et multas alias[i] terras possedit. Hoc etiam anno mortuus fuit Martinus papa IIII, et 40 successit Honorius.

a) Dps *c. fortasse* Stps *i. e.* Stephanus. b) an. *c.* c) *bis duabus lineis scriptum.* d) Hoc — cum multis *in loco raso alia manu quam reliqua.* e) Hoc — exemplum *eadem manu qua anni* 1266. *initium in loco raso scriptum.* f) *ita c.* g) praeter quod? *cod.* h) itum, titus *non plane constant.* i) *supplevi iam non legenda.*

ANNALES BARENSES.

Cycli decennovennales in ecclesia Barensi adnotationibus aucti compluribus opusculis inde derivatis originem dederunt. Habemus enim Annales Barenses, *quos ex codice* 1) *Vaticano inter Urbinates N.* 983. *signato et circa annum* 1490. *scripto ope Nicolai Aloysiae descriptos Muratorius Antiquitatum T. I. sub titulo Chronici Barensis*[1] *primus evulgavit, nosque iam opere V. Cl. D. Heyse Ph. Doctoris cum codice collatos multo emendatiores sistimus. Qua in re usi sumus praeterea* 2) *C. regio Matritensi V.* 83. *membranaceo saec. XV. qui magnam annalium nostrorum partem chronico Lupi protospatarii illatum in linguam Italam convertit, atque ex codice vetustiore, Urbinatis fonte, derivatus est; qui quo fato Matritum pervenerit si nescitur, id saltem constat, eum antea in Italia descriptum fuisse, prout in codice Lupi apud ducem Andriae olim adservato factum videtur*[2]. *Complures etiam notitiae in* 3) *chronicon quod sub ignoti Barensis nomine a Peregrinio primum editum est emanarunt*[3]. — *Ultimam annalium partem circa annos* 1040—1043. *adiectam fuisse, facile credas.*

Annalibus Barensibus usus est etiam auctor chronici quod sub Lupi Barensis protospatae *nomine inde a XVII. saeculo laudatur. Ediderat id Antonius Caracciolus in chronologis quatuor Neapoli a* 1626. *evulgatis p.* 93. *ex apographo codicis Urbinatis male confecto, adhibita versione Itala ducis Andriae; cuius editionem Muratorius*[5], *Burmannus*[6], *Carusius*[7] *et Pratillus*[8] *repetiverunt. Auctor quisquis fuerit — nam Lupi nomen codicum nullus profitetur*[9] *— patria Barensis, cyclis antiquis et annalibus supra laudatis*[10] *usus, exeunte saeculo XI, fortasse annis* 1082—1090, *scripsisse videtur, nisi etiam annorum* 1091—1102. *historiam ei potius quam continuatori cuidam Materensi attribuas. Fontibus aut minus accuratis usus aut bonis abusus est, siquidem e. g. Ottonis I. victoriam de Ungris anno* 945, *Ottonis II. pugnam cum Sarracenis anno* 981, *Ottonis III. obitum anno* 1000. *tribuit, loco Heinrici III. Cononem, pro Wilhelmo I. conquestore Robertum scribit. Annum nonnunquam cum Salernitanis ab incarnatione Domini d.* 25. *Martii inchoat*[11].

Novam operis recensionem subsidiis compluribus in rem nostram collatis instituere licuit, quorum primum locum obtinet

1) *C. Vaticanus inter Urbinates N.* 983. *supra laudatus, circa a.* 1490.

1) recusum a Pratillo in Hist. princ. Long. IV. 348 sqq. 2) v. Peregrinium in praefatione ad Lupum. 3) e. g. a. 1026, 1034, 1035, 1040, 1042. 5) SS. Ital. V. 37 sqq. 6) Thes. Ital. IX, 1. 411. 7) Bibl. Sicil. I. 35. 8) Hist. princ. Lang. IV. 17. 9) De Lupo protospatario Brundusino v. Peregrinii praef. 10) cf. a. 901, 924, 926, 927, 947, 994, 1002, 1010, 1019, 1040, 1042, 1043. 11) Anno 1067. cometam, qui a. d. 8. Kal. Mai a. 1066. apparuit, et invasionem Angliae, anno 1099. synodum Barensem tribuit.

exaratus, quem in usus nostros cum editis contulit Cl. Heyse Ph. D.[12] *Ad quem proxime accedit versio Itala sive*

1^a) *C. Matritensis V.* 83. *membr. saec. XV, a beatae memoriae F. Heinrico Knust Hannoverano, sodali nostro nuper heu! praematuro fato extincto, exscriptus, quem ex Annalibus Barensibus interpolatum supra monui. Versionis auctor textum nonnunquam male intellectum in universum tamen bene expressit. Inscribitur ita: INCOMINCIA IL LIBRO DE LI ANNALI DE LI GESTI FACTI IN ITALIA AB ANNO DOMINI* VI^{Cmo} *IN FINE AD* $M^{mo} C^{mo} II^{do}$.

2) *C. regius Parisiensis N.* 6061. *chart. in* 8vo *saec. XVI. ineuntis in compluribus quidem cum codice Urbinate consentit, in aliis tamen una cum reliquis ab isto recedit. Contulit eum cum editis Bethmannus noster.*

3) *C. musei Burbonici Neapolitanus chart. in* 4° *saec. XVI. vel XVII. ineuntis, V. F.* 52. *signatus, cuius in Annalibus nostris T. V. p.* 157. *mentionem feci, iam anno* 1822. *a memetipso cum editis collatus, in universum cum superioribus consentit; et cum iis a corrupto*

4) *editorum textu recedit, cuius singula vitia repetere nefas duxi, quum omnibus facile ad manus sit. Adieci lectiones paucas*

5) *et* 5^b) *chronici sub nomine ignoti Barensis supra laudati, cuius auctor nostrum ante oculos habuit, sed multa addidit, quae utpote a re nostra aliena et librariorum incuria vitiata omittenda statui.*

Chronicon breve Nortmannicum annorum 1041—1085. *a Muratorio in SS. T. V. p.* 278. 279. *editum, maximam partem ex Lupi annalibus fluxit.*

ANNALES BARENSES.

Anno 605. obitus sancti Gregorii papae. Focas regnavit annis 8[a].

782. Hoc anno Carolus rex celebravit sanctum pascha in Roma, et baptizatus est Pipinus, filius eius, ab Adriano papa.

902. Hoc anno descendit Habraam rex Saracenorum in Calabriam, et mortuus est in Cosentia in ecclesia santi[b] Pacratii[b].

925. Hoc anno Orie[13] capta est a gente Saracenorum mense Iulio, et obitus Eusebii in Clauso.

928. Hoc anno comprendit Michael[c], rex Sclavorum, civitatem Sipontum mense Iulio, die sanctae Felicitatis[14], secunda feria, indictione 15. (926. Iul. 10.)

929. Hoc anno Tarentum captum est a gente Saracenorum mense Augusti, in solemnitate sanctae Mariae. (Aug. 15.)

LUPUS PROTOSPATARIUS.

A[d] transitu sancti Gregorii papae anni 252, anni Domini 855, indictio 3.

Anno 860. indictione 8. Hoc anno[e] comprehensa est civitas Barum[f] ab imperatore[g].

861[15]. mortuus est Michael imperator, et surrexit Basilius parakenumenus[h] [filius eius[i]] et regnavit ann. 21 ipse solus, et ann. 9[k] cum filiis[l].

866. intravit Ludovicus imperator Beneventum.

867. incensa est Matera a Ludovico imperatore, et idem Ludovicus imperator intravit civitatem Oriae[m. 13].

868. exierunt Agareni a Baro civitate per Francos, tertio die intrante mense Februarii[n]; eodemque anno comprensus est praedictus Ludovicus in Benivento[16].

875. intraverunt Graeci in[o] Baro[p] mense

a) *in ed. additur:* A. 612. Domitianus regnavit annis 15. *Quod ad annum* 80. *referendum est, et notas primi cycli maioris eidem paginae inscriptas fuisse ostendit; cf. infra a.* 931. b) *alia manu in* 1. c) itachael *c.* —— d) 1*a. ex Ann. Barensibus annorum* 605, 612, 782 *annotationes repetit.* e) *Hoc modo* Anno . . . indictione . . . Hoc anno *etc. cuiusque anni notatio incipit, quod ex cyclis decennovennalibus fluxisse videtur, hic tamen omitti placuit.* f) bari 3. g) Constantinopolitano *addunt* 3. 4. h) parascenumenus 1. parast. 2. parascensu. 3. i) f. e. *desunt* 1. 1a. k) octo 1. l) f. suis 3. 4. m) oriem 2. n) Septembris 3. o) *deest* 3. 4. p) bari 3. barum 4.

12) C. Vatic. reginae Christinae N. 378. est recens apographum editionis Carraccioli, adiectis lectionibus codicis Urbinatis. 13) in provincia Hydruntina. 14) dies 10. Iulii a. 926. in feriam secundam incidit. 15) a. 867. 16) cf. chron. Salern. c. 107. et Symeon magister de Basilio c. 20. ed. Bonn. p. 694 sqq. Cedrenus ib. II. p. 221. Zonaras XVI, 9. ed. Par. II. p. 170.

949[a]. Hoc anno intraverunt Hungari in Italiam, et venerunt usque ad Idrontum, et fuit interitus [boum[b]]. Et Placipodi obsedit Cupersanum.

979. Hic inchoatum est monasterium Barense sancti Benedicti a domino Iheronymo, venerabili abbate.

981. Hoc anno fecerunt bellum Sipontini et Asculenses in Vado Somilo.

996. Hoc anno obsessa est Materies[17] tribus mensibus currentibus ab iniqua gente Saracenorum; et in quarto mense, id est Decembri, per vim inde eam comprehenderunt; in qua quaedam femina filium suum comedit.

1003. Hoc anno obsessa est civitas Bari a Saphi apostata atque caiti[18], et perseveravit ipsa obsidio a mense Maio usque ad 10. Kal. Octobr. Et liberata est per Petrum, ducem Venetiarum, bonae memoriae.

1011. Hoc anno rebellavit Longobardia[19] cum Mele ad ipsum[c] Curcua mense Maio, 9. die intrante. Et fecerunt bellum in Betete[20], ubi multi Barenses ceciderunt. Et Ismael fecit bellum in Monte Peluso cum ipsis Graecis, et cecidit illic Pasiano.

1013. Hoc anno obsessa est Bari a catepano[21] Basilio cognomento Sardonti, undecimo die astante mense Aprilis, et completis diebus sexaginta unum fecit pacem cum ipsis, et ipse intravit castellum Bari, ubi sedes est nunc Graecorum magnatum[22].

1021. Hic fecit proelium Basilius Vulcano[d] cum Francis, et vicit illos in civitate Canni.

1027. Hoc anno descendit Ispo chitoniti[23] in Italiam cum exercitu magno, id est Russorum, Guandalorum, Turcorum, Burgarorum, Vlachorum, Macedonum aliorumque, ut caperet Siciliam[e]. Et Regium restaurata est a Vulcano catepano. Sed peccatis praepedientibus, mortuus in secundo anno[24] Basilius imperator; qui omnes frustra reversi sunt[f].

876. Decembr. die natalis Domini, feria[g] 3.[h] Gregorius stratico, qui et Baiulus dicebatur.

880. exierunt Agareni de Tarento[i. 25].

884[k]. surrexit Aio[l] princeps[m] mense Octobris.

885. mortuus est[n] Basilius imperator, et coeperunt regere Leo et Alexander[o], filii[p] eius, annis 26 soli, et[q] cum eo annis 9.

886. facta fuit perditio[r] in Baro mense Iunii, quando[s] princeps fecit proelium cum stratico Trapezi[t. 26] et Graecis.

890. obiit Aio princeps, et surrexit Ursus[u], frater eius[v].

891. intraverunt Graeci Beneventum mense Octobris, et stratigo Sabbatichi[w] in Siponto mense Iunii.

894. exierunt Graeci de Benevento in mense Aug. per Francos.

900. descendit Melisiano[x] stratigo in Apulia.

901[y]. descendit Abrami rex Sarracenorum in Calabriam, et ivit Cosentiam civitatem, et percussus est ictu fulguris.

912. complentur ab obitu sancti Martini 500[z] anni[*].

913. coronatus est Constantinus imperator, filius praefati Leonis, qui regnavit ann. 47.

916. exierunt Agareni a Garaliano[a], et sunt anni 350 quo intraverunt Langobardi in Italiam sub Alboin rege eorum.

919[b]. explentur octoginta[c] anni, ex quo Agareni introierunt in Italiam[d].

920. introierunt Hungari, id est Hunni[e], in Italiam mense Februarii.

921. interiit Ursileo stratigo in proelio de Asculo mense Aprilis, et apprehendit Nadulfus[f] Apuleo[g. 27].

924[h]. capta est Oria a Sarracenis mense Iulii, et interfecerunt cunctos mares, reliquos vero duxerunt in Africam, eos venundantes.

a) *In ed. a.* 931. *additur:* Hoc anno obiit Ambrosius Mediolanensis antistes, *quae ad a.* 399. *pertinere, cyclorum duplicium ratio demonstrat.* b) *ita supplendum esse, patet ex Lupo.* c) ipm sum 1. d) uulano 1. *sed v. infra* a. 1027. e) la quale presa, Regio fu *etc.* 2. f) la vigilia de sancto Martino. Et vivente ello renuntio lo imperio a Romano: et dedeli per moglie Zohi sua figliola. 2. *cf. Lupum a.* 1029. —— g) f. 3. *deest* 1. h) III. et G. 3. 4. i) taranto 3. k) 883. 1. l) alo *codd. omnes semper.* m) priceps 1. n) *deest* 1. o) alexius 1. p) filius 1. q) et c. eo a. 9. *desunt* 1*. r) proditio 2—4. perditione et uccisione 1a. s) quod 3. t) st. detrapegi 1a. u) urso 3. v) ind. 4. *addit* 1. w) sabbathici 3. x) meclitanus 3. y) 902. ind. 5. 1*a. qui haec ex Ann. Bar. habet.* z) quingenti 1. V. 2. quinque 3. LI. 4. *) *haec desunt* 1a. a) gariliano 2. 4. carigliano 3. b) 916. 2. 4. Annoque eodem 3. c) 40 2. 4. d) *haec desunt* 1*a.* e) hunnii 1. f) nandolfus 2. andulph. 3. pandulphum 4. g) apuleium 3. h) 925. 1a. *ex Ann. Barens.*

17) Matera in Basilicata, haud procul Tarento. 18) militaris officii nomen apud Sarracenos. 19) Apuliae pars quae Longobardis olim paruit. 20) Fortasse Bitecto prope Barium. PRAT. 21) i. e. capitaneo. 22) A. 1071. Bari a Normannis capta est. 23) i. e. *κοιτωνίτης*, cubicularius. 24) Obiit Basilius anno 1025, Constantinus a. 1027. 25) cf. Theoph. cont. V, 66. ed. Bonn. p. 306. (Cedrenus II. p. 232.) 26) *Κωνσταντῖνος ὁ τῆς τραπέζης* Simeon ed. Bonn. p. 701. cf. Georgius mon. ib. p. 852. Theoph. cont. VI. c. 5. ed. Bonn. p. 356. (Cedrenus II. p. 253). Cf. etiam Erchemp. c. 76. 27) i. e. Landulfus Apuliam, v. SS. T. III. p. 206. Cedrenus II. p. 355.

1035. Hic in epiphania Domini obiit Bisantius episcopus, qui fuit piissimus pater orfanorum, et fundator sanctae ecclesiae Barensis, et cunctae urbis custos ac defensor, atque terribilis et sine metu contra omnes Graecos. Et electus est in ipso episcopatu ab omni populo Romualt prothospatarius. Et in mense Aprilis vocavit eum ad se imperator in exilium; et quinto Idus intrante Augusto electus est Nicolaus.

1040. Hic nono die intrante Ianuarii obiit Nichiforus, qui et Dulchiano, catepanus in civitate Ascolo. Et quinto die intrante mense Maii occisus est Michael Criti[a], qui vocatur Kirosfacti, sub castello Mutulae ab ipsis conteratis[b. 27]. Et septimo die astante venerunt omnes in civitate Bari cum Argiro, filio Meli. Tunc ipse Argiro sauciavit Musondo[c], qui erat primus inter eos, et ligatis manibus, misit eum in carcere cum Iohanne Stonense. Et omnes conterati dispersi sunt.

1041. Hic venit a Sicilia in Lombardia[d] Michael protospatarius et catepanus, qui et Dulkiano iunior. Mense Novembri intravit in Bari; qui et iussit[e] in patibulo furcae appendi quatuor homines[f] super murum Bottontinum. Mense Martio decimo septimo intrante factum est proelium Normannorum et Graecorum iuxta fluvium Dulibentis[g. 28]. Et ceciderunt ibi multi Russi et Obsequiani[h. 29]. Ipse vero Dulkiano cum reliquo exercitu, qui remanserat ex ipso proelio, fugam petierunt in Montem Pelosum[30]. Deinde collectis mense Maii in unum omnibus Graecis apud Montem Maiorem iuxta fluenta Aufidi, initiatum est proelium quarto die intrante, ubi perierunt plurimi Natulichi[31] et Obsequiani[i], Russi, Trachici[32], Calabrici, Longobardi, Capitinates. Et Angelus presbyter episcopus Troianus atque Stephanus Acherontinus episcopus ibi interfecti sunt. Nam nempe, ut dictum est ab omnibus qui haec noverunt, aut[33] plures quam duo[k] mi-

926. comprehendit Michael Sclabus Sipontum mense Iulii[l].

927. fuit excidium Tarenti[m] patratum, et perempti sunt omnes viriliter pugnando; reliqui vero deportati sunt in Africam. Factum[n] est in mense Augusti in festivitate sanctae Mariae.

929. Nandolfus[o] et Guaimari[p] principes intraverunt in Apuliam[34].

936. venerunt Hungari in Capuam.

939. obscuratus est sol et apparuerunt stellae mense Iulii adstante tertia die, feria 3. hora 3. luna 29.

940. intraverunt Hungari in Italiam mense Aprilis. Et in ipso anno factum est proelium in Matera a Graecis cum Langobardis cum stratigo Imogalapto[q. 35]. Et necavit[r] Pao[s] in mari.

942. obiit[t] Nandolfus[u] princeps decima die astante mensis Aprilis.

945. ceciderunt Romanus[v. 36] et[w] Ubo[37] mense Decembri, et perierunt Ungari a rege Ottone[x. 38].

946. factum est homicidium in Baro mense Decembris[y].

947. introierunt Ungari in Italiam, et perrexerunt usque Idrontum. Et Platopodi obsedit civitatem Cupersani[z]. Fuit eodem anno interitus[*] bovum[a] per omnem terram.

950. obsiderunt Graeci Ascolum[b].

951. Malachiano fecit proelium in Calabria cum Sarracenis, et cecidit[c. 39].

956.[40] incensi sunt Marantius Clemeri[d] et Excessula[e] in Baro.

960. obiit Constantinus imperator, qui regnavit ann. 47, et surrexit Romanus, filius eius. Et fuit proelium inter Adralistum et Ismael.

961. insula Cretes comprensa est a Graecis sub Romano mense Martii[41], et[f] Trabomen[g] capta est a Sarracenis, et obscuratus est sol.

963. obiit Romano imperator, et elevatus

a) *ita corrigo;* cati 1. de Cato 2. b) conterati cive rocti e vinti 2. c) musando 2. d) et poi in Apulia 2. *perperam.* e) qui eiussit 1. f) principali cictadini Barensi 2.! g) Olibenti *coniecit Pratillus.* h) molti Greci Russi et Obsequani 2. i) obsequani 2. k) quatro 2. —— l) iunio 1. m) zarenti 3. n) A. Id f. 2—4. F. est hoc 3. o) nadolfus 1. nandulphus 3. pandulphus 4. p) graimali 1. grabimele 1a. guaymari 2. guaymarius 4. q) imo galacto 3. r) negavit eum p. 4. s) Læo 3. paholo preselo anegho in mare 1a. t) obii 1. u) nadolfus 1. nadulfo 1a. nandulphus 3. pandulphus 4. v) romano *saepius* 2. romani 3. w) *deest* 3. x) octone 2. 3. othone 4. y) inter cives *addunt* 4. 1a. z) conversani 3. *) interritus 1. a) bonus introitus 3. 4. b) et obtinuerunt *addunt* 4. 1a. c) 3. 4. *addunt:* Anno 955. descendit Marianus patritius in Apuliam. d) demeri 2. cremeri 1a. cleri (clericus?) 3. cleri 4. e) thessula 1a. f) tertio 1. g) titabomen 3. 4. çtrabomen 1a.

27) i. e. concivibus. 28) videtur esse Aufidum influens rivus Olivento prope Venusiam. 29) auxiliares esse videntur. 30) Mons Pilosus ab oriente Venusiae. 31) *i. e.* Anatolici, orientales. 32) *i. e.* Thraces. 33) *i. e.* haud. 34) cf. Chron. Salern. c. 158. 35) Fueritne Graeci huius ducis nomen ex nomine ductum *Ὁμογάλακτος*, sive dicas agnomen, quod valet Collactaneus, non definio. PRAT. 36) imp. Graecorum a. 944. Dec. depositus, obiit a. 948. Iul. 37) Hugo rex Italiae a. 947. 38) a. 955. 39) cf. Cedrenus II. p. 358. 40) cf. Theoph. cont. VI, 30. p. 453. 41) cf. Leo Diacon. II, 6—8.

lia Normandi fuerunt[a], Graeci vero decem et octo milia, exceptis servitoribus. Hinc rediens Michael confusus cum paucis, relictis semivivis pro pavore Normannorum sevientium, scripsit ad Siciliam, et venerunt ipsi miseri Macedones et Paulikani et Calabrenses; et collectis insimul cum reliquis in catuna[42] Montis Pilosi, tunc descendit catepanus filius Budiano in Apuliam; Michael rediit ad Siciliam, iubente imperatore, unde venerat.

1042. Hoc anno tertia die intrante mense Septembri Graecorum exercitus descenderunt ex Monte Piloso, et Normanni ex castello Siricolo; inter duos montes inierunt conflictum maximum, in quo omnes miseri Macedones ceciderunt, et pauci de reliquo remanserunt exercitu. Ibi quippe Bugiano vivus captus, et portatus est per totam Apuliam usque Beneventi patriam. Nam, ut aiunt veraciter qui in ipso bello inventi sunt, Normanni septingenti, et Graeci decem milia fuerunt. Postmodum peracto bello tertio iam dicto, inierunt pactum cum ipsis Franchis Materienses et Barenses, dum non esset qui ex ipsorum manibus eos eriperet. Deinde mense Februarii Normanni et cives Barisani elegerunt Argiro, qui et Meli, principem et seniorem sibi. Mense Aprilis descendit Manichi in Tarentum, qui et magister, et coadunavit omnem exercitum Graecorum, et fecit suda[43] in loco qui dicitur Tara. Tunc scripsit Argiri in Aversam ad ipsos Normandos et in Melfiam, et omnes venientes quasi[b] septem milia in Mutulam. Tunc ipse iniquus Manichi una cum cuncto agmine hostium pavore nimio exterriti, nocte fugientes reclusi sunt in Tarentum. At ipsi Normanni cum starent ante portam terraneam, quaerentes pugnam, et minime esset qui eis percunctaret, depraedaverunt totam terram Oriae, et sic reversi sunt ad sua. Mense quidem Iulio miseri Iuvenatienses[44], peracto foedere cum ipsis Graecis manentibus[c] in Trane, ipse princeps Argiro circumdedit eandem miseram Iuvenatiam cum

est Nichiphorus, qui regnavit ann. 7; et Otto rex intravit Romam, et obscuratus est sol.

965. introivit Manuyli[d] patritius in Siciliam, et mortuus est ibi[45].

966. introivit Nichoforus magister[e] in civitatem Bari, et sunt anni 400 ex quo intraverunt Langobardi[f] in Italiam.

967. descendit Otto rex et senex, pater Ottonis regis, qui pugnavit cum Bulchassino rege Sarracenorum et interfecit eum[g].

969. introivit Otto rex in Apuliam mense Martii, et obsedit civitatem Bari[h], et in alio anno intravit in Calabriam mense Octobris; et sol obscuratus est in mense Decembris[46].

970. occidit Simischi[i] Nichiforum imperatorem, et elevatus est ille.

972. pugnavit Atto[k], filius Transamundi[l. 47] marcise[m], cum 40 milibus Sarracenorum. Caytus[n] eorum Bucoboli vocabatur; et vicit Atto[o] cum 60 milibus[p] suis, persequens[q] Agarenos usque Tarentum.

973.[r] obiit Passarus prothospatarius[s].

975. Ismael interfectus est, et Zacharias Botuntum[t] accepit.

976. Sarraceni obsederunt Gravinam[u], et obiit Simischi[v] imperator, qui et Ioannes, et coeperunt regnare Basilius[w] et Constantinus germani.

977. incenderunt Agareni civitatem Oriae[x], et cunctum vulgus in Siciliam deduxerunt.

978[y]. mortuus est Ioannes episcopus, et surrexit Pao[z] archiepiscopus indict. 6.

979. occidit Porfirius[*] prothospatarius Andream episcopum Oretanum[a] in mense Augusti.

981. fecit proelium Otto rex cum Sarracenis in Calabria in civitate Columnae[b], et mortui sunt ibi 40 milia paganorum[c] cum rege eorum, nomine Bullicassinus[d].

982. tradita est Barus in manu Calochiri patritii, qui et Dalfina[e], a duobus fratribus Sergio et Theophilacto mense Iunii 11. die. Et Otto rex obiit Romae.

983. comprehendit praedictus Dalfina[f] patritius civitatem Asculum[g] mense Decembris.

a) furono morti 2. b) quas 1. c) mantibus 1. —— d) manuli 1. manuelis 3. manuyci 4. e) *deest* 1. f) long. 1. 2. g) et furonvi morti quaranta milia pagani *add.* 1a. *cf. infra a.* 982. h) irritu conatu *addunt* 4. 1a. i) simihi 1. simichy 2. simischi 3. 4. k) apto 1. acto 2. actho 3. asto 4. octo 1a. l) transmundi 1. 1a. m) marase 1. marchisii 3. 4. n) caycus 2. o) asto 1? 4. acto 2. actho 3. octo 1a. p) *ita* 1a. LX 1—4. q) prosequens 1? 2? r) 977. 1. s) protospatha 2. *constanter.* t) butontem 2. botritum 3. u) irrito conatu *addunt* 4. 1a. v) simichi 1. simichy 2. w) basulux 1. x) horiae 1. y) *totus annus deest* 1a. z) paulus 5b. *) profreus 2. a) horetanum 1. oratanum 3. b) colupna 2. columna 3. cotruna 4. c) poenorum 2—4. d) bullicassimus 2. bulcassino 3. bulcassimus 4. *horum loco* 1a *notam a.* 982. *Ann. Barensium refert.* e) delfina 3. 4. f) delphinus francorum c. a. 3. g) ascoli 1.

42) Catuna adhuc vulgariter apud Calabros *Catojo*, locus cavernosus palustris et subtus montem aliquem situs, in qua armenta asservantur. PRAT. 43) vallum, castrum. 44) incolae civitatis Giovenazzo. 45) cf. Leo Diac. IV, 7. 8. Cedrenus II. p. 353. 360. (Zonaras XVI, 24). 46) a. 968. d. 22. Decemb. 47) Spoletani.

Normannis et Barensibus; et eo[48] flebilis tertia die suae obsessionis per vim capta est et expoliata omni suppellectili; et Graeci necnon interfecti in eadem sunt. Populum vero ipse princeps virorum ac mulierum multa praece liberavit ex Normannorum manibus. Postea vero dum Tranenses non acquiescerent Baresanis malum ingerere, ultima hebdomada mensis Iunii ipse princeps cum[a] Normannis et Barensibus obsederunt eam triginta sex diebus. Quam proeliis vel aliis calamitatibus angustiavit eandem fortiter. Nam talem turrem ex strue lignorum ibidem componere fecit, qualis humanis oculis nusquam visa est modernis temporibus. Sed ipse Argiro, susceptis imperialibus litteris foederatis et patriciatus an cathepanatus[b] vel vestati[49] honoribus, iussit argumenta incendi. Et reversi Bari, ad laudem dedit[c] sancto imperatori Constantino Monomacho cum suis concivibus. Hactenus facti talia; nunc ad Maniachi impietatem reducam articulum. Igitur remotis, ut dixero, Normannis ab eius finibus, conglobato in unum exercitu, mense Iunio Maniachi sub nocte una ad Materiem civitatem profectus est; ubi quantos per segetes et undecumque homines capiat, ante coram Materialis oculis plus quam ducentum occidi fecit impius. Similiter secunda profectione in Monopolim iniquus facere non timuit.

1043. Hoc anno mense Septembri descendit Tubachi prothospatarius et Pardus patricius et Nicolaus archiepiscopus Idruntum cum Chrysubulo[d] et Simpatia. Tunc ipse iniquus Maniachi pacifica fraude eis obviam exiens, statim occidi iussit Pardum gladio, et Tubachi retrudi in custodia, quaem mense Octobris occidi similiter fecit.

985. descendit Romanus patricius cum filio suo in Apuliam.

986. Sarraceni comprehenderunt sanctam Chiriachi[e] civitatem[50], et dissipaverunt Calabriam[f].

987. occisus est Sergius prothospatarius a Barensibus mense Februarii quintodecimo die. Et in ipso anno mortuus est Andralistus[g] a Nicolao Criti mense Augusti die 15. et obscuratus est sol.

988. Sarraceni depopulaverunt vicos[h] Barenses, et viros ac mulieres in Siciliam captivos duxerunt.

989. descendit Ioannes patritius, qui et Ammiropolus, et occidit Leonem Cannatum[i] et Nicolaum Critis[k] et Porfirium.

990. occisus est[l] Bubali et Petrus exubitus[m. 51] mense Martii.

991. fecit bellum Atto[n] comes cum Sarracenis in Tarento, et ibi cecidit ille cum multis Barensibus.

992. facta est fames magna per omnem[o] Italiam[p].

993. defunctus est Pao[q] archiepiscopus, et Chrysostomus elevatus est[r].

994. obsessa est Matera a gente Sarracenorum tribus mensibus, et in quarto mense comprehensa est ab eis.

997. occisus est marco[s] Theodorus exubitus[t] in civitate Oriae a Smaragdo[u] et Petro germanis.

998. venit Busitu caitus[v] cum Smaragdo praefato in Barum mense Octobris, et praefatus Smaragdus eques intravit Barum[w] per vim a porta occidentali, et exiit iterum; tunc Busitu cognita fraude discessit.

999. descendit Trachamoti[x] catepanus[y], qui et Gregorius, et obsedit civitatem Gravinam, et comprehendit Theophilactum.

Anno **1000.** ab incarnatione Domini indict. 13. captus est praedictus Smaragdus[z] a Trachamoti mense Iulii 11. die, et in ipso anno obiit rex Otto[*] in Roma.

1002. obsedit Sapi caytus Barum adstante Maio 2. die usque ad sanctum Lucam mense Octobris; tuncque liberata est per Petrum ducem Venetorum.

1003. obsederunt Sarraceni Montem Caveosum[a] mense Martii[b].

1005. rediit Durachium[c] in manus imperatoris per Theodorum.

1006. descendit[d] Siphea[e] catepanus mense Iulii.

1007. defunctus est praefatus catepanus in civitate Bari[f].

1008. descendit Curcua[g] patritius in mense Maii.

1009. cecidit maxima nix, ex qua siccaverunt arbores olivae, et pisces et volatilia

a) *deest* 1. b) cathepanus 1. c) đđ 1. d) chyrisubulo 1. —— e) kyrathy 2. chirachi 1a. f) totam *addit* 4. g) andraliscus 2. h) vichi cio et casali 1a. i) canutum 3. k) cretis 1. l) descendit 5. m) exsubitus 2. n) apto 1. actho 3. octo 1a. o) totam 3. 4. p) et annonae caritas *addunt* 3. 4. q) pau 5. r) *haec desunt* 1a. s) nearco 2. marcus 3. marcho 4. t) excubitus 2—4. u) smaralgdo 1. v) kaytus 2. chaytus 3. w) in baro 2. x) tracmonti 3. y) catapanus *constanter* 2. z) S. in tracamotto 3. *) opto 1. a) scaueosum 1. b) et nihil profecerunt *addunt* 4. 1a. c) eraclius 1. d) descendi 1. e) xyphea 3. 4. f) baro 2. g) curcira 1a.

48) *i. e.* ab eo. 49) dignitas quaedam palatina. 50) S. Chiriaco. 51) excubitor, munus in aula Byzantina.

mortua sunt. Et in mense Maii incepta est rebellio, et in mense Augusti comprehenderunt Sarraceni[*] civitatem Cosentiae rupto foedere nomine cayti Sati[a].

1010. obiit Curcua, et descendit Basilius catepanus Marsedonici[b] mense Martii; et Sillictus[c] incendit ipsos homines in civitate Trani[d].

1014. venit Henricus[e] imperator Romam mense Februarii, et Cassanum[f] incensum est mense Augusti

1015. apparuit stella cometae mense Februarii, et Samuel rex obiit, et regnavit filius eius.

1016. occisus est ipse filius praefati Samuelis[g] a suo consobrino, filio Aronis, et regnavit ipse. Et civitas Salerni obsessa est a Sarracenis per mare et per terram[h].

1017. obiit in Butruntio Marsedonici[i] catepanus, et in mense Novembrio interfectus est Leo, frater Argiro. Et in hoc anno descendit Turnichi[k] catepani mense Maii. Et fecit proelium cum Mele[l] et Normannis Leo Patiano exubitus. Iterum in mense Iunii 22. die proelium fecit praefatus Turnichi[l*] catepani, et vicit Melem et Normannos, et mortuus est Patiano ibi; et[m] Condoleo descendit in ipso anno.

1018. descendit Basilius catepanus, qui et Bugianus, et Abalanti[n] patricius mense Decembris. Et Ligorius Tepoterici[o] fecit proelium in Trane, et occisus est ibi Ioannatius prothospatarius, et Romoald[p] captus est, et in Constantinopolim deportatus est.

1019. fecit proelium supradictus Bugiano in mense Octobris cum Francis et vicit. Et Mel fugit cum aliquantis Francis ad Enerichum imperatorem.

1020. descenderunt Sarraceni cum Rayca[q], et obsederunt Bisinianum et apprehenderunt eam; et mortuus est ipse admira[r] et Melis dux Apuleae.

1021. captus est Dactus[s] et intravit in civitatem Bari equitatus in asina 15. mensis Iunii.

1022. venit Enerich imperator in Beneventum mense Martii, et obsedit civitatem Troiorum[t].

1023. venit Rayca[u] cum Iaffari[v] criti in civitate Bari in mense Iunii, et obsedit eam uno die; et amoti exinde comprehenderunt Palagianum[w. 52] oppidum, et fabricatum est castellum Mutulae[x].

1024. factum est signum magnum in episcopatu Acherontino sub praesule secundo Stephano Materiensi in sancto[y] die paschae: crucifixus magnus argenteus concussus est tribus vicibus capite brachiis et pedibus, cunctis hoc aspicientibus. Et in hoc anno cecidit nix magna. Et in hoc anno transfretavit Bugiano in Chorvatia[z], et comprehendit ipsam Patrocissam[*] uxorem Cismigi[a], et direxit illam Constantinopolim. Et hoc anno mortuus est Enerich[b] imperator, et surrexit Conus[c], nepos eius.

1028. descendit Oresti[53] chetoniti[d] in mense Aprilis, et tunc obiit Barensis[e] episcopus Ioannes, et factus est Bisancius archiepiscopus.

1029. venit Eustachius cum filiis Basilisco[f] et[g] Mandatora, et adduxit honorem catepani ad Christoforum; et Orestes praefatus descendit in Constantinopolim cum Bugiano. Et hoc anno mortuus Constantinus imperator in vigilia sancti Martini, et se vivente imposuit in sede sua Romano, et dedit ei uxorem Zoi, filiam suam. Tandem Raycha et Zaffari[h] obsiderunt castellum[i] Obbianum; qui Obbianenses, extraneos tradentes, pacificaverunt cum ipsis. Et in mense Iulii[k] venit Potho[l] catepani, fecitque pugnam cum Raycha[m] in Baro. Hoc[n] anno obiit Guamarius princeps Salerni.

1031. in mense Iunii Sarraceni comprehenderunt civitatem Cassani; et tertia die astante mense Iulii fecit proelium Potho[o] cum Sarracenis, et ceciderunt Graeci.

*) saraceni *constanter* 1. *ubi etiam* normani. a) nominati 1. n. c. s. *desunt* 3. b) marcedonico 1a. mascedoniti 2. macedonia 3. mesardoniti 5. c) silictus 1. d) trane 2. e) enrichus 2. f) cassanus incensa 2—4. g) re de Africa *addit* 1a. h) et nihil profecerunt *addunt* 4. 1a. i) marsedoniti 2. masardoniti 3. mesardoniti 4. k) turnici 2. l) mese 1. l*) turniki 2. m) et c. d. i. i. a. *desunt* 3. 4. 1a. n) ababanti 1. abalautius 4. o) tepoteriti 2—4. p) romoala 1. 1a. romoal 3. q) rahica 1a. r) ammira 1a. amira 2. amita 3. s) dictus 1. dattus 2. 4. 5. t) in Capitinata *addit* 4. u) bayca 3. v) taffari 3. saffari 4. zaffari 1a. w) pelag. 3. x) disutile 1a. y) secundo 2. z) curbathia 2. 3. 4. curbachia 1a. corbatia 5. *) patricissa 5. principissam 2? 4. a) cosmigi 2. cormici 3. cosmici 4. cosmizi 5. b) anarich 1. 2. henricus 3. analic 1a. c) constantinus 3. d) chetonici 1. ketoniti 2. chetensi 3. e) baronensis 1. f) basilicho 2. g) *deest* 1. h) zafari 2. saffari 3. 4. i) *deest* 1. k) aghosto 1a. l) protho 1a. m) raicha 1. n) Hoc — Salerni 1. *alia manu in marg.* 2. o) prothocatapano 1a.

52) nunc Palesciano. 53) cf. Cedrenum II. p. 479.

1032. descendit Hychiacon[a] ketoniti[b], et secum adduxit ipsos Anatolichi[c].

1033. prima die intrante Maio descendit Constantinus prothospatarius, qui et Opo[d] vocabatur[54], catepani Italiae.

1034. 11. die intrante mense Aprilis obiit Romanus imperator, et surrexit Michael imperator. Et[e] Argiro Barensis obiit Constantinopoli.

1038. descendit Michael patricius et dux, qui et Sfrondili[f] vocabatur, et transfretavit cum Maniachi[g] patricio[55] in Sicilia.

1039[h]. in mense Februarii descendit Nichiforus[i] catepani, qui et Dulchiano[k] dicebatur[56].

1040. praedictus Dulchianus excussit conteratos[l] de Apulia, et praedicti conterati occiderunt Chirisfactira[m] critiri[n] imperator[o] subtus Mutulam et Romano Materiense[p] mense Maii. Eodemque mense obsedit Argiro, filius Melis, Barum civitatem, et percussit Musandum[q], et ligavit eum vinculo[r], et introivit cum eo in Baro. Et conterati dispersi sunt.

1041. descendit Dulchiano[s] a Sicilia ivitque Ascolum, et in mense Martii Arduinus Lombardus convocavit Normannos[t] in Apuliam in civitate Melfiae, et praedictus Dulchianus fecit proelium cum Normannis fere[u] tribus milibus, et ceciderunt Graeci; et mense Maii iterum proeliati sunt Normanni feria 4.[v] cum Graecis, et fugit Dulchianus in Baro[57].

1042. venit Exaugusto[w, 58] fecitque bellum cum Normannis[x] 3. die intrante mense Septembris, et comprehensus est ille ibi et in Melfia deportatus est. Et in mense Decembris obiit Michail imperator, et[y] elevatus est caesar[z] nepos eius nomine Michail imperator. Et in mense Febr. factus est Argiro Barensis princeps et dux Italiae. Et in mense Aprilis descendit Maniaki[*, 59] magistro[a] Tarentum[b], et in mense Iunii deportavit Monopolim civitatem, abiitque in civitatem Matheriem, et fecit ibi grande homicidium. Et in mense Septembris Guilelmus[c] electus est comes a Matera. Et hoc anno depositus est praefatus caesar[d] Michail[e] a regno, caecatusque est Zoi et Theodorae sororum iussione, et Constantinus Monomachus[f] factus est imperator. Et 3. die intrante Iulio captum est Iuvenatium[60] ab Argiro duce; et in mense Augusti ivit praedictus Argiro ad obsidendum Tranem, seditque super eam mense uno.

1043. reversum est Barum ad manus imperatoris. Et in mense Septembris descendit Pardus[61] patricius cum multo auro, quem Maniaki[g] fecit occidi, seque[h] imperatorem ab omnibus appellari. Et mense Octobris venit Barum, minimeque illum recepit. In mense vero Februarii descendit Theodorus Canus magister et cathepanus, et Maniaki praedictus perrexit Durachium[i, 62].

1044. Guilelmus[k], filius Tancredi[l], descendit cum Guarimari principe in Calabriam, feceruntque ipsam Stridulam[m] castellum.

1046. perrexit Argiro patricius Constantinopolim, et Palatinus cathepanus, qui et Eustasius[n], revocavit omnes exiliatos in Barum; perrexitque Tarentum. Et 8. die intrante[o] mense Maii commisit proelium cum Normannis, et ceciderunt Graeci. Et hoc

a) ykyaconi 2. ychiachon 3. ichiacon 4. ykraton 1a. b) keconiti 1. et *inserunt* 1. 2. 3. 4. c) anacolichi 1. anacolitiy 2. anacoliky 1a. anatholicii 3. *Haec* 5. *ita habet:* Descendit Michail protospata criti tu bilu ke tu ypodromu, et adduxit Anatoliki epi tu Ykyacon catp. d) qui ropo 1. 1a. e) et Argiro obiit in c. *in marg. alia manu* 2. *desunt* 3. 4. cerigo 1. f) sfondili 5. g) mamachi 1. maniaky 2. muniachi 3. h) 1038. 1a. i) nikyforus 2. k) dulkyano 2. *constanter.* l) contractos *constanter* 4. m) kyrifactora 2. christophorum 3. *χειρισφακτῆρα.* n) critim 3. o) imperatorem 2. 4. imp. 3. p) materiensem 2. 3. 4. q) musandrum 4. r) ei uincula 1. s) dulchia 1. t) *deest* 1. 2. u) f. t. m. *desunt* 2—4. v) normanni quadringenti 1. w) ex aug[to] 1. 2. exagusto 3. mense aug. 4. Exagusto catapanus filius Bugiano. Iterum fecit 5. x) et cum Atinolfo dux eorum de Venebento sub monte Pelusio 5. y) et e. e. c. n. e. n. M. i. *desunt* 1. 1a. z) cesarus 2. *) manniky 2. maxiachi 3. a) magister 3. 4. b) tarenti 1. c) guidelmus 1. 2. guidelmo 1a. gulielmus 3. *constanter.* d) cesarus 2. e) *ita* 1. f) monachus 1. monacho 1a. monomacho 2. et elevatus est C. monomachis in imperium 3. g) manachi 1. *saepius.* h) sicque ab 1. i) dyrrhachium 2. 4. *deest* 3. k) guidelmus 1. 2. l) t. de sicilia d. 3. m) inedulam 3. squillaci 4. scridula 1a. n) eustasium 1. eustachius 3. o) in Trano 2. 4.

54) Idem ut videtur qui Cedreno II. p. 503. *Λέων ὁ λεγόμενος Ὦπος.* 55) Cedreno II. pag. 512. *Γεώργιος πατρίκιος ὁ Μανίακης.* Cf. ibid. p. 520. 522. 545. Zonaras XVII, 15. 56) *Μιχαὴλ πρωτοσπαθαρίος ὁ Δοκειανός,* Cedreno II. p. 545. Michael Dochianus Guillelmo Apulo lib. I. 57) Cedrenus l. l. p. 546. 58) Graecum patritium, qui in praelio captus est, appellat Boiannem Cedrenus II. pag. 546. Sed Guillelmus Apulus lib. I. et Ostiensis lib. II. cap. 67 Exaugustum, cognomine ex occasione, forte, illi imposito. PEREG. 59) Idem qui supra a. 1038. cf. Cedrenum l. l. p. 541. 545. 547. 60) Giovenazzo. 61) Cedrenus p. 548. 62) cf. Zonar. XVII, 22.

anno venit Conus[a] rex Alemannorum[b] Romam, eo quod erant ibi tres papae, Silvester in ecclesia sancti Petri, in Laterano Gregorius, et Benedictus in Tusculano; quibus eiectis, consecratus est Clemens a praedicto imperatore; deinde praedictus imperator venit Beneventum. Beneventani vero ad eius iniuriam absciderunt strennas[c, 63] equi eius. Et hoc anno obiit Guilelmus[d], et frater eius Drago[e] factus est comes.

1047. comprehensum est oppidum Stira[f] a Guarangis[g] in mense Octobris, et in mense Decembris depopulaverunt Liccem[h], et in mense Iunii supradictus papa Benedictus per poculum veneni occidit papam Clementem.

1050. obiit Zoi imperatrix, soror Theodorae, quae fuerunt filiae Constantini imperatoris. Zoi enim habuit viros tres, primum Romanum[i], secundum Michail[k], tertium Constantinum Monomachum[l]; regnavit cum his tribus viris annis 22. Post mortem vero praedictae Zoi regnavit[m] ipse Constantinus imperator cum Theodora, sua cognata, iam annis novem.

1051[n]. descendit Argiro magister[o] vesti[p] et dux Italiae, filius Melis, in mense Martii et abiit Barum; et non receperunt illum Adralistus[q] et Romoaldus cum Petro eius germano. Sed non post multum tempus Barenses receperunt illum sine voluntate Adralisti et aliorum; sed Adralistus fugiit. Romoaldus vero et Petrus fratres ab Argiro sunt comprehensi, ac catenis vincti Constantinopolim deportati sunt. Hoc anno Drago[r] occisus est in monte Ilari a suo compatre Concilio[s], et frater eius Umfreda[t] factus est comes.

1053. in feria 6. de mense Iunii Normanni fecerunt bellum cum Alamannis, quos papa Leo[u] conduxerat, et vicerunt. Et hoc anno fuit magna fames.

1054. obiit Sico prothospatarius Materiensis[v].

1055. obiit Constantinus imperator, qui et Monomachus[w].

1056. coepit regnare praedicta Theodora augusta, soror Zoi imperatricis. Et Umfreda obiit, et Robertus, frater eius, factus est dux. Et hoc anno obiit Petrus archiepiscopus Cosentinus.

1057. mortua est Theodora augusta, et Michail Bringa[y] factus est imperator.

1058. Trombi patricius fecit occidere Scribones[z] in Cutroni civitate.

1059. mortuus est Michail Bringa[*], et Isaki o[64] Comni[a] factus est imperator.

1060. elevatus est imperator Constantinus o[b] Ducos[c].

1061. Robertus dux cepit civitatem Acherontinam.

1062. factus est papa Alexander Lucanus. Et in hoc anno intravit Robertus dux in civitatem Oriem, et iterum apprehendit Brundusium et ipsum miriarcham[d].

1063. comprehensum est Tarentum a Normannis.

1064. comprehensa est Matera a Roberto mense Aprilis.

1065. Robertus dux intravit Siciliam, et interfecit Agarenorum multitudinem, et tulit obsides[e] ex civitate Panhormi.

1066. Lofredus[f] comes, filius Petronii, voluit ire in Romaniam cum multa gente, sed obstitit illi quidam ductor Graecorum nomine Mambrita. Et hoc anno princeps Ricardus intravit terram Campaniae[g], obseditque Ciperanum, et comprehendit eam, et devastando usque Romam pervenit.

1067. in mense Maii mortuus est Constantinus o Ducos imperator, et Michail, filius eius, suscepit imperium. Et hoc anno apparuit stella cometis; et comes Normannus Robertus fecit bellum cum Araldo[h] rege Anglorum, et vicit Robertus[i], qui et factus est rex super gentem Anglorum.

1068. in 16. die mensis Februarii Robertus dux obsedit civitatem nomine Montempillosum; ubi nihil proficiens, cum paucis abiit Obianum, et cepit eam. Et ex traditione cuiusdam Gotifredi intravit ipse dux in praefatam civitatem Montispillosi.

a) conradus 3. b) alman. *constanter* 1. c) sercunas 1. streuuas 2. frenos 3. strenutas 4. le sercue 1a. d) guidelmus 1. 2. 4. e) drogo 3. 1a. f) scyra 2. 4. stita 3. g) garangis 1. guaragnis 3. h) liticem 3. litium 4. i) romano 2. k) michaelem 2. 4. l) monachum 1. m) iam nono anno regnavit imperator Constantinus 2. 3. n) 1052. 1. o) magnus 3. p) vetri 3. q) adrilastrus, adrilistus, adrilastus 1. adralistus magnus (magister) 3. r) drogus 3. drogo 2. 4. s) Con. 3. *deest* 4. t) umfredus 4. u) q. prepleo 1. v) mantuensis 1. 1a. w) monachus 1. y) brinza 1a. z) scribonem 2. 4. *) brinza 1a. a) komni 2. coni 3. b) *deest* 2. 4. c) ducas 4. d) ipsam mariarcan 3. e) obsidionem 4. 1a. f) loffredus 4. g) capitaniae 3. h) arnaldo 1. 1a. 4. i) *deest* 2. 3.

63) i. e. strepas. 64) articulus.

1069. in mense Septembris praefatus dux Robertus[a] obsedit civitatem Bari; et Romano Diogenis, qui cum praefato Michail privigno suo tenebat imperium, fraude praedicti Michail privigni sui apud quandam civitatem Armeniae[b, 65] comprehensus et caecatus est.

1070. mense Ianuarii magnum homicidium factum est in civitate Brundusii; nam Normanni volentes eam comprehendere, tenti sunt ex eis quadraginta cum aliis eorum ministris quadraginta tribus, et[c] capita omnium praedictorum ad imperatorem deportata sunt.

1071. Robertus dux intravit Brundusiapolim, dimissa ante Barum obsidione; nam ipse dux fecit fieri pontem in mari, quatenus[d] concluderet portum praefatae urbis Bari. Hoc etiam anno dolo cuiusdam Argirichi[e], filii Ioannaci, occisus est Bisantius cognomento Guirdeliku[f] in Baro. Et[g] in 15. die mensis Aprilis cepit Robertus dux civitatem Bari, et in mense Iulii dux praedictus transmeavit Adriatici maris pelagus perrexitque Siciliam cum 58 navibus.

1072. mense Ianuarii[h] die 10. introivit Robertus dux in Panhormum civitatem Siciliae.

1073. intraverunt primo[i] Normanni in Tranem[k] in octava epiphaniae cum Petrono[l] comite. Sed Robertus dux, eiecto Petrono[m], introivit in ipsam civitatem in purificatione sanctae Mariae.

1076. comprehensus est quidam nepos Africani regis a Rogerio, fratre ducis Roberti[n], qui praeerat Siciliae, cum 150 navibus in civitate Mazaria[o]. Et hoc anno dedit praefatus dux filiam suam[66] nurum[p] imperatori Constantinopolis.

1077. obsessa est civitas Salerni a Roberto duce Normannorum, et comprehensa est ab eo.

1078. obsessa est Neapolis a Ricardo principe, et minime comprehensa; et Robertus dux obsedit Beneventum, sed eius obsessio dissipata est a Rodulfo Pipino comite. Et hoc anno obiit praefatus Ricardus princeps.

1079. intravit Petronus in Tranem; et Barum rebellavit, eiecto exinde praesidio ducis. Et Baialardus, filius Umfredae[q], comprehendit Ascolum. Et in hoc anno eiectus est imperator praedictus Michail a regno, et Botoniati[r] quidam factus imperator, qui abstulit praefato Michail uxorem, et abusus est ea[67]. Hoc anno fuit mortalitas hominum in Matera.

1080. inventum est corpus beati Canionis in Acheruntia[r*] ab Arnaldo archiepiscopo, et idem archiepiscopus construere coepit novum episcopium, id est ecclesiam sanctae Dei matris Mariae. Hoc anno civitas Bari reversa est in potestate Roberti ducis; et idem dux obsedit civitatem Tarenti, et in mense Aprilis comprehendit eam; et[s] iterum obsedit Castellanetam[t], et cepit eam. Et hoc anno imperator Michail descendit in Apuliam, quaerendo auxilium a Roberto duce contra Botaniati[u, 68]. Et in mense Iulii 26.[v] die eiusdem mensis mortuus est Robertus comes eximius[w], et eiecti sunt Normanni de Matera secundo; et coepit regnare Lofredus comes, filius eius, pro eo in Matera, in vigilia sanctae Mariae mense Augusti.

1081. Robertus dux intravit Tricarim mense Octobris. Et in mense Aprilis Archirici perrexit ad Michalam regem Sclavorum, deditque eius filio suam filiam uxorem, et Robertus dux cum praefato Michaele imperatore perrexit Idrontum; missisque antea navibus in insula Corifo[x], quae apprehenderunt eam, ubi et ipse post[y] paululum una cum imperatore transfretavit, posueruntque in mense Iulii ante Durachium obsidionem per mare et per terram[69]; quam stolus Veneticorum[z] veniens dissipavit, apertumque

a) *deest* 2—4. b) arthemiae 1. arthenie 2. arteria 3. arctenia 1a. c) *reliqua anni desunt* 1. 1a. d) quantus 2. 4. conantis 5. e) arzerizi 1. argirigi 3. f) girdeliku 1. guirdelithum 3. guinderlichus 4. guirdeliku 1a. g) et — Bari *desunt* 1a. h) iunii 4. i) ples (plures ?) 1. k) Baro 1a. trane 2. taranto 3. trano 4. l) petro 1. m) patrono 1. n) *deest* 2. 3. 4. o) marzaia 3. p) uxorem 3. q) umfredi 1. r) botamiti 1. r*) acherunta 1. s) et — eam *desunt* 1a. t) castelanetam 1. u) bocthamati 1. v) XXVII. 2. w) conte magnanimo et eximio 1a. x) corfu 1. y) prius 3. z) venetorum 1.

65) apud Zahram Armeniae urbem 1071. 24. Aug. victus est. — cf. etiam Niceph. Brienn. I, 25. Zonar. XVIII, 14. 15. 66) Helenam sponsam Constantino Ducae. cf. Anna Comnena ed. Par. I. pag. 23. 27. 28. (Zonaras XVIII, 17). 67) Nicephorus Brienn. III, 24. 25. Anna Comnena ed. Par. III. p. 73. Zonaras XVIII, 18. 19. 68) Non verum fuisse imperatorem sed monachum quendam, qui haec finxerit, tradit Anna Comnena I. p. 28. 29. Michael patriarcha Ephesinus ordinatus obiit. 69) Anna l. l. I. p. 37—40. III. p. 92. 97 sqq. IV. p. 103 sqq.

est mare Durachii[70]. Hoc anno Botaniatim[a] factus est monachus, et Alexius factus est imperator. Et Alamannorum rex Henricus[b] venit Romam, ut eiceret exinde papam Gregorium.

1082. Hoc anno complentur ab initio mundi 6281 et ab Urbe condita 1824[c]. Et hoc anno Alexius imperator collecto[d] grandi exercitu iniit bellum cum Roberto duce aut[e] longe a Durachio[f], et terga versus fugit, cecideruntque in ea pugna plus quam 6000 ex suis; fuerunt autem in eius exercitu 70 milia hominum[71]. [Et[g] dominante isto Alexio imperatore episcopus Rubensis nomine Guislibertus[h] donavit priori Montispilosi ecclesiam sancti Sabini[i], quae est in civitate Rubi; qui prior tenebatur omni anno ad quatuor libras cerae in die sabbati sancti, et mittere unum hominem equestrem ad suas expensas, quando episcopus Rubensis ibat ad Barensem civitatem[k] seu ad Canusium]. Et in mense Ianuarii Robertus dux cepit civitatem Durachii[l] traditione quorumdam Veneticorum[72]. Et hoc tempore praedictus rex Henricus obsedit Romam, ut ibi[m] introiret et faceret ibidem papam Ravennensem archiepiscopum[n]. Et dux Robertus[o] rediens ab Epidauro, relicto ibi[p] Boamundo filio suo, perrexit Romam, ferens auxilium papae Gregorio, cum iam rex in partibus moraretur Liguriae[q] ad debellandum Mathildae[r] provinciam, quae cum papa tenebat Gregorio. Hoc anno Baialardus perrexit ad Constantinopolitanum imperatorem Alexium causa auxilii. Et in eodem anno 16. die intrante mense Maii dedicatum est in Matera novum templum in honore sancti Eustachii[s] ab Arnaldo archiepiscopo sub domno Stephano abbate, auctore[t] ipsius templi.

1083. Hoc anno complentur 517[u] anni, ex quo intraverunt Longobardi in Italiam. Hoc anno cyclus solaris 28. extitit et cyclus lunaris 17. et cyclus novennalis primus, et epacta[v] luna nulla. Et hoc tempore Romani a papae Gregorii societate[w] discedentes, legatos ad praedictum direxerunt regem, quo[x] eum Romae mitteret[y]; sed dux hoc anticipans, direxit plus quam triginta milia solidorum Romanis, quatenus sibi eos papaeque reconciliaret; quod et factum est. Attamen rex Romam adveniens, cepit totam regionem trans Tyberim, in qua apostolorum principis eminet templum. Et in mense Iunii, relicto ibidem suo praesidio ac filio in castellum, quod ille[z] illic construxit, ad debellandum Gregorium papam, qui in Laterano[*] ac in Coelio monte se continebat, ablatis secum quadraginta a Roma obsidibus, secessit in partes Tusciae; et dux in mense Maii posuit ante Cannas[a] civitatem Apuleae obsidionem, et in mense Iunii[b] comprehendit eam.

1084. Robertus dux, collecta multitudine Normannorum, Longobardorum aliarumque gentium, perrexit Romam, ut papam Gregorium dura obsidione retentum[c] liberaret; quod et factum est; nam Romam adveniens, Urbis maximam partem cepit, et papam exinde viriliter abstrahens, secum adduxit Salernum.

1085. praedictus dux grandem apparatum navium multitudinemque hominum[d] innumerabili exercitu Brundusiopolim venit, et disposita ibidem navali machinatione, ingressus est Adriaticum pelagus, perrexitque in insulam nomine Cassopim[e], ubi stolus Veneticorum et filius ducis Venetiarum cum plurimis[f] navibus erat infestus duci Roberto; sed bello in mari inter eos confecto, victoria ad Normannos concessit. Caesi sunt in ea pugna plus quam mille[g] hominum, praeterea naves quinque captae; duae cum hominibus submersae sunt, ita ut qui gladium potuerunt evadere bellatoris, pelagi eos[h] vorago glutiret[73]. Hoc anno mense Maii praedictus papa Gregorius dum moraretur[i] Salerni, diem clausit extremum; quo moriente, tanta fertur grandinum tonitruumque extitisse procella, ut omnes illic positi huius[k] terribilitatis procella putarent interire. Mense Iulii dum iam dictus dux Robertus [Guiscardus[l]] moraretur in loco, qui dicitur......[m] devictis

a) bothimatini 1. b) enrichus 2. c) 824. 2—4. d) electo 1. e) *i. e.* haud. f) *locus vacat* 3. g) *haec desunt* 1. 2. 1a. h) guisbetus 3. i) sabbini 3. k) ad barum 4. l) dirach. *constanter* 2. m) ut vi 2. 4. conforza 1a. n) sed minime potuit *add.* 4. o) *deest* 2—4. p) *ita* 1. 3. q) lombardiae 4. 1a. r) mathildam 1. s) eustasii 2. 4. t) et domino 3. u) DCXVII. 1. v) epactae 3. w) a papa gregorio sequuti 1. d. subiectione se humiliantes 3. x) qui 3. y) mitterent 2. 4. mittere 3. z) ipse 2. 3. 4. *) latio 3. a) cannam 1. *vacat in* 3. b) iulii 2. 4. c) dentum 1. d) grandi apparatu navium hominumque 2—4. e) casopim 1. casoppi 3. cassiopim 4. f) *deest* 1. 1a. *vacat* 3. g) p. q. quinque milia h. 2—5. h) ęquo *superscripto* pelagi 1. i) dum Momuretum Salerni esset die 3. k) huiusmodi turbinibus putarent 2. 4. l) *deest* 1. 1a. m) d. Veneti victi a. d. V. 4. *locus vacat* 2. 3.

70) ib. p. 105 sqq. 71) cf. Anna IV. p. 111 sqq. (Zonaras XVIII, 22.). 72) Anna V. p. 125. 73) Anna VI. p. 159—161.

Veneticis, exercitusque eius ob quandam civitatem capiendam[a] in Cefalonia moraretur insula, ipse autem in praedicto loco cum parte exercitus resideret, praeparans se, qualiter[b] cum grandi apparatu navium[c] et militum innumera multitudine ad regiam tenderet navigio[d] urbem[e.74], iussu misericordissimi omnipotentis Dei, qui dissipat ac reprobat[f] cogitationes atque consilia[g] principum[h] non ex suo procedentia, profluvio ventris[i] extinctus est[k.75].

1086[l]. Rogerius, filius praedicti Roberti ducis, factus est dux.

1087. in mense Maii corpus beatissimi Nicolai Mirrensis episcopi a quibusdam Barensibus a praedicta Mirrea ablatum, in Barum devectum, caput civitatum Apuleae. Hoc anno abbas Desiderius Sancti Benedicti montis Casini, consensu quorumdam nobilium Romanorum, factus est papa Romanus, vivente adhuc Clemente papa, qui fuerat Ravennae archiepiscopus.

1088. mense Septembris factus est grandis terremotus per totam Apuleam, ita ut in quibusdam locis turres ac domos subruisse fertur; tunc enim coepta est guerra inter Rogerium ducem et Boamundum, fratrem eius. Hoc anno comprehensa est Syracusa, Siciliae condam[m] caput, a Rogerio comite; in qua fertur homines comestos[n] ac infantes ob diuturnitatem obsidionis.

1089. facta est synodus omnium Apuliensium, Calabrorum ac Bruziorum[o] episcoporum in civitate Malfiae[p], ubi affuit etiam dux Rogerius et universi comites Apuleae et Calabriae aliarumque provinciarum. Qua statutum est, ut sancta treuva[q] Dei teneretur[r] ab omnibus sibi subiectis. Hoc anno obiit Ursus Barensis archiepiscopus; et papa Urbanus nomine venit in civitatem Bari, et consecravit illic confessionem sancti Nicolai et Heliam archiepiscopum[s], qui venerat adhuc cum praedicto papa Clemente, et consecravit Brundusinam ecclesiam praefatus papa Urbanus.

1090. mense Augusti Acheruntia[t] cremata est a se ipsa. Et hoc anno mortuus est Iordanus[u] princeps.

1091. iurata est treuva Dei a Normannis, et complentur ab initio mundi anni 6291, epacta 29.

1092. dum obsideretur Ories civitas a Boamundo, auxilio quorumdam Orietani[v] dissipaverunt eius obsidionem, et ipse Boamundus fugam petens, cunctum eius apparatum et signa[w] ceperunt.

1093. obiit abbatissa Eugenia Sancti Benedicti monasterii Materiensis mense Octobris[x]. Et in eodem mense ipsius anni Urbanus papa venit Materiem, et applicuit coenobium[y] sancti Eustachii cum grandi plebe hominum suorum.

1095. de mense Aprilis in nocte quinta feria[z] subito visi sunt igniculi cadere de coelo quasi stellae per totam Apuliam, qui repleverunt universam superficiem[*] terrae. Et ex tunc[a] coeperunt Galliae populi pergere, immo totius Italiae, ad sepulchrum Domini cum armis, ferentes in humero dextro crucis vexillum[b].

1096. Rogerius comes Siciliae cum 20 milibus Sarracenorum et cum innumera[c] multitudine aliarum gentium, et universi comites Apuleae obsederunt Amalfim[d], et cum ibi perseverarent, subito[e] inspiratione Dei Boamundus cum aliis comitibus et plus quam 500 equitibus, facientes sibi signum crucis super pannos in humero dextro, reliquerunt obsidionem[f]; et transfretantes perrexerunt in regiam urbem, quatenus cum Alexii imperatoris auxilio bellandum[g] cum paganis pergerent[h] Hierusalem[i] ad sanctum sepulchrum domini Iesu Christi, redemptoris nostri.

1097. Boamundus cum comite Sancti Egidii et cum comite Normanniae et aliis[k] comitibus occidentis cum innumera multitudine in mense Aprilis a regia urbe se moven-

a) capienda 1. *deest* 3. b) *deest* 1. 2. praeparavit 4[r] nauim cum 3. c) *deest* 3. d) nauigium 1. e) civitatem 2. 4. f) regit 3. g) a. c. *desunt* 3. h) p. fluuio ventris procedente defunctus est 3. i) p. v. e. e. *desunt* 1. 2. 1a. k) 1. *addit hoc loco quae ibi et anno sequenti leguntur:* filius praedicti roberti ducis factus est dux; *ita et* 1a. 2. l) *omnia huius anni desunt* 2. m) quondam 4. *deest* 3. n) comesos 2? 4. o) brieziorum 1. bricziorum 2. brutiorum 3. 4. abruczesi 1a. p) melfia 2. q) treuia 2. 4. trecia 3. *ita et infra.* r) deten. 3. retin. 4. s) a. vivente adhuc p. 2—4. viv. adhuc *desunt* 1a. *spatio relicto.* t) admirandum in modum *addit* 4. u) lordanus 3. v) orientani 1. w) insignia 3. le bandere 1a. x) decembris 1a. 2. y) ad c. 2? 4. z) n. die quarte ferie 2. 3. n. diei IV. 4. *) u. terram 1. a) exterius 1. b) signum 4. segno 1a. c) nimia 1. d) amalfici 1. 2. e) *deest* 1. f) obseditionem 1. g) bellando 2—4. h) perrexerunt 1. i) iherus. 1. *constanter.* k) alii 1.

74) i. e. Constantinopolim. 75) Anna VI. p. 162.

tes transfretaverunt, et ceperunt[a] terras, quas Turchi imperatoribus abstulerant; et facto bello cum Turchis, victoriamque Christus suis concessit christianis; fertur enim fuisse de paganis 140 milia[b]. Hoc actum est iuxta Nicenam civitatem.

1098. de mense Octobris apparuit stella cometis, et christiani bellando venerunt usque Antiochiam, et obsederunt eam. Et de mense Aprilis comprehendentes interfecerunt ibi plus quam[c] 60 milia hominum. Iterumque commissa pugna, christiani vicerunt, et ceperunt multa spolia Turcorum. Et hoc anno comprehensa est Capua a Rogerio comite mense Maii.

1099. de mense Octobris papa Urbanus congregavit universalem[d] synodum[76] in civitate Bari, in qua fuerunt 185 episcopi. Et hoc anno in mense Iunii in festivitate sancti Petri apostoli comprehensa est civitas Hierusalem per pugnam a christianis, et omnes, quos ibi invenerunt, occiderunt. Fertur autem occisa esse ibi 200 milia hominum. Et tunc levaverunt sibi christiani regem Gotofredum, qui fuerat Suevorum dux. Et de mense Iulii praedictus papa Urbanus obiit, et electus[e] est Pascalis papa.

1100. Mortuus est Gotofredus praedictus ab urso[f], egrediens a saltu[g], quem antea[h] eum[i] fortiter feriens[k].

1101. comprehensa est Caesarea a christianis et ad solum usque perducta. Et in hoc anno de mense Septembris mortuus est Goffridus comes, et Alexius[l], filius eius, intravit Materiem, et superiora[m] coeperunt habitari[n] a Montensibus[o]. Hoc anno obiit Arnaldus archiepiscopus Acherontinus, et Rogerius comes Siciliae[p] in mense Iunii[q].

1102. de mense Novembris obiit Stephanus abbas Materiensis, et Symeon abbas successit ei. Et in mense Maii electus est Petrus Acherontinus archiepiscopus[r].

a) omnem terram quam 4. b) centum quadraginta milia 1. CXL^m 1a. CL milia et XL milia 2. centum milia ę XL milia 3. 150 milia 4. c) p. q. *deest* 1. d) *deest* 3. universam 4. e) eleuatus 3. f) ursa 3. g) e. ex alto 1. h) ante 1. i) ipse 2? 4. k) ferierat 2? 4. l) alexander 2. 4. alexii 3. m) super ea 1. superia 2. supra 3. *vacat* 4. et s. c. h. a m. *desunt* 1a. *spatio relicto.* n) habitare 1. o) a montisibus 1. Amantensibus 3. p) *deest* 1. q) iulii 4. r) Finis 3. Finis Lupi Protospatae 4.

76) anno 1098.

REGUM ET IMPERATORUM
CATALOGI.

Catalogis regum et imperatorum SS. Tomo III. p. 213 *sqq.* 872 *sqq. editis addere licet* 1) ***Catalogum regum Langobardorum*** *ex codice legum Langobardorum Rhedigeriano a Bluhmio nostro transcriptum et mecum communicatum, qui Heinrico IV. regnante editus esse videtur.* 2) ***Chronicon a Guidone Langobardo***[1], *fortasse monacho Casinensi, historiae Heinrici IV. auctore, ineunte saeculo XII. conscriptum, quod in codice regio Bruxellensi, anno* 1119. *in membrana exarato evolvi*[2]. *Guido librum suum ab Orbe condito inchoat, imperatores Romanos et reges Langobardorum usque ad Heinricum IV. imperatorem recenset, et catalogum antiquum, eius quem SS. T. III. p.* 873 *dedi ditiorem fontem, ante oculos habuisse videtur. Scripsit Heinrico V. imperium tenente. Ultimo loco* 3) ***Chronica Lamberti***, *monachi Audomariensis, addimus, saeculo XII. ineunte ope librorum antiquiorum, catalogi pontificum Romanorum, catalogi episcoporum Morinensium et annalium antiquorum, Blandiniensium fontis, concinnata, at annorum calculo saepe fallacia, ut cuique paparum regumve annos intuenti facile patet. Nonnulla diversis annis bis scribuntur. Habet tamen aliqua notatu digna, praecipue in illis quae ad aetatem auctoris propius accedunt vel inde ab ineunte saeculo XII. medias*

1) v. Petri Diac. de Viris ill. c. 41. 2) Archiv VII. 537. 538.

inter res scripta sunt. Codicem a. 1826 *Gandavi in bibliotheca universitatis a me evolutum, anno superiori Bethmannus exscripsit, additis annotationibus Martyrologii ab ipso Lamberto scriptis, quas infra suis annis inligabimus.*

CATALOGUS REGUM LANGOBARDORUM ET IMPERATORUM

ex codice Rhedigeriano Wratislaviensi.

Aldoaldius regnavit annis 10. Ariovaldus r. a. 13. Rothar r. a. 16. Goadpertus r. a. 2. Grimoaldus r. a. 8. Dertarius[a] r. a. 10. Cumpertus[a] r. a. 13. Liupertus[b] r. a. 2. Aripertus r. a. 12. Ansiprandus r. a. 1. Liuprandus r. a. 33. Rachis filius eius r. a. 5. Astulfus r. a. 8. Desiderius r. a. 18. Karolus primus r. a. 38. Pipinus filius eius r. a. 8. Lodoycus r. a. 9.[c] Berengarius r. a. 25. Guido rex r. a. 3. Lambertus filius eius r. a. 8. Radulfus r. a. 2. Ugo rex cum filio suo Lothario r. a. 32. Berengarius cum filio suo Adalberto r. a. 11. Otto imperator r. a. 26. Otto imperator r. a. 7. Henricus r. a. 23. Curadus[d] r. a. 20. Henricus r. a. 18. Henricus filius eius regnavit annis 11.

GUIDONIS CHRONICA

ex codice regio Bruxellensi.

Prima etas in exordio. . . . .

Domnus Pipinus venit Longobardiam, coegit eum iusiurandum. Erat namque indicio 7[e].

Anno Domini 756. Desiderius regnavit ann. 17. Tunc Karolus eiecit eum de regno; erat namque ind. 11; et Italiam suo subiugavit imperio.

Anno Domini 773. Karolus Magnus imperator regnavit in Longobardia ann. 33, et in Francia regn. a. 5 antea.

Anno Domini 806. indict. 14. Pipinus filius eius r. a. 7, et in Francia antea a. 25.

Anno Domini 813. ind. 6. Lodovicus filius eiusdem Karoli r. a. 9.

Anno Domini 821. ind. 14. Lotharius imperator r. a. 28.

Anno Domini 850. ind. 13. Lodovicus iunior r. a. 25. et in 26° obiit.

Anno Domini 877. ind. 10. Karolus de Francia r. a. 2.

Anno Domini 879. ind. 12. Karolusmagnus r. a. 2.

Anno Domini 881. ind. 14. Karolus, frater eius, divina favente clementia r. a. 9; antequam coronatus est r. a. 2, et postquam se coronavit r. a. 7.

Anni domni Beringarii et Widonis regum[f] primo, 12. Kal. April. in nocte parasceue luna 14. obscurata est in modum sanguinis.

Anno Domini 888. ind. 6. regnavit ipse Berengarius cum Guidone et Lamberto filius Guidonis a. 28 antequam coronatus fuisset, et postea r. a. 8.

Rodulfus rex regnavit in Longobardia a. 3.

Anno Domini 926. ind. 14. electus fuit Ugo ad regem 2. Non. Iulii, et regnavit a. 21.

Anno praedicti Ugonis regis 5. ind. 4. 6. Id. Aprilis electus fuit Lotharius, filius eius, ad regem, et regnavit ipse Lotharius a. 19, et in 20° obiit, et erat indictione 5.

Anno 947. Kal.[3] Ian. eadem indictione 5. electus fuit Berengarius et Adalbertus filius eius ad regem, et regnaverunt insimul a. 11.

Dum Franci lamentabantur, Romani ipsis sic respondent:

Gallinae[g] facti, nobiscum plangite Galli;
Nos patriam totam, vos dentam[4] flete coronam!

Otto vero rex Romam perrexit, ibique coronam accipiens, totam Italiam suo subiugavit imperio a. D. i. 961. ind. 4. Et post ipsemet Otto magnus imperator regnare cepit, et regnavit a. 11. In 12° obiit.

Anno dominicae inc. 972. ind. 13. Hoc anno obiit Otto magnus imperator. Et Otto secundus regnare cepit, et r. a. 11; in 12° obiit.

Anno dominicae inc. 983. ind. 11. Hoc anno secundus obiit. Et Otto tertius, filius eius, regnare cepit et r. a. 19; in 20° obiit.

Anno dominicae inc. 1014. ind. 12. Henrigus imperator cepit regnare in Italia, et regnavit a. 14; in 15° obiit.

a) *ita c. pro* Bertaridus, Cunipertus. b) Auipertus *c.* c) *hic complures desunt.* d) *ita c.* e) *lege VIIII.* f) regnum *c.* g) *ita correxi,* galliae *c.*

3) innuere videtur diem cui primo KAL. IANUAR. in Kalendariis adscribitur, scilicet d. 19. Kal. Ian. cf. SS. III. 217. ubi d. 18. Kal. Ian. traditur. 4) i. e. demtam.

Anno dominicae inc. 1028. ind. 11. Curradus imperator cepit regnare in Italia, et regn. a. 19; in 20° obiit.

Anno dominicae inc. 1047. ind. 15. Henrigus imperator regnare cepit in Italia, et regnavit a. 9; in 10° obiit.

5 Anno dominicae inc. 1056. ind. 9. Henrigus imperator, filius Henrici, cepit regnare in Italia, et regnavit annos 51; in 52° obiit, anno dominicae inc. 1108. ind. 15[a].

LAMBERTI AUDOMARIENSIS CHRONICA

ex codice universitatis Gandensis.

1. Iesus Christus in Bethleem natus est....

10 919. Balduinus Calvus, comes Gandensis, obit.

920. Iohannes papa.

922. Karolus rex occisus est. Robertus, frater Odonis, fit rex, pater Hugonis.

924. Leo papa.

15 926. Rotbertus rex occisus est; Rodulfus fit rex.

927. Stephanus papa.

928. Elevatio sancti Folquini episcopi[4].

930. Marinus papa. Ambrosius obit[5].

933. Agapitus papa. Stephanus episcopus obit[6].

20 935. Rodulfus rex obit. Wicfridus fit episcopus[4], et Ludoicus fit rex.

941. Inventio sanctorum Audomari et Bertini.

942. Iohannes papa.

948. a Roma condita 1700 anni. 950. Leo papa.

25 951. Benedictus papa. Iohannes papa.

954. Ludoicus rex obit; Lotharius succedit.

958. Benedictus papa. Inventio sancti Maximini episcopi.

959. Wicfridus episcopus obiit; David 30 succedit.

960. Domni de Suri papa.

961. Bonifacius papa mense 1.

962. Benedictus papa.

971. Iohannes papa. Iohannes papa.

35 972. Iohannes papa.

974. David[4] episcopus obit; Framericus succedit.

983. Gregorius papa quintus.

985. Iohannes papa.

40 987. Silvester papa. Lotharius rex obit; Ludoicus successit.

989. Framericus episcopus[4] obit; Balduinus successit.

991. Iohannes papa, nomine Sico.

992. Iohannes papa, nomine Fanassus[7].

993. Sergius papa, nomine Os porci.

996. Benedictus papa, frater Aberici[*]. *A. Bland. a. 987.*

999. Ludoicus obit; Hugo successit.

1003. Susanna regina[8] obiit. *A. Bland.*

1007. Henricus imperator cum exercitu venit in Flandriam; cui Balduinus dedit obsides; et recessit. *cf. A. Bland.*

1008. Iohannes papa, frater Aberici[*].

1016. Hugo rex obiit; Rotbertus successit. *A. Bld. a. 993.*

1018. Benedictus papa, nomine Theophilactus.

1019. Rodbertus rex obsedit Sanctum Audomarum.

1020. Henricus imperator obsedit Gandavum. *cf. A. Bld.*

1023. Conradus imperator, filius Henrici, regnavit. *cf. A. Bld.*

1028. Canonici a Bergis expulsi sunt.

1030. Baldericus episcopus[4] obit. Drogo fit episcopus.

1031. Silvester Sabinensis papa. Gregorius papa sextus.

1032. Francorum Rodbertus rex obiit. *cf. A. Bld.*

1033. Henricus, frater[b] eius, post ipsum regnat. Templum sancti Audomari crematur.

1034. Clemens papa, Suigerius[c].

1043. Damasus papa nomine Poppo.

1046. Leo papa sanctus Bruno.

1048. á Roma condita 1800 anni.

1049. Henricus rex[9] duxit Annam, matrem regis Philippi.

1051. Victor papa Gebeardus. Stephanus papa Fredericus. Henricus imperator, filius Conradi, regnat anno Domini 1052. annis 55.

1052. Concilium Remis Leonis papae. Wido archiepiscopus[10] ostendit sanctum Audomarum[11].

45 1053. Imperator Henricus vetus venit ad fossatum[12].

1054. Belliternensis Benedictus papa.

1056. Girardus Nicolaus papa. Canonici Insulis[13] constituti sunt.

1058. Henricus rex Francorum obiit.

1059. Philippus fit rex Francorum. Anselmus Alexander papa.

50 1060. Folcardus fit prepositus Sancti Audomari.

1063. Eduardus rex Anglorum obiit.

1066. Stella cometes apparuit. Terra Anglorum expugnata est a Willelmo notho bastart[d].

Sexagenus erat sextus millesimus annus
Christi, cum pereunt Angli monstrante cometa.

55 4) Morinorum. 5) Mediolanensis scilicet a. 398. cycli minoris primi, non vero, ut noster errat, secundi. 6) Leodiensis. 7) Fasianus. 8) scilicet Berengarii Italiae regis filia, Arnulfi II. Flandriae comitis uxor. Eandem Rotbertus rex repudiaverat, v. Richer. IV. 87. 9) Galliae. 10) Remensis. 11) scilicet ossa eius. 12) Ottonianum, imperii terminum. 13) Lille.

a) *alia manu adiicitur in margine:* Post hunc filius eius Fredericus. post hunc Henricus. modo Fredericus, *addito* et Otto.
60 *) *ita c.* b) *corrige* filius. c) *post haec annis* 1035, 1036, 1038. *eadem adscripta fuerant, nunc erasa, quae iam ad a.* 1043, 1046, 1049. *legimus.* d) *glossa.*

1067. Balduinus comes Insulanus obiit, et Balduinus Montensis successit.
1069. Ernulfus advocatus apud Ardam[13] canonicos constituit.
1070. Balduinus comes Montensis et Flandriae obiit, pater patriae.
1071. Bellum Casel, in quo Rodbertus Arnulfum nepotem occidit, 9. Kal. Martii*[1].
1072. Hildebrandus Gregorius septimus papa; quem imperator Henricus á Roma expulit.
1074. Arnulfus fit prepositus Sancti Audomari.
1077. 6. Kal. Febr. Onulfus canonicus, pater Lamberti qui librum scripsit, obiit.
1078. Drogo episcopus Morinorum obiit episcopatus anno 49.
1079. 2. Kal. Oct. incendium templi sancti Audomari. Tunc Ernulfus prepositus.
1081. Romae concilium Gregorii septimi cum Henrico imperatore 8. Id. Dec.
1082. Reversio canonicorum sancti Audomari, Lamberto deposito 13. Kal. Mart.
1085. Odo Urbanus papa, apostolus[a] expeditionis Iherusalem, sedit.
1087. Willelmus rex Anglorum obiit; Willelmus successit. Urbanus fit papa. Sanctus Nicolaus de Myrrea Barris translatus est ind. 10.
1088. Hecclesia sancti Dyonisii dedicatur, et Titboldus dives obit. Comes[a] Rodbertus Flandriae Barbatus Hierosolimam perrexit; et Willelmus rex Anglorum obiit; et Cnuth rex Danorum interfectus est.
1092. Rodbertus comes Barbatus, qui iacet Casel, obiit.
1096. Concilium Clarimontis Urbani papae de Hierusalem 9.[b] Kal. Dec.
1097. Iter primum christianorum in expeditione Ierusolimitana*[2]. Pascalis papa.
1098. Antiochia obsessa á christianis capta est*[3].
1099. Hierusalem Franci capiunt virtute potenti.
Cometes apparuit. Iohannes fit episcopus[14].
1100. Rex Godefridus Iherusalem obiit; Balduinus, frater eius, successit.
1101. Balduinus rex cępit Cesaream, archiepiscopumque statuit. Et bellum Ioppen.
1102. Bellum nonum contra Babylonios.
1103. Ptolomaida, quae Achon dicitur, capta est a christianis.
1104. Daimbertus patriarcha deponitur, et Evermarus eligitur.
1105. Bellum decimum inter Ioppen et Ramulam contra Babylonios.
1106. Boamundus dux Antiochiae ad Sanctum Audomarum venit*[4]. Henricus imperator apud Leodium obiit. Stella cometes apparuit.
1107. Henricus iunior imperator Doacum obsedit.
1108. Philippus rex Francorum obiit, et Luduicus successit. Eodem anno Boamundus obiit.
1110. annus 1862. a Roma condita.
1111. Rodbertus comes Chelis obiit, miles probus*[5]. Tunc Henricus imperator Romae cępit Paschalem papam.
1113. Ida comitissa Boloniae obiit*[6].
1114. Pax confirmata ubique*[7].
1116.*[8] B. comes filiam comitis Eustachii iur.
1118.*[9] Balduinus comes*[10] obiit*[11].
1120.*[12] Ab Adam usque hic sunt anni 6380.*[13]

*1) 2. Non. Mart. rex Philippus cepit castrum sancti Audomari. *Martyr.* *2) Non. April. *Martyr.*
*3) feria 5. luna 6. *Martyr.* *4) 3. Kal. April. *Martyr.* *5) Atrebas sepelitur. *Martyr.*
*6) Idus April. *Martyr. quod addit:* 3. Kal. Iul. hic ventus pestifer incepit. 5. Kal. Aug. vento flante pestifero, sanctus Audomarus deportatus est a populo, quia pluvia magna erat, et facta est serenitas. 2. Non. Aug. Gertrudis comitissa Turnensis obiit.
*7) Rotbertus anno 1115. natus 2. Kal. Nov. *Martyr.*
*8) 1116. 5. Idus Iun. die sabbati Arnulfus prepositus obiit. *Martyr.*
*9) 4. Non. April. Balduinus rex Iherusalem obiit. *Martyr.*
*10) 15. Kal. Iul. et apud Sanctum Bertinum sepultus. *Martyr.* *11) ventus magnus 12. Kal. Ian. *Mart.*
*12) 1119. 14. Kal. Nov. concilium Remis Calixti papae. 1120. 3. Non. Oct. Eustachius obiit. *Martyr.*
*13) *Martyrologium praeterea anno incerto:* 5. Kal. April. Athela ducissa Apuliae obiit, in dominica. *Erat filia Roberti Flandriae comitis, uxor Rogerii ducis.*

a) *haec alia manu.* b) XIV. *Martyr.* 13) Ardres prope Caletum. 14) Morinorum.

HERIMANNI AUGIENSIS CHRONICON.

Herimannus ex nobilissima Alamannorum prosapia ortus[1], *patre scilicet Wolferado comite religioso*[2], *matre Hiltrude egregiae benignitatis femina*[3], *die 15. Kal. Augusti a.* **1013.** *primam lucem vidit. Septem post annos d.* **17.** *Kal. Octobris a.* **1020.** *litteris traditus*[4], *ingenii acumine et sedulitate ita excelluit, ut victa quodammodo ipsa natura, quae eum corpore paralysi contracto incluserat*[5], *inter doctissimos saeculi sui viros locum caperet. Tricesimo aetatis anno sub Bernone egregio Augiae abbate monachum professus*[6], *in coenobio ipso quod reliquum erat vitae religioni, litteris, artibus impendit. Nam Terentianum illud secutus, nihil humani a se alienum putabat*[7], *et quaecumque noverat aut adinvenerat ea cum auditoribus suis libentissime communicabat; „mirae benevolentiae, affabilitatis, iucunditatis et humanitatis omnifariae conatu sese omnibus morigerum et aptum exhibens, utpote omnia omnibus factus, ab omnibus amabatur; iniquitatis autem, iniustitiae et totius pravitatis et malitiae vel quidquid contra Deum fit, aversator et impugnator indefessus ad usque finem vitae feliciter perduravit“*[8].

Studium eius in arithmeticis, geometria, astronomia, musica, in poesi et historia versabatur[9]; *libros et cantus ab eo compositos Bertholdus enumerat*[10],

1) Herimanni genus hoc est:

Hartmannus comes — Burchardus dux

Hupaldus ═══ Dietpirch

Theodpaldus comes † a. 955. | Manegoldus | S. Oudalricus episcopus † a. 973. 4. Non. Iul. | Liudgarda ═══ Peier comes (Herim. chron. a. 971.)

Theodpaldus: Richwinus comes † a. 973. uxor Hiltigart (Vita S. Oudalrici c. 25. et Herim. chr. a. 973.)

Manegoldus: Hupaldus comes (Vita S. Oudalr. c. 25.)

Liudgarda et Peier: Reginboldus comes † a. 955. | Manegoldus (Vita Oudal. c. 25.) | Adalbero episcopus August. futurus a. 971. † a. 973. Dillingae.

Manegoldus: Wolferadus senior ex comitibus Veringensibus † 4. Non. Mart. a. 1010. ═══ Bertha † a. 1032. 11. K. Ian.

* * *: Roudpertus mon. Aug. a. 1006. | Piligrinus ═ Berhtrada

Wolferadus senior et Bertha: Wolferadus comes † a. 1065? (Chron. Isn.) ═══ Hiltrudis † a. 1052. 5. Id. Ianuar. (Piligrini et Berhtradae filia)

Wolferadus comes (Chron. Isnense) | Herimannus natus 15. Kal. Aug. a. 1013. † 8. Kal. Oct. a. 1054. | Werinherus natus Kal. Nov. a. 1021. Augiensis monachus, a. 1053. Hierusalem abit, † a. 1054. | Manegoldus comes. (cf. Pauli Bernried. vita Greg. VII. c. 81.) | Irmgardis (Chron. Isnense) | et decem alii.

2) Veringensi, ut posteriores tradiderunt; v. vitam Herimanni auctore Bertholdo, et chron. Mellicense. 3) chron. a. 1013, 1042. 4) chron. a. 1020; Augiae ut credere licet; nam quae Trithemius tradit, eum apud S. Gallum didicisse, ibi scholae annis 38 praefuisse et obiisse, aperte falsa sunt; et locus chronici Mellicensis ad a. 1044. quo Herimannus in studio in monasterio S. Galli primo fuisse dicitur, aliquot saeculis post, fortasse ex Trithemio, additus est. 5) unde Contracti nomine inde a XII. saeculo saepius notatus est. 6) Bertholdus l. c. 7) Bertholdus l. c. 8) verba Bertholdi. 9) eum Graecae et Arabicae linguae callidum Aristotelis scripta et astrologos Arabum primum in linguam Latinam vertisse, Trithemius et Metzlerus scripserunt, at perperam, quum ea Hermanno Alemanno saeculi XIII. scriptori tribuenda sint; v. Iourdani scriptorum Aristotelis medio aevo historiam. 10) v. infra pag. 268.

qui Herimannum in instrumentis etiam horologicis, musicis et mechanicis componendis praecelluisse tradit. Historiae scribendae initium fecit circa annum 1048.[11], *postquam Heinricus III. imperator Augiae*[12] *praesens ecclesiam S. Marci a Theoderico Constantiensi episcopo dedicari fecerat; quo quidem tempore, fortasse ab imperatore aut a Leone IX. papa, qui a.* 1049. *Augiam venit*[13], *incitatus, chronicon inde a nativitate Domini aggressus est, atque annis sex quos superstes fuit ad sua usque tempora produxit. Gesta quoque et virtutes Chuonradi II. et Heinrici III. imperatorum descripsit, et Heinrico III. dicavit*[14]. *Obiit quadragesimo secundo aetatis anno, a. d.* 8. *Kal. Octobris a.* 1054, *chronico in manus Bertholdi discipuli amantissimi commendato, et sepultus est iuxta matrem biennio ante defunctam, in praedio suo Alleshusan.*

Fama viri optimi non solum apud aequales sed apud posteros etiam duravit[15], *qui praecipuo eius scripto, chronico scilicet, saepissime usi sunt; nam liber de gestis Chuonradi et Heinrici, saeculo XII. superstes, subsequentia saecula haud attigisse videtur, aut obscuritate indebita hodieque tegitur.*

In chronico scribendo id sibi praecipue proposuisse videtur, ut Reginonis ad exemplum, aliis tamen fontibus quam plurimis adhibitis, res inde a Christo nato ad sua usque tempora ad annorum Christi seriem redigeret. Qua in re fontibus usus est, quorum maxima pars nostro etiam tempore extat. Memorat enim Eusebii[16] *chronicon ab Hieronymo in Latinum versum et usque ad a.* 378. *continuatione auctum, Theophili Alexandrini cyclos paschales*[17], *Prosperi chronicon*[18], *Hieronymi vitam Iohannis anachoretae*[19], *Eusebii historiam ecclesiasticam a Rufino in Latinum versam et usque ad a.* 395. *perductam*[20], *Proterii et Paschasini epistolam ad Leonem I. papam de paschate anni* 444.[21], *Victorii cyclos paschales*[22], *quos tamen ex Beda tantum laudat, Gesta regum Francorum*[23], *Cassiodori chronicon*[24], *Dionysii cyclos paschales*[25], *Iordanis chronicon seu librum de regnorum et temporum successione*[26], *Isidori chronicon aliaque opuscula*[27], *Theodori archiepiscopi poenitentiale*[28], *Bedae*[29] *chronicam minoris libri de temporibus et reliquos libros, quos inter chronico de sex aetatibus mundi et historia Anglorum praecipue usus est, tum Heitonis*[30] *et Amalharii*[31] *odoporica, visionem Wettini duplicem*[32], *historiam translationis Sanguinis Domini Augiam*[33], *privilegia Augiensi monasterio a summis pontificibus concessa*[34], *Roudperti planctum de calamitate Augiae sub Immone abbate*[35], *et, quam manibus trivisse non videtur, vitam Brunonis Coloniensis archiepiscopi*[36]. *Quos praeter libros inde a saeculo quarto exeunte Marcellini chronicon*[37], *Gesta pontificum Romanorum usque ad saeculi noni*

11) Nam Wipponis librum intra a. 1047. et 1050. compositum exscripsit, nec annum 1048. praecesserunt quae a. 1008. de 40 annis Bernonis tradit. Praetereo, quod a. 1009. Wolferadum quindecim liberos procreasse, a. 1034. Eberhardum Constantiensem plus 12 annis praefuisse, a. 1036. Burchardum multis annis in vinculis detentum scribit; et Herimannum multum temporis libro conficiendo insumsisse, non censuerim. 12) *Augiam nostram*, a. 1048. 13) chron. a. 1049. 14) Bertholdus infra pag. 268. Anon. Mellic. et Otto Frising. in chronico VI, 33. — Rhythmi ab Ottone capp. 31. 32. laudati et Herimanno perperam adscripti, scilicet initia descriptionis pestilentiae a. 1038:

Qui habet vocem serenam,
Proferat hanc cantilenam.

et triumphi Hungarici a. 1044:

Vox haec melos pangat.

Wipponem auctorem agnoscunt. 15) cf. Bertholdum, Ann. August. a. 1054, Ottonem Frisingensem, Anonymum Mellicensem c. 91. 16) chron. a. 378. 17) ib. a. 380. 18) ib. a. 384, 454. 19) ib. a. 394. 20) ib. a. 395. 21) ib. a. 417, 444. 22) ib. a. 456, 550. 23) ib. a. 509. 24) ib. a. 513. 25) a. 532. 26) a. 551. 27) a. 616. 28) a. 690. 29) a. 703. 30) a. 811. 31) a. 813. 32) a. 824. 33) a. 923. 34) a. 759, 997, 1032, 1049. 35) a. 1006. 36) auctore Ruotgero, a. 965. 37) continuationem annorum 551—558. nihil nisi Herimanni nostri textum dare, et inde descriptam esse, Waitzius ostendit.

exitum producta, Gregorii Turonensis historiam Francorum ecclesiasticam et Fredegarium[38]*, vitas SS. Remigii auctore Hincmaro, Mauri, Columbani auctore Iona, Galli auctore Walafrido, Historiam miscellam, Pauli Diaconi historiam Langobardorum, Annales Fuldenses quales in codice Altahensi legebantur, Einhardi vitam Karoli, annales Laureshamensibus et Alamannicis a nobis editis similes*[39] *sed in fine saeculi noni auctiores*[40]*, Annales Augienses usque ad a.* 939, *et Sangallenses maiores usque ad a.* 1044, *Reginonem cum continuatione, Annales Heremi*[41] *et Einsidlenses*[42]*, catalogos abbatum Augiensium et Sangallensium Arxianis*[43] *similes, tres*[44] *catalogos Romanorum pontificum inde ab a.* 895. *ad sua usque tempora productos, Gerhardi vitam Oudalrici, vitam Wiboradae, Wipponem de vita Chuonradi II. imperatoris in usus suos vertit, conciliorum etiam acta*[45] *et fontes Annalium Augustanorum evolvisse videtur; omnibusque excerptis et secundum annos Domini dispositis, quae in aliis monumentis monasterii sui legerat aut ipse ultimis praesertim vitae suae annis compererat*[46]*, inseruit subiecitque. Libros istos tum bibliotheca Augiensis monasterii, inde ab ineunte saeculo nono bene instructa, Herimanno subministravit, tum vicina Sangallensis et Einsidlensis praebuerunt*[47].

Tanta igitur industria comparatis ita usus est, ut Hieronymi chronico, Fredegario, Beda de sex aetatibus mundi, Gestis et catalogis pontificum Romanorum, Paulo Diacono, Annalibus Fuldensibus, Augiensibus, Sangallensibus et Wippone fundamenti loco positis, et magni voluminis scriptoribus Eusebii historia ecclesiastica, Gregorio Turonensi, Historia miscella, Reginone et vitis Sanctorum nonnisi rarius adhibitis, undecumque decerpta, ipsis auctorum sententiis ut plurimum servatis, contraheret[48]*. Ordinem temporum nonnunquam pro arbitrio suo et contra fontium fidem stabilivit*[49]*, ita ut in plurimis quae annum* 1039. *antecedunt nobis ad fontes hodieque superstites recurrendum sit. Ultima operis pars, annorum scilicet* 1039—1054, *inter genuinos et optimos historiae fontes referenda est.*

Liber morientis manu discipulo Bertholdo traditus, ab hoc continuatione auctus est; mox a compluribus descriptus et a Bernoldo, anonymo Sangallensi et Ekkehardo Uraugiensi excerptus, inclaruit[50]*; saeculo XII. una cum Bertholdi*

38) Idatii excerpta apud Fredegarium, non Idatii textum, Herimanno ad manus fuisse, Waitzius monuit. 39) cf. a. 764, 806, 836, (895), 896, (897), 902, 912, 913, 914, 918. 40) cf. quae infra de additionibus codicum 4. 4b. ad eundem fortasse fontem referendis monui. 41) unus codex a. 997, alter saepius exscribitur. 42) a. 1024. dies obitus Heinrici II. inde descriptus fuisse videtur. 43) SS. II. p. 34—39. 44) quales in codice regio Hannoverano, Zwettlensi (cf. a. 964.) et Estensi atque Vaticano II. (cf. a. 969, 970, 974.) habentur. Ceterum Herimannus dies, nonnunquam et menses, omittit, numeros praecipue annorum in universum tradens; cf. a. 873, 886, 904, 905. 45) cf. a. 588, 620, 679, 816, 916, 948, 952. 46) a. 977. et inscriptionem Sangallensem refert. 47) Catalogum eorum a. 820. confectum v. ap. Neugart, episcopatus Constantiensis p. 536 sqq., ubi Einhardi librum de vita et gestis Karoli M. haberi, iam SS. T. II. monui; sed reliquorum etiam librorum, quos inter fontes Herimanni computavimus, haud pauci ibi laudantur, e. g. p. 538. et 548. chronica Eusebii, Hieronymi et Prosperi, Cassiodori, Iordanis, Melliti i. e. Isidori, Bedae, Bedae hist. Anglorum, duplex Wettini visio, p. 546. Gregorii Turonensis chronica, p. 539. et 546. Gesta pontificum Romanorum, p. 539. chronica Gregorii Turonensis vol. II., vitae sanctorum Columbani, Galli etc. Eadem ac codex Augiensis Eusebii habet regius Parisiensis N. 4860, unde annales Augienses evulgati sunt, fortasse ex Augiensi descriptus. v. Archiv. VII. 50. 48) quod et erroribus originem dedit, quum eandem rem ex duobus fontibus delibatam diversis annis bis referat, cf. a. 538. et 539. de Belisario, a. 610. et 618. de cruce dominica. 49) Herimanni ducis obitum contra fontium suorum fidem, qui eum recte a. 949. adscribunt, anno 948. tribuit; anno 952. res in Ann. Heremi annis 950, 951, 952., et 953. relatas adscripsit; annis 951, 969, 970, 997. quaedam annis 952, 966, 966. et 967, 996. tribuenda dedit. 50) Lambertus Ascafnaburgensis annis 1039—1054. multa habet, quae ad Herimannum accedunt, sed ea inde depromta esse haud liquet; Sigebertus et Annalista Saxo Herimanno non usi sunt. Qui saeculo XII. Annales Augustanos ex cyclorum notitiis

et Bernoldi scriptis in codices Gottwicenses, Murenses et Engelbergenses, in annales Sancti Blasii seu Engelbergenses, Mellicenses, indeque derivatos Austriacos[51] *alios postea transiit. Otto quoque Frisingensis*[52] *nostrum ante oculos habuisse videtur.*

Primam chronici editionem ex codice hodie abscondito, qui ex Sangallensi Herimanni excerpto fluxit[53], *typis dedit Sichardus in Opere chronico Basileae a.* 1529[54] *sqq.; quam et Urstisius*[55], *insperso et e latere adiecto, sub falso Hermanni nomine, Bernoldi textu, et Pistorius*[56] *cum Struvio*[57] *repetiverunt. Alteram editionem Canisius ex codice Augustano curavit*[58], *quam Bibliothecae Patrum editores Colonienses*[59] *et Lugdunenses*[60] *necnon Basnagius*[61] *secuti sunt. Tertia Aemiliano Ussermanno debetur*[62], *qui ad codicis Augustani fontem, Augiensem scilicet, ascendit, indeque derivatam editionem ope subsidiorum undique comparatorum adornare et dissertationibus annotationibusque doctis illustrare conatus est, et Herimanno Bertholdi et Bernoldi libros subiecit. Post quem si quartam iam editionem aggredimur, de subsidiis et consilio eius hic pauca prius monenda sunt. Et illa quidem fuerunt:*

1) *Codex olim monasterii Augiensis, iam bibliothecae serenissimi Magni Ducis Badensis Carlsruhanae illatus, membranaceus saeculi XI. exeuntis in folio, quem iubente Serenissimo Principe vir de re nostra optime meritus, D. Molter bibliothecae praefectus et consiliarius intimus, mihi transmisit*[63], *quo evolvendi eius per otium facultas concessa est. Quinque in eo manus distinguere licet, quae se invicem ab annis* 1—384, 385—447, 447—709, 710—1021, 1021—1051 *excipiunt, atque, collatis praecipue locis, quibus non modo voces male*[64] *scriptae, sed integrae lineae omissae*[65] *sunt, codicem minime ab ipso Herimanno scriptum esse ostendunt. Nec diffiteor, librum mihi in monasterio potius Einsidlensi quam Augiensi scriptum esse videri, quum originis Augiensis nulla indicia observes, at librum inde a. saeculo XI. exeunte in Heremo adservatum fuisse, glossae complures manu saeculi XI. exeuntis et XII. ineuntis scriptae atque ex Annalibus Einsidlensibus prodeuntes indicent*[66].

conscripsit atque Herimannum noverat, Augustensia ex communi cum eo fonte hausisse, sed et eum exscripsisse videtur. 51) v. infra. 52) Chron. VI. 32, 33. 53) v. annum 631, cuius verba: *sanctus Gallus nobiscum* (i. e. apud Sanctum Gallum) *remansit* rem extra dubitationem ponunt. 54) p. 167. Mihi ante oculos est editio s. a. Basileae per Henrichum Petri, qua Germani cuiusdam chronicon usque ad a. 1549. producitur, igitur ipso anno typis expressa. 55) SS. I. 229 sqq. editionis prioris. 56) SS. I. p. 85. Inde descriptus est liber bibliothecae Taurinensis; v. Annales nostros V. 474. 57) collatis Urstisii et Canisii editionibus SS. I. 113. 58) Lect. Antiq. I. 429. 59) T. XI. 60) T. XVIII. 61) Canis. Lect. Ant. edit. 2. T. III. P. I. p. 191. unde Bouquet SS. Gallic. III. 319 sqq. V. 362, VI. 224, VII. 232, VIII. 245. XI. 18 sqq. sua excerpsit. 62) Prodromus Germaniae Sacrae T. I. 1 sqq. 63) Ussermannus eo usus est, at haud ea diligentia qua sperari poterat, ut ipse in posterioribus saeculis expertus sum; eadem experientia anteriora huius atque Ratisponensis codicis Waitzius cum editis contulit, qui et in enotandis plurimis fontium locis operam diligentem praestitit. 64) aut varie, ut nomina propria Adalbertus et Adelbertus et eiusmodi, orthographia praecipue in usu litterae *c* et *t* variat magis ad *c* proclivis. 65) a. 1032, 1046. 66) Glossae in Heremo scriptae sunt a) manu saeculi XI. exeuntis ad annos 945. *Tietlandus pater venit.* — *A.* 949. *Gregorius sanctus pater ac nobilissimus venit.* — *A.* 951. *Vigilius scriptor obiit.* — *A.* 960. *Gregorius abbas efficitur.* — *A.* 972. *Ratispone sanctus Wolfgangus episcopus factus est.* — *A.* 987. *Aecclesia cellae sancti Meginradi aucta est.* — *A.* 996. *Gregorius sanctus abbas obiit.* — *A.* 1031. *Primi lapides aecclesiae cellae sancti Meginradi* 6. *Idus Maii positi sunt.* — *A.* 1039. *Aecclesia cellae sancti Meginradi* 3. *Idus Octobris dedicatur, et reliquiae corporis sancti Meginradi ab*[a] *Augensibus redditae*[b] *sunt hactenus retentae.* — b) manu alia eiusdem temporis aut saeculi XII. ineuntis: *A.* 934. *Eberhardus Argentinensis prepositus primus incola cellae Meginradi venit.* — *A.* 948. *Capella in coenobio sancti Meginradi coelitus consecrata est* 18. *Kal. Octob.* — *A.* 964. *Eodem anno rege Roma morante cum caeteris principibus, idem papa*[1] *consecrationem capellae coelitus factam in coenobio sancti Meginradi coram principibus*

a) *vox erasa.* b) redditę *iam* reddite. 1) Leo VIII.

Herimanni Augiensis chronicon

1. Cod. Augiensis, hodie Carlsruhanus.

I. Anno · xl ii · octouiani augusti cesaris · ex quo aut egiptus in puinciam redacta e · et cleopatra cu antonio uicta · xxviii anno · Ab urbe u condita dcc l ii · olimpiadis c xc iiii · anno iii · dns nr ihc xpc in bethlee iudę nascit · transactis ab initio mundi sedm hebraica ueritate annis iii dcccc l ii · Sed lxx · interptes u · v c xc viii ·

cccxlii · Constantinopoli eiecto ab arrianis paulo epo · macedoniu heresiarchen substituunt ·

cccxliii · Hoc temp maximinus treueror eps clarut · a q athanasius a constantio p fug susceptus ·

cccxliiii · Athanasius ad constantis litteras alexandria regredit ·

cccxlv · Eclipsis solis facta e · et terremotus multas urbes subuertit ·

dlxxii · Hoc temp hilpericus rex chlodoueu filiu suu hostilit in regnu sigibti fris sui misit · Qui cu iuxta burdegalense resideret urbe · sigulfus dux ex parte sigibti sup eu irruit · fugiente q; cu tubis & bucinis uociferando qsi ceruu parisius usq; ubi pat ei fuerat psecut ·

dccx · Adrian abb uenerabilis anno ex q a uitaliano pp in britannia cu theodoro archiepo miss e · Hildebertus rex francor filius theoderici morit · ann reg xvii · p quo dagobertus filius ann v · 7 mses reg catholicos psequens & hereticis fauens ·

dccxi · Constantinopoli philippicus imp factus iustinianu imp occidit · & ipse ann i · & vi ·

dccxii · Heripus rex langobardoru moritur · Post quem Liudprandus ·

(dccclxxx) uit equalit diuisit · Inuitibaldus cu regno suo karlomanno se tradidit · Unde rastizh natus prius eu dolo punere · & hoc n pcedente manifeste eum psequi statuit · Ille u supior factus rastizhen incautu conphendit · & karlomanno uinctu tradidit · a quo puaso regno & gabissimis in carcere missus · & ludowico regi

[illegible] xxx Ernust dux cu exilio relaxatus ducatu suu recepisset · pmor e silio us · et denuo impi refragatus · ducatu puat · & frr ei iunior herimannus dux sueuor efficit · Conradus imp ia dudu inimicus cu stephano · ungarior rege conflatus · pannonia petiit · et quantu pe flumina ub; et paludib; n obstantibus poterat raba deuastauit · Interi in alamannia cu ernust dudu dux ei q; coplices parat uirib; contra impem agitantes pdis circa silua martiana populares infestarent · a manegoldo comite exaugiensi milicia obseruati et · xvi · k s e p · c serto plio uicti s · Ipso q; manegoldo ibide pempto · Ernust pde dux · & werinhere comes caput rebellionis · adelbtus q q; et werin · nobiles milites cu aliis ceciderunt · Et ernust e stancie · manegoldus v augie sepulti s · Burghard

2. Cod. Ratisponensis hodie Monacensis

dxxxvi · Rome agapit pp · L · viiii mus sed anno fere · i · Hic a theodato tyranno p gra iustiniani aug propter occisa amalsuinda sibi infensi constantinopolim missus · constant cu aug p fide catholica certauit · anthemiu eiusde urbis epm hereticu conuictum damnauit · & in locu ei fauente aug menna ordinauit · ipse q; ibide morbo tactus obiit · & in loculo plumbeo roma relat · ad s petru sepult e ·

I L iiii Seq; in eade co morans p uincia · natal dni in uilla otinga egit · ibiq; babinbergensis ecle psulatu c sobrino suo adalberoni donauit · Deinde habito ratispone colloquio · p alamannia transiens · & furib infesto n nulla coe c uenticula exurit iubens · turegi quadragesima inchoauit · & p ipales rheni urbes

Saeculo XIV. medio Hermanno abbati Fabariensi commodatus et Fabariae detentus est, prout ex inscriptionibus apographi loco nostri Heremum transmissi intelligitur, et eodem saeculo exeunte[67] *in Augiam devenit, ubi per quadringentos amplius annos servatus est, donec monasterio extincto bibliothecae Carlsruhanae inferretur. Sed iam antequam Fabariam pervenit, ultima libri folia perierant, ita ut utrumque exemplar inde transscriptum, Fabariense scilicet et Augustanum, in verbis anni* **1052.** „cesis palatisque ungariis reliquo exercitui" *desinat. In Augustano etiam libri de Welfis et de vita sancti Chounradi episcopi, quos saeculo XIV. in charta scriptos in eodem codice contineri monui*[68], *transscripti leguntur.*

1[b]) *C. olim Fabariensis, iam inter Einsidlenses adservatus, saeculi XIV. medii, textum Herimanni, additis glossis quas in Heremo ei adiectas diximus, exhibet. Inscribitur:* Istum librum fieri procuravit Hermannus genere de Arbona, abbas huius monasterii Fabariensis, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto scriptum in eodem monasterio. *Quo recepto, Einsidlenses addiderunt:* Ego frater Henricus de Ligritia humilis thesaurarius monasterii Heremitani eodem anno accommodaveram eidem venerabili abbati exemplar istius libri ad rescribendum, et retinuit ipse vetustissimum nostrum libellum, et dedit nobis istum novum. *Mauritius Hohenbaum Van der Meer scriptis confirmavit.* c) manu saeculi XIV: *A.* 838. (in loco raso) *Sanctus Meginradus venit ad locum.* — *A.* 861. *Sanctus Meginradus patronus noster.* — *A.* 945. *primus abbas huius loci,* et in margine: *Tiethlandus abbas monasterii Heremitarum qui fecit glosam super epistolas sancti Pauli.* — *A.* 1008. *Annus retributionis nequam abbatis venit.* — *A.* 1032. *Warmannus episcopus Constantiensis, quondam monachus huius loci.*

67) Augiae haec scripta sunt res annorum 1385—1390. illustrantia: fol. 31. *Nota Burkardus episcopus de Hewen fuit introductus Constancia quarta feria ante assumpcionem beate virginis anno* (13)88. *ab incarnatione Domini. Et ante proxima tertia feria conferebat michi Hainrico Leman et Dietrico Iohanne Casper Uolrico feoda que vulgo dicuntur des maentellars lehen. Et pater noster Hainricus Leman pie memorie moriebatur* 88° *in ieiunio ubi cantatur Sicientes, qui emit predicta feoda pro Vilhelmo Gochan.* — f. 34'. *Nota canpana maior fusa est tertia feria ante ascensionem Domini anno* 1393. *et nichil valuit. Etiam in eodem anno fusa est crastino Marie Magdalene et optimum sonum obtinuit. Item nota quod ante fusionem ultima proxima die dominica unus vilissimus nequam venit in nocte, et libenter destruisset inmaginem, et destruxit ymagine unam aurem quod vulgo dicitur ain oere, et tamen nihil nocuit. Item habet in pondere* 20 *zentner* 12 *libras. Item domnus Hainricus Saechl et Hainricus Leman*[a] . . . . *Item*[b] . . . . *obiit uxor domni* . . . . *crastino Benedicti abbatis et fuit uxor Hainrici Leman.* — f. 35'. *Nota dux Luitpoldus Austrie occisus fuit cum multis militibus anno ab incarnat. Domini* (13)85. *quarta Kal. Iunii, et fecerunt civitates silvestres que dicuntur Walstet; postea anno* 88. *multe gentes volebant destruxisse illam provinciam que dicitur Glarus et venerunt per portus, postea illi Glarenses venerunt nisi cum octuaginta viris et occiserunt bene trecentos*[c], *quia turpius dederunt fugam.* — f. 38'. *Nota quod* (13)88[us] *annus fuit valde mirabilis ab incarnatione Domini; in Almania fuerunt multe rixe; primo liga traxit ad Pavariam et destruxit ibi multas villas;* 2° *de Wirtenberg habuit bellum cum liga in eodem anno et etiam duces Pavarie dominica die ante Bartholomei apostoli et victoriam habuerunt, et de liga occisi fuerunt quatuor milia hominum, de Constancia evasit unus, de Lindaudia nullus, de Sancto Gallo unus, de Basilea duo, et est illud bellum factum penes Richenwil.* — *Anno ab inc.* 1390. *proxima quarta feria post nativitatem Domini fuerunt fulgura et tonitrua circa medium noctis;* — tum manu saec. XV. a. 861. (Meginradus) *comes de Sulgen, filius comitis de Sulgen.* — *A.* 871. (Salomon †) *cui Pateon successit, prefuit annis* 3. — *A.* 875. *Constantie Patecho episcopus obiit anno* 875. *pro quo Gebehardus annis* 10 *prefuit.* — *A.* 911. *Burckardus ipse fuit comes de Veringen.* — *A.* 955. (Reginbaldus) *putatur de Helfenstein.* — *A.* 971. (Adalbero) *comes von Helffenstain.* — *A.* 972. (Notkerus) *hic comes de Pfulingen natus.* (Wolfgangus) *nobilis de Ridenfels prope Schwebeswerd natus, matre a Veringen.* — *A.* 973. *Nota ille Purghardus fuit fundator monasterii montis Duelli; deinde anno Domini* 1005. *illud monasterium a divo Hainrico Romanorum imperatore ad locum Stain nuncupatum translatum est.* — *A.* 979. (Gebehardus) *comes de Zeringen* („falso quum fuerit de Bregenz." Ussermann). — *A.* 997. (filias tres) *una Gisela.* — *A.* 1009. (Wolferadus) *comes de Veringen.* — *A.* 1032. (Bertha) *de Helfenstain.*

68) SS. IV. 430.

a) *reliqua abscisa sunt.* b) *Hic locus postea erasus est.* c) *alia manu in loco raso.*

qui, libro diligentius evoluto, haec in praefatione sua inedita[69] *Aarauviae adservata notavit, codicem, prout facile credi poterat, erroribus non vacare animadvertit, neque eius iterum evolvendi ullam rationem intelleximus.*

1[c]) *C. bibliothecae Augustanae, olim SS. Udalrici et Afrae, chartaceus saec. XV. exeuntis*[70], *ex Augiensi descriptus, eius non modo textum sed et glossas Einsidlenses et Augienses textui illatas praebet, ita ut v. g. Leopoldi Austriae ducis caedes anno* 941. *referatur*[71], *quo nullam eius in nova editione rationem habendam fuisse satis demonstratur.*

2) *C. bibliothecae regiae Monacensis, olim Sancti Emmerammi Ratisponensis F. CXVI. signatus, membranaceus in* 4°, *saeculo XI. exaratus et correctus*[72], *Herimanni et Cassiodori chronica, subiectis Honorii scolastici versibus ad Iordanum episcopum, exhibet. Constat quaternionibus undecim, a saeculi XV. scriba numero III. IIII. V. cet. signatis, quorum ultimo duo folia ultima desunt; primum primi quaternionis res annorum* 378—384. *continens saeculo XV. suppletum est; et numerus antiquus VIII, iam evanidus, folio* 49, *quaternionem unum reliquos praecessisse, indicat, ita ut librum a Christo nato antiquitus initium habuisse persuasum sit. Protenditur usque ad annum* 1054, *cuius textui clausulam subiicit: EXPLICIT CHRONICA HERIMANNI; at non integrum chronici textum, sed recisis nonnullis in compendium redactum exhibet. Omittit enim quaedam ad arbitrium*[73], *tum constanter fere res ad ecclesias Augiensem, Sangallensem et Constantiensem pertinentes, quae scriptori Ratisponensi levis momenti esse videbantur, nec Herimanno abiudicari possunt, quum non solum sententia ea nonnunquam efflagitet, sed omissa ex iisdem ac reliqua fontibus manaverint, et in Bernoldo quoque, Herimanni excerptore, legantur*[74]. *Econtra codex Ratisponensis quaedam ab Augiensi praetermissa, singulas voces et sententias, servavit, quas Bernoldus etiam agnoscit*[75]. *Cum igitur codicem minime ex Augiensi descriptum esse constet, aliqua indicia communem utriusque originem ex antiquiore fonte, Herimanni fortasse autographo, indigitant. Eiusmodi sunt voces depravatae a.* 901. caretanum *et* careatanum, *a.* 916. alanniam, *a.* 961. et *(loco* ex*)* Adalheide, *a.* 973. fleothomatus, *a.* 1030. inimiciis, *quas ea tantum ratione explicaveris. Formae vocum Adalbertus, Adalbero, Chounradus, Balduwinus, Wirziburg, Gotefridus, Theodericus antiquitate sua recentioribus Adelbertus, Adelbero, Conradus, Baldewinus, Theodricus in Augiensi frequentibus praehabendae sunt, sed nec ipsae constanter adhibentur*[76]. *Codice absoluto littera annorum initialis alternatim colore rubro et luteo praefixa, nonnunquam fallit*[77].

Praeter codices genuinum Herimanni textum exhibentes libri nonnulli consulendi erant, in quibus post Herimanni obitum opus eius tum in compendium redactum, tum ipsius fontibus aliisve subsidiis adhibitis adauctum est, Bernoldum scilicet presbyterum et scriptorem anonymum Sangallensem, qui saeculo

69) de apparatu editionis novae ab eo confectae v. Annales nostros T. III. 212. Quae una alicuius momenti videbatur, praefatio opera viri doctissimi et humanissimi D. Vock, hodie decani Solodorensis, transmissa est. 70) cf. Braun Notitia codd. SS. Udalr. et Afrae T. II. p. 103. 71) Ea omnia in Canisiana editione observare licet, quam tamen codice etiam magis depravatam, Mauritio Hohenbaum van der Meer, qui utrumque contulit, referente, facile credimus. 72) Corrector textum nonnunquam male intellexit, e. g. *Rachildis* in *Richildis* corrigens a. 920, *peteret* a. 902. in *petantur;* aliis locis e. g. a. 916. errores sustulit. 73) cf. a. 1035, 912. etc. 74) v. a. 1040. 75) e. g. a. 410. verba *et irrupit.* 76) scribit constanter: abbatia, constantiensis, deditio, totius, internitio, munditia, petiit, rebellantia, prouintia, pertinentia, Moguntiacum, Alsatia, nuntiare; Francia; impendo, compleo, commoveo; nihili; distinguit dōni (domni) et dni (domini). 77) ita a. 949. legitur *Rothario* loco *Lothario.*

XI. eodem fere tempore scripserunt. Utrique Eusebii chronicon ab Hieronymo translatum, Prosperi et Bedae chronica, Orosius, catalogi pontificum Romanorum ad manus fuerunt, unde textui ex Herimanno depromto complura addiderunt; uterque Herimanni librum suo modo defloravit, dum alia Bernoldo alia Sangallensi monacho placebant; in iis tamen quae ex Herimanno derivata verbis mutatis apud utrumque leguntur, Bernoldus servato sententiarum nexu paulo propius ad Herimannum accedit, ita ut istis locis Sangallensem potius praecessisse quam transscripsisse videatur: nisi utrumque opus, fontibus, rebus, scribendi ratione, et principio inde ab Orbe condito usque ad secundum post Christum saeculum sibi simillimum et fere idem, uni Bernoldo auctori tribuere malis. Cui quidem sententiae, quod Bernoldum unquam apud Sanctum Gallum deguisse ignoramus, et annorum computatio in codice Sangallensi saepe valde mendosa obstat; at uterque post Herimanni obitum scripsit, uterque librum eius integrum ante oculos habuit, nec facile credi potest, Bernoldo scriptori sui temporis praecipuo, quum Herimanni textum in usus suos verteret, alio praeterea exceptore quem exscriberet opus fuisse. Usus sum igitur

3) *Bernoldi codice autographo saeculi XI., iam in bibliotheca regia Monacensi adservato, de quo infra pluribus dicturus sum. Bernoldus haud paucis in locis ad lectionem codicis* 2. *accedit, et codicem Herimanni integrum sed ab Augiensi diversum eiusque fontem, Herimanni fortasse autographum, prae manibus habuisse censendus est, ideoque in restituendo Herimanni textu haud parvi momenti erat; lectiones tamen libri infra exprimendi nonnisi raro adferre visum est. Adii etiam*

3b) *codicem Bernoldi in bibliotheca universitatis Wirzburgensis adservatum, qui ex autographo ad litteram fere transscriptus est.*

Sangallensis monachus in concinnando libro suo, ad annos imperatorum et annos Christi redacto, praeter ea quae supra observavimus[78], *Eusebii historia ecclesiastica, Reginone, Wippone, catalogo Romanorum pontificum, in quo dies regni exprimebantur*[79], *et annalibus saeculorum VIII. et IX. ad Laureshamenses, Einhardi, Alamannicos, et Augienses proxime accedentibus, quos et Herimannus adhibuerat, usus est, sed ordinem temporis haud raro valde turbat*[80]. *Saeculo X. et XI. nonnulla refert, a reliquis eius aevi scriptoribus omissa; annis* 1044—1052. *Herimannum fere integrum exscripsit. Liber loco Herimanni exeunte saeculo XI. et saeculo XII. ab Ekkehardo Uraugiensi excerptus, et in Austriam translatus, chronicis Mellicensi*[81], *Claustroneoburgensi*[82] *et inde derivatis Cremifanensi*[83], *Garstensi*[84], *Salisburgensi*[85], *Austriae*[86], *Leobiensi*[87] *pro fundamento fuit. Innotuerunt nobis codices eius duo:*

4) *Gottwicensis numero* G. 26. *signatus*[88], *membr. in* 4. *saeculi XII, quem a.* 1820. *in monasterio celeberrimo evolvi, cuius lectiones meis atque Chmelii nostri precibus vir doctissimus et reverendissimus D. Leopoldus Tamscheck bibliothecarius benignissime concessit. Initium capit ab Orbe condito*[89] *et anno* 1052. *desinit, subiectis minio numeris annorum MLIII. usque MLVIIII. Textum exhibet in universum bonum, aliquot tamen locis corruptum.*

78) Multis locis Hieronymi versionem Eusebii exscribit; anno Commodi duodecimo ordinem sententiarum qualem Hieronymus habet, ab Herimanno immutatum, restituit; et alia eiusmodi. 79) qui ad Zwettlensem prope accedit. cf. a. 985. 80) e. g. in historia Chlodovaei et successorum eius 81) Pez SS. Austr. I. 82) Rauch SS. Austr. I. 83) ib. 84) ib. 85) Pez SS. I. 337. 86) Rauch II. 213. 87) Pez SS. I. 88) Continet Hincmari vitam S. Remigii, vitam S. Othmari, et Herimanni chronicon. 89) Male Ussermann cum a. 726. incipere scribit, et paucas tantum eius lectiones affert.

4[b]) C. a Iohanne Sichardo ad calcem Chronicorum Basileae a. 1529. *editorum expressus, hodie vero latens, nonnulla habet sibi propria, in plurimis tamen cum Gottwicensi ad litteram convenit*[90], *eique reliqua anni* 1052, *annos Herimanni* 1053, 1054, *et continuationem annorum* 1054—1066. *subiicit. Unus omnium cum Ratisponensi integram fere annorum* 1052—1054. *narrationem servavit.*

Praeterea codex Sangallensis, additis Reginonis Bertholdi et Bernoldi chronicis in

5) C. Murensi mbr. saec. XII. in folio magno transscriptus est, quem aeque ac apographum eius

5) C. Engelbergensem eiusdem aetatis et formae, a.* 1837. *in monasteriis splendidissimis evolvi, sed cum editis conferre neglexi, quod textui Herimanni restituendo nihil conducere videntur et res inde ab Ussermanno enotatae nobis sufficere possunt. Historiam annorum* 1052—1054. *Bernoldo et Sangallensi simul adhibitis contrahunt. Qui proxime ad hos Ussermanno teste accedit,*

5[b]) Gottwicensis alter, ab anno 1053. *incipiens et usque ad. a.* 1081. *decurrens, hodie latet, nec a me ipso nec a Cl. Tamscheck bibliothecario unquam visus nec in catalogis bibliothecae Gottwicensis antiquis notatus. Annis, qui hic in calculum venire possunt,* 1053. *et* 1054, *idem ac* 5. *et* 5*. *compendium historiae tradidisse dicitur*[91].

Quibus subsidiis ita usus sum, ut codice Augiensi fundamento posito, textum eius ope codicum qui non ab Augiensi sed ab eius fonte pendent, scilicet 2, 3, 4, *ubicumque omnes aut* 2. *et* 3. *conspirant, emendarem, orthographiam codicis* 2. *ut antiquiorem et magis sibi constantem adoptarem, lectionibus codicum* 1. 2. *et si alicuius momenti erant reliquorum etiam adnotatis, et additionibus codicum* 4. *et* 4[b]. *inde ab a.* 732. *in margine subiectis. Prolixas Ussermanni adnotationes raro tantum et praecipue in genuina libri parte saeculo X. et XI. recipiendas duxi; ipse quaecumque necessaria videbantur adieci, et fontes libri in margine indicavi. Quibus si textum Herimanni integrum restituere contigit*[92], *lectoribus nostris satisfactum esse confido.*

Beda. **Anno 42. Octaviani[a] Augusti Caesaris[b], ex quo autem Aegiptus[b] in provintiam redacta est et Cleopatra cum Antonio victa 28. anno, ab Urbe vero condita 752. olimpiadis 193. anno 3. dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iudae nascitur, transactis ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952, secundum septuaginta interpretes vero 5199.**

Hier. **3[c]. Infantes pro Domino trucidantur ab Herode.**

5. Asinius Pollio orator moritur.

Beda. **6. Herodes rex Iudeae cum magno cruciatu moritur. Pro quo Archelaus regnavit annis 9.**

Hier. **7. Fames magna Romae facta est.**

9. Tiberius Caesar Dalmatas Sarmatasque subegit.

cf. H. m[1]. **12. Iani portae 12 annis iam ab Augusto clausae aperiuntur.**

Hier. **13. Messala Corvinus orator moritur.**

14. Eclipsis solis facta est.

15. Archelaus in Viennam Galliae urbem ab Augusto relegatur, et Augustus moritur anno aetatis 76.[d] imperii 56. Pro quo Tiberius regnat annis 23.

a) octouiani 1. b) cesaris *et* egiptus; *ita saepius e loco* ae *scribitur.* c) *numeros quibus nihil adscriptum est omisimus.* d) *quae sequuntur, in loco raso habentur* 1.

90) sed notitia a. 774. de Campidona in uno Gottwicensi legitur. 91) Ussermann p. 230. 92) In universum textus quidem codicum auctoritate ultra dubitationem stabilitur, sed paucis locis, scilicet annis 723. et 1010, Herimannum antea quam praesens lectio scriberetur alia exarasse coniici potest, quum contra morem suum a. 723. notam de Bedae chronico cessante, et a. 1010. de Sergii IV. pontificatu omittat, quarum prior in Bernoldo et Sangallensi, posterior in Bernoldo et Annalibus Augustanis superstes est. 1) i. e. Historia miscella.

16. Herodes tetrarcha Iudeorum regnum tenuit annis 24. Tiberius privignus Augusti regnavit annis 23. Hier.
17. Mathematici Urbe pelluntur. Cass.
18. Livius historiographus moritur. Ovidius poeta in exilio moritur. Hier.
19. Germanicus a Tiberio missus Germanos vicit. cf. H. m.
5 20. Tredecim urbes terrae motu corruerunt. Hier.
21. Fenestella historiografus et poeta moritur.
22. Tiberius multos reges ad se vocatos dolo numquam remisit.
23. Pompei theatrum incensum est.
24. Tiberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno veneno periit.
10 27. Pilatus praeses Iudeae a Tiberio mittitur.
30. Dominus Iesus Christus a Iohanne baptizatur 30. anno aetatis suae secundum carnem inchoante, et praedicare coepit. cf. Hier.
31. Iohannes baptista ab Herode tetrarcha decollatur.
33. Dominus in Hierosolima passus est et resurrexit. Eclipsis solis et maximi terrae motus facti sunt. cf. H. m.
34. Iacobus, frater Domini Hierosolimorum, episcopus ab apostolis ordinatus, sedit annis 30. Hier.
15 35. Pilatus imaginem caesaris in templo statuens, seditionem excitavit.
36. Pilatus Romam venit, et de miraculis Domini caesari nuntiavit. cf. Hier.
37. Tiberius ea quae a Pilato audierat senatui nuntiavit, sed senatus contempsit. Hier.
38. Tiberius populum Romanum graviter afflixit, et ipse veneno periit. Gaius ann. 3, mens. 10, dies 8, cf. H. m.
39. Herodes Agrippa rex Iudeae a Gaio constitutus, regnavit annis 7. vir scelestissimus. Hier.
20 40. Iudei apud Alexandriam profliganturª, pro quibus Filo clarissimus scriptor Gaium interpellans, nihil profuit.
41. Pilatus semet ipsum interfecit, magnis a Gaio calamitatibus obpressus.
42. Matheus euangelium hebraice scripsit. Gaius occiditur a[b] suis Claudius ann. 13, mens. 8, dies 28. Isid. Hier.
44. Petrus apostolus Romam venit, ibique per 25 annos praedicans, episcopatum tenuit. Hier.
45. Herodes Agrippa ab angelo percussus expiravit. Pro quo filius eius Agrippa regnavit annis 26. Marcus euange-
25 lista in Aegipto praedicavit. Hier. Beda.
46. Claudius Brittanniam subegit. Fames magna facta est. Hier. Beda.
47. Nova insula 30 stadiorum in mari apparuit. Hier.
48. Cives Romani a Claudio numerati, inventi sunt sexagies novies centum et quadraginta quatuor milia[c].
49. Iudeorum in seditione triginta milia necantur in diebus azimorum.
20 51. Claudius Iudeos Urbe expulit. Beda.
52. Magna fames Romae facta est. Hier.
53. Claudius Felicem procuratorem Iudeae fecit.
54. His temporibus Simon magus simoniacae hereseos auctor extitit. cf. Isid.
55. Aegiptius quidam pseudopropheta Iudeorum plures seducens, a Felice obprimitur. Hier.
35 56. Claudius veneno mortuus est anno aetatis 64. Nero ann. 13, mens. 7, dies 28. cf. Hier.
57. Nero flagitiosus primam in christianos persecutionem exercuit. Seditio in Caesarea orta plures Iudeorum perdidit. Beda. Hier.
58. Paulus apostolus Romam a Festo praeside mittitur. Hier.
59. Hucusque librum actus apostolorum Lucas euangelista perduxit, continentem annos a passione Domini 27.
60. Statius poeta clarus erat. Hier.
40 61. Nero Agrippinam matrem suam et sororem patris interficit.
62. Nero infinita luxuria et lascivia ignaviaque bachatur.
63. Iacobus, frater Domini, a Iudeis lapidatur.
64. Marcus euangelista apud Alexandriam passus est. cf. Hier.
65. Neronianae thermae* a Nerone aedificantur. Hier.
45 66. Nero, ut similitudinem Troiae ardentis videret, magnam partem Urbis incendit.
67. Nero Senecam magistrum suum interfecit.
68. Vespasianus adversus Iudeos rebellantes a Nerone mittitur.
69. Petrus et Paulus a Nerone propter Simonem magum trucidantur, et pestilentia Romae facta est, Neroque se ipsum interfecit. Linus primus a beato Petro sedit annis 12. Antiochiae secundus episcopus ordinatur Ignatius. cf. Beda. H. misc. Hier.
50 70. Vespasianus in Iudea pugnans, inperator ab exercitu constituitur, vir militari virtute praecipuus. Galba menses 7. Otho menses 3. Vitellius menses 8. Cass.
71. Titus Iudeos inenarrabili fame cruciatos obsedit. Vespasianus ann. 9, mens. 11, dies 22. Hier.
72. Hierusalem a Tito expugnata destruitur, anno a passione Domini 40. a prima vero conditione templi sub Salomone 1089. Beda.
75. Hoc[d] tempore Iosephus historiographus clarus habetur. cf. Hier.
55 77. Colossus[d] erectus est, habens altitudinis pedes centum et septem. Hier. Cass.
79. Pestilentia Romae facta est, et terrae motus tres civitates Cypri subvertit. Hier.
80. Vespasianus profluvio ventris in villa circa Sabinos obiit. Titus ann. 2, mens. 2.
81. Titus vir erat omnium genere virtutum mirabilis, ita ut divitiae et amor humani generis diceretur. Hic amphiteatrum Romae construxit, in cuius dedicatione quinque milia ferarum occidit. Beda.
60 82. Cletus[e 1] papa secundus annis 12. Titus in eadem villa qua et pater obiit anno aetatis 42. Hier.
83. Domitianus infectus omnibus sceleribus, secundo persequitur christianos. Idem etiam eunuchos fieri prohibuit. Domitianus frater Titi ann. 15, mens. 5. H. m. Beda. Hier.
84. Decreto senatus Titus inter deos refertur.
85. Tres virgines Vestae ob stuprum damnantur.
65 86. Anianus, primus post Marcum euangelistam episcopus Alexandriae, post annos 22 obiit; pro quo Abilius sedit ann. 13.
88. Domitianus se deum et dominum appellari iussit.
90. Quintilianus rethor Romae clarus habetur. cf. Eus. h. e. III, 26—29.
91. His temporibus heresis Menandri magi et Hebionitarum et Cherinthiorum et Nicolaitarum exoritur. cf. Hier.
92. Romani plurima mala a caesare et ab hostibus pertulerunt.

70 a) profliguntur 1. b) protectoribus *inserendum esse videtur cf. Hier. et Bernoldum.* c) LXes VIIIes C et XL IIII 1.
*) termae, tracia, renus, atanaricus *et alia eiusmodi interdum* 1. d) *Anni* 75. *et* 77. *in loco raso* 1. e) Cletus—XII. *in loco raso* 1.

1) ita Gesta pontt. Hier.: Anacletus. Alibi quoque Herim. pontificum nom. et annos non solum ex Hier. hausit.

Hier. 93. Domitianus de Dacis et Germanis triumphat.
94. Clemens papa tertius sedit annis 9. Cornelia virgo Vestalis ob stuprum viva defossa est.
95. Domitianus multos nobilium occidit.
96. Hoc tempore Iohannes apostolus in Pathmos insulam a Domitiano in exilium missus, apocalipsin scripsit.
97. Domitianus Flaviam Domitillam cum multis aliis in exilium pro fide Christi relegavit. 5
98. Domitianus, cum multa mala egisset, a suis crudeliter interfectus est anno aetatis 35.
Beda. 99. Nerva primo edicto suo omnes exules revocavit. Sanctus Iohannes apostolus ab exilio rediens euangelium scripsit.
Hier. Nerva confectus morbo obiit; pro quo Traianus regnavit. Nerva ann. 1, mens. 4, dies 8.
100. Traianus, genere Hispanus, vir rei publicae utilis, sed errore deceptus, tertius persequitur christianos. Alexan-
Beda. driae Cerdo tertius episcopus sedit annis 12. Iohannes apostolus apud Ephesum dormivit in pace, anno a passione 10
Domini 68. Traianus ann. 19, mens. 6, dies 15.
Hier. 103. Euarestus papa quartus sedit annis 8. Traianus de Dacis et Scithis triumphat.
104. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.
106. Aurea domus Neronis incendio conflagravit.
107. Terrae motu multae urbes subversae sunt. 15
108. Alexandrinae aecclesiae 4us episcopus ordinatur, nomine Primus.
109. Simon, filius Cleopae, qui in Hierosolimis episcopatum tenebat, crucifigitur anno aetatis 120; pro quo Iustus.
110. Ignatius Antiochiae episcopus Romam perductus, bestiis traditur; pro quo constituitur episcopus Oron 3us.
111. Alexander papa 5us sedit annis 10.
112. Pantheum Romae fulmine concrematum. 20
113. Post Iustum Hierosolimae episcopum Zacheus sedit 4us.
114. Terrae motus pene totam Antiochiam subruit.
115. Traianus Assiriam, Armeniam et Mesopotamiam provincias facit.
117. Iudei commoti magnas caedes hominum faciunt, sed in Alexandria victi, ab omnibus ubique trucidantur.
118. Traianus apud Seleuciam profluvio ventris moritur anno aetatis 64. Adrianus ann. 21. 25
Beda. 119. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem virum sapientem libris apologeticis edoctus, mitis
Hier. efficitur christianis. Adrianus Alexandriam publicis restauravit expensis.
120. Adrianus iterum Iudeos profligat.
121. Xistus papa 6us sedit annos 12. Adrianus plurima tributa relaxat.
122. Adrianus bellum contra Sauromatas gessit. Terrae motus factus est. 30
123. Adrianus in Libiam, quae a Iudeis vastata fuerat, colonias deducit.
cf. Eus. IV, 4. 5. 124. Iustinus episcopus Alexandriae sedit annis 11. Adrianus legem dedit Atheniensibus.
Hier. 125. Hierosolimis post Philippum Seneca 10us constituitur.
cf. Isid. 126. Hoc tempore Aquila interpres habetur.
Hier. 127. Adrianus, apologeticis nostrorum acceptis, literas pro christianis misit. 35
cf. Eus. IV, 6. 7. 129. His temporibus Saturninus et Basilides et Carpocrates heresim condiderunt
Hier. 130. Adrianus pater patriae primus appellatur.
131. Antiochiae ordinatur Cornelius episcopus. Nicopolis et Caesarea terrae motu corruerunt.
133. Telesphorus papa 7us, sedit annis 7.
134. Iudei in arma versi, Palestinam depopulantur. 40
cf. Eus. 135. Alexandriae Eumenes episcopus sedit annis 13.
IV, 6. 136. Iudei iterum commoti, magnis ubique cedibus enecantur.
Beda. 137. Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, et ex eius nomine Helia nuncupata, et Iudeis ne introirent interdicta.
138. Primus ex gentibus Hierosolimis episcopus Marcus ordinatur, cum iam 15 de Iudaica gente obissent.
Hier. 139. Adrianus morbo intercutis aquae moritur, maior sexagenario. 45
Beda. 140. Antoninus, cognomento Pius, per apologeticum[a] Iustini christiani philosophi et postea martyris edoctus, clemens
Hier. efficitur nostris. Yginus papa 8us sedit annis 4. Antoninus ann. 22, mens. 3.
141. Antoninus pater patriae appellatur.
cf. Eus. IV, 11. 142. Valentinus et Cerdo, et post hos Marcus[b] et Marcion aecclesiam heresi inpugnant.
Hier. 143. Iustinus philosophus pro christianis apologeticon Antonino scripsit. 50
144. Pius papa 9us sedit annis 15.
145. Antiochiae constituitur episcopus Heros.
148. Alexandriae Marcus 7us episcopus sedit annis 10.
149. Valentinus hereticus agnoscitur.
152. Apollonius et Basilides philosophi inlustres habentur. 55
156. Crescens cynicus philosophus Iustino nostro persecutionem commovit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.
157. Alexandriae Celadion 8us episcopus sedit annis 14.
158. Anicetus papa 10us sedit annis 13.
159. Hierosolimis post Marcum factus est episcopus Cassianus 17us.
160. Antoninus Pius apud Lorium[c] obiit anno aetatis 77. 60
Beda. 161. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo Marcus et Lucius ann. 19, mens. 1.
aequo iure administraverunt imperium.
Hier. 162. Lucio caesari Athenis sacrificanti ignis ab oriente in occidentem in caelo ferri visus est.
163. Fronto orator insignis habetur.
164. Caesares de Parthis triumphant. 65
165. Quarta persecutio orta, apud Asiam Policarpum cum plurimis et in Gallia multos sanctorum coronavit.
Beda 167. Lues maxima multas vastavit provintias, et exercitum Romanorum pene delevit.
Hier. 168. Sother papa 11us sedit annis 8.
196. Antiochiae Teophilus episcopus ordinatur, vir sapiens.
170. Lucius caesar apoplexi extinctus est. Alexandriae Agrippinus episcopus sedit annis 12. 70

a) apollog. 1. b) m. et m. *in loco raso* 1. c) lorum 1.

171. His temporibus Egesippus, Dionisius Corinthi episcopus, et Pynitus Cretae episcopus clari habentur. Hier.
173. Catafrigarum heresis oritur.
174. Hoc tempore Tatianus heresim Encraticarum[a] condit.
175. Maxima per totum orbem pestilentia fuit.
5 176. Antoninus multa bella per se et per duces suos faciebat. Eleutherus 12us papa annis 15.
177. Antoninus Commodum filium consortem regni fecit.
178. Imperatores dona largiti[b] sunt, debita relaxant, et severiores leges temperant. Lucius Brittanniae rex ab Eleutherio papa christianus efficitur. Beda.
179. Antoninus in Pannonia morbo periit, et Commodus a senatu augustus appellatur. Hier.
10 180. Commodus post mortem patris Germanos feliciter vicit. Hic obscenus et pravus fuit. Commodus 15us a. 13. Beda.
181. Alexandriae templum Serapis incensum est. Iulianus 10us Alexandriae episcopus sedit annis 10. Hier.
182. Hyreneus Lugdunensis episcopus insignis habetur. Panthenus et Clemens Alexandriae clari habentur. Eus. V, 9. 10.
183. Commodianae thermae Romae factae sunt. Hier.
184. Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit.
15 185. Hierosolimis 26us ordinatur Maximus episcopus. Origenes apud Alexandriam nascitur [2].
186. Montanus quidam heresim Catafrigarum condit. Eus. V, 14. 16.
188. Capitolium Romae et biblioteca fulmine cremantur. Hier.
189. Alexandriae Demetrius episcopus sedit annis 43. Commodus, colossi capite sublato, suae imaginis caput iussit inponi.
190. Commodus multos nobilium interfecit. Serapio 8us Antiochiae episcopus ordinatur.
20 191. Questio de pascha oritur, et in dominica die celebrari iubetur. Eus. V, 25.
192. Commodus cunctis incommodus, in domo Vestali strangulatur. Hier.
193. Pertinax maior septuagenario ex senatus consultu iussus est imperare. Victor 13us papa sedit annis 10. Pertinacem[c] occidit in palatio Iulianus iuris peritus, et regnavit pro eo 7 menses. Pertinax 16us mens. 7. Beda.
194. Severus genere Afer Iulianum apud Molvium pontem interfecit, et in honorem Pertinacis, quem idem[d] Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari iussit. Severus 17us ann. 17. Hier.
25
196. Hoc tempore Narcissus Hierosolimorum episcopus, et Theophilus Caesariensis, Policarpus quoque et Bacchilus Asiani, et alii episcopi insignes habentur.
198. Iudaicum et Samariticum bellum motum est.
199. Severus Parthos et Adiabenos Arabasque superavit.
30 201. Thermae Severianae apud Antiochiam factae sunt.
202. Zepherinus papa 14us sedit annis 18.
203. Severus quinta persecutione plurimos sanctorum coronavit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis aliis martirizatur. Beda.
205. Perpetua et Felicitas hac persecutione bestiis deputantur apud Cartaginem.
35 206. Simmachus et Theodotion interpretes habentur his temporibus. cf. Isid.
207. Severus vallum apud Brittannos per 132 milia passuum a mari ad mare fecit. Hier.
208. Tertullianus Afer clarissimus habetur.
209. Origenes Alexandriae studiis eruditur.
210. Severus in Brittannia moritur.
40 211. Antiochiae Asclepiades 9us episcopus ordinatur. Antoninus 18us ann. 7.
212. Alexander 35us Hierosolimorum episcopus ordinatur vivente Narcisso, Deo per visum iubente.
213. Antoninus Caracalla propter genus vestis, quod Romae erogabat, cognominatur.
214. Antonianae thermae[e] dictae sunt Caracallae ex nomine Antonini.
215. Antoninus Romae thermas sui nominis aedificavit.
45 216. Antoninus inpatientia libidinis novercam suam Iuliam duxit uxorem.
217. Antoninus interficitur anno vitae 43. Macrinus ann. 1.
218. Romae amphiteatrum incensum. Antiochiae episcopus constituitur Philetus 10us. Macrinus cum filio Diadumeno occiditur in Archelaide. Beda
219. Aurelius Antoninus adeo inpudicę in imperio vixit, ut nullum genus obscenitatis omiserit. Calistus papa 15us annis 5. Aurelius Antoninus ann. 4. Hier.
50
220. Yppolitus episcopus clarus habetur. Beda.
221. In Palestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, condita est. Hier.
222. Aurelius tumultu militari Romae occiditur.
223. Alexander Xerxem regem Persarum vicit. Alexander 21us ann. 13.
55 224. Hic militaris disciplinae severus corrector fuit.
225. Urbanus papa 16us sedit annis 9. Hic multos nobilium ad fidem Christi convertit. Beda.
226. Ulpianus iuris consultus insignis habebatur. Hier.
227. Thermae Alexandrinae Romae aedificatae.
228. Geminus presbiter Antiochenus, et Yppolitus et Berillus episcopus et[f] Bostrenus clari scriptores habentur.
60 229. Antiochiae ordinatur episcopus Zebennus 11us.
230. Mammea, mater Alexandri, Origenem celeberrimum doctorem ad se vocatum audivit. Alexandriae Heraclas episcopus annis 16. Beda. Hier.
231. Alexander in matrem Mammeam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis.
232. Origenes de Alexandria ad Caesaream Palestinae transit.
65 233. Pontianus papa 17us sedit annis 5.
234. Alexander Romae favorabilis fuit. Isid.
235. Alexander tumultu militari Mogontiaci occiditur. Hier.
236. Maximinus christianos, et maxime rectores aecclesiae, sextus post Neronem persequitur. Maximinus 22us a. 3 Beda.
237. Maximinus adversum Germanos bellum feliciter gessit. H. m.
70 238. Maximinus Aquilegiae a Pupieno occiditur. Hier.

a) *leg.* Encratitarum. USS. b) iargiti 1. c) pertinax occiditur in palatio Iulianus *corr.* pertinacem occidit in palatio iulianus 1. d) idem iulianus *e corr.* 1. e) *superscr.* 1. f) et b. *superscr.* 2) cf. a. 253.

Hier. 239. Anterus 18us papa sedit mensem 1; post quem Fabianus 19us annis 13. Gordianus 23us ann. 6.
240. Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio a Gordiano occisi sunt.
Beda. 241. Hoc tempore Iulius Africanus chronographus clarus habetur.
242. His temporibus Origenes Theodorum et Athenodorum fratres, postea episcopos nobiles, divina imbuit philosophia.
Hier. 243. Gordianus cum victor a Parthis reverteretur, haut longe a Romano solo interficitur. 5
244. Milites Gordiano tumulum aedificant, et ossa eius Romam reportant.
245. Philippus primus omnium inperatorum christianus fuit. Hic filium Philippus 24us cum filio ann. 7. suum Philippum consortem regni fecit.
246. Regnantibus Philippis, millesimus annus Romanae urbis expletus est.
247. Millesimus annus a christiano imperatore variis ludis cęlebratus est. 10
248. Theatrum Pompei Romae incensum.
Beda. 249. Philippus urbem nominis sui in Thracia construxit. His temporibus Origenes multa scripsit.
Hier. 250. Alexandriae Dionisius 13us episcopus sedit annis 17.
251. Philippus senior Veronae, Romae vero iunior occiditur. Decius ann. 1, mens. 3.
252. Decius cum Philippos, patrem et filium, interfecisset, ob eorum odium in christianos persecutionem movet. Antonius in Aegipto nascitur. Decius cum filio occiditur. Fabianus martirizatur; pro quo Cornelius papa sedit annis 2[a], qui et ipse martyrio coronatur. 15
Beda. 253. Origenes anno aetatis 70. moritur. Novatus presbiter auctor hereseos extitit. Gallus cum Volusiano
Hier. Maxima pestilentia facta est. ann. 2, mens. 3.
254. Lucius papa 21us mens. 8, post quem Stephanus annis 2[c]. Gallus cum filio interficitur. 20
Beda. 255. Valerianus octavus persecutionem in christianos exercuit. Valerianus et Gallienus ann. 15.
Hier. 257. Ciprianus doctor eximius, Carthaginensis[c] episcopus, martirio coronatur.
258. Valerianus a Sapore Persarum rege capitur. Xistus papa sedit annis 6.
259. Valeriano in Persas ducto et oculis privato, Gallienus pacem reddit nostris.
261. Gallienus in omnem lasciviam dissolvitur. 25
262. Germani Italiam, Alamanni Gallias et Italiam populantur.
263. Macedonia, Grecia, Pontus, Asia et aliae provintiae depopulantur per Gothos.
265. Dionisius papa sedit annis 9.
Beda. 266. Hoc tempore Theodorus, qui et Gregorius, Neocaesareae episcopus, virtutibus claruit.
Hier. 267. Hierosolimis Himeneus episcopus ordinatur. 30
269. Gallienus Mediolano occiditur. Claudius ann. 1, mens. 9.
270. Claudius Gothos iam per annos 15 Illiricum Macedoniamque vastantes superat. Paulus Samosatenus, Antio-
Isid. chiae episcopus, hereticus esse convincitur. Claudius Sirmio moritur. Pro quo frater eius Quintillus regnavit dies 17,
Hier. et Aquileiae occiditur.
cf. H. m. 271. Aurelianus, publicae rei utilis, primo clemens christianis, postea persecutor fuit. Aurelianus ann. 5, mens. 6. 35
Hier. 272. Zenobia regina orientis vincitur. Eusebius Laodicensis episcopus insignis habetur.
273. Aurelianum Romae triumphantem Tetricus et Zenobia captivi praecesserunt.
274. Imperator Soli templum aedificat, et nonus christianos persequitur.
275. Aurelianus divino fulmine territus, interficitur[d] a militibus; pro quo regnavit Tacitus mensibus 6, Quo apud Pontum occiso, Florianus regnavit dies 88, et occiditur. Tacitus mens. 6. 40
276. Felix papa 25us sedit annis 5.
277. Probus Gallias a barbaris occupatas ingenti virtute restituit. Probus ann. 6. mens. 4.
278. Anatolius Laodiciae episcopus clarus habetur.
cf. Eus. VII,31. 279. Manes quidam, genere Persa, insanam Manicheorum heresim condit.
Hier. 280. Antiochiae episcopus constituitur Quirillus 18us. 45
281. Euticianus papa sedit menses 8. Cui successit Gaius papa annis 16.
282. Probus apud Sirmium tumultu militari occiditur. Alexandriae episcopus Theonas annis 19.
283. Carus victor de Parthis super Tigridem fulmine ictus interiit. Carus cum filiis Carino et Numeriano a. 2.
284. Numerianus insidiis Apri soceri sui occisus est. Carinus apud Margum a Diocletiano praelio victus interficitur. Hucusque ab incarnatione Domini subputantur secundum Dionisium anni 284. 50
Beda. 285. Ab hoc anno Greci paschales circulos inchoabant. Diocletianus[e] ann. 20
Hier. 286. Diocletianus Herculianum Maximianum in consortium regni assumit.
cf. H. m. 287. Maximianus in Gallia Amandum cum rusticis vicit.
Hier. 288. Hoc tempore Carausius[f] Brittanniam, Narseus rex Persarum orientem, Achilleus Aegiptum, Quinquegentiani Africam infestaverunt; ob quae Constantinus, Galerius et Maximianus in regnum assumuntur. 55
cf. H. m. 290. Diocletianus Constantium, Constantini patrem, caesarem fecit, qui regnavit annis 16.
291. Imperator Galerium Maximianum caesarem fecit.
Eus. VII,32. 292. Hoc tempore Phierius presbiter et Achillas et Melitus Alexandriae claruerunt.
cf. Hier. 293. His temporibus diversis et multis praeliis hostes diversi vincuntur.
Hier. 295. Diocletianus se ut deum adorari iussit. 60
296. Gaio papae per martirium coronato Marcellinus 28us successit.
297. Diocletianus, victo Achilleo, Alexandriam Aegiptumque recepit.
298. Idem plurimos per totam Aegiptum proscriptionibus et exiliis damnavit.
299. Constantius 60 milia Alamannorum iuxta Lingonas occidit.
300. Galerius Maximianus victus a Narseo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. 65
301. Maximianus Narseum superavit, et uxorem eius ac liberos captivavit.
302. Diocletianus et Maximianus insigni pompa de hostibus triumphant.
cf. Eus. VIII, 3. 303. Diocletianus et Maximianus aecclesias subvertunt, libros divinos incendunt et christianos cruciant.
Hier. 304. Diocletianus Nicomediae et Maximianus Mediolani purpuram et regnum deponunt. Eusebius papa sedit menses 8. Post quem Meltiades annos 4. 70

a) III. *corr.* II. 1. b) III. *corr.* II. 1. c) chartag. 1. *passim.* d) interficitur a. m. p. q. r. t. m. VI. *in loco raso* 1. e) dioclecianus 1. *plerumque.* f) *ita Hier. et* 3. *recte*; carus 1.

305. Maximinus et Severus[a] caesares facti sunt. Constantius augustus obiit, post quem Constantinus, filius eius. Constantinus, Constantii ex concubina Helena filius, primus imperator, excepto Philippo, christianus fuit, et ab hoc christiani imperatores esse coeperunt. — Hier.

306. Maxentius, Maximiani Herculii filius, augustus appellatur. Constantinus ann. 30, mens. 10.

5 307. Maximianus apud Massiliam turpiter interficitur.

308. Occiso Severo, Licinius caesar efficitur. Galerius Maximianus moritur.

309. Silvester papa sedit annis 25. Maximinus christianos persequitur, et apud Tharsum moritur.

311. Maxentius iuxta Molvium pontem a Constantino superatus occiditur.

312. Persecutio tandem post decem annos finita est.

10 314. Diocletianus in praedio suo moritur, et solus omnium privatus inter deos refertur.

315. Plurimi persecutorum et magorum trucidantur. — cf. Eus. IX, 9

318. Licinius christianos de palatio[b] suo pellit, et eos persequitur. — Hier.

319. Hoc tempore Arrius Alexandriae presbiter nefandam Arrianorum heresim condit. — cf. Ruf. h. e. I, 1.

320. Alexandriae ordinatur episcopus Alexander. — Hier.

15 321. Arrius presbiter ab aecclesia a suo episcopo Alexandro eiectus, multos suae impietati sociat.

322. Concilium in Nicea congregatur 318 episcoporum sub Silvestro papa.

323. Constantinus, filius Constantini, caesar efficitur. Licinius occiditur.

324. Hoc tempore crux dominica ab Helena, Constantini matre, Hierosolimis reperitur, sub Machario eiusdem urbis episcopo. Nazarius rethor insignis habetur. — Hier. a. 321 cf. a. 316. Hier.

20 325. Vicennalia Constantini Nicomediae acta, et sequenti anno Romae edita.

326. Hucusque historiam scribit Eusebius; hinc Hieronimus.

327. Constantinus Drepanam Bithiniae civitatem instaurans, in honorem matris suae Helenopolim appellavit.

328. Arriani episcopi aecclesiam optinuerunt, quorum tempora non digeruntur, quia hostes Christi iudicantur.

329. Iuvencus presbiter claruit. Porphirius hereticus a Constantino de exilio liberatur.

25 330. Alexandriae ordinatur episcopus Athanasius. Dedicatur Constantinopolis.

331. Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.

332. His temporibus Eusebius Caesariensis episcopus et alii multi doctores claruerunt.

333. Antonius monachus clarus habetur. — cf. Hier. a. 339.

334. Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium litteras mittit. — Hier.

30 335. Tricennalibus Constantini Dalmatius caesar appellatur.

336. Constantinus, dum bellum in Persas pararet, apud Nicomediam obiit anno aetatis 66.

337. Dalmatius caesar factione Constantii patruelis et tumultu militari interficitur. Constantius 35[us], Constantinus et Constans ann. 24, mens. 5, dies 13.

338. Constantius Arriana heresi per Arrianum presbiterum et Eusebium Nicomediensem pollutus, Athanasium epi-
35 scopum et omnes non suae partis episcopos persequitur.

339. Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur.

340. Terrae motus multas urbes subvertit.

341. Franci a Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.

342. Constantinopoli, eiecto ab Arrianis Paulo episcopo, Macedonius heresiarches substituitur.

40 343. Hoc tempore Maximinus Treverorum episcopus claruit, a quo Athanasius a Constantio profugus suscipitur.

344. Athanasius ad Constantis litteras Alexandriam regreditur.

345. Eclipsis solis facta est, et terrae motus multas urbes subvertit.

346. Tribus diebus ac noctibus Roma nutavit[c], et Campaniae urbes vexatae.

347. Bellum contra Persas geritur gravi Romanorum damno.

45 348. Romae ordinatur Liberius; quo ab Arrianis expulso, Felix in eius locum substituitur.

349. Constans interficitur anno aetatis 30. Magnentius et alii multi conturbant publicam rem.

350. His temporibus ossa Thimothei et sancti Andreae apostolorum et Lucae euangelistae Constantinopolim invecta sunt. — Beda.

351. Gallus, Constantii patruelis, caesar factus. Magnentius se ipsum occidit. — Hier.

50 352. Antonius monachus 105. aetatis suae anno in heremo moritur. Multi heremitae claruerunt. — Beda. cf. Hier.

353. Gallus caesar occiditur. Victorinus rethor et Donatus grammaticus insignes habentur. — Hier.

354. Iulianus caesar efficitur a Constantio. Eusebius Vercellensis et Dionisius Mediolanensis cum aliis exulantur.

355. Magnae Alamannorum copiae apud Argentarium [1] deletae sunt cum Iuliano caesare.

356. Iulianus Rheno Germanos[d] vicit. Hilarius Pictaviensis et Athanasius Alexandrinus ab Arrianis multa mala
55 passi sunt. — cf. H. m. cf. Hier.

357. Apud Ariminum sinodus Arrianorum contra fidem facta est. Paulinus Treverensis episcopus in exilio moritur. — Hier.

358. Iulianus augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat. — cf. H. m.

359. Constantius, Parthico bello dimisso, contra Iulianum arma sumit. — H. m.

360. Constantius moritur anno aetatis 45. — Hier.

60 361. Iulianus ex christiano lectore paganus factus, persequitur christianos. Athanasius, Eusebius et Lucifer de exilio revertuntur. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Iohannis baptistae invadunt. Iulianus 36[us] ann. 1, mens. 8. — cf. H. m. Hier. Beda.

362. Iulianus ad bellum Parthicum[e] profectus, et christianorum sanguinem diis suis vovens, Dei iudicio a quodam hoste occisus, interiit, anno aetatis 32. Post quem Iovianus imperator factus, cum omni exercitu ad christianitatem
65 redit. Anthiochiae sinodus heresiaca collecta est. Iovianus 37[us] mens. 8. — Hier.

363. Iovianus in nova domo recubans, suffocatus odore prunarum et calcis, moritur; pro quo Valentinianus regnat, qui ob fidem Christi tribunatu militum a Iuliano privatus fuit. — cf. H. m.

364. Valentinianus Valenti fratri suo orientis imperium dedit. Valentinianus 38[us] ann. 11. — cf. Hier.

a) ue *e corr. rec. manus.* b) palacio 1. c) natauit 1. d) reno germanos *et* rheno germanos *scribunt codices*
70 *Herimanni et Bernoldi, Hist. miscella* cum Alamannis, apud Rhenum fluvium residentibus, dimicans *habet.* e) particum 1.

1) Argentoratum, Strasburg.

Hier. 365. Romae Damasus papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo baptizatus, christianos persequitur.

366. Gratianus, Valentiniani filius, imperator efficitur. Vera lana pluviae mixta de nubibus fluxit.

367. Athanaricus* rex Gothorum christianos persequitur. Hilarius episcopus Pictaviensis moritur. Nicea terrae motu corruit.

cf. Beda. Ruf. II, 20. 368. Eusebius Vercellensis moritur. Hoc tempore Apollinaris episcopus heresim condit.

Hier. 369. Magna fames in Frigia.

Beda. 370. His diebus post Auxentii Arriani mortem Ambrosius episcopus Mediolanensium ordinatur.

Hier. 371. Didimus Alexandriae caecus claruit. Valentinianus Saxones caede perdomuit.

372. Eunomius agnoscitur, a quo heresis Eunomiana. Burgundiones iuxta Rhenum consederunt.

373. Hoc tempore docente Ambrosio Italia ad Christi fidem convertitur.

374. Valentinianus subita sanguinis eruptione moritur; pro quo Gratianus filius cum patruo Valente regnavit.

375. Gratianus 30 milia Alamannorum delevit. Valens cum Gratiano et Valentiniano ann. 4.

Beda. 376. Valens legem dedit, ut monachi militarent; nolentes fustibus iussit interfici.

cf. Isid. 377. Gothi, datis a Valente Arrianis doctoribus, Arriani efficiuntur.

Hier. 378[a]. Valens Arrianus imperator, post multa mala sua, in Thracia trucidato a Gothis Romano exercitu, ipse sagitta sauciatus fugiens, et in vilem casam, cum saepe equo laberetur, deductus, insequentibusque hostibus vivus in ipsa casa incensus, sepultura etiam caruit. Post quem Gratianus 39us, fratris eius filius, cum fratre suo Valentiniano regnavit annos 6. Hucusque chronica Eusebii Hieronimus perduxit. Hinc Herimannus.

Prosp. 379. Gratianus imperator ob perturbatum imperii statum Theodosium, genere Hispanum, armis fide et religione praecipuum, orienti imperatorem praefecit. (cf. Beda.) Qui 17 annis regnans, Gothos, Hunos Alanosque et alias gentes plures coercuit, (Prosp.) deque tyrannis Romanorum saepe imperium vindicavit. Priscillianus de Galliis[b] episcopus hoc tempore sui nominis heresim condit.

380. Ab hoc anno Theophilus Alexandrinus episcopus paschales ciclos inchoat[2]. (Prosp.) Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus multa hoc tempore sublimiter scripsit.

Beda. 381. Sinodus secunda universalis 150 episcoporum Constantinopoli agitur contra Macedonium heresiarcham, ipsius urbis episcopum, sub Theodosio augusto et Damaso papa.

Prosp. 382. Athanaricus, rex Gothorum persecutorque christianorum, Constantinopoli receptus a Theodosio, moritur.

Beda. 383. Archadius, filius Theodosii augusti, a patre in consortium[c] regni assumptus, regnavit annis 26.

Prosp. 384. Theodosio augusto filius Honorius nascitur. Romae post Damasum papam Siricius, qui in chronicis Prosperi Ursinus dicitur, papa 40mus sedit annis 14.

Beda. 385. Maximus[d] in Britannia a militibus imperator creatus, ad Gallias transfretans, Gratianum augustum, a suis proditum, bello victum fugavit, et Lugduni captum occidit, Valentinianumque augustum, fratrem eius, de Italia ad Theodosium (Prosp.) in orientem pepulit, Victoremque filium suum imperii consortem fecit. Hieronimus[e] presbiter, iam in Bethleem habitans, studio et doctrina incomparabilis toto claruit orbi. Priscillianus hereticus in sinodo Burdegalensi iam damnandus fugit, et Treveris ab Ebodio praefecto auditus, cum sequacibus erroris gladio addictus est.

388. Maximus tyrannus[f] a Theodosio et Valentiniano augustis victus et captus, iuxta Aquilegiam purpura privatus, capite plectitur, et Victor, filius eius, ab Arbogaste magistro militum in Galliis peremptus est, et Valentinianus imperio restitutus.

389. Itatius[g] et Ursatius[h] episcopi ob necem Priscilliani, quem accusaverant, aecclesiae communione privantur.

392. Valentinianus augustus, nimia, ut aiunt, Arbogastis austeritate vitae pertaesus[i], apud Viennam laqueo vitam finivit. (Beda.) Pro quo Arbogastes insimulatus, Eugenium in Gallia imperatorem creat. Hieronimus librum, quem de viris inlustribus aecclesiae scripsit, hucusque perduxit.

Prosp. 393. Theodosius imperator cum filiis Archadio et Honorio 3 annis regnavit.

394. Iohannes anachoreta, cuius vitam Hieronimus edidit[3], Theodosium imperatorem contra Eugenium tyrannum victorem fore praedixit.

Prosp. Fred. Prosp. 395. Theodosius imperator divinitus adiutus Eugenium tyrannum pugna victum peremit; et ipse eodem anno Mediolani vita decessit, et apud Sanctum Laurentium sepultus est. Pro quo filius eius Archadius cum fratre Honorio annos 13 regnavit. Augustinus, aecclesiae propugnator facundissimus, a Maximo veterano episcopo[4] Yponae regionis Affricae adhuc vivente, ipsius urbis episcopus, quamvis invitus, ordinatur. (cf. Isid.) Claudianus poeta clarus habetur. Iohannes heremita migravit ad Dominum[k]. Hucusque Rufinus aecclesiasticam[l] historiam Eusebii Caesariensis episcopi, a se translatam, perduxit.

cf. H. m. 396. Gildo comes Affricae tyrannidem inibi invasit, eam sibi usurpare praesumens.

Prosp. Greg. Tur. I, 43. 397. Concilio Carthagini[m] habito, Yponiense concilium roboratur. Sanctus Martinus Turonorum episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum anno aetatis 81. episcopatus vero 26[n]. Cuius vitam et virtutes Sulpitius[o] Severus egregio edidit stilo.

cf. H. m. Marcell. Pr. H. m. 398. Sanctus Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, doctor aecclesiae mirificus, ad Dominum[p] migravit. Romae Anastasius papa 41mus sedit annis 4. In Affrica Gildo comes a fratre Mascezele, Deo iuvante, pugna victus interiit.

cf. Is. H. m. Prosp. 399. Templa idolorum iussu imperatorum in diversis partibus orbis destruuntur, et ludi gladiatorum tolluntur. Eutropius eunuchus, qui hoc anno cum Theodoro consulatum invaserat, honore et vita privatus interiit.

400. Gothi Alarico et Radagaiso regibus Italiam ingredientes devastant[q]. Hoc tempore Anastasius papa sua etiam[r]

*) atan. *hoc loco* 1. a) *a.* 378—384. *historia manu s. XV. suppleta est* 2. b) *lege* Gallaecia *ut Prosper habet.* c) consorcium 1. d) *alia manu pergit* 1. In 2. *qui hic incipit, notitia cod.* 1. *desideratur.* e) *Quae sequuntur desunt in* 1. *sed habentur in* 2. *et* 3. *aeque ac* 4. 4b. *iis usos esse patet.* f) tir. 2. g) Statius 2. h) uersatius 1. i) protesus 1. k) xpm. 2. l) aecl. 2. *saepius.* m) carthangini 2. n) XXVIIto 2. o) sulpicius 2. p) addxpm 2. q) deuastabant 2. r) etitã 1.

2) Vid. Leonis M. epist. 64. USS. 3) Vid. S. August. l. V. de Civit. c. 26. et Rufinus l. II. hist. c. 19. et 32. Vitam vero hic indicatam in operibus S. Hieronymi haud reperio. Baronius equidem in notis ad Martyrologium Rom. die 27. Mart. factum id ait in epistola ad Ctesiphontem (Opp. T. IV. p. 476.), verum Ioannem ibi laudatum Chrysostomum esse, contendit editor Martianaeus. Conf. T. III. Mart. Bolland. die 27. USS. 4) Id a Megalio Numidiae primate factum, ipse prodit Augustinus in Breviculo collationis diei tertii cap. 7. Opp. T. IX. p. 558. USS.

decreta constituit, inventos in Urbe Manicheos damnavit, et basilicam, quae Crescentiana dicitur, via Mamurtina construxit. G. pontt.

401. Iohannes Constantinopolitanus et Theophilus episcopi clarissimi habentur, sed adeo inter se discordes, ut molimine Theophili Iohannes in Pontum exilio relegatus sit. Prosp.

402. Pollentiae Romani, Stilicone duce, contra Gothos gravi utrorumque clade pugnantes, tandem victi terga vertunt. Romae Innocentius papa 42us sedit annis 14. cf. Prosp. Cass.

403. Carthagini concilium contra Donatistas habitum. Prosp.

404. His temporibus Innocentius papa plurima in aecclesia constituit decreta, et aecclesiam sanctorum Protasii et Gervasii martyrum Romae constructam dedicavit, et titulum in Urbe constituit. G. pontt.

405. Romanis duce Stilicone in Tuscia pugnantibus, Radagaisus[a] cum 200 milibus[b] Gothorum facili victoria, Deo donante, victus et captus est. Prosp.

406. Wandali[c], Suevi et Alani, traiecto Rheno, 3. Kal. Ianuarii Gallias hostiliter ingressi.

407. Constantinus, in Brittannia[d] tyrannide invasa, ad Gallias transit.

408. Archadius imperator Constantinopoli moritur, relicto pro se filio Theodosio. Cum quo dehinc[e] patruus Honorius annos 15 regnavit. Stilico dux fortis una cum filio Eucherio ab Honorio augusto occiditur. cf. H. m.

409. Wandali, Alani[f] et Suevi ing die Oct. Hispanias occupant. Attalus imperator Romae per tyrannidem factus, et mox pulsus, Gothis cohesit. Fred. Prosp.

410. Alaricus rex Gothorum Romam obsedit et irrupit[h], multasque caedes ibi et praedas faciens, locis tantum sacris et ad ea profugis, quia christianus erat, pepercit, anno ab Urbe condita 1164. Placidia, soror Honorii augusti, a Gothis in Urbe inter alios capta. Gothorum pars Venetiam captam possedit, qui postea Ostrogothi vocati et cum Romanis confoederati sunt. Fred. cf. Fred. c. 57.

411. Constantinus tyrannus apud Arelatum[i] victus ab Honorio captusque[k] est, filiusque eius Constans in Hispania a Gerontio comite peremptus[l], et Maximus ab eo in regnum levatus est. Constantius dux ab Honorio constitutus est. Alarico rege Gothorum mortuo, Ataulfus successit, qui Placidiam captivam uxorem accepit. Pestilentia[m], fames, bestiae et gladius barbaricus miserum[n] late vastant et comprimunt orbem. Prosp. Fred.

412. Maximo in Hispania, regno ablato, vita concessa est. Gothorum pars maxima rege Ataulfo Gallias ingressa. Heros, sancti Martini discipulus, Arelatensis episcopus, sanctus, innocens, sede sua pulsus est, et pro eo Patroclus ordinatus. Wandali et Suevi Galletiam, Alani Lusitaniam[o] et Carthaginensem[p] provincias[q], Silingi Beticas sortiuntur. Prosp. Fred.

413. Herodianus huius anni cum Lucio consul, novarum rerum in Affrica reus, honore et vita privatur. Burgundiones partem Galliae Rheno[r] contiguam optinuerunt. Iovinus[s] et Sebastianus fratres, Galliae tyranni[t], Narbonae ab Honorio perempti sunt. His temporibus Pelagius Britto, adnitentibus Celestio et Iuliano, liberum arbitrium plus iusto extollens, et hominem sine gratiae Dei auxilio proprio nisu perfectum fieri posse asserens, fidem aecclesiae turbat. *Eius heresim beatus Augustinus singulariter prae ceteris expugnat et papa Innocentius cum aliis hereticis condemnat.* Prosp.

414. Attalus Gothis auctoribus in Gallia tyrannidem invasit. Prosp.

415. Gothi Hispanias petunt. Quorum praesidio Attalus[u] destitutus, a Romanis captus est. Ataulfus rex Gothorum a quodam sociorum vulneratus interiit, et pro eo Wallia regium nomen invasit. Hierosolimis corpora sanctorum Stephani protomartyris, Gamalielis et Nichodemi, Luciano presbitero divinitus revelata, inveniuntur, et innumeris miraculis glorificantur. cf. Beda.

416. Wallia[v] rex Gothorum pacem cupiens, viduam Ataulfi Placidiam fratri Honorio augusto reddidit. Cuius nuptias dux Constantius[w] promeruit. Romae Zosimus papa 43us sedit annis tribus. Qui sua etiam ad aecclesiae statum decreta promulgavit. Prosp. cf. G. pontt.

417. Honorius augustus Romam triumphans ingreditur, Attalo currum eius praecedente et post in exilium[x] misso. *Questio et dissensio de huius anni pascha oritur sub Zosimo papa Romano*[5]. Constantius[y] Fredibalum regem Wandalorum, sine bello arte captum, Honorio imperatori misit. Prosp. Fred.

418. Carthagini[z] concilio episcoporum 217 collecto et a Zosimo papa confirmato, Pelagius aliique heretici damnantur. Eclypsis solis 14. Kal. Augusti facta, et cometa[*] abhinc usque ad mensem Septembrem visa. Pugna inter Gundericum Wandalorum regem et Ermenricum Suevorum regem facta. Prosp. cf. Marc. Fred.

419. Honorius augustus Constantium[a] ducem in consortium imperii assumit. Romae Bonifacius papa 44us sedit annos 4; cum quo ab aliis papa ordinatur Eulalius. Quo ab augustis deiecto, Bonifacius in sede firmatus, sua etiam decreta constituit, et aecclesiam sanctae Felicitatis et sancti Silvani in Urbe construxit. Constantius[b] imperator pacem cum Wallia rege Gothorum firmat, data ei cum aliquot urbibus ad inhabitandum Aquitania secunda. Prosp. cf. G. pontt. Prosp.

420. Wallia rege Gothorum mortuo, Theodericus successit. Bethlehem Hieronimus presbiter, doctor et interpres incomparabilis[c] scripturarum, anno aetatis 91. obiit. Alani a Gothis adeo caede domiti, ut, regio nomine neglecto, Gunderico regi Wandalorum se tuendos submitterent. Fred. Prosp. Fred.

421. Constantius[d] imperator Ravennae moritur. Bellum inter Wandalos et Gothos oritur.

422. Exercitus contra Wandalos duce Castino ad Hispanias Gothis auxilium[e] mittitur. A quo offensus Bonifacius, vir bellicosus, secedens ad Affricam se contulit. Wandali vero pene ad desperationem coacti, Castino incaute manum conserente, victores effecti sunt. Prosp. Fred.

423. Placidia augusta a fratre Honorio pulsa, cum filio Valentiniano ad Theodosium augustum in orientem proficiscitur. Romae Celestinus[f] papa 45us sedit annis 9. Qui plurima in aecclesia fecit statuta, et basilicam Iulii in Urbe constructam dedicavit. Honorius imperator occidentis Ravennae moritur, et Iohannes tyrannus regnum[g] eius occupat. Theodosius imperator orientis post mortem patrui sui Honorii regnavit annis 26. Prosp. G. pontt. cf. Prosp. et Beda.

a) *ita* 3. radagaistis 1. 2. b) militibus 1. c) Wuandali 2. *littera* W *rubra post scripta.* d) britannia 2. e) dein hinc *duabus lineis* 1. f) albani 1. g) *ita* 1. 2. 3. h) et i. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. i) in prouincia 2. *in marg.* k) que *erasum* 1. l) p. est 2. m) Pestilentię 2. n) miserium 1. o) lusitanam 2. p) cartag. 1. q) prouintias 2. *plerumque.* r) rehno 1. s) Iouuinus 1. t) tir. 2. u) atalus destititus 2. v) Wuallia 1. w) constantinus 2. x) exilio 1. y) Constantinus 2. z) Cartagini 2. *) cometha 1. a) constantinum 2. b) Constantinus 2. c) inconp. 2. *In eiusmodi verbis scribendis codices neque sibi constant neque inter se conveniunt.* d) Constantinus 2. e) auxilio 2. f) scelestinus 2. g) regū 1.

5) Vid. Paschasini episcopi Lilybetani epistola ad Leonem papam, quae in cod. Par. 4860, qualem ante oculos habuisse Herimannum constat, legitur.

Prosp. 424. Theodosius Valentinianum, amitae[a] suae Placidiae filium, caesarem faciens, ad regnum occidentis cum matre possidendum remittit. Iohannes tyrannus Affricam contra Bonifacium petiit.

425. Valentinianus cum matre Iohannem, Ravennae a suis extinctum, oppressit, regnum occidentis recepit, Castinum Iohanni faventem exilio damnavit, Aetio[*] patricio, quia Hunos evocatos reverti fecerat, veniam dedit.

Fred. 426. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro innocens trucidatus est. Gundericus rex Wandalorum Dei iudicio percussus moritur, eique Geisiricus, tyrannus Arrianusque hereticus et catholicorum crudelis persecutor, successit.

Prosp. 427. Bonifacius in Affrica pollens, duces quosdam contra se dimicantes occidit. Contra quem evocatis barbaris mare ad id tempus ignotum pervium efficitur. Unde gens effera Wandalorum, de Hispaniis exclusa a Gothis, freto traiecto, cf. Fred. Affricam invadens, gladio, praeda et igne miserabiliter debachatur, interfecto prius Ermengario rege Suevorum, postquam in Hispania 19 annis debachati sunt.

Prosp. 428. Nestorius episcopus Constantinopolitanus, duas in Christo personas praedicans, hominemque purum ex virgine natum deitatem postea accepisse affirmans, a Cirillo Alexandrino episcopo et papa Celestino hereseos arguitur. Aetius comes Romanus, multis Francorum[b] caesis, partem Galliarum, quam pervasam tenuerant, recepit.

429. Aetius magister militum et patricius factus est. Agricola[c] hereticus Pelagianista Brittannias[d] suo inficit errore. Unde sanctus Germanus Autisiodonensis episcopus a Celestino papa illo missus, heresim[e] expugnavit, plurimisque saluti fuit.

Prosp. Beda. 430. Sanctus Augustinus Ypponiensis[f] episcopus, aecclesiae Christi et catholicae fidei propugnator et defensor invictissimus, in civitate sua a barbaris obsessus, cum inter ipsas obsidionis[g] angustias pro aecclesia sollicitus Iuliani argutiis pro gratia Dei pugnans[h] respondisset, ipsa Dei gratia, ne ruinam suorum videret, subtractus, 5. Kal. Sept. migravit ad Dominum, anno aetatis 76. episcopatus vero seu presbiteratus 40.

Prosp. 431. Tertia[i] synodus universalis 200 episcoporum apud Ephesum congregatur sub Celestino papa, ubi inter alias hereses Nestorius cum secta sua damnatur. Palladius ad Scotos, Christo credentes, a Celestino[k] papa primus episcopus mittitur.

Prosp. G. pontt. 432. Romae Xistus papa 46us sedit annis 8. Qui accusatus a Basso quodam, ventilata in synodo[l] causa, ab episcopis 56 purgatus, et Bassus damnatus est. Prosp. Bonifacius de Affrica reversus, et magister militum factus, cum Aetio pugnavit, et vicit, et post paucos dies morbo absumptus est. Aetius vero inimicos fugiens, Dalmatias Pannoniasque petiit, et Hunorum auxilio gratiam principum pristinamque dignitatem recepit.

Fred. G. pontt. 433. Burgundiones ab[m] Aetio pugna victi sunt. Hoc tempore Xistus papa aecclesiam sanctae Mariae, quae Liberii dicebatur, et aecclesiam sancti Laurentii in Urbe construxit, confessionem sancti Petri itemque sancti Laurentii adornavit. Valentinianus quoque augustus multa aecclesiis dona dedit, et confessionem sancti Pauli construxit. Petrus etiam[n] episcopus sanctae Sabinae aecclesiam fecit.

434. Wandali[6] iam nono anno Affricam[o] infestantes, pactum a Romanis postulant.

Prosp. 435. Pax cum Wandalis facta, data eis ad inhabitandum Africae[p] portione. Aetius Gundicharium[q] regem Burgundionum bello optinuit, supplicantique pacem concessit. Qua tamen non diu potitus, a Hunis cum gente sua peremptus est.

436. Gothi pacem turbantes, inter alia mala Narbonam obsessam fame premunt. Sed Litorius dux Romanus superveniens, et hostes vi repulit, et civitatem advecto frumento fame liberavit.

437. Bellum a Romanis contra Gothos Hunis auxiliatoribus geritur. Geisericus, rex Wandalorum Arrianus, catholicos in Africa persequens, quosdam aecclesiis[r] suis pepulit, quosdam exilio damnavit, quosdam etiam variis poenis affectos, martyrio[s] coronavit. Barbari pyraticam[t] exercere[u] aggressi. Valentinianus augustus ad Theodosium augustum, avunFred. culi sui filium, Constantinopolim veniens, filiam eius accepit uxorem. Ermenricus rex Suevorum morbo oppressus, Richilam filium pro se regem constituit.

438. Gothi Richilam regem Suevorum, pugna victum, thesauris spoliaverunt.

Prosp. 439. Iulianus Atelenensis episcopus, Pelagianista iactantissimus, aecclesiae communioni surripere temptans, a Xisto papa denuo damnatur. Romani Hunis[v] auxiliatoribus adversum Gothos et regem Theodericum infausta pugna confligunt in Gallia; et Litorius dux Romanus vulneratus, et post ab eis capitur et occiditur. Quibus tamen non multo post suppliciter petentibus, pax cum eis[w] a Romanis pacta est. Ipso anno Aetio[x] et Romanis contra Gothos intento, Geisericus rex Wandalorum, qui fidus et amicus rei publicae putabatur, dolo sub specie pacis 14. Kal. Novemb. Carthaginem[y] cepit, cives, et maxime nobiles, trucidavit, opes omnes[z] diripuit; sacerdotibus caesis et pulsis, aecclesias in usus suorum vertit, omniaque divina et humana iura confudit, ibique 37 annis regnum optinuit[*]. Sub quo plurimi sanctorum martyrio ob fidem catholicam coronati sunt.

Prosp. G. pontt. 440. Romae defuncto Xisto[a], Leo, vir doctrina insignis et moribus, papa 47us sedit annis 22. Qui plurima ad utilitatem aecclesiae sublimiter scripsit et constituit; Eutichianam[b] et Nestorianam hereses condemnavit[c]. Cuius tempore Prosp. Demetrias ancilla Christi Romae sancti Stephani aecclesiam fecit. Geisericus[d] Siciliam pervasam[e] graviter affligens, Fred. timore Sebastiani ducis ad Carthaginem tuendam rediit. Richila rex Suevorum[f] Bethicam[g] provinciam et Carthaginem[h] Hispanicam coepit[i].

Prosp. 441. Theodosius imperator contra Geisericum[k] et Wandalos per duces suos bellum movet. Sed ipsi negotium[l] cunctando differentes, Siciliae magis oneri quam praesidio fuere.

442. Hunis Thracias[m] et Illiricum[n] saeva populatione vastantibus, exercitus contra Wandalos missus, ad tuitionem orientalium revocatur. Valentinianus imperator cum Geiserico rege Wandalorum pacem firmat, Affrica[o] inter utrumque certis[p] spaciis divisa.

Greg. II,1. Prosp. 443. Sanctus Brictius Turonorum episcopus decessit; cui sanctus Eustochius successit. Leo papa multos in Urbe Manicheos inveniens publicavit[q] et libros[r] eorum incendit.

a) amicę 2. *) etio 1. 2. *hoc loco.* b) franchorum 1. c) Agricula 2. d) britannias 2. e) heresem 1. f) ippon. 2. g) obsidiones 1. h) o pugnans 1. i) Tercia 1. k) cęlest. 2. l) sinodo 2. m) *deest* 1. n) autem 2. o) africam 1. *hoc loco.* p) *ita* 1. 2. *iam saepius.* q) gundech. 2. r) ęclesiis 1. s) martirio 2. t) byraticam 2. u) excercere 1. v) hui' 1. w) eis a *desunt* 2. x) etio 2. y) carthagenem *corr.* carthaginem cępit 2. z) eorum 2. *) obt. 2. a) xixto 2. b) ęutich. 2. c) condempnauit 2. d) Gesericus 1. e) peruersam 2. f) suueuorum 2. g) boethicam 1. h) cartaginem hyspanicam 2. hispaniam 1. i) *ita* 1. 2. *pro* cepit. k) gesericum 1. *saepius.* l) negocium 1. *ubi saepius* c *pro* t. m) thratias 1. n) Aliricum *arraso* A 1. o) africa 1. p) *deest* 2. q) plubicauit 1. r) liberos *eraso* e 1.

6) Haec Herimannus ex pace sequenti anno facta coniecisse videtur.

444. Attila rex Hunorum Bledlam[a] regem, fratrem suum regnique consortem, interimit, et eius regnum populumque sibi subiecit. De huius anni pascha[b] Proterius et Paschasinus[c] Leoni papae scribunt[7]. Prosp.

445. His temporibus Leo papa inter alia bona basilicas apostolorum Petri et Pauli renovavit[d], et aecclesiam sancti Cornelii papae et martyris via Appia[e] construxit. G. pontt.

446. Brittanni[f] ab Aetio et Romanis contra Scottos et Pictos auxilium implorant nec impetrant. Apud[8] Ephesum septem dormientes, qui sub Decio multa pro Christo tormenta passi, in spelunca quadam obdormierunt, post annos 196 expergefacti sunt, et confirmata fide resurrectionis mortuorum, iterum obdormierunt[g]. Beda.

447. Euthices[g*] presbiter et abbas Constantinopolitanus, confusa in Christo divinitatis et humanitatis substantia, unam in eo naturam dogmatizans, annitente Theodosio augusto et Dioscoro Alexandrino episcopo, resistentem sibi Flavianum Constantinopolitanum archiepiscopum expulsum usque[h] ad mortem persecuntur. Contra quam heresim Leo papa legatos misit. Richila rex Suevorum moritur, eique Richarius filius successit. Prosp. Fred.

448. Theodosius imperator Leonem papam pro defensione Euthicetis ad se vocat. Qui a populo Romano venire prohibitus, legatos pro se misit. Richarius rex Suevorum, ducta in coniugium Theodori regis Gothorum filia, Wasconiam devastavit. Hoc tempore Angli-Saxones a Brittannis contra Pictos et Scottos auxilio asciti, insulam petunt, et hostibus fugatis, in socios arma convertunt, et post multa bella magna ex parte insula subacta potiti sunt. Prosp. Fred. Beda.

449. Iterum catholici ab imperatore Theodosio ad audientiam evocati. Attila rex Hunorum[i] Gallias aliasque circum provintias vastat, et arte Aetii magno inter eum et Gothos praelio concitato, Theodorus rex Gothorum cecidit, eique Torismod[k], filius eius, successit. Prosp. Fred.

450. Leo papa legatos ad confutandam heresim mittere curavit. Theodosius imperator moritur, et a Placidia augusta et Leone totoque senatu ingenti pompa deductus, in mausoleo apud Sanctum Petrum sepelitur. Pro quo Martianus orientis imperium adeptus, et 7 annis regnans, Euthicetem cum suis sequacibus damnat[l]. Placidia augusta moritur. Romani, Aetio duce, Gothis auxiliatoribus, contra Attilam regem Hunorum grandi utrimque caede pugnantes, in campo Catalaunico acie[m] victum, in superiorem Galliam fugere conpellunt. Qui in regnum timide reversus, non multo post arma commovit in Italiam. Prosp. Cass. Fred.

451. Attila recollectis viribus Aquilegiam vi magna diu obsessam cępit, et circumquaque praedis et caedibus furibundus bachatur. Ad quem Valentinianus imperator Leonem papam mittens, pacem cum eo fecit, exercitusque eius, fame, peste, morbo, caedibusque insuper ab Aetio attritus, eum reverti fecit. Cass. Fred.

452. Attila rex Hunorum in sedibus suis moritur. Torismodo regi Gothorum perempto, Theodericus frater successit. Hoc tempore quarta synodus[n] universalis 630 episcoporum in Calcedone contra Enthicen[o] et omnes hereticos congregatur. Cass. Fred. Beda.

453. Valentinianus imperator in palatio Aetium patritium[p], qui multa pro re publica laboraverat, manu sua fraudolenter occidit, et a circumstantibus Boetius praefectus, amicus eius, interemptus est. Cass.

454. Valentinianus imperator in campo Martio ab amicis Aetii peremptus interiit. Pro quo Maximus invadens imperium, infra duos menses a militibus interemptus et in Tiberim proiectus est. Post quem Avitus in Galliis, auxilio fidens Gothorum, item imperium arripuit. Ipso anno Geisericus[q] rex Wandalorum[r] de Affrica[s] traiciens, Romam, quia sine imperatore erat, invasit, eamque opibus cunctis exspoliavit. Hucusque Prosper chronica[t] sua perduxit. cf. Fred. Cass. Prosp.

455. Richario regi Suevorum in Hispaniis vastationibus instante, consilio Aviti Theodericus rex Gothorum contra eum veniens, inita pugna graviter cede protrivit, vulneratumque fugavit, et postea captum occidit, vastataque impie et crudeliter Hispania, et ipsa[u], quam possederant, provintia, Suevos sibi subiugavit. Avitus Gothorum auxilio destitutus, iubente Marciano[v] augusto, Placentiae imperium deposuit. Hoc tempore apud Francos, mortuo Meroveo rege, filius eius Hildericus[w] regnavit annis 24.[x] Qui ob luxuriam regno pulsus, in Thuringiam fugit; sed astu[y] Viomadi amici revocatus est. Fred. Gesta. Fr.* c. 6.

456. Ab hoc anno Victorius paschales cyclos[z], sed errore plenos[*], inchoat, iubente papa Hilario. Marciano imperatore defuncto, in oriente Leo imperator, annis 17, Romaeque Maiorianus imperator annis 4, regnaverunt. Theodericus rex Gothorum, multis in Hispania aecclesiis et civitatibus vastatis, Emeritam obsidet urbem. Suevi Maldram sibi statuunt regem. Beda. Cass. Fred.

457. Maiorianus imperator contra Wandalos in Africam movit procinctum. Theodericus nuntiis territus, relicta Emerita, Gallias repetit, et pace fugata, caede furens, aecclesias, urbes, villas vastavit et incendit. Cass. Fred.

458. Suevi Gallitiam et Gothi[a] Bethicam provintias vastant.

459. Item Suevorum alii cum Maldra rege Lusitaniam, alii cum Richmundo Gallitiam[b] depraedantur. Heruli Bethicam[c] invadunt. Maiorianus imperator, facta cum Theoderico et Gothis pace, contra Wandalos et Suevos suo eos ascivit auxilio.

460. Maldras rex Suevorum occiditur. Suevi a Gothis praedati pacem a Theoderico[d] postulant. Maiorianus quoque[d] imperator Hispanias petens, classem contra Wandalos paravit; quae tamen ab ipsis invasa et direpta est. Rursum cum ad Affricam[e] contra eos traicere moliretur[f], Geisericus territus pacem postulat. Maiorianus Romam reversus, cum rem publicam disponeret, fraude Richmeris patricii, Suevorum, ut[g] aiunt, consilio fulti, peremptus est.

461. Severus Ravennae a Richmere imperator effectus, 4 annis regnavit. Atrabennus[h] in Gallia comes Theoderico regi Gothorum confoederatus, Narbonam ei tradidit. Turonis beatus Perpetuus episcopus factus est, qui, basilica sancti Martini adaucta, corporis eius translationem fecit. In Gallitia[i] villae, homines et greges mirum in modum fulmine tacti conburuntur, et duo iuvenes concretis in unum adustione cadaveribus inveniuntur. Cass. Fred. Greg. II, 11. Fred.

462. Romae Hilarius papa 48us sedit annis 6, mensibus 3. Qui pro statu aecclesiae nonnulla decrevit et constituit; hereses Euthicianam[k] et Nestorianam damnavit[l], et multis metallis plures in Urbe basilicas ornavit oratoriaque construxit, monasterium sancti Laurentii ad Balneas fecit, itemque aliud ad Lunam, et duas bibliothecas in Urbe condidit. G. pontt.

463. Rex Alanorum Beorgor Italiam petens, apud Pergamum a Richmere patricio pugna victus interiit. Cass.

464. Severus imperator fraude, ut aiunt, Richmeris Romae in palatio veneno interiit.

465. Wandali[m] per Marcellinum in Sicilia victi caesique sunt et fugati. Fred.

a) bledla 2. b) pasca 1. c) pascasinus 1. paschasinus *corr.* paschasius 2. d) reuouauit 1. e) apia 1. f) britannii ab etio 2. g) obdormiunt 2. g*) eutices 2. h) e. ad mortem atque p. 2. i) humorum 2. k) thorismod 2. l) d. seq. 1. dampnauit 2. m) cie *e corr. rec. manus* (s. XVIII.) 2. n) sinodus 1. o) euticen 2. p) patricium 2. q) geissericus 2. r) *e corr. rec. manus* 2. s) africa 1. t) chronicam suam 2. u) ipsas quas p. prouintias 2. v) martiano 2. w) hisdericus 2. x) XIIII. 2. y) artu *corr.* arte amici sui uiomadi r. 2. z) ciclos 1. *) s. e. p. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3.
a) et b. g. 2. b) galliciam 2. c) beticam 1. d) a Th. *et* q. *desunt* 1. e) africam 1. f) molirentur 2. g) ut a. *desunt* 2. h) atrabenus 1. i) gallicia 1. k) euthichianam 2. l) dampnauit 2. m) Wuandali 2.

7) V. quae notavi ad a. 417. 8) cf. Greg. de gloria mart. c. 95. *) Ubi Gesta Franc. laudavimus, Herimannus sua nonnumquam etiam ex Gregorio Tur. vel Fredegarii libro IV. repeteverit.

Cass. 466. Leo imperator Anthemium de Constantinopoli ad regendum occidentis imperium Romam misit. Qui suscepto imperio regnavit annis 5[a].

Cass. Fred. 467. Marcellinus in Sicilia occiditur. Tolosae, ubi sedes regni Gothorum erat, in medio civitatis sanguis e terra prorumpens, tota die una fluxit.

Cass. G. pontt. 468. Arabundus imperium temptans, iussu Anthemii[b] imperatoris exilio deportatur. Romae Simplicius papa 49us sedit annis 15, mensibus 3. Qui basilicam sancti Stephani in Celio monte dedicavit. Item basilicam sancti[c] Andreae iuxta Sanctam Mariam construxit. Item basilicam sancti Stephani iuxta Sanctum[d] Laurentium. Item basilicam sanctae Fibianae[e] iuxta palatium[f] Licinianum.

Cass. 469. Romanus patricius imperium affectans, capitaliter punitus est.

470. Constantinopoli Aspar, affectata tyrannide[g], a Leone imperatore occidi iussus est. In Gallia sanctus Remigius cf. Vit. S. Rem. caelitus antequam nasceretur praenuntiatus, a cella, in quam[h] se adolescentulus Deo militans incluserat, vi abstractus, Remorum archiepiscopus ordinatur.

Cass. 471. Romae Richmer patricius Olybrium[i] faciens imperatorem, Anthemium imperatorem contra ius affinitatis et imperii cum gravi clade Urbis occidit. Sed non diu scelere laetatus, ipse 40. post die et Olybrius 7. mense vitam[k] exegerunt.

472. Gundebado[l] hortante, Glicerius Ravennae sumpsit imperium. Constantinopoli Leo imperator Leonem, nepotem suum, imperii consortem fecit.

Cass. cf. Marc. 473. Constantinopoli Leo senior imperator obiit; post quem Leo iunior paucis regnans mensibus, et ipse decessit. Et post hunc Zeno imperator factus[m], regnavit annis 17. Romae quoque Glicerio Nepos in[n] imperio successit.

Cass. 474. Romae Orestes patricius, Nepote imperatore in Dalmatias fugato, filium suum Augustulum imperatorem constituit.

cf. Iord. de R. S. H. misc. Cass. 475. Odoacer[o] rex Torcilingorum[p] et Rugorum, cum multis barbarorum auxiliis pervasa Italia, Romam optinuit anno a conditione eius 1230, Orestem et Paulum fratres patricios occidit, Augustulum imperatorem exilio damnavit, et pro eo regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura nec regni insignibus uteretur.

cf. Iord. H. m. 476. Odoacer, possessa Roma, maximam Italiae partem sibi subiugavit.

Prosp. app.* 477. Geisericus[q] rex Wandalorum post 37 et paulo plus invasae Carthaginis annos tandem moriens, tyrannidi[r] suae[s] finem fecit. Post quem non melior filius Hunericus regnavit annis fere 8.

Isid. 478. Huius tempore Zenonis imperatoris corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei euangelistae stilo ipsius scriptum, ipso revelante, inventa[t] sunt.

G. pontt. 479. His temporibus Simplicius papa Petrum Alexandrinum episcopum hereticum Euthicianum[u], ab Acatio Constantinopolitano[v] accusatum, damnat.

G. Fr. c. 9. 480. Hoc tempore mortuo Hilderico rege Francorum[w], Ludowicus filius eius, quem Clodoveum dicunt, regnavit annis 30. Cass. Ipso anno Odoacer Romae regnans, in Dalmatia Odivam regem vicit et[x] peremit.

cf. Iord. Fred. c. 57. 482. Theodericus, Theodmari filius, rex Ostrogothorum, id est qui olim in Italia[y] remanserant Gothorum, Zenoni augusto familiaris effectus, cum suis ei Gothis militavit.

cf. Cass. Marc.? G. pontt. Greg. II, 3. 483. Zeno augustus Theodericum huius anni consulem et magistrum militum fecit. Romae Felix tercius papa 50us sedit annis fere 9. Qui basilicam beati Agapiti iuxta Sanctum Laurentium construxit. Cirola Arrianus episcopus in Africa[z] adversus Eugenium Carthaginensem archiepiscopum aliosque catholicos miraculis claros zelo ductus, quendam e suis pecunia corruptum caecitatem simulare iussit, ut eum coram rege* se invocantem, quasi per fidem suam, illuminaret. Cui[a] cum coram omnibus manus imposuisset[b], vera mox divinitus caecitate percussus, dolum aperuit, conversusque, a sanctis episcopis Eugenio, Vindemiale et Longuino rursum illuminari promeruit. Ab hoc Cirola[c] Hunericus rex instiga- Beda. tus, catholicos persequitur, et plurimis martyrio[d] coronatis, ipsum Eugenium cum 324 episcopis exilio relegavit, et catholicas aecclesias clausit.

Prosp. app. G. Fr. c. 9. 484. Hunericus rex Wandalorum divinitus percussus, scatens vermibus exspiravit. Post quem fratris eius filius Gundamundus regnavit annis fere 12. Qui non multo post Eugenium episcopum revocavit. Ludowicus rex Francorum[e], iuvante Ragnahario[f] cognato suo, Siagrium regem Galliae, Egidii filium, bello victum, ad Alaricum regem Gothorum fugere conpulit, sibique redditum occidit, et totum regnum illius ac thesauros sibi subiecit.

G. pontt. 485. Hoc[g] tempore Acatius Constantinopolitanus heresi favens, Petrum Alexandrinum revocat. Quo audito, Felix papa utrumque cum sequacibus erroris condemnat.

Cass. P. D.** I, 19. 486. Odoacer Foebam, qui et Feletheus, regem Rugorum vicit et adprehendit.

Prosp. app. 487. Gundamundus rex Wandalorum Carthagini aecclesiam sancti Agilei catholicis reddidit, petente sancto Eugenio episcopo.

Cass. 488. Theodericus rex Ostrogothorum permissu Zenonis augusti Italiam petiit. Cui apud Isontium Odoacer occurrens, bello conflixit et victus aufugit. Et iterum recollectis viribus Veronae acie congressus, denuo victus et fugatus est.

489. Theodericus ad fluvium Adduam Odoacrum tertio certamine vicit, fugientemque apud Ravennam obsedit. Illu- G. Fr. c. 10. dowicus rex Francorum[h] Thuringos petens, gravi eos caede prostravit, ipsosque cum terra eorum sibi subiecit.

Cass. 490. Odoacer noctu a Ravenna cum Herulis egressus, collectis viribus quarto cum Theoderico[i] conflixit, et itidem victus ab eo captusque est. Ipso quoque[k] anno Gundamundus rex Wandalorum pacem cum Romanis fecit. Constanti- G. Fr. c. 11. nopoli Zenon imperator moritur. Post quem Anastasius imperium orientis 28 annis tenuit. Hoc tempore Hludowicus[l] rex Francorum, intercurrente Aureliano legato suo, de Burgundia Hruodhildem[m] uxorem[n] christianam accepit, filiam scilicet Hilperici, quem frater suus Gundobadus[o] cum uxore et filiis trucidaverat.

G. pontt. 491. Romae defuncto Felice papa, concilium a presbiteris et diaconibus actum.

Cass. G. pontt. 492. Theodericus Ravennae Odoacrum insidias sibi molientem peremit, ac ipse occidentis imperium 30 annis optinuit. Romae Gelasius papa 51us sedit annis 4, mensibus 7, vir doctus et pius. Qui pro aecclesiae statu nonnulla decreta fecit, multa sublimiter scripsit, hereticos damnavit, clerum Romanum auxit, pauperes dilexit. Ipse dedicavit aecclesiam[p] sanctae Eufemiae Tiburtina urbe, aliasque basilicas[q], id est[r] sanctorum Nicandri, Eleutherii et sancti Andreae via Lavicana[s]. Fecit etiam basilicam sanctae Mariae via Laurentina.

a) VI. 1. b) anthemi 2. c) scę 2. d) sancti Laurentii 2. e) sabinę 2. *lege* Bibianae f) palaticī licianū 2. g) tir. 1. h) qua 2. i) olibrium 1. *et infra.* k) *deest* 2. l) Vundebado 2. m) effectus 2. n) *deest* 2. o) Odacer 1. p) torcinlingorum 2. q) Heisericus 2. r) tir. 1. s) *deest* 2. t) inuenti 2. u) euthichianum 2. v) constannionpolitano 2. w) franchorum 1. x) et p. *desunt* 2. y) italiam 2. z) africa 1. *) *deest* 2. a) Qui 2. b) inp. 1. c) cyrola 2. d) martirio 1. e) franchorum 1. f) raganhario 1. g) *Anni* 485—489. *desunt* 2. *nova a.* 490. *pagina incipiente.* h) franchorum 1. i) theorico 2. k) *deest* 1. l) ludouuicus rex franchorum 1. m) hrūdhildem 2. n) uoxorem *corr.* uxorem 2. o) gundabadus 2. p) basilicam 2. q) urbes 2. r) i. (id est) *erasum esse videtur* 1. s) laniaca 2.

*) i. e. Appendix Prosperi qualis in cod. Augustano et Paris. 4860. legitur. **) i. e. Pauli Diac. hist. Langob.

493. His temporibus in Affrica[a] beatus Fulgentius episcopus, qui Ruspensem 26 annis rexit aecclesiam, doctrina et actibus clarus[b] effulsit; qui et ipse plurima inter alios catholicos mala et exilia perpessus est. Hac etiam tempestate Hludowicus[c] rex Francorum Gallias usque Sequanam, et deinde usque Ligerim fluvios suo regno subegit. Hunc multa instantia Hrodhildis[d] uxor sua ad fidem[e] Christi cohortatur. (cf. Isid. H. m. — G. Fr. c. 14.)

494. Gundamundus[f] rex Wandalorum, persuadente Eugenio archiepiscopo, tandem post 10 annos omnes catholicos episcopos de exilio revocavit, et diu clausas aecclesias pace reddita aperuit. Ludowicus rex Francorum contra Alamannos pugnans, cum exercitus eius periclitaretur[g], Deum caeli invocans et fidem suam Christo vovens, ipso iuvante victos Alamannos subiugavit. (Prosp. app. — G. Fr. c. 15.)

495. Hludowicus[h] seu Clodoveus rex Francorum, instante Hrodhilde[i] coniuge sua, a sancto Remigio Remensi archiepiscopo fide Christi imbutus, cum gente sua baptizatur.

496. Gundamundo[k] rege Wandalorum defuncto, Trasamundus 26 paulo plus annis pro eo regnavit. Qui item catholicis infestus, aecclesias post aliquot annos clausit, et inter alios persecutionis[l] labores 240 episcopos exilio in Sardinia[m] et aliis insulis afflixit. (Prosp. app. Beda.)

497. B o e t i u s[n] p a t r i c i u s e t c o n s u l m u l t a h i s t e m p o r i b u s i n g e n i i s u i m o n i m e n t a i n s e c u l a r i p h i l o s o p h i a e x c e l l e n t e r e d i d i t. Romae Anastasius papa 52us sedit annis fere[o] 2. Hic confessionem sancti Laurentii exornavit. Et quia quibusdam hereticis communionem clam reddere velle videbatur, quidam se ab eius communione sequestrant. (G. pontt.)

498. Isauri[p], occiso Lilingo duce suo, ab Anastasio imperatore victi, trucidati sunt. Hoc tempore Hludowicus[q] rex Francorum Gundobadum[r] et Godegiselum[s] fratres, Burgundionum reges, pugna vicit[t] et fugavit. Et Gundobadum Avennione[u] obsessum tributarium fecit, et cum magna praeda rediit. (Iord. — G. Fr. c. 16.)

499. Theodericus rex Romae et alibi multa per haec tempora mirifica construxit aedificia. Romae Simmachus papa 53us sedit annis 15, mensibus fere 8. Cum quo simul per dissensionem nimiam[v] ordinatus est Laurentius; et magna Romae inter clerum et populum discordia facta, donec iudicio Theoderici regis et maioris multitudinis Simmachus in sede confirmaretur. (Cass. — G. pontt.)

500. Simmachus[w] papa, sinodo Romae acta, inter alia Laurentium aemulum suum Nuceriae[x] episcopum constituit.

501. Theodericus rex aquaeductum Ravennae fecit. His temporibus sanctus Mamertus Viennensis archiepiscopus virtutibus claruit, qui propter luporum et ursorum inmanitatem aliasque plagas triduanas ante ascensionem Domini letanias primus instituens, Domini misericordiam plagarumque cessationem promeruit. (Cass. — G. Fr. c. 16.)

502. Theodericus rex, victis Vulgaribus, Sirmium regno Italiae restituit. (Cass.)

503. Quidam ex Romanis Simmachum papam falso criminantes et apud regem accusantes Laurentiumque revocantes, magnum Romae scisma fecerunt, et Petrus Altinae urbis episcopus permissu[y] Theoderici sedem apostolicam invasit. (G. pontt.)

504. Sinodo 115 episcoporum collecta, beatus papa Simmachus[z] de inlatis purgatur et sedi suae cum gloria restituitur, et pervasores sedis eius Laurentius Nucerinus[*] et Petrus Altinas condemnantur. Ludowicus rex Francorum per suffragia sancti Petri sanctique Martini et aliorum sanctorum divinum implorans auxilium, Gothos petiit, eosque iuxta Pictavis urbem in campo Voglensi pugna vicit, et regem eorum Alaricum, qui iam 22 annis regnavit, occidit, regnumque eius, quod in Galliis habebat, ac thesauros accepit. Amalricus[a] vero, filius Alarici[b], fugiens, regnum patris sui in Hispaniis recepit. (G. Fr. c. 17.)

505. Hludowicus[c] rex Francorum Parisius beati Petri basilicam aedificat. (cf. G. c. 18. Fred. IV, 29.)

506. Hoc tempore Hludowicus[d] rex Francorum Ragneharium[e] cognatum suum regnique participem, ignavum et luxuriosum, a suis proditum, bello[f] victum fugavit, et conprehensum sua manu cum fratre Richario occidit, et eius sibi populum subiecit. Theodericus rex Italiae contra Francos in Galliam exercitum misit. (G. Fr. c. 18. — Cass.)

507. His temporibus Romae iterum dissensione contra Simmachum[g] papam et aecclesiam orta, nonnulli ex parte eius fustibus et diversis plagis afflicti, nonnulli trucidati et necati, et multa indigna[h] et nefaria contra aecclesiam et religionem commissa sunt. (G. pontt.)

508. Hoc anno Romae Boetius vir eruditissimus consulatum[i] amministravit. Hoc[10] quoque tempore Avitus abbas Aurelianensis virtutibus et prophetiae spiritu effulsit[k]. (cf. Cass.)

509. Hludowicus[l], qui et Clodoveus[m], magnus Francorum rex, post multas victorias totam pene Galliam possidens, Parisius, ubi sedem regni instituit, moritur, et in basilica sancti Petri a se constructa sepelitur anno regni 30, post transitum sancti[n] Martini, u t i n g e s t i s F r a n c o r u m h a b e t u r, anno 112. Post quem 4 filii eius, diviso regno, Theodericus Mettis sedem habens annis 23 cum strennuo[o] filio suo Theodeberto regnavit, Chlodomeris[p] Aurelianis, Hildebertus Parisius, et quartus Hlotharius[q] Suessionis sedem statuens annis 51 regnavit. Horum soror Hrodhildis[r], aequivoca matris, et aeque religiosa, Amalrico, regi Gothorum Arriano, in Hispaniis nupsit, materque vidua apud Sanctum Martinum Turonis in orationibus et elemosinis[s] permansit. (G. Fr. c. 18. 19.)

510. His temporibus Simmachus papa inter alia bona Manicheos in Urbe inventos[t] damnavit, aecclesiam sancti Andreae ad Sanctum Petrum construxit, oratorium sancti Thomae, confessionem sancti Cassiani itemque sanctorum Proti et Iacincti[u], oratorium sancti Apollinaris, itemque sancti Sossii, item sanctae Crucis, item sancti Iohannis baptistae, item sancti Iohannis euangelistae. Basilicam sancti Petri et porticum marmore stravit et multis modis ornavit; xenodochia instituit, et singulis annis catholicos a Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, per exilia dispersos, alimonia et vestibus iuvit. Construxit etiam basilicam sanctae Agathae via Aurelia, item[v] sancti Pancratii[w], item sancti Silvestri, item sancti Martini, item sanctorum Cosmae et Damiani, et alias nonnullas struxit, renovavit et ornavit. (G. pontt.)

511. Hoc tempore reges Francorum Clodomeris, Hildebertus[x] et Lodharius, Burgundionum reges Sigismundum et Godmarum petunt, et pugna victos fugant. E quibus Sigismundus rex religiosus ad sanctos Agaunenses confugiens, insequente Clodomere, ibidem captus, et Aurelianis[y] in carcerem missus, una cum uxore ac[z] filiis trucidatus est. Et secuto tempore Clodomeris iterum Burgundiones petens, pugna fugavit, et ipse inter hostes equo delatus, ab ipsis iugulatur, et Burgundia a Francis subiugatur. (G. Fr. c. 20. c. 21.)

a) africa 1. b) *deest* 2. c) ludouuicus rex franchorum 1. d) hrodhild 1. e) xpi f. 2. f) Vundamundus 2. g) periclytaretur 2 h) *ita* 1. Ludowicus 2. *hoc loco.* i) rodhilde 2. k) Vundamundo 2. l) persecutiones *corr.* persecutionis 1. m) sardenia 2. n) Poetius 2. o) *deest* 2. p) Osauri 2. q) ludouuicus 2. r) gundebadum 1. *bis.* s) gotegiselum 2. t) *deest* 1. u) auentione 2. v) n. d. 1. w) Symachus 2. x) nicerię 2. y) permisso 2. z) simachus 2. *) laurentius. nucerius 2. a) Almaricus 2. b) *e corr.* 1. c) Ludouuicus 2. d) ludouuicus 2. e) regneharium 2. f) *deest* 2. g) simachum *corr.* simmachum 2. h) *deest* 2. i) consolatum 1. k) Hoc — effulsit *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. l) Ludouuicus 2. m) chlodoueus 2. n) *deest* 2. o) strenuo 1. p) chodomeris 2. q) lotharius 2. r) rodhildis 2. s) elymosinis 2. t) *deest* 2. u) iacinti 2. v) *deest* 2. w) pangracii 2. x) hildibertus 2. y) aurelianus *corr.* aurelianis 2. z) et 2.

10) Cf. Greg. Tur. de glor. conf. c. 99.

Cass. 466. Leo imperator Anthemium de Constantinopoli ad regendum occidentis imperium Romam misit. * Qui suscepto imperio regnavit annis 5[a].

Cass. Fred. 467. Marcellinus in Sicilia occiditur. Tolosae, ubi sedes regni Gothorum erat, in medio civitatis sanguis e terra prorumpens, tota die una fluxit.

Cass. G. pontt. 468. Arabundus imperium temptans, iussu Anthemii[b] imperatoris exilio deportatur. Romae Simplicius papa 49us sedit annis 15, mensibus 3. Qui basilicam sancti Stephani in Celio monte dedicavit. Item basilicam sancti[c] Andreae iuxta Sanctam Mariam construxit. Item basilicam sancti Stephani iuxta Sanctum[d] Laurentium. Item basilicam sanctae Fibianae[e] iuxta palatium[f] Licinianum.

Cass. 469. Romanus patricius imperium affectans, capitaliter punitus est.

470. Constantinopoli Aspar, affectata tyrannide[g], a Leone imperatore occidi iussus est. In Gallia sanctus Remigius cf. Vit. S. Rem. caelitus antequam nasceretur praenuntiatus, a cella, in quam[h] se adolescentulus Deo militans incluserat, vi abstractus, Remorum archiepiscopus ordinatur.

Cass. 471. Romae Richmer patricius Olybrium[i] faciens imperatorem, Anthemium imperatorem contra ius affinitatis et imperii cum gravi clade Urbis occidit. Sed non diu scelere laetatus, ipse 40. post die et Olybrius 7. mense vitam[k] exegerunt.

472. Gundebado[l] hortante, Glicerius Ravennae sumpsit imperium. Constantinopoli Leo imperator Leonem, nepotem suum, imperii consortem fecit.

Cass. cf. Marc. 473. Constantinopoli Leo senior imperator obiit; post quem Leo iunior paucis regnans mensibus, et ipse decessit. Et post hunc Zeno imperator factus[m], regnavit annis 17. Romae quoque Glicerio Nepos in[n] imperio successit.

Cass. 474. Romae Orestes patricius, Nepote imperatore in Dalmatias fugato, filium suum Augustulum imperatorem constituit.

cf. Iord. de R. S. H. misc. Cass. 475. Odoacer[o] rex Torcilingorum[p] et Rugorum, cum multis barbarorum auxiliis pervasa Italia, Romam optinuit anno a conditione eius 1230, Orestem et Paulum fratres patricios occidit, Augustulum imperatorem exilio damnavit, et pro eo regis nomen arripuit, cum tamen nec purpura nec regni insignibus uteretur.

cf. Iord. H. m. 476. Odoacer, possessa Roma, maximam Italiae partem sibi subiugavit.

Prosp. app.* 477. Geisericus[q] rex Wandalorum post 37 et paulo plus invasae Carthaginis annos tandem moriens, tyrannidi[r] suae[s] finem fecit. Post quem non melior filius Hunericus regnavit annis fere 8.

Isid. 478. Huius tempore Zenonis imperatoris corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei euangelistae stilo ipsius scriptum, ipso revelante, inventa[t] sunt.

G. pontt. 479. His temporibus Simplicius papa Petrum Alexandrinum episcopum hereticum Euthicianum[u], ab Acatio Constantinopolitano[v] accusatum, damnat.

G. Fr. c. 9. 480. Hoc tempore mortuo Hilderico rege Francorum[w], Ludowicus filius eius, quem Clodoveum dicunt, regnavit annis 30. Cass. Ipso anno Odoacer Romae regnans, in Dalmatia Odivam regem vicit et[x] peremit.

cf. Iord. Fred. c. 57. 482. Theodericus, Theodmari filius, rex Ostrogothorum, id est qui olim in Italia[y] remanserant Gothorum, Zenoni augusto familiaris effectus, cum suis ei Gothis militavit.

cf. Cass. Marc.? G. pontt. Greg. II, 3. 483. Zeno augustus Theodericum huius anni consulem et magistrum militum fecit. Romae Felix tercius papa 50us sedit annis fere 9. Qui basilicam beati Agapiti iuxta Sanctum Laurentium construxit. Cirola Arrianus episcopus in Africa[z] adversus Eugenium Carthaginensem archiepiscopum aliosque catholicos miraculis claros zelo ductus, quendam e suis pecunia corruptum caecitatem simulare iussit, ut eum coram rege[*] se invocantem, quasi per fidem suam, illuminaret. Cui[a] cum coram omnibus manus imposuisset[b], vera mox divinitus caecitate percussus, dolum aperuit, conversusque, a sanctis episcopis Eugenio, Vindemiale et Longuino rursum illuminari promeruit. Ab hoc Cirola[c] Hunericus rex instigatus, Beda. catholicos persequitur, et plurimis martyrio[d] coronatis, ipsum Eugenium cum 324 episcopis exilio relegavit, et catholicas aecclesias clausit.

Prosp. app. G. Fr. c. 9. 484. Hunericus rex Wandalorum divinitus percussus, scatens vermibus exspiravit. Post quem fratris eius filius Gundamundus regnavit annis fere 12. Qui non multo post Eugenium episcopum revocavit. Ludowicus rex Francorum[e], iuvante Ragnahario[f] cognato suo, Siagrium regem Galliae, Egidii filium, bello victum, ad Alaricum regem Gothorum fugere conpulit, sibique redditum occidit, et totum regnum illius ac thesauros sibi subiecit.

G. pontt. 485. Hoc[g] tempore Acatius Constantinopolitanus heresi favens, Petrum Alexandrinum revocat. Quo audito, Felix papa utrumque cum sequacibus erroris condemnat.

Cass. P. D.** I, 19. 486. Odoacer Foebam, qui et Feletheus, regem Rugorum vicit et adprehendit.

Prosp. app. 487. Gundamundus rex Wandalorum Carthagini aecclesiam sancti Agilei catholicis reddidit, petente sancto Eugenio episcopo.

Cass. 488. Theodericus rex Ostrogothorum permissu Zenonis augusti Italiam petiit. Cui apud Isontium Odoacer occurrens, bello conflixit et victus aufugit. Et iterum recollectis viribus Veronae acie congressus, denuo victus et fugatus est.

489. Theodericus ad fluvium Adduam Odoacrum tertio certamine vicit, fugientemque apud Ravennam obsedit. Illu- G. Fr. c. 10. dowicus rex Francorum[h] Thuringos petens, gravi eos caede prostravit, ipsosque cum terra eorum sibi subiecit.

Cass. 490. Odoacer noctu a Ravenna cum Herulis egressus, collectis viribus quarto cum Theoderico[i] conflixit, et itidem victus ab eo captusque est. Ipso quoque[k] anno Gundamundus rex Wandalorum pacem cum Romanis fecit. Constanti- G. Fr. c. 11. nopoli Zenon imperator moritur. Post quem Anastasius imperium orientis 28 annis tenuit. Hoc tempore Hludowicus[l] rex Francorum, intercurrente Aureliano legato suo, de Burgundia Hruodhildem[m] uxorem[n] christianam accepit, filiam scilicet Hilperici, quem frater suus Gundobadus[o] cum uxore et filiis trucidaverat.

G. pontt. 491. Romae defuncto Felice papa, concilium a presbiteris et diaconibus actum.

Cass. G. pontt. 492. Theodericus Ravennae Odoacrum insidias sibi molientem peremit, ac ipse occidentis imperium 30 annis optinuit. Romae Gelasius papa 51us sedit annis 4, mensibus 7, vir doctus et pius. Qui pro aecclesiae statu nonnulla decreta fecit, multa sublimiter scripsit, hereticos damnavit, clerum Romanum auxit, pauperes dilexit. Ipse dedicavit aecclesiam[p] sanctae Eufemiae Tiburtina urbe, aliasque basilicas[q], id est[r] sanctorum Nicandri, Eleutherii et sancti Andreae via Lavicana[s]. Fecit etiam basilicam sanctae Mariae via Laurentina.

a) VI. 1. b) anthemi 2. c) scę 2. d) sancti Laurentii 2. e) sabinę 2. *lege* Bibianae f) palaticī licianū 2. g) tir. 1. h) qua 2. i) olibrium 1. *et infra.* k) *deest* 2. l) Vundebado 2. m) effectus 2. n) *deest* 2. o) Odacer 1. p) torcinlingorum 2. q) Heisericus 2. r) tir. 1. s) *deest* 2. t) inuenti 2. u) euthichianum 2. v) constannionpolitano 2. w) franchorum 1. x) et p. *desunt* 2. y) italiam 2. z) africa 1. *) *deest* 2. a) Qui 2. b) inp. 1. c) cyrola 2. d) martirio 1. e) franchorum 1. f) raganhario 1. g) *Anni* 485 — 489. *desunt* 2. *nova a.* 490. *pagina incipiente.* h) franchorum 1. i) theorico 2. k) *deest* 1. l) ludouuicus rex franchorum 1. m) hrodhildem 2. n) uxorem *corr.* uxorem 2. o) gundabadus 2. p) basilicam 2. q) urbes 2. r) i. (id est) *erasum esse videtur* 1. s) laniaca 2.

*) i. e. Appendix Prosperi qualis in cod. Augustano et Paris. 4860. legitur. **) i. e. Pauli Diac. hist. Langob.

493. His temporibus in Affrica[a] beatus Fulgentius episcopus, qui Ruspensem 26 annis rexit aecclesiam, doctrina et actibus clarus[b] effulsit; qui et ipse plurima inter alios catholicos mala et exilia perpessus est. Hac etiam tempestate Hludowicus[c] rex Francorum Gallias usque Sequanam, et deinde usque Ligerim fluvios suo regno subegit. Hunc multa instantia Hrodhildis[d] uxor sua ad fidem[e] Christi cohortatur. [cf. Isid. H. m. — G. Fr. c. 14.]

494. Gundamundus[f] rex Wandalorum, persuadente Eugenio archiepiscopo, tandem post 10 annos omnes catholicos episcopos de exilio revocavit, et diu clausas aecclesias pace reddita aperuit. Ludowicus rex Francorum contra Alamannos pugnans, cum exercitus eius periclitaretur[g], Deum caeli invocans et fidem suam Christo vovens, ipso iuvante victos Alamannos subiugavit. [Prosp. app. — G. Fr. c. 15.]

495. Hludowicus[h] seu Clodoveus rex Francorum, instante Hrodhilde[i] coniuge sua, a sancto Remigio Remensi archiepiscopo fide Christi imbutus, cum gente sua baptizatur.

496. Gundamundo[k] rege Wandalorum defuncto, Trasamundus 26 paulo plus annis pro eo regnavit. Qui item catholicis infestus, aecclesias post aliquot annos clausit, et inter alios persecutionis[l] labores 240 episcopos exilio in Sardinia[m] et aliis insulis afflixit. [Prosp. app. Beda.]

497. Boetius[n] patricius et consul multa his temporibus ingenii sui monimenta in seculari philosophia excellenter edidit. Romae Anastasius papa 52us sedit annis fere[o] 2. Hic confessionem sancti Laurentii exornavit. Et quia quibusdam hereticis communionem clam reddere velle videbatur, quidam se ab eius communione sequestrant. [G. pontt.]

498. Isauri[p], occiso Lilingo duce suo, ab Anastasio imperatore victi, trucidati sunt. Hoc tempore Hludowicus[q] rex Francorum Gundobadum[r] et Godegiselum[s] fratres, Burgundionum reges, pugna vicit[t] et fugavit. Et Gundobadum Avennione[u] obsessum tributarium fecit, et cum magna praeda rediit. [Iord. G. Fr. c. 16.]

499. Theodericus rex Romae et alibi multa per haec tempora mirifica construxit aedificia. Romae Simmachus papa 53us sedit annis 15, mensibus fere 8. Cum quo simul per dissensionem nimiam[v] ordinatus est Laurentius; et magna Romae inter clerum et populum discordia facta, donec iudicio Theoderici regis et maioris multitudinis Simmachus in sede confirmaretur. [Cass. G. pontt.]

500. Simmachus[w] papa, sinodo Romae acta, inter alia Laurentium aemulum suum Nuceriae[x] episcopum constituit.

501. Theodericus rex aquaeductum Ravennae fecit. His temporibus sanctus Mamertus Viennensis archiepiscopus virtutibus claruit, qui propter luporum et ursorum inmanitatem aliasque plagas triduanas ante ascensionem Domini letanias primus instituens, Domini misericordiam plagarumque cessationem promeruit. [Cass. G. Fr. c. 16.]

502. Theodericus rex, victis Vulgaribus, Sirmium regno Italiae restituit. [Cass.]

503. Quidam ex Romanis Simmachum papam falso criminantes et apud regem accusantes Laurentiumque revocantes, magnum Romae scisma fecerunt, et Petrus Altinae urbis episcopus permissu[y] Theoderici sedem apostolicam invasit. [G. pontt.]

504. Sinodo 115 episcoporum collecta, beatus papa Simmachus[z] de inlatis purgatur et sedi suae cum gloria restituitur, et pervasores sedis eius Laurentius Nucerinus[*] et Petrus Altinàs condemnantur. Ludowicus rex Francorum per suffragia sancti Petri sanctique Martini et aliorum sanctorum divinum implorans auxilium, Gothos petiit, eosque iuxta Pictavis urbem in campo Voglensi pugna vicit, et regem eorum Alaricum, qui iam 22 annis regnavit, occidit, regnumque eius, quod in Galliis habebat, ac thesauros accepit. Amalricus[a] vero, filius Alarici[b], fugiens, regnum patris sui in Hispaniis recepit. [G. Fr. c. 17.]

505. Hludowicus[c] rex Francorum Parisius beati Petri basilicam aedificat. [cf. G. c. 18. Fred. IV, 29.]

506. Hoc tempore Hludowicus[d] rex Francorum Ragneharium[e] cognatum suum regnique participem, ignavum et luxuriosum, a suis proditum, bello[f] victum fugavit, et conprehensum sua manu cum fratre Richario occidit, et eius sibi populum subiecit. Theodericus rex Italiae contra Francos in Galliam exercitum misit. [G. Fr. c. 18. — Cass.]

507. His temporibus Romae iterum dissensione contra Simmachum[g] papam et aecclesiam orta, nonnulli ex parte eius fustibus et diversis plagis afflicti, nonnulli trucidati et necati, et multa indigna[h] et nefaria contra aecclesiam et religionem commissa sunt. [G. pontt.]

508. Hoc anno Romae Boetius vir eruditissimus consulatum[i] amministravit. Hoc[10] quoque tempore Avitus abbas Aurelianensis virtutibus et prophetiae spiritu effulsit[k]. [cf. Cass.]

509. Hludowicus[l], qui et Clodoveus[m], magnus Francorum rex, post multas victorias totam pene Galliam possidens, Parisius, ubi sedem regni instituit, moritur, et in basilica sancti Petri a se constructa sepelitur anno regni 30, post transitum sancti[n] Martini, ut in gestis Francorum habetur, anno 112. Post quem 4 filii eius, diviso regno, Theodericus Mettis sedem habens annis 23 cum strennuo[o] filio suo Theodeberto regnavit, Chlodomeris[p] Aurelianis, Hildebertus Parisius, et quartus Hlotharius[q] Suessionis sedem statuens annis 51 regnavit. Horum soror Hrodhildis[r], aequivoca matris, et aeque religiosa, Amalrico, regi Gothorum Arriano, in Hispaniis nupsit, materque vidua apud Sanctum Martinum Turonis in orationibus et elemosinis[s] permansit. [G. Fr. c. 18. 19.]

510. His temporibus Simmachus papa inter alia bona Manicheos in Urbe inventos[t] damnavit, aecclesiam sancti Andreae ad Sanctum Petrum construxit, oratorium sancti Thomae, confessionem sancti Cassiani itemque sanctorum Proti et Iacincti[u], oratorium sancti Apollinaris, itemque sancti Sossii, item sanctae Crucis, item sancti Iohannis baptistae, item sancti Iohannis euangelistae. Basilicam sancti Petri et porticum marmore stravit et multis modis ornavit; xenodochia instituit, et singulis annis catholicos a Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, per exilia dispersos, alimonia et vestibus iuvit. Construxit etiam basilicam sanctae Agathae via Aurelia, item[v] sancti Pancratii[w], item sancti Silvestri, item sancti Martini, item sanctorum Cosmae et Damiani, et alias nonnullas struxit, renovavit et ornavit. [G. pontt.]

511. Hoc tempore reges Francorum Clodomeris, Hildebertus[x] et Lodharius, Burgundionum reges Sigismundum et Godmarum petunt, et pugna victos fugant. E quibus Sigismundus rex religiosus ad sanctos Agaunenses confugiens, insequente Clodomere, ibidem captus, et Aurelianis[y] in carcerem missus, una cum uxore ac[z] filiis trucidatus est. Et secuto tempore Clodomeris iterum Burgundiones petens, pugna fugavit, et ipse inter hostes equo delatus, ab ipsis iugulatur, et Burgundia a Francis subiugatur. [G. Fr. c. 20. c. 21.]

a) africa 1. b) *deest* 2. c) ludouuicus rex franchorum 1. d) hrodhild 1. e) xpi f. 2. f) Vundamundus 2. g) periclytaretur 2 h) *ita* 1. Ludowicus 2. *hoc loco.* i) rodhilde 2. k) Vundamundo 2. l) persecutiones *corr.* persecutionis 1. m) sardenia 2. n) Poetius 2. o) *deest* 2. p) Osauri 2. q) ludouuicus 2. r) gundebadum 1. *bis.* s) gotegiselum 2. t) *deest* 1. u) auentione 2. v) n. d. 1. w) Symachus 2. x) niceriç 2. y) permisso 2. z) simachus 2. *) laurentius. nucerius 2. a) Almaricus 2. b) *e corr.* 1. c) Ludouuicus 2. d) ludouuicus 2. e) regneharium 2. f) *deest* 2. g) simachum *corr.* simmachum 2. h) *deest* 2. i) consolatum 1. k) Hoc — effulsit *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. l) Ludouuicus 2. m) chlodoueus 2. n) *deest* 2. o) strenuo 1. p) chodomeris 2. q) lotharius 2. r) rodhildis 2. s) elymosinis 2. t) *deest* 2. u) iacinti 2. v) *deest* 2. w) pangracii 2. x) hildibertus 2. y) aurelianus *corr.* aurelianis 2. z) et 2.

10) Cf. Greg. Tur. de glor. conf. c. 99.

G. Fr. c. 23. Greg. III, 30. Fred. IV, 13. 512. Amalricus in Hispaniis, rex Gothorum Arrianus, Hrodhildem[a], uxorem suam catholicam, multis modis afflixit. Qui postea a fratre eius Hildeberto[b] pugna victus et peremptus est; et pro eo Theuda regnavit.

cf. Cass. P. D. I, 25. cf. G. pontt. 513. Cassiodorus huius anni consul fuit, qui postea conversus et monachus effectus, coenobium construxit, et in seculari divinaque litteratura clarus effulsit, psalmos exposuit, libros institutionum et chronica fecit, et tripertitam historiam ordinavit[c]. Romae tandem dissensione cessante, inter clerum et populum optata rediit[d] concordia. Et Simmachus papa beatus obiit.

Cass. G. pontt. 514. Theodericus rex Italiae filiam suam Amalsuindam Eutharico Cillicae in matrimonium iunxit. Romae Ormisda papa 54us sedit annis 9. Qui inter alia bona Euthicianos[e] itemque[f] Manicheos damnavit, clerum erudivit, basilicas adornavit.

Iord. 515. Hoc tempore Vitalianus quidam servus, dignitatibus elatus, Anastasio imperatori rebellat, et Scithis[g] adiunctus, crebris praeliis milites eius victos fugans, magno rei publicae dedecori et detrimento fuit.

G. pontt. 516. His diebus Hormisda[h] papa pro fide catholica imperatorem Anastasium Constantinopolim legatos mittens, et nihil proficiens, alios itidem cum epistolis legatos mittit. Quos Anastasius cum corrumpere non posset, exilio deputavit, et inter alia domno papae rescripsit dicens: *Nos iubere volumus, non nobis iuberi.*

G. Fr. c. 19. 517. His temporibus Theodericus rex Francorum Danos se[i] invadentes per filium Theodebertum una cum rege suo ad internitionem[k] delevit.

cf. G. pontt. Iord. 518. Anastasius imperator, cum heresi Euthicetis favisset et catholicos persequeretur, fulmine ictus interiit, maior octogenario. Pro quo Iustinus, imperator catholicus, Constantinopoli regnavit annis 8. Qui nonnullos imperio inhiantes occidit. Et cum Vitaliano[l] tyranno pace prius facta, eundem postea peremit.

G. pontt. 519. Iustinus augustus legatos apostolicae sedis, ab Hormisda[m] papa Constantinopolim pro fide missos, summo honore suscepit, eisque in damnatione hereseos per omnia consentaneus[n], plurima per eos donaria[o] Romam misit.

G. Fr. c. 22. 520. Hac tempestate Theodericus rex Francorum cum filio Theodeberto Thuringos petens, inmensa eos caede protrivit, et Ermenfridum[p] regem eorum fugavit. Quem postea fide data ad se venientem suscipiens, e muro praecipitavit, et filios eius occidi fecit.

G. pontt. H. m. 521. Iustinus augustus hereticis infestus Arrianos etiam Constantinopoli persequitur; unde iratus Theodericus, rex Italiae Arrianus, exitium[q] in Italia catholicis minatur.

Beda Prosp. app. 522. In Africa mortuo tandem Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, Heldericus pro eo regnavit annis 8. Qui statim in principio regni aecclesias diu clausas aperuit, et omnes catholicos de exiliis revocare studuit, et optatam aecclesiae pacem restituit.

G. pontt. Beda G. pontt. 523. Romae Iohannes papa 55us sedit annis 2, mensibus 9. Qui cimiteria in Urbe restaurans, et aliis bonis instans, a Theoderico Constantinopolim legatus mittitur, et summo honore et gaudio a Iustino augusto et cunctis civibus susceptus, ad portam, quae dicitur Aurea, caecum inluminat, et coronato a se augusto Iustino, et pro quibus venerat impetratis, donariis et muneribus donatus, revertitur.

524. Theodericus rex Gothorum et tyrannus Romanorum inter alia mala Boetium[r] patricium et philosophum diu carceratum occidit; nec multo post socerum eius Simmachum[s] patricium itidem peremit. Iohannem quoque papam beatum de Constantinopoli reversum Ravennae una cum comitibus carceris afflictione necavit 15. Kal. Iunii; qui non multo post Romam relatus, apud Sanctum Petrum sepultus est.

G. pontt. H. m. G. pontt. 525. Theodericus tyrannus post tres menses ab obitu papae Iohannis, post multa mala sua, Dei iudicio subitanea morte Ravennae interiit, et sicut solitario cuidam revelatum est, a Iohanne papa et Simmacho patricio in ollam Vulcani deiectus est anno regni Italici 32. Post quem nepos eius Athalaricus[t] puer cum matre Amalsuinda[u] regnavit annis 8. Romae Felix quartus papa 56us sedit annis 4, mensibus 2. Qui fecit basilicam sanctorum Cosmae et Damiani via Sacra, et sancti Saturnini via[v] Salaria.

H. m. cf. Isid. 526. Constantinopoli Iustinus imperator Iustinianum regni consortem et successorem faciens, obiit. Pro quo Iustinianus, ex sorore nepos eius, imperavit annis 38, multa pietate et prudentia conspicuus, nisi in quibusdam hereticis favisset.

cf. Fred. III. H. m. P. D. I, 22. 527. Iustinianus augustus Belesarium amicum suum principem militiae fecit. Per quem et de Parthis triumphavit, et magna ex parte rem publicam recuperavit. Gens Winilorum sive Langobardorum, rege Odwino[w], Pannoniam invasit, ibique habitare coepit.

Beda P. D. I, 25. 26. 528. His temporibus beatus abbas Benedictus inmensa virtutum gloria claruit. Priscianus quoque grammaticus[x] his fuit temporibus.

Iord. 529. Exercitus Romanus sabbato paschae[y] a Parthis superatur.

Prosp. app. G. pontt. 530. In Africa, occiso male Helderico rege Wandalorum catholico, Geilamer regnum invadens, tanta[z] feritate in catholicos et in omnes debachatur, ut nec parentibus suis parceret. Romae Bonifacius secundus[*] papa 57us sedit annis duobus, mense ferme 1. Cum quo per dissensionem ordinatus est Dioscorus[a], et paucis post diebus mortuus. Quem tamen Bonifacius collecta sinodo damnare molitus est.

531. Bonifacius papa Vigilium diaconum in[b] sinodo post se papam eligi sub chirographo[c] decrevit. Quod tamen postea rescindens, quia contra canones erat, conbussit. Ipse in periculo famis clerum et pauperes alimonia iuvit.

cf. Beda G. pontt. G. Fr. c. 25. 532. Ab hoc anno, scilicet Iustiniani[d] imperatoris sexto, Dionisius Romanus[e] abbas, utriusque linguae peritissimus, cyclum magnum paschalem inchoat, qui iam semel ab incarnatione Domini in annis 532 exactus, totidem in se annos continet. Incipit autem a primo Diocletiani[f] anno, unde Greci cyclos[g] suos inchoabant, cyclis decennovenalibus[h] 13 exactis, id est annis 247. Romae Iohannes secundus, qui et Mercurius, papa 58us sedit annis 2, mensibus 4. Ad hunc Iustinianus augustus de fide sua literas et donaria sancto Petro transmisit. Theodericus rex Francorum anno regni 23.[i] moritur, et Mettis sepelitur. Pro quo filius eius Theodebertus regnavit annis 14.

Iord. 533. Romae mortuo Athalarico[k] rege Gothorum, Amalsuinda[l] Theodatum in consortium regni assumit. Qui tamen[m] ipsam non multo post occidi iussit, et regnum sibi soli usurpavit.

a) rothildem 2. b) adalberto 2. c) et t. h. o. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. d) redidiit 2. e) euthichianos *post altero deleto* h 2. f) item 2. g) schitis 1. scitis 2. h) ormisda 1. i) eos 2. k) internetionem 1. l) uitalio 2. m) ormisda 1. n) consantaneus 2. o) r. d. 2. p) ermenfredum 2. q) exicium 1. (exitum *corr.*) exitium minitatur in i. c. 2. r) *deest* 2. *(rec. manu suppl.)* s) simachum 2. *saepius.* t) atharicus 1. u) amalsuuinda 2. v) *deest* 2. w) obuuino 2. x) gramaticus 1. y) pascae 2. z) tante 2. *) eps et 2. a) discorus 2. b) in s. *post* eligi *habet* 2. c) cirog. 1. d) iustini 2. e) *deest* 2. f) diocleciani 1. dioclitiani 2. g) ciclos 1. h) decennoualibus 2. i) XXIIII. 2. k) atalarico 1. l) almansuinda 2. m) *deest* 1. *adest* 2. 3.

534. Belesarius[a] patricius a Iustiniano imperatore missus, Wandalorum gentem in Africa bello victam delevit, Geilamerum regem eorum captum Constantinopolim abduxit, et Carthaginem[b] rei publicae restituit post annos 94 ex quo a Geiserico capta est. Geilamer quoque post aliquot annos a Iustiniano augusto comes effectus, et in terminos Parthorum ad eos arcendos constitutus est. cf. H. m. Fred. III.

535. Romae Agapitus papa 59us sedit anno fere 1. Hic a Theodato tyranno pro gratia Iustiniani augusti, propter occisam Amalsuindam sibi infensi, Constantinopolim missus, constanter cum augusto pro fide Christi[c] decertavit, Anthemium eiusdem urbis episcopum hereticum convictum damnavit, et in locum eius favente augusto Moenam[d] ordinavit; ipseque ibidem morbo tactus obiit, et in loculo plumbeo Romam relatus, ad Sanctum Petrum sepultus est. G. pontt.

536. Romae Silverius, Hormisdae dudum papae[e] filius, contra voluntatem cleri a Theodato tyranno pecunia[f] corrupto 60us papa violenter promotus, sedit anno 1, mensibus 5. Theodatus tyrannus abhinc post 2 menses a Witigiso peremptus, et Witigis rex Gothorum[g] factus est. Belesarius patricius a Iustiniano augusto in Italiam contra Gothos missus, per Siciliam transiens, et Sunderat ducem eius vincens[h], Africamque de tyrannis eruens, Neapolim transfretavit, ipsamque urbem sibi resistentem obsessam vi cepit[i], et tam cives quam Gothos, nulli parcens, trucidavit. Inde cum urbem Romam ingressus esset, Gothi omnes qui ibi fuerant nocte egressi, Ravennam[k] fugientes petierunt. Quos insecutus, conserto praelio septem milia ex eis occidit. Witigis vero, collecto[l] grandi exercitu, Belesarium urbemque Romam uno anno obsedit[m], omniaque circum devastans, urbem bello et fame graviter obpressit[n]. Postea vero egresso Belesario, pugna commissa victus, Ravennam aufugit. Fames tanta facta est, ut in Liguria quaedam mulieres parvulos suos comederent[o]. Iord. G. pontt.

537. Silverius papa, cum in restitutione Antemii[p] et communione hereticorum augustis nollet parere, iussu ipsorum a Belesario patricio falso criminatus et secreto positus monachique habitu indutus, indictione 15.[q] a Vigilio diacono exilio afflictus, et deficiens 12. Kal. Iulii, post obitum etiam miraculis claruit. Ipseque Vigilius papa 61us ordinatus sedit annis 17, mensibus 7. Ipsis diebus Belesarius Theodebertum regem Francorum cum grandi exercitu Italiam ingressum vicit et inde reverti coegit. Ipse Romae[r] sancto Petro dona optulit[s]. Iord. G. pontt.

538. Belesarius[t] patricius, commissa cum Gothis pugna iterum victor, Witigisum[u] regem eorum, in ipsa fuga a Iohanne Sanguinario magistro militum conprehensum et Romam adductum, ipse et Vigilius papa Constantinopolim cum uxore et thesauris ad Iustinianum augustum perduxerunt. A quo patricius et comes factus, in orientem contra Parthorum seu Persarum excursiones constitutus, ibidem vitam finivit. Gothi in Liguria manentes Hellebadum sibi regem elevant, iterumque[v] Romanis rebellant. Iord.

539. Parthi[w] rupta pace Antiochiam totamque Siriam invadentes devastant, donec a Belesario tandem repulsi ad terminos suos redierunt. Posteaque a Martino duce pax cum eis facta est, Belesario[x] ad Italiam contra Totilam revocato. Gothi Hellebado post unum annum perempto, Errarium regem faciunt.

540. In Italia occiso post unum annum Errario rege, Gothi Totilam, qui et Baduila[y] dictus est, regem[z] sibi statuunt. Qui successibus[*] bellorum fretus, Romanum exercitum ducesque aliquotiens superavit, et per multos annos Italiam totam ipsamque urbem Romam captam pluribus malis adtrivit[a] et vastavit.

541. Totila per haec tempora apud Faventinum, Emiliae oppidum, Romanum exercitum superat. Nec multo post iterum Romanos[b] duces fugans, partim vi partim[c] donis exercitum sibi consociat, et tyrannidi instans, ipsam etiam Romam et Campaniam vastat.

542. Huius Iustiniani tempore corpus sancti Antonii monachi divinitus revelatum et Alexandriam translatum, in aecclesia sancti Iohannis baptistae tumulatum est. Hoc etiam tempore sexta[d] sinodus universalis Constantinopoli contra Theodorum et omnes hereticos sub Vigilio[e] papa collecta est[11]. Beda

543. Per haec tempora, cum Belesarius a Parthorum finibus ad auxilium Italiae revocatus, et diu impeditus, tandem cum modica classe Romam iam pene vastatam[f] ingressus esset, Totilae superirruentis exercitum commisso praelio fudit et in Tiberi[g] mersit, ipsumque in Campaniam repulit[h]. Hoc tempore Benedictus abbas, cum discipulum suum Maurum ad Gallias transmisisset[i], migravit ipse post multas virtutes ad Dominum. Iord. cf. Vit. S. Mauri.

544. Sanctus Remigius, Remorum archiepiscopus[k] et gentis Francorum apostolus, anno episcopatus 74° Idibus Ianuarii plenus virtutibus migravit ad Dominum. Arator subdiaconus Romanus librum suum, quem de actibus apostolorum heroico[l] metro edidit, Vigilio papae oblatum publice cum magno favore recitavit. cf. Vit. S. Rem. P. D. I, 25.

545. Hoc tempore cum Belesarius a Sicilia iussu augusti Constantinopolim revocatus esset, Totila iam securus iterum[m] Romam invasit, et secuto tempore collectis viribus Siciliam etiam invasam cępit, totamque, insultans Romanis, qui diversis occasionibus subducti erant, devastat Italiam. Iord.

546. Theodebertus rex Francorum strennuus[n] et fortis moritur, et filius eius[o] Theodpaldus, multum patre nequior et ignavior, pro eo regnavit annis 7. G. Fr. c. 27.

547. His temporibus Vigilius papa, cum ad consensum hereseos et restitutionem Anthemii episcopi nullatenus adduci posset, iussu imperiali[o*] Romae vi captus et Constantinopolim perductus, cum constanter in incepto perstitisset nec augusto cessisset, cum comitibus affectus et exilio abductus[p] et per annos aliquot graviter afflictus est. G. pontt.

548. Per haec tempora Iustinianus augustus inter alia magnifica basilicam Salvatoris, quae Agiae[q] Sophiae dicitur, incomparabili opere Constantinopoli construxit. Ipse leges Romanas[r] infinitas adbreviatas collegit, et leges, quae Iustinianae[s] dicuntur, composuit[t]. P. D. I, 25.

549. Hoc tempore gens Gepidorum[u] forti[v] a rege Alboino et Langobardis, qui in Pannonia tunc habitabant, praelio victa et pene deleta[w] est, et Chunimundus rex eorum occisus est. De cuius capite auro incluso Alboin[x] sibi pratiam fecit, filiamque eius Rosmodam, inter alios multos captivam, postea, defuncta coniuge, Hlodharii[y] regis Francorum filia, in sui pernitiem[z] duxit[*] uxorem. P. D. I. 27.

a) Celesarius 2. b) cartaginem 2. c) catholica certauit 2. d) nicenam 2. e) p. d. 1. f) peccunia 2. g) *deest* 2. h) uicerat 2. i) cępit 1. k) f. p. R. 2. l) collectu 2. m) possedit 2. n) opp. 2. o) commed. 2. p) artemii 1. aritemii 2. q) XVI. 2. r) roma 2. s) obt. 1. t) Celes. 2. u) uuitisigum 2. v) que *deest* 2. w) Barthi 2. x) belesueario 2. y) baduida 2. z) regnum 2. *) successoribus 2. a) attritum 2. b) d. r. 2. c) ui donisque e. superauit et 2. d) VIta *corr.* Vta 2. e) uigilia para *al. manu corr.* uigilio papa 2. f) uastam 1. *corr.* uastatam 2. g) tyberi 2. h) reppulit 1. i) transmisisisset 1. k) episcopus 2. l) heronico *corr.* heroico 2. m) r. i. 2. n) strenuus 1. o) *deest* 1. o*) imperali 1. 2. p) adductus 1. q) augię 2. r) r. fert (fere?) i. 2. s) iustitinianę 2. t) conp. 2. u) gebidorum 2. v) *deest* 1. w) *post suppl.* 2. x) alboim 2. y) loharii 2. z) perneciem 1. *) sibi iunxit 2.

11) Concilium hoc anno demum 553. celebratum. USS.

Beda. cf. Iord. G. pontt. 550. Victor episcopus Capuanus[a], de huius anni pascha scribens, erroneos Victorii cyclos arguit. Hoc tempore Totila rex Gothorum iterum Romam obsessam et fame nimis obpressam[b] cępit, et quibusdam senatoribus Constantinopolim[c] fugientibus, securus Urbem possedit[d].

551. Hucusque Iordanis episcopus chronica sua de gestis Romanorum adbreviata perduxit. cf. P. D. I, 25. His temporibus in Affrica[e] Mauri per Iohannem patricium domiti sunt.

P. D. II, 1. 2. G. pontt. 552. Hoc tempore Iustinianus augustus Narsetem eunuchum, cartularium et cubicularium[f] suum, principem militiae fecit et in Italiam misit. Qui commissa pugna Dei gratia victor, Totilam regem occidit, et gentem Gothorum, auxiliantibus etiam Langobardis, in Italia[g] exterminavit. Per haec etiam[h] tempora cum Bucellinus comes cum sociis a Theodeberto rege Francorum dudum missus, per annos aliquot Italiam Siciliamque infestaret, et Romanum saepe exercitum Fred. IV, 50. superaret, tandem exercitus eius profluvio ventris attritus[i] et attenuatus, a Narsete pugna victus et profligatus, ipse dux occisus est. Nec multo post socius eius Ammingus dux cum reliquis Gothorum, quibus se iunxit, peremptus est.

G. Fr. c. 27. 553. Theodpaldus rex Francorum moritur, et regnum eius uxoremque Wanderadam Lotharius rex, patris eius Theodeberti patruus, accepit, qui iam 44. anno regnabat. Ipso anno Lodharius ipse Saxones rebellantes iuxta Wiseram fluvium magna caede domuit, et Thuringiam pervasam devastavit.

G. pontt. 554. Vigilius papa tandem impetrantibus[k] Romanis et Narsete de exilio relaxatus, cum Romam redire coepisset, in Sicilia morbo calculi tactus decessit; sed tamen Romam relatus[l], apud Sanctum Marcellum[m] via Salaria sepultus est. Pro quo ordinatus Pelagius papa 62us sedit annis 11, mensibus 10. Qui a populo Romano factionis contra Vigilium incusatus, celebratis una cum Narsete letaniis, apud Sanctum Petrum, ambone ascenso[n] euangelioque super caput suum posito, iuramento se crimine purgavit.

Greg. IV, 14. Fred. IV, 51. 555. Hoc tempore Saxones iterum Hlodhario[o] rebellantes, cum ab eo peterentur hostiliter, eique pro satisfactione dimidium rerum suarum offerrent, idque exercitus Francorum refutans, eo invito pugnam inisset[p], magna ab eis caede protritus, fugae praesidium petiit.

Fred. IV, 52. 556. His diebus Chramnus patri suo Hlodhario[o], annitente patruo Hildeberto, rebellans, regnum Francorum domestica[q] seditione[r] perturbat. Saxones factione Hildeberti in Francia[s] praedas egerunt. Hildebertus Remensem Campaniam populatur.

Beda h. e. III, 4. Fred. IV, 53. 557. In Brittannia Bridius rex Pictorum efficitur. Hildebertus[t] rex Francorum circa haec tempora moritur, et Parisius in basilica sancti Vincentii a se constructa sepelitur, regnumque eius Hlodharius[o] frater assumens, totam paterni regni monarchiam optinuit.

Greg. IV, 20. Fred. IV, 51. 558. Chramnus[u] patrem Hlodharium[o], quem multis malis offenderat, hoc tempore in Brittaniam[v] fugiens, insequente eo, ibidem cum Conobro rege pugna victus et captus, cum uxore et filiabus vivus incensus est. Quo etiam tempore Turonis basilica sancti Martini, rebellibus ad eam fugientibus, igne crematur.

Greg. IV, 20. c. 19. 559. Hlodharius[o] rex de sceleribus et peccatis suis poenitentiam agens, basilicam sancti Martini hoc tempore studiose reparans, stagno texit. Sanctus Medardus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum, et a Hlodhario[o] rege Francorum Suessionis magna cum gloria sepultus est.

Greg. IV, 22. G. Fr. c. 29. 560. Hlodharius[o] maior, filius Clodovei[w] magni, rex Francorum, anno regni 51° Compendii moritur, et Suessionis apud Sanctum Medardum sepelitur. Post quem quatuor filii eius, diviso regno, Sigibertus Mettis et Remis sedem habens, annis 14, Haribertus Parisius, Hilpericus Suessionis 25 annis, Guntrammus Aurelianis[x] et in Burgundia 23 annis regnavit.

Beda h. e. I, 25. II, 5. G. Fr. c. 30. 561. In Brittannia Edilbertus[y] rex Anglorum regnavit annis 56. Huni cum rege suo Chagano Gallias petentes, a Sigiberto rege pugna victi et humiliati, vix impetrata[z] pace, foedere pacto, redierunt.

562. Hilpericus[*] rex regnum fratris sui Sigiberti[a] et urbem Remensem invasit Campaniamque vastavit. Quo audito, Sigibertus[b] a Hunis reversus, econtra Suessionis urbem cępit[c], Theodebertum, filium Hilperici[*], ibidem captum in exilium misit, ipsumque Hilpericum[*] pugna victum fugavit, et civitates suas[d] recepit. Postea vero, accepto ab eo pacis sacramento, filium ei reddidit, pacemque cum eo firmavit.

563. Haribertus rex libidini deditus, cum, Ingoberga[e] uxore sua repudiata, duas ancillas germanas sibi in[f] matrimonio iunxisset, a sancto Germano Parisiorum episcopo excommunicatus, non multo post interiit. Quo etiam tempore c. 31. Sigibertus rex Brunam, quae et Brunihildis, filiam Athanagildi regis Gothorum, de Hispania uxorem accepit. Et secuto tempore Hilpericus[g], frater eius, Geilsuindam[h], sororem Brunae, coniugem accepit; quam postea suasu Fridegundis concubinae noctu strangulavit; cuius etiam astu[i] Audoveram reginam, commatrem[k] suam factam, repudiavit, et multa mala fecit.

Beda. P. D. II, 11. P. D. II, 4. 564. Constantinopoli Iustinianus imperator anno imperii 38. decessit. Pro quo Iustinus minor[l] annis 11 regnavit, homo iniquus[m] et avaritiae ultra modum deditus. His temporibus inmensa pestilentia et mortalitas totam Italiam, et maxime Liguriam, incredibiliter vastavit.

Beda h. e. III, 4. P. D. II, 3. II, 5. II, 11. II, 5. 565. Sanctus Columba presbiter et abbas de Hibernia veniens, Brittannis verbum Dei praedicat. His temporibus Narses patricius Sindwaldum regem, de reliquiis[n] Herulorum in Italia sibi rebellantem, pugna vicit, et captum alta trabe suspendit. Qui divitiis auctus, magnam a Romanis passus invidiam, apud augustum criminatus et[o] ad id adductus[p] est, ut relicta Roma in Campaniam subsecuti[q] secederet, eique Longinus[r] successor in Italiam mitteretur.

G. pontt. Beda. 566. Romae Iohannes tertius[s] papa 63us sedit annis fere 14. Qui aecclesiam Philippi et Iacobi apostolorum, quam decessor eius Pelagius coeperat, perfecit et dedicavit.

P. D. II, 5. 567. Narses eunuchus et patricius, qui Italiam a[t] Gothis aliisque hostibus liberaverat et multum pro re publica laboraverat, a Iustino augusto et Sophia uxore eius iniuriis lacessitus, Langobardos, qui in Pannoniis habitabant, ad vastandam et possidendam Italiam invitavit, missis eis de ubertate Italiae fructibus terrae atque muneribus. Multa prodigia, et praecipue igneae acies in caelo visae, sanguisque coruscans[u] Italiam terrent.

a) captianus 2. b) opp. 2. c) s. confingientibus 2. d) possidet 2. e) africa 1. f) cubibularium 1. cubilarium *corr.* cubicularium 2. g) italiā 2. h) *deest* 2. i) atritus 2. k) imperatoribus *eadem manu* ab *adscripto* 2. l) perlatus 2. m) macellum *corr.* marcellum 2. n) et *erasum* 2. o) lodhar. 2. p) pugnasset 2. q) *deest* 2. r) sedicione 2. s) frantia 1. t) hildibertus 2. u) Thramnus 2. v) brittaniam *corr.* brittanniam 1. w) chlodouei 1. x) aurelian' 2. y) edilpertus 2. z) impetrante 2. *) Helper. 2. a) sigoberti 2. b) sigebertus 2. c) coepit 2. d) sua 2. e) ingoberna 2. f) *deest* 2. g) helbericus 2. h) gielsuuindam 1. i) actu 2. k) cum matrem *corr.* comm. 2. l) *deest* 2. m) iniqus 2. n) reliquis 2. o) ex et 1. p) aductus ut 2. q) *ita* 1. 2. — *lege* subsecuto tempore. USS. r) longius *corr.* longinus 2. s) *deest* 2. t) et a 2. u) corruscans 2.

568. Langobardi rege Alboino mense Aprili Venetiam et[a] fines eius ingressi sunt; eamque, paucis civitatibus exceptis, captam subicientes, apud Aquilegiam seu Forum Iulii electam partem copiarum cum duce Gisulfo relinquentes, ad totam Italiam capiendam animos intendunt. Ingens hoc anno nix cecidit, et insolita[b] frugum copia subsecuta est. [P. D. II, 7. 9. — II, 10.]

569. Hoc tempore Huni rupta pace iterum Franciam[c] petentes, dolis instructi Sigibertum regem cum Francis acie victum fugant. Alboinus rex cum Langobardis Liguriam invasit, Mediolanum et alias plerasque urbes cępit, et circumquaque praedis[d] et incendiis[e] et caedibus furibundus, Papiam plus[f] triennio obsedit. [Greg. IV, 29. — P. D. II, 10. — P. D. II, 25. 26.]

570. Alboinus plerasque in Tuscia[g] citraque civitates, exceptis Roma Ravennaque et paucis castris, cępit[h]. Ingens[i] etiam fames post ubertatem Italiam, pestilentia attritam, invasit. Sanctus Vedastus episcopus decessit. [P. D. II, 26.]

571. Papienses cives, ultra resistere non valentes, regi[k] Alboino se tradunt. Qui civitatem ingressus, corruente et iacente intra portam equo suo, divinitus mitigatus, contra votum, quo omnes se puniturum minitabatur, civibus pepercit, et sedem ibi regni statuens, tres annos et 6 menses in Italia regnavit. Quo etiam tempore Narses patricius, cum e Campania Romam reversus[l] esset, non multo post mortuus, et in loculo plumbeo cum thesauris suis Constantinopolim relatus est. [P. D. II, 27. — ib. II, 11.]

572. Hoc tempore Hilpericus rex Chlodoveum filium suum hostiliter in regnum Sigiberti fratris sui misit. Qui cum iuxta Burdegalensem resideret urbem, Sigulfus dux ex parte Sigiberti super eum irruit, fugientemque cum tubis et bucinis vociferando, quasi cervum, Parisius usque, ubi pater eius fuerat, persequitur. [Greg. IV, 48.]

573. His diebus Hilpericus filium suum Theodebertum[m] item ad vastandum Sigiberti regnum trans Ligerim misit. Qui cum vastationibus crudelissime instaret, et civitates nonnullas cepisset, tandem cum ducibus Sigiberti pugna incaute conserta, decisus interiit. [ib.]

574. Alboinus rex Langobardorum apud Veronam insidiis Rosmodae coniugis suae a Helmichiso armigero suo peremptus est. Ipseque Helmichis[n] frustra regnum attemptans, cum ad mortem quaereretur, cum eadem Rosmoda coniuge sua et thesauris filiaque regia[o] Albsuinda[p] Ravennam fugit, ibique venenum ab ipsa acceptum ipsam quoque bibere cogens, cum ipsa pariter interiit. Sigibertus rex Francorum cum, suas ulciscens iniurias, fratris Hilperici[q] regnum invasisset, eumque contra vetitum sancti Germani Parisiorum episcopi mortifero odio fugientem persequeretur, missis dolo Fridegundis iam reginae[r] duobus adolescentibus, ab eis peremptus interiit, ipsique pariter exstincti sunt; et Brunihild uxor eius cum filio Hildeberto capta et custodiae mancipata est. Sed Hildebertus[s] puer clanculo a suis ereptus, et rex pro patre promotus, regnavit annis 23, rex admodum fortis et strennuus[t]. Huius soror Ingundis[u] Irminigildo[v] regi Gothorum, filio Levigildi[w], nupsit. [P. D. II, 28. 29. — G. Fr. c. 32. — cf. Greg. V, 39.]

575. Constantinopoli Iustinus imperator, post multa mala et cupiditates suas in amentiam versus, moritur. Pro quo Tiberius Constantinus, qui et ipso[x] mente capto palatium rexerat, regnavit annis 7, vir Deo devotus, et in elemosinis[y] pauperum omnium largissimus, atque in adquirendis facile divitiis omnium fortunatissimus. In Italia Clep Langobardorum rex, qui pro Alboino electus fuerat, cum anno et mense uno crudeliter regnasset, et multos Romanorum peremisset, a proprio servo suo interemptus est. Post quem Langobardi sine regibus per annos 10 sub ducibus militantes, pluribus per totam Italiam debachantur sceleribus, Burgundiamque, sicut sanctus[z] Hospitius reclusus praedixerat, ingressi, Amatum ducem Guntrammi regis pugna victum occidunt, et multa caede facta, praedis ditati, in Italiam revertuntur. [P. D. III, 11. — II, 31. 32. — III, 1. 3.]

576. Hoc tempore Meroveus, Hilperici filius, a patre contra Pictavos missus, et inde revertens, Brunihildem[*] accepit uxorem. A qua statim a patre separatus, cum suspectus haberetur, non multo post attonsus, et presbiter ordinari iussus est. Per idem tempus sanctus Germanus Parisiorum episcopus migravit ad Dominum. Circa hoc tempus Langobardi iterum Burgundiam ingressi, a Mummulo patricio Guntrammi, qui Amato successerat, circumventi, pluribus trucidatis et captis, vix refugerunt[a]. [G. Fr. c. 33. — P. D. III, 4.]

577. His diebus Helpericus[b] Clodoveum[c] filium suum et Desiderium ducem contra fratrem suum Guntrammum transmisit. Sed a Mummulo patricio Guntrammi pugna victi, terga verterunt. Hoc item tempore Saxones, qui cum Alboino Italiam intraverant, Gallias invadunt; sed a Mummulo caesi et humiliati, impetrata pace redeunt; et post annum item patriam repetere volentes, Gallias petunt, viso Mummulo territi, auro se redimunt, postremo a Suevis, qui locum eorum possederant, pugna victi et pene deleti sunt. [Greg. V, 13. — P. D. III, 5. 6.]

578. Romae Benedictus papa 64us sedit annis 4, mensibus 2. A quo beatus Gregorius de monasterio ablatus, et diaconus ordinatus, Constantinopolimque apocrisiarius missus, Euthicium[d] eiusdem urbis episcopum in fide resurrectionis errasse, Tiberio augusto praesente, convicit. Ubi etiam egregium opus moralia in Iob, venientibus ad eum monachis suis, scribere conpulsus est. Hoc tempore Guntrammus rex[12] Dracolenum ducem, superbe sibi vincula minitantem, pugna victum occidit. [G. pontt. — P. D. III, 13. — Beda — Greg. V, 26.]

579. Hilpericus rex Francorum inauditis exactionibus populum suum et descriptionibus afflixit; sed exactor eius occisus, et pittatia census incensa sunt. Magna aquarum inundatio et illuvies, fulmina et terrae motus, et prodigia sequens[e] pestilentia Gallias aliasque provintias afflixere. Tres filii Hilperici desenteria[f] periere, quartus ab ipso in custodia positus, molimine novercae Fridegundis cultro fixus interiit. In Hispaniis Levigildus, rex Gothorum Arrianus, instigante Goesinda uxore, catholicos persequitur. His diebus magnae Langobardorum copiae cum tribus ducibus Galliam ingressae, diversis modis et praeliis a Mummulo attritae, vix tandem in Italiam refugerunt[g]. [ib. V, 29. — c. 34. — Fred. IV, 81. — ib. 82. — P. D. III, 8.]

580. Cometa die paschae[h] visa. Suessionis caelum ardere visum est. Parisius sanguis de nubibus fluxit. Pestilentia et mortalitas ingens facta. Levigildus rex Herminigildum filium catholicum cum exercitu persequitur. Rodinus dux Hildeberti, pius et religiosus, obiit. [Fred. IV, 87. — ib. 88.]

581. Hoc tempore exercitus Tiberii imperatoris missus Persas potenter superavit, et inter innumerabilem praedae copiam 20 elephantos imperatori reddit. Ipse imperator cum Italia et ipsa Roma bello[i] Langobardorum, pestilentia et insuper fame graviter laboraret, naves frumento onustas Romam misit, et annonae copiam populo subministravit. [P. D. III, 12. — III, 11.]

a) et f. e. *desunt* 2. b) insecuta f. c. multa et insolita 2. c) frantiam 2. *saepius*. d) predis *corr.* prediis 2. e) et i. *desunt* 1. f) p' (post) triennio *corr.* triennium 2. g) tuscię 2. h) coepit 2. i) In 2. k) rege *corr.* regi 2. l) reuessus *corr.* reuersus 2. m) theobertum 2. n) helmechis 2. o) *deest* 2. p) albsuuinda 1. q) help. 2. r) regina 1. 2. s) hildepertus 2. t) strenuus 1. u) ungundis 2. v) irmingildo 1. w) leuilgildi 2. x) ipso m. capto *post corr.* ipse m. capta 2. y) elym. 2. z) *deest* 2. *) brunnihildem 2. a) fugierunt 2. b) *ita* 1. 2. *hoc loco*. c) chlod. 2. d) eutichium 2. e) seqres 2. f) desinteria *corr.* dissinteria 2. g) refugierunt 2. h) pascę 1. i) *deest* 2.

12) non Guntramnus rex, sed Guntramnus Boso. BOUQUET.

P. D. III, 15. G. pontt. 582. Constantinopoli[a] Tiberius imperator omni laude dignissimus, morbo tactus, filiam suam et imperium Mauricio[b] tradidit, et ipse ex hac vita feliciter discessit. Pro quo idem Mauricius[c] genere Capadocus regnavit annis 21. Romae Pelagius secundus[d] papa 65us sedit annis 10, mensibus 2. Hic templum sancti Petri tabulis argenteis deauratis texit, domum suam xenodochium fecit, basilicam sancti Laurentii construxit, et sepulchrum[e] eius tabulis argenteis ornavit.

P. D. III, 17. 583. Hildebertus rex Francorum cum hoc tempore 50 milia solidos auri a Mauricio imperatore accepisset, quatinus Langobardos ex Italia pelleret, valido cum exercitu Italiam petiit. Sed Langobardis petentibus et munera offerentibus[f], pacem cum eis pactumque confirmans, sine bello rediit, Mauricioque[g] pecuniam repetenti nec responsum reddidit[h].

Fred. chr. 1. ib. 2. 584. Guntrammus rex in suburbano Cavillonensi summo studio monasterium sancti Marcelli construens, ad exemplum Agaunensis instituit. Gundoaldus quidam cum auxilio Mummuli et Desiderii regnum affectans, contra Guntrammum tyrannidem invasit. Sed a ducibus eius Leudisclo[i] et Egilano fugatus, cum latebram Cambanis urbe foveret, a Bosone de rupe praecipitatus interiit.

G. Fr. 35. 36. Fred. 3. 585. Hilperico rege Francorum post multa scelera et mala sua insidiis perempto, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepulto, Lotharius puer, filius eius, a Guntrammo rege patruo suo baptizari iussus, et de sacro fonte susceptus, inque regno patris sublimatus, regente matre Fridegunde et Landerico maiore domus, regnavit annis 45. Mummulus patricius reus maiestatis convictus, iussu Guntrammi regis interficitur, et thesauri eius in fisciam rediguntur.

P. D. III, 16. Beda. Fred. 5. 586. In Italia Langobardi post 10 annos, quibus duces praeerant, Autharium Flavum, Clephonis[k] filium, regem statuunt. Qui bellica clarus virtute, regnavit annis 6. Qui inter alia Brexillam urbem diruit, et totam pene Italiam secuto tempore bello peragravit. Levigildus, rex Gothorum in Hispania Arrianus, Herminigildum[l] regem filium suum die sancto paschae[m] 18. Kal. Mai securi iussit interfici. Guntrammus rex exercitum in Hispanias misit, qui infirmatus statim redit.

Fred. 5. 6. Beda. 587. Leudisclus a Guntrammo patricius promovetur. Magna aquarum inundatio facta. Globus igneus scintillans et quasi rugiens de caelo in terram cecidit. In Hispania Levigildus rex Gothorum moritur, et Richaredus filius eius rex pro eo efficitur. Qui instante Leandro Hispolitano episcopo, a quo frater eius Herminigildus conversus fuerat[n], cum tota gente Gothorum non multo post ad catholicam fidem convertitur.

Fred. 7. 8. Conc. Tol. III. Fred. 9. 588. Guntrammus et Hildebertus reges inter se pacem et pactum mutuo confirmant, regnumque Guntrammi post obitum eius Hildeberto[o] promittitur. Nonnulli principum et ducum Hildeberti[o], coniurationis contra eum convicti, puniti sunt. In Hispania[p] heresis Arriana[q] destructa, et sinodus Toletana collecta est industria Leandri praesulis et Richaredi regis. Cesara regina, uxor Aunulfi regis Persarum, Constantinopolim dissimulato nomine regio profuga veniens, se baptizari impetravit. Postea a marito inventa, ipsum quoque[r] cum multis et gente sua Antiochiam[s] venientem baptizari et christianitatem aggredi effecit.

Fred. 10. P. D. III, 27. 589. Exercitus Guntrammi ad Hispanias missus, neglegentia Bosonis ducis graviter a Gothis trucidatus est. Hoc tempore Hildebertus rex sororem suam, quam Authario regi Langobardorum promiserat, regi Gothorum, qui nuper catholicus factus fuerat, in matrimonium tradidit.

Fred. 11. P. D. III, 28. 590. Tunica domini Salvatoris a Simone[t] quodam Iudeo, tormentis coacto, monstrata, a Gregorio[u] Antiocheno, Iohanne Constantinopolitano[v] et Thoma Hierosolimitano et aliis episcopis multis, ieiunio triduano celebrato, in archa[w] marmorea in oppido Zaphad[13] inventa, summo cum honore Hierosolimam allata est. Inter Francos et Brittannos[x] pugna commissa est. Hoc quoque tempore Hildebertus peticione Maximi imperatoris iterum Langobardos in Italia cum exercitu petiit. Sed victo ab Authario rege caesoque graviter exercitu suo, cum paucis rediit.

P. D. II, 29. II, 30. 591. His diebus rex Langobardorum Theodelindam, filiam Garibaldi regis Baioariorum, pulchram[y], prudentem et piam, accepit uxorem. Quo tempore magnus Francorum exercitus cum 20 ducibus a Hildeberto[o] rege contra Langobardos missus, diversis casibus praecipue morbo afflictus, parumque hostibus intra munitiones septis nocere praevalens, parvo effectu, fame afflictus, aegre tandem revertitur.

P. D. III, 23. G. pontt. P. D. III, 34. *cf. Fred. P. D. IV, 1. 592. Inmensa pluviarum inundatio et inluvies facta, ingensque mortalitas subsecuta est. In qua primo Pelagius papa, dein innumeri catervatim exstincti[z] sunt. Et beatus Gregorius, tunc Romanae[*] aecclesiae archidiaconus, constitutis letaniis, et plaga cessante, papa 66us ordinatus, doctrina et actibus cunctis merito praeferendus apostolicis, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10. Qui statim inter alia bona[a] librum pastoralem egregio edidit stilo. Hic quoque super corpus beati Petri ciborium fecit, et missas celebrare instituit; itemque sancti Pauli similiter. In Italia cum Autharius rex ad Francos pro[b] pace petenda misisset, veneno, ut aiunt, mortuus est; et Theodlinda, regina eius vidua, Agonem[*] ducem, qui et Agilolfus, maritum et regem elegit. Qui rex Langobardorum factus, regnavit annis 22. Langobardi pacem cum Francis peragunt.

Fred. Beda h. e. I, 34. P. D. IV, 2. 593. Guntrammus rex Burgundiae, in omni bonitate praecipuus, anno regni 33. 5. Kal. Aprilis obiit, et in monasterio sancti Marcelli a se[c] constructo sepultus est, regnumque Hildebertus[o], fratris eius Sigiberti filius, accepit, et post[d] eum 4 annis tenuit. In Brittannia Edilfridus rex super Anglorum partem constitutus est. Siccitas magna et fames facta est, et insolita locustarum magnarum multitudo.

Fred. P. D. IV, 2. 594. Quintrio[e], dux Gallicae Campaniae, regnum Lotharii regis, filii Hilperici, hostiliter ingressus, ab ipso Lothario cruenta utrimque pugna victus aufugit. Item locustarum multitudo frugibus nocuit.

Beda. Fred. P. D. IV, 7. 595. Gregorius papa sinodum 24 episcoporum pro utilitate aecclesiae ad Sanctum Petrum colligit[f] indictione 14. Franci et Brittanni[g] gravi utrimque caede pugna confligunt. His diebus Tassilo rex Baioariorum a Hildeberto[o] constituitur. Qui mox, Sclavis superatis, magnam exinde praedam deportavit.

Beda h. e. III, 4. Bedae chr. Fred. 596. Sanctus Columba, presbiter et abba, post multa miracula in insula Hii iuxta Hiberniam migravit ad Dominum[h] anno aetatis 73. Hoc tempore beatus papa Gregorius, missis doctoribus Augustino, Mellito, Iohanne, et aliis servis Dei, Anglorum genti in Brittannia verbum vitae praedicare iussit, eamque cooperante Dei gratia ad fidem Christi per eosdem convertit. Cometa et multa signa apparuerunt[i] in caelo. Exercitus Hildeberti Varnos rebellantes pugna victos pene delevit.

a) Constantinopolī 2. b) mauritio *saepius* 2. c) mauritio *hoc loco etiam* 1. d) sed̄ 2. e) sepulcrum 1. f) petentibus 2. g) *ita* 1. 2. h) dedit 1. i) leucliselo 2. k) elephonis 1. 2. l) Herminigildum — (*a.* 587.) Gothorum moritur *desunt* 2. m) pascae 1. n) fuerit *corr.* fuerat 2. o) hildib. 2. p) hispaniis 2. q) *deest* 1. *adest* 2. 3. r) ipsumque 2. s) anthiochiam 1. antichiam 2. t) symeone 2. u) agregio 2. v) constantinopolo 2. w) arca 2. x) britannios *corr.* britannos 2. y) pulcram 1. z) exstincti *corr.* extincti 2. *) rome 2. a) multa 2. b) pace pro p. 2. c) a se *desunt* 2. d) et IIII. post eum annos 2. e) Vuintrio 2. f) collegit 1. g) britanni 2. h) xpm̄ 2. i) in c. apparent 2.

13) Aliis Saphad, quae nunc est Iafa, olim Ioppe. USS.

597. Hildebertus rex Francorum fortis et strennuus[a], filius Sigiberti, 23. regni anno, aetatis vero 25. veneno, ut aiunt, a coniuge accepto moritur. Pro quo duo filii eius, Theodebertus[b] in Austrifrantia annis 17 et Theodericus in Burgundia cum avia Brunihilde[c] 18 annis regnaverunt. Ipsoque anno Fridegundis cum filio Hlothario[d] regnum eorum invasit, et eos cum exercitu resistentes gravi caede protritos fugavit. P. D. IV, 12. Fred.

598. Fridegundis regina, mater Hlotharii[d] regis, moritur. His temporibus cum Romanus patricius aliquot urbes a Langobardis[e] dudum captas ut tum[f] deditione recepisset[g], idque Agilolfus rex ultum ire molitus, Italiae ipsique Romae infesto cum exercitu immineret[h], studio sancti papae Gregorii et suffragio Theodelindae religiosae reginae pax utrimque effecta est. Fred. P. D. IV, 8.

599. Quintrio[i] dux instigante Brunihilde[k] peremptus est. Per haec tempora Agilolfus rex nonnullos duces Langobardorum sibi rebelles, alios occidit, alios aliis modis perdomuit. Ipse etiam perpetuam cum Theoderico rege Francorum pacem fecit. Circa haec etiam tempora monasterium sancti Benedicti in castro Cassino situm, fugientibus ex[l] eo monachis, a Langobardis omnino destructum et desolatum est. Fred. P. D. IV, 11. IV, 18.

600. Gregorius papa Lundunae[m] et Eboraci episcopos in Brittannia, misso pallio, metropolitanos esse decernit indictione 4. Clades glandolaria Massiliam[n] aliasque partium illarum civitates et[o] Italiam graviter attrivit. In lacu Dunensi aqua repente bulliens et fervens magnam piscium partem decoxit. Warinharius[p] maior domus Theoderici, omni substantia sua distributa, obiit. Beda. Fred.

601. Brunihildis de regno Theodeberti ob scelera sua depulsa, a quodam paupere sola inventa, et ad Theodericum regem, ut rogabat, perducta, benigneque suscepta, eidem pauperi episcopatum Autisiodorensem[q] impetravit.

602. Mauricius imperator Focam, rei publicae utilem, principem militiae faciens, eumque cum exercitu mittens[r], de Persis et aliis nonnullis gentibus triumphavit. Globi ignei et alia signa in caelo visa. Theodebertus et Theodericus fratres, ingenti pugna Lothario rege superato, et exercitu eius trucidato atque fugato, regnum eius diripiunt et[s] inter se dividunt, modica tantum parte illi, id est 12 comitatibus iuxta litus oceani, cum pacto pacis relictis. cf. P. D. II, 27. Fred.

603. Constantinopoli[t] Focas victor de Persis reversus, Mauricium[u] imperatorem, peccata sua in praesenti, ut ipse semper orasse fertur, exsolventem, turpiter interfecit, et ipse imperium arripiens, 8 annis tenuit. Egilan[v] dux, Brunihilde instigante, sine causa, propter divitias tantum suas, occisus est. Theodebertus et Theodericus misso exercitu Wascones victos subiciunt. Corpus sancti Victoris martyris[w], qui cum beato Urso Solodori passus est, apud Genvensem urbem divina revelatione in loculo argenteo invenitur, et multis miraculis declaratur. Filius Agilolfi regis Adaloaldus[x] baptizatur, et a servo Dei Secundo Tridentino episcopo de fonte suscipitur. cf. H. m. Beda. Fred. P. D. IV, 26.

604. In Brittannia Edilfridus rex Anglorum Edanum regem Scottorum, insulam petentem, forti profligato exercitu pugna, vicit. Etherius Lugdunensis[y] episcopus obiit, eique Secundinus successit, ipsique Arridius. Agilolfus rex Cremonam et Mantuam[z] captas diruit[*], aliasque urbes et provintias vastavit; et Romani[a], reddita illi, quae prius capta ab cis[b] erat, filia eius, pacem ab eo ad tempus acceperunt. Bed. II, 34. Fred. P. D. IV, 29.

605. Beatus papa Gregorius et doctor sanctissimus migravit ad Dominum[c] indictione 8. Post quem cessante episcopatu mensibus plus 5, Fabianus[15] papa 67us ordinatus sedit anno 1, mensibus 5. Et post hunc item cessavit episcopatus anno ferme uno, quia[16] de Constantinopoli legatio imperialis expectabatur[d]. Et hoc[e] anno sinodus nefaria Cavillonis[f] congregata, et beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus, machinante Brunihilde[g], quia scelera eius arguebat, depositus et exilio deputatus, et in locum eius Domnusus[h] subrogatus est. Sol obscuratus est. Hiems[i] nimis saeva magnam vinearum partem perdidit. P. D. IV, 30. G. pontt. Fred.

606. Fames Romae facta. Et pax cum Langobardis in annum unum pro 12 milibus solidorum condita est. Protadius, qui cum Brunihilde[k] inter alios plures concubuerat, ipsa[l] moliente dux effectus est. Hlotharii[m] exercitus contra pactum regnum Theoderici invasit, et Berhtoaldum[n] maiorem domus, virum strennuum[o] et pium, fugatum[p] Aurelianis[q] obsedit. Filius Agilolfi Adaloaldus coram patre[r] rex a Langobardis electus, et desponsata ei filia Theodeberti, pax perpetua cum Francis facta est. Mense Aprili et Maio cometa visa est. P. D. IV, 33. Fred. P. D. IV, 31. IV, 33.

607. Theodericus exercitum Lotharii pugna inita victum fugavit. In qua tamen Berhtoaldus[s] maior domus audatius inter hostes progressus occubuit. Pro quo Protadius molimine Brunihildis[t] promovetur. Theodebertus et Lotharius cum exercitibus collectis hostiliter convenirent, facta invicem pace digressi sunt. Theodericus, instigante Brunihilde[t] et Protadio, contra fratrem Theodebertum arma movit. Cumque infestis exercitibus concurrere pararent, caeterisque pacem suadentibus solus obsisteret Protadius, eo impetu militum in tentorio regis trucidato, fratres ab invicem facta pace discedunt. Fred.

608. Romae Bonifacius tertius[u] papa 68us sedit mensibus fere 9. Post[v] quem item cessavit episcopatus mensibus 10. Hic, quia Constantinopolitana aecclesia primam se scribebat, apud Focam augustum obtinuit, ut Romana aecclesia omnium caput aecclesiarum decerneretur. Hic quoque sinodum 72 episcoporum Romae collegit. In regno Theoderici Claudius, vir prudens et pius, pro Protadio efficitur maior domus. G. pontt. Fred.

609. Romae Bonifacius quartus papa 69us sedit annis 6, mensibus 8. Et post hunc episcopatus cessavit mensibus fere[w] 7. Hic apud Focam augustum templum omnium idolorum, quod Pantheon vocabatur, optinuit, et in honore sanctae[x] Mariae et omnium sanctorum dedicavit 3. Idus Mai, et sanctae Mariae ad Martyres[y] illud appellavit, festivitatemque omnium sanctorum Kal. Nov. celebrari constituit. Cuius tempore fames et pestilentiae et inundatio aquarum inmensa acciderunt. Uncilenus dux ob mortem Protadii, instigante Brunihilde[t], a Theoderico[z] pede truncatus et facultatibus spoliatus; itemque Volfus patricius[*] occisus est. Ipse Theodericus Ermenbergam de Hispaniis, filiam Betterici regis Gothorum, coniugem sibi adductam, eiusdem Brunihildis[a] suasu, ne honor suus vilesceret timentis, non uxorem accepit; sed repudiatam et expoliatam[b] post annum remisit. Beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus de exilio revocatus, factione Brunihildis[a] et Theoderici et Aridii Lugdunensis lapidatus et martyrio coronatus, plurimis[c] post mortem claruit miraculis. G. pontt. cf. P. D. IV, 37. G. pontt. Fred.

a) strenuus 1. b) thelebertus 2. c) brunnihilde 2. d) lothar. 2. e) long. 2. f) *ita* 1. 2. g) recepsset 1. h) inm. 1. i) Vuintrio 2. k) brunnihilde 2. l) ex eo m. *desunt* 2. m) lindunę 1. n) massaliamque 2. o) *deest* 2. p) Uuarinaharius *corr.* Uuarinharius 2. q) autisidorensem 2. r) mitens 2. s) et i. s. d. *desunt* 2. t) constantinopolī 2. u) mauritium 2. v) Engilan 2. w) martiris 1. x) adololdus 2. y) lugdunsis archiep. 2. z) maniuam 2. *) diripuit 2. a) romano 2. b) ab e. *desunt* 1. c) xpm 2. d) exsp. 2. e) Ex anno 2. f) cauillanis 1. g) brunnihilde 2. h) *alia manu corr.:* dionisius 2. i) Hiemps n. s. v. m. perdidit 2. k) brunnih. 2. l) ipse 2. i. m. *desunt* 1. m) loth. 2. n) berthoaldum 2. o) strenuum 1. p) fugauit 2. q) aurelianus *corr.* aurelianis 2. r) *deest* 2. s) berth. 2. t) brunnih. 2. u) tercius 2. v) Post — (*a.* 609.) mensibus VIII. *desunt* 2. w) *deest* 1. *adest* 2. 3. x) s. m. *desunt* 1. y) martires 1. z) a th. *desunt* 2. *) patritius 1. *hoc loco.* a) brunnih. 2. b) exp. *superscripto* s 2. c) miraculis p. m. c. pl. 2.

15) Ita pro *Sabinianus* cat. pontt. Hannoveranus, ap. Eccardum T. II. 16) Haec in G. pontt. non leguntur.

Fred. P. D. IV, 37.
610. Bettericus[a] rex Gothorum, aliis tribus regibus auxilio sibi ascitis[b], contra Theodericum bellum parat. His temporibus Persae bello furentes, multas provintias[c] Romanis abstulerunt. Inter quas ipsam Hierosolimam auferentes et loca sancta destruentes, inter alia ornamenta et thesauros aecclesiarum crucem dominicam abstulerunt.

P. D. I. I. cf. Vita S. Columb. Fred.
611. Eraclianus, qui Africae praeerat, Focae augusto rebellans, et cum exercitu veniens, regno eum vitaque[d] privavit, et filium Heraclium[e] imperatorem promovit. Qui accepto imperio regnavit annis 26. Beatus abbas Columbanus, qui cum discipulis suis sancto Gallo aliisque temporibus Sigiberti regis de Hibernia veniens, Luxoviense coenobium, multis coruscans[f] virtutibus, construebat, cum saepe Theodericum pro sceleribus suis et maxime adulteriis increpans, ad legitimum hortaretur[g] coniugium, molimine Brunihildis[h], reginas[i] ambitiose execrantis, iussu Theoderici regis exinde pulsus, sanctum ibi Eustasium pro se reliquit abbatem.

Beda h. e. III, 3. cf. Vita S. Columb. Fred.
612. Circa haec tempora beatus Augustinus, Anglorum apostolus et[k] archiepiscopus et doctor mirificus, migravit ad Dominum[l]. Sanctus Columbanus de Luxovio propulsus, ad Hlotharium[m] regem, inde ad Theodebertum venit, eoque optionem manendi[n] in regno suo dante, tandem in Alamannia Brigantium venit, ibique triennio mansit. Contentione inter Theodebertum et Theodericum de regno exorta, Theodebertus Alsatiam violenter accepit. Alamanni Aventicum pagum et Ultraiuranum petentes, victores cum praeda reversi sunt. Theodebertus coniugem suam peremit et aliam duxit.

Fred. c. 33. c. 37. P. D. IV, 38.
613. In Hispania mortuo Betterico[o], Sisebodus rex Gothorum factus est, vir fortis et pius, qui saepe Romanis militibus congressus victor pepercit, et captis plerisque urbibus, regnum Gothorum in[p] Hispaniis nobiliter ampliavit. Theodericus contra fratrem Theodebertum bellum parans, Hlotharium[m] regem, patruelem suum, promissa quadam provintia ab auxilio eius avocare satagit[q]. Circa haec tempora Huni, qui et Avares, Venetiam petunt, et[r] Gisulfum[t] ducem Foriiulianum pugnam cum suis conserentem interimunt, et totam provintiam ferro, igne praedaque vastantes, ipsum Forum Iulii, a Romhilda Gisulfi vidua proditum, evertunt, et depopulata provintia[u] redeunt.

H. m. Fred. cf. Vit. S. Col. cf. Vita S. Galli.
614. Eraclius imperator Constantinum filium imperii consortem fecit. Theodericus et Theodebertus cum infestis exercitibus apud Tulense[v] territorium forti pugna confligunt, et magna utrimque caede patrata, Theodebertus victus Coloniam aufugit. Quem cum Theodericus odio, et insuper venerabilis viri Leunisii Mogontiacensis[w] episcopi instigatione[x] persequeretur, ille, denuo collectis undique viribus, apud Tulbiacum occurrens conflixit. Et inmensa hominum strage facta, iterum victus fugit. Theodericus vero Coloniam ingressus, thesauros eius ac regnum rapuit, filiumque eius parvulum necari iussit, et ipsum comprehensum ac detonsum Cavillonis misit, nec multo post suspectum habens, instigante Brunihilde[y] occidi praecepit. Quibus diebus beatus Columbanus de Brigantio pulsus, febricitantem Gallum[z] ibi reliquit, ipseque in Italiam veniens, et benigne ab Agilolfo rege et Theodelinda[*] susceptus, coenobium Bobiense construxit. *Sanctus quoque Gallus solitudinem cellae suae incolere coepit.*

Fred. *G. Fr.
615. Theodericus contra Hlotharium[a] arma parans, profluvio ventris, et, *ut quidam aiunt*[*], fraude Brunihildis[b] veneno, Mettis interiit, et Sigibertus, ex concubina[c] filius eius, a Brunihilde[y] et principibus rex pro eo factus est. Nec multo post Hlotharius[a] rex regnum eius invasit anno regni sui 30.

Beda h. e. II, 5. P. D. IV, 43. Fred.
616. In Brittannia[d] Edilbertus, primus Anglorum regum christianus, anno regni 56. obiit. Pro quo Eatpolt regnavit annis 24. *Hoc tempore Ysidorus Hispalensis episcopus clarus in Hispaniis habetur. Qui huiusque temporum adbreviationem perduxit, et multa egregia opuscula edidit.* In Italia Agilolfus rex Langobardorum moritur. Pro quo filius Adaloaldus[e] cum matre Theodelinda regnavit annis 10. Apud Francos Sigibertus rex, cum contra Hlotharium[f] exercitum collegisset, a suis desertus, et ab hostibus captus, una cum fratribus iussu Lotharii peremptus est. A quo etiam ipsa Brunihildis[g] indomitis equis alligari iussa, et ab eis discerpta, digna tandem morte periit, et Hlotharius[f] monarchiam regni[h] accepit.

G. pontt. Beda h. e. II, 5.
617. Romae Deusdedit papa 70us sedit annis 3, mense fere 1. Qui clerum et sacerdotes dilexit, eisque sumptus auxit. Cuius tempore Eleutherius patricius Ravennam veniens, Iohannis patricii peremptores occidit. Item Neapoli et in[i] aliis locis tyrannis occisis, pacem Italiae reddidit. In Brittannia[k] Ediwinus, occiso Edilfrido, et filiis eius in Hiberniam fugatis, regnum illius per annos 17[l] egregie rexit.

G. pontt. H. m.
618. Terrae motus magnus factus est, et clades scabiosa subsecuta populum foeda morte attrivit, ita ut mortui non possent agnosci. Hierosolima inter alias Palestinae urbes a Chosdroe rege Persarum capta, et crux dominica in Persidem[m] abducta est.

Fred.
619. Hlotharius[f] rex Warnharium, cui aliquantum infensus erat, suffragantibus multis in gratiam recipiens, in principatu maiorum domus confirmavit.

G. pontt. Beda h. e. II, 7. cf. Bedae chron.
620. Romae Bonifacius quintus papa 71us sedit annis 5, vir valde mitis et pius. Eleutherius patricius tyrannidem et regnum affectans in Italia, a[n] militibus peremptus est, et caput[o] eius Constantinopolim missum. In Brittannia[p] defuncto sancto archiepiscopo Laurentio, Mellitus[q] successit. Magundat magus, genere Persa, ad fidem Christi conversus et Anastasius dictus, Hierosolimis mirae sanctitatis monachus effectus est.

Fred.
621. Hlotharius[r] rex, acceptis amplis muneribus, Langobardis petentibus, 12000[s] solidorum auri, quos annuatim pro invasa quondam Burgundia Francis persolvebant sub nomine tributi, quibusdam consiliantibus, dimisit.

622. Berhtrudis[t] regina, uxor Lotharii regis, ipsi et omnibus pro pietatis et morum excellentia nimium amabilis, obiit.

623. *His temporibus beatus Attala, et post hunc Bertolfus, Bobienses abbates, in Alamannia quoque beatissimus Gallus, virtutibus claruerunt.*

Beda h. e. II, 8. Fred. cf. G. Fr.
624. In Brittannia[p] defuncto Mellito[q] archiepiscopo, Iustus substitutus est. Qui sequenti anno beatum Paulinum ordinans episcopum, Anglis illis, qui adhuc pagani erant, praedicatorem et doctorem misit. Hlotharius[r] rex Francorum anno regni sui 39º Dagobertum filium consortem fecit, et beato viro Arnolfo[u] Pippinoque duci commendatum, ad regendum Austrifranciae[v] dirigit regnum.

G. pontt.
625. Romae Honorius papa 72us sedit annis 13. Qui multis bonis studens, aecclesias plures adornavit, renovavit, exstruxit. Fecit basilicam sanctae Agnetis via Numentana. Item sancti Apollinaris in porticu sancti Petri. Item sancti

a) Cetericus *corr.* Betericus 2. b) asscitis bellum c. th. apparat 2. c) prouincias auferunt 2. d) itaque 1. *corr.* uitaque 2. e) eraclium 2. f) corruscans 2. g) adhortaretur 2. h) brunnih. 2. i) reginae *littera* e *adrasa* 2. k) *deest* 2. l) xpm. 2. m) loth. 2. n) *deest* 2. o) beterico 2. p) in H. *desunt* 1. q) sategit 2. r) et — interimunt *desunt* 1. t) gisuffulsum *corr.* gisulfum 2. u) provincia 1. *qui sibi non constat.* v) tulaense 2. w) mogoncianensis 2. x) instigante persequitur 2. y) brunnihilde 1. 2. z) i. g. 2. *) theodlinda 1. theolinda *corr.* theodelinda 2. a) loth. 2. b) brunnih. 2. c) concubitu *corr.* concubina 2. d) britannia 2. e) adalcaldus 2. f) loth. 2. g) brunnih. 1. 2. h) archi 2. i) aliis in 2. k) britannia eduedus 2. l) XVI. 2. m) perside 2. n) *deest* 2. o) capud 2. p) britannia 2. q) melit. 2. r) Loth. 2. s) XII. 2. t) Gertrudis 2. u) arnulfo 2. v) astri francorum (rancorum *rec. manu in loco exeso*) 2.

Quiriaci[a] via Ostiensi. Item quatuor Coronatorum. Item sancti Severini Tyburtina urbe. Item sancti Pancratii[b] via Aurelia. Item sanctae Luciae. Item sancti Adriani. Et alia multa laudabilia patravit. (G. pontt.)

626. Samo quidam Francus negotiator, dum cum aliis ad Sclavos venisset, eisque contra Hunos, qui et Avares, bellum moventes fortissime pugnans adiuvasset, ipsi victoriam nacti[c], super se regem illum eligunt. Ubi multis clarus victoriis, 35 annis feliciter regnum tenuit. Hic ibi 12 uxores, et ex eis filios 22 filiasque 15 accepit. In Italia Adaloaldus[d] rex Langobardorum cum in amentiam[e] Greci cuiusdam legati malefico unguento versus, nonnullos principum peremisset, depositus de regno, nec multo[f] post veneno extinctus est. Post quem Harialdus rex factus, annis 7 regnavit. Hic Gundabergam[g], filiam Agilolfi, habuit uxorem. (Fred.)

627. In Brittannia[h] Edwinus rex Anglorum a Paulino episcopo conversus, cum gente sua baptizatur anno adventus Anglorum in Brittanniam[i] circiter 180. Discordia inter Hlotharium[k] regem et filium eius Dagobertum incępta[l], beato Arnolfo[m] aliisque principibus mediantibus, sedatur. (Beda h. e. II, 9. 14. Fred.)

628. Beatus Anastasius monachus multa pro Christo tormenta passus, tandem in Perside a rege Chosdroe cum aliis 70 strangulatus martyrium complevit. Ipso anno Eraclius imperator Persidem petiit, victoque et occiso Chosdroe, cum infinita praeda crucem dominicam triumphans Hierosolimam revexit. Apud Francos Warnharius maior domus moritur, et Godinus, filius eius, novercam suam uxorem accipiens, Lothario persequente per diversa fugitans, postremo peremptus est. (Beda. H. m. Fred.)

629. Hlotharius[k] rex Francorum[n] magnum de toto regno suo Clippiaci habuit conventum. Ubi magna dissensio et tumultus exortus, vix tandem studio regis sedatur.

630. Hlotharius[k], rex Francorum fortis pius et religiosus, anno regni 45. defunctus, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepultus est. Cuius regnum Dagobertus filius accipiens, cum iam 6 annis regnaret, 10 annis postea rexit, modica tantum[o] parte iuxta Wascones et Pireneum fratri Hariberto[p] concessa.

631. Dagobertus rex sancto Arnolfo[q] Metense episcopo et Pippino duce maiore domus Chunibertoque Coloniense archiepiscopo utens consiliariis, nimio amore iusticiae flagravit, et rex per omnia laudabilis extitit. Postea vero propria secutus consilia, multum[r] ad deteriora defluere coepit, uxoreque Gomatruda repudiata, Nanthildem[s] quandam de monasterio[17] puellam accepit uxorem.

632. Heribertus[t] regulus, frater Dagoberti, Wasconiam invadens, suo eam regno adiecit. Dagobertus ex quadam concubina Sigibertum filium genuit. Pax perpetua inter Eraclium imperatorem et Dagobertum, legatis[u] mediantibus, pacta est. Et peticione imperatoris, qui imperium suum a gente circumcisa vastandum praecognoverat, Iudei multi in regno Francorum, sicut et alibi in Romano imperio, profligati sunt. Nec multo post secutis temporibus crudelissima gens Saracenorum, et ipsa circumcisa, multas provincias inundans[v] vastavit, et Romanum exercitnm crebris praeliis trucidatum vehementer attrivit.

633. In Brittannia[w] Edwinus[x], rex Anglorum pacificus et pius, a Ceadwalda et Penda paganis regibus victus et peremptus est. Post cuius mortem filii Edilfridi de Scottis reversi, regnum[y] quondam patris sui arripiunt. E quibus duo a fide Christi, quam apud Scottos didicerant, apostatantes, intra unum annum pereunt. Apud Francos Heribertus regulus, frater Dagoberti, moritur, et regnum eius ac thesauros Dagobertus, frater eius[z], accepit. Tres exercitus a Dagoberto contra Samonem et Sclavos diversis partibus missi, unus Francorum victus, duo Suevorum et Langobardorum victores redierunt. (Beda h. e. II. 20. III, 1. Fred.)

634. Calamitosus iste annus fuit Anglis, tam regum apostasia et perditione, quam barbarica et crudeli, quam a Ceadwalda pertulerant, vastatione. Sed statim Oswald, tertius filius Edilfridi christianissimus, paucis collectis, in Domino confisus, et adorata, quam erexerat, lignea cruce, audacter cum Ceadwalda[*] pugnam iniit; eoque victo, provincia et fratribus vindicatis, paternum regnum 8 annis plenus pietate nobiliter rexit. Samo cum Sclavis Turingiam[a] vastat. Saxones Sclavis se resistere pollicentes, tributo 500 vaccarum, quas[b] Francis annuatim solvebant, a Dagoberto absolvuntur. In Italia mortuo Harialdo[c] rege Langobardorum, Rotharius a Gundeberga maritus assumptus, et rex electus, regnavit annis 13. (Beda h. e. IV, 1. 2. 9. Fred. c. 74. P. D. IV, 44. cf. Fr. c. 70.)

635. Per haec tempora, cum Sergius[d] Constantinopolitanus, innitente[e] Cyro[f] Alexandrino, heresim acephalorum instaurans, unam in Christo divinitatis et humanitatis voluntatem et operationem dogmatizasset ipsumque imperatorem seduxisset, ab apostolica sede damnatus[g] est. Sclavis cum Samone Turingiam[a] et confines pagos incursantibus, Dagobertus filium suum parvulum Sigibertum Pippino[h] et Adalgiso ducibus et Chuniberto archiepiscopo Coloniensi commendatum, Austrifranciae regem fecit, eique sedem Mettis dedit, principibusque[i], ut terminos regni orientalis deinceps tuerentur, persuasit. (Beda. Fred.)

636. Dagoberto regi Clodoveus seu Hludowicus filius ex Nanthilde regina nascitur; cui non multo post regnum suum occidentale destinavit et confirmavit. Ratolfus dux Thuringiae Sclavis saepe congrediens, victor eos fugabat; unde elatus, ut regi suo rebellare temptaret, sensim animos attollebat.

637. Constantinopoli Eraclius imperator, a Sergio Constantinopolitano episcopo in heresim, ut aiunt, prius inductus, moritur. Pro quo filius eius Eraclonas[k] cum matre Martina annis 2 imperat. Per haec tempora Rotharius rex Langobardorum, quamvis Arrianus, iustitiae tamen amator, leges Langobardorum scripsit. Ipse etiam nonnullas Romanorum urbes cępit, et Ravennatibus[l] pugna confligens, 8 ex eis milia occidit, reliquosque fugavit. (cf. H. m. Beda. P. D. IV, 44. 47.)

638. Romae defuncto papa Honorio, cessavit sedes apostolica annum 1, menses 7, dies 14, quia Constantinopoli auctoritas imperialis morte principum nutabat[18]. Quo tempore Lateranensis thesaurus a Mauricio chartulario et Hisatio patricio exarcho Italiae direptus et distractus est. Wascones rebellare temptantes[m], misso a Dagoberto exercitu, perdomiti sunt. Brittonum rex ad Dagobertum veniens, humiliter ei satisfecit, et pace impetrata rediit. (G. pontt. Fred.)

639. Constantinopoli mortuo Eraclona imperatore, frater eius Constantinus regnavit mensibus 6. In Brittannia Eadbald rex Cantuariorum Anglorum decessit, eique filius Erchanbertus successit annis 25. Wascones a Dagoberto pro rebellione sua veniam precantur et impetrant. (Beda chr. h. e. III, 2. Fred.)

640. Constantinopoli post mortem Constantini[n] imperatoris filius ipsius Constantinus, qui et Constans, regnavit annis (Beda.)

a) quirini uia ostensi 2. b) pancracii 2. c) macti 2. d) acaldus *superscripto* al 2. e) cum manentiam 2. f) multum 2. g) gundaberdam f. agilulfi 2. h) britannia eduxnus 2. i) britann. 2. k) loth. 2. l) incoepta 2. m) arnulfo 2. n) *deest* 1. o) tandem 2. p) heriberto 2. q) arnulfo 2. *ubi manus saec. XIII. in marg. add.:* alius liber habet sic: Huius sancti Arnolfi Metensis episcopi pater fuit Arnorfus, vir illustris, filius Ansberti et Behthildis filie regis Lotharii, filii Chlothovei regis Francorum primi christiani, a sancto Remigio baptizati. r) multa 2. s) mahthildem 2. t) *ita* 1. 2. u) legantis 1. v) *deest* 2. w) britann. 2. x) educnus 2. y) q. r. 2. z) *deest* 1. *) caedvualda 2. a) turingam 2. b) quam 2. c) harioldo 2. d) serginus 2. e) imminente 2. f) ciro 1. g) dampn. 2. h) pipino 1. i) que *deest* 2. k) eraclinas 2. l) reuenn. 2. m) temptates 2. n) constantin:: 1.

17) Fredegarius cap. 58. *de ministerio*, aulae scilicet, seu reginae. USS. 18) Haec Herimannus de suo adiecisse videtur; sed Honorium triennio fere ante Heraclium obiisse, iam Ussermann annotavit.

[G. pontt.] 28. Romae Severinus papa 73us sedit mensibus[a] 2, diebus 4, vir sanctus, mitis et pius; post quem cessavit episcopatus mensibus 5. [Fred.] Dagobertus rex anno regni 16. moritur, et in suburbano Parisiaco in[b] monasterio sancti Dionisii, summo studio a se constructo, ornato et ditato[c] et ad institutionem Agaunensis monasterii ordinato, sepelitur. Cum quo pariter regni Francorum virtus et dignitas collapsa, paulatim deficiebat, et pro eo duo filii eius Sigibertus et Ludowicus[d] regnum patris optinuerunt.

[G. pontt.] 641. Romae Iohannes quartus papa 74us sedit anno 1, mensibus fere 10. Qui, missa multa pecunia[e], multos captivos in Histria et Dalmatia a barbaris redemit, et basilicam sanctorum martyrum Venantii, Anastasii et Mauri construxit et ornavit. [Fred.] Ludowicus seu Clodoveus[f] infans, regnante matre Nanthilde[g], regno occidentali praeponitur. In Hispania Sentila[h] rex Gothorum moritur, pro quo Tolga puer regnum accepit. Quo non post multum deposito et detonso, Chintasindus regnum assumens, superbiam Gothorum[i], trucidatis primoribus, nimis humiliavit.

[G. pontt.] 642. Romae Theodorus papa 75us sedit annis 6, mensibus fere 6. Hic corpora sanctorum Primi et Feliciani levavit et in basilica sancti Stephani protomartyris sepelivit, aecclesiam sancti Valentini via Flaminia[k], oratorium sancti Sebastiani[l] Lateranis, oratorium sancti Eupli ante portam sancti Pauli fecit, et inter alia bona constans in fide hereticos damnavit[m]. [Beda h.e. III,9.14.] In Brittannia Oswald, rex Anglorum piissimus, pro patria contra Pendanum, regem Merciorum paganum, pugnans occubuit, et plurimis post mortem miraculis claruit. Pro quo frater eius Oswi regnavit annis 28[n].

[G. pontt.] 643. Hoc tempore Mauricius chartularius tyrannidem affectans, missis ab Hisatio[o] patricio militibus, Romae comprehensus et abductus, iuxta Ravennam decollatus est. Nec multo post ipse Hisatius[p] morte apud Ravennam periit, et pro eo Theodorus Italiae exarchos ab imperatore missus est. [Fred.] Ega, maior domus Ludowici, vir strennuus[q] et religiosus, obiit. Post quem Erchonaldus[r], item[s] vir laudabilis, maior domus efficitur.

[Beda III,14.] 644. Sanctus Paulinus, Eboracensis episcopus et doctor Anglorum, anno episcopatus 20. migravit ad Dominum[t] 6. Id. Octob. [Fred.] Pippinus[u], maior domus et dux Sigiberti, iusticiae et pietatis amator eximius, obiit. Post quem filius eius Grimoaldus maior domus effectus est.

[Beda.] 645. Hoc tempore Pyrrus[v] Constantinopolitanus[w], Sergii et in sede et in heresi successor, cum a Theodoro papa dudum damnatus ex Affrica[x] Romam venisset, et fictam poenitentiam satisfactionemque simulasset, benigne susceptus et reconciliatus est. Postea vero domum reversus, et errorem repetens, denuo ab ipso papa depositus, damnatus et anathematizatus est.

[Gen. Karol. Vita Gerdr.] 646. His temporibus beata virgo Gerdrudis, filia Pippini[u], soror Grimoaldi maiorum[y] domus, Nivalensis coenobii mater, virtutibus claruit. Huius soror Begga, et ipsa femina religiosa, Ansgiso, sancti Arnolfi[z] filio, nupsit, cui etiam Pippinum[*] iuniorem peperit.

[G. pontt.] 647. His temporibus cum Paulus Constantinopolitanus, Pyrri[a] successor, heresim non solum non dimitteret sed augmentaret, ipsumque imperatorem cum aliis seduceret, nec a domno papa ammonitus et increpatus resipisceret, et ipse identidem[b] damnatus est. [P. D. IV, 49.] In Italia mortuo Rothario[c] rege Langobardorum, Radoaldus filius eius regnavit annis 5.

[Fred. c. 81.] 648. His Constantis imperatoris temporibus gens Saracenorum crudelissima Palestinam, ipsamque Hierosolimam[d], utramque Aegyptum[e], Alexandriam urbem, et magnam Affricae[f] partem, aliasque plures provincias Romani imperii vastavit atque diripuit.

[G. pontt.] 649. Romae Martinus papa 76us sedit annis 6, mensibus fere 2. Quo tempore Paulus Constantinopolitanus, ipso imperatore Constante seducto, legatos apostolicae sedis, se pro heresi arguentes, carceribus, exiliis et diversis modis afflixit, catholicisque, ubicumque potuit, non modicam persecutionem concitavit.

650. Martinus papa indictione 9. sinodum Romae 105 episcoporum colligit, in qua Cyrum, Sergium, Pyrrum[g], Paulum cum sequacibus[h] erroris condemnat.

[Beda III, 14.] 651. In Brittannia[i] Oswi[k] rex pius ab Oswi rege pugna fugatus, ad quendam suorum, cui fidem habebat, venit. A quo statim proditus, ab Oswi rege cognato interfici iussus est. Ipso anno beatus Aidanus Scottigena, episcopus et doctor Anglorum, 2. Kal. Septemb. decessit. [P. D. IV, 50.] In Italia mortuo Radoaldo rege Langobardorum, Haribertus, filius Gundoaldi fratris Theotlindae[l] reginae, regnavit annis 9.

[G. pontt.] 652. Hoc tempore Olimpius exarchus a Constante imperatore in Italiam missus, cum domnum papam et ceteros in fide catholica unanimes depravare eisque nocere non posset, frustraque ipsi papae, divinitus protecto, insidias paravisset, cum eo tandem pacificatus, collecto exercitu Siciliam contra Saracenos ingreditur. Ubi victo caesoque ab ipsis exercitu Romano, taedio morboque confectus moritur[m].

[Beda III, 20.] 653. In Brittannia[n] Honorius Anglorum archiepiscopus obiit. Pro quo Deusdedit annis 10 praefuit.

[ib. 21. G. pontt.] 654. In Brittannia[n] mediterranei[o] Angli ad fidem Christi conversi sunt. Beatus papa Martinus iussu Constantis heretici imperatoris a Theodoro[p] exarcho, ad hoc misso, Romae in basilica Salvatoris quae Constantiniana dicitur comprehensus, et Constantinopolim adductus, cum flecti nullatenus posset, exilio in Cersonam[q] damnatus est.

655. Martinus papa in exilio migravit[r] ad Dominum, ibique sepultus multis postea miraculis claruit. Pro quo Romae Eugenius papa 77us ordinatus sedit annis 2, mensibus fere 10, vir benignus[s], mitis et pius. [Beda III, 24.] In Brittannia[t] Pendan, rex Merciorum paganus, ab Oswi rege, sancti Oswaldi fratre, pugna victus interiit. Et gens[u] Merciorum Christi fidem accepit.

[G. pontt.] 656. Petrus Constantinopolitanus, quasi satisfaciens pro fide sua, misit Romam sinodicam epistolam valde obscuram et dubiam, sed a domno papa et aecclesia Romana non est accepta.

657. Romae Eugenio papa defuncto, cessavit episcopatus mensibus[v] 2.

658. Romae Vitalianus papa 78us sedit annis 14, mensibus 6. Qui litteris ex more Constantinopolim missis, in sede confirmatus, aecclesiam Romanam insigniter rexit.

[Beda III, 24. G. pontt.] 659. In Brittannia[w] Vulfhere, filius Pendani, rex Merciorum effectus, regnavit annis 17. Constantinus, qui et Constans, imperator sancto Petro donaria preciosa Romam misit.

a) menibus 1. b) *deest* 2. c) dedicato 2. d) ludouuigus *superscripto* c 2. e) peccunia 2. f) chlod. 2. g) mahthilde 2. h) seutila 2. *corr. ut videtur* sentila 1. i) gothorum 2. k) flamia 2. l) petri 2. m) dampn. 2. *saepius.* n) *In* 2. *manus saec. XIII. addit:* Hoc tempore beatus Emmerammus Pictavie preerat episcopus. o) hisacio 2. p) hisacius 2. q) strenuus 1. r) erchomaldus 2. s) *deest* 2. t) xpm 2. u) Pipin. 1. v) pirrus 1. w) constantinopolus 2. x) africa 1. y) maior 2. z) arnulfi 2. *) pipin. 1. a) pirri 1. b) identilē 2. c) lothario 2. d) i. romam et h. 2. e) egiptum 1. f) africae 1. g) pyrrhum 2. h) sequentibus erroris *corr.* erroneis 2. i) britannia *iam* 1. k) osuuin 2. l) theolindę 2. m) 2. *addit saec. XIII. manu:* Hiis diebus passus est beatus Emmerammus in Baioaria. n) britannia 1. o) *ita* 4. 4b. mediterrone 1. 2. p) theodore 2. q) cerscanum 2. r) ad d. m. 2. s) *add. sed del.* et 2. t) britannia l. brinnia *corr.* britannia 2. u) gen' 2. v) mensebus 2. w) britannia 1. 2.

660. In Italia defuncto Hariberto rege Langobardorum, duo filii eius Godabertus et Perhtarihc[a] regnum inter se dividebant, Godabertus Tycini et Pertharihc[a] Mediolani regnum statuentes. Sed non multo post factione pravorum odio infando alterutrum regno pellere cupientes, dissentiunt; et Godabertus, misso Gunbaldo[b] duce perfidissimo, Grimoaldum virum strennuum[c], qui iam 25 annos dux[d] Beneventi erat, auxilio sibi contra fratrem ascivit[e]. Qui ab ipso Gunbaldo[b] instigatus, Godabertum occidit, et Pertharihc[f] ipso terrore fugatus, ad Hunos secessit post unum annum et 3 menses regni sui, Grimoaldusque, arrepto Langobardorum regno, annis 9 strennue[g] regnavit. (P. D. IV, 53.)

661. Hoc tempore Pertharihc[f], dudum rex Langobardorum, cum de exilio reversus Grimoaldi regis gratiam petisset, benigneque susceptus esset, factione pravorum proxima nocte ab ipso rege observari iussus est, sequenti die perimendus. Sed astu[h], immo fide, Hunoldi amici sui et cuiusdam fidelis vestiarii sui eductus[i] ex urbe Ticinensi, ad Francos confugit, ibique latuit. Hac etiam tempestate Francorum exercitus Italiam ingressus, cum in castris Grimoaldi regis, simulata[k] ab ipso fuga relictis, epularetur, ipso irruente ad internitionem[l] deletus est. (V, 2. 3. — V, 5.)

662. Constantinus, qui et Constans, imperator Italiam contra Langobardos petiit, et aliquot oppidis[m] eorum captis, Rumoaldum ducem, filium Grimoaldi regis, apud Beneventum obsedit. Sed adventante cum exercitu Grimoaldo territus, Neapolim repetit, magnaque exercitus sui parte duce Saburro cum Rumoaldo pugna confligente et victa trucidataque, nihil contra Langobardos profecit. (V, 6—10.)

663. Constantinus imperator Romam venit, et a Vitaliano[n] papa honorifice susceptus, toto exercitu cum cereis aecclesiam intrante, beato Petro pallium auro textile optulit[o]. Et actis ibi 12 diebus, cuncta pene Urbis ornamenta abstulit. Inter quae etiam tegulas[p] aereas, quibus basilica sanctae Mariae ad Martyres, quae[q] Pantheon antiquitus vocabatur, tecta fuerat, diripiens, in Siciliam praemisit, ipseque, suis in Italia depraedatis, ipsam insulam 7. indictione intravit, ibique quinquennio, multa infamis avaritia et nequitia, mansit. (V, 11.)

664. Eclipsis[r] solis 5. Non. Mai facta est[s] hora quasi decima, 7[s] indictione. In Brittannia[t] conventu ab Anglis et Scottis acto, questio de pascha ventilata, et Scotti a Wilfrido presbitero racionabiliter victi sunt. Saeva lues et pestilentia Brittanniam[t] et Hiberniam nimium vastat. Deusdedit archiepiscopus Anglorum obiit. Ceidla et Wilfridus Nordanumbrorum episcopi ordinantur. (Beda chr. h. e. III, 25. ib. 27. ib. 28.)

665. In Brittannia[t] Erchanberto rege Cantuariorum mortuo, Egibertus filius eius regnavit annis 9. Angli ad Vitalianum papam pro episcopo et doctore postulatum Romam mittunt. His diebus apud Francos Clodoveus seu Hludowicus[u], rex iners et infamis, filius Dagoberti, frater Sigiberti, cum Parisius manens brachium sancti Dionisii martyris[v] auferre ausus esset, in amentiam versus est. (ib. IV, 1. G. Fr. c. 44.)

666. Hoc tempore cum Lupus dux Foroiulianus[w] regi Grimoaldo rebellaret, Huni, qui et Avares, ab ipso rege invitati Venetiam petunt, et ter pugna victi, quartoque certamine victores, ipso Lupo cum suis occiso, provinciam vastant, donec arte Grimoaldi territi, tandem redire coacti sunt. (P. D. V, 18—21.)

667. Circa hoc tempus Sclavi de Carunto, quod Carantanum[x] dicimus[y], cum exercitu Venetiam vastantes, duce Nuectario[z] cum 25 suorum super eos irruente, pauci ex quinque milibus effugere vix potuere. (V, 22. 23.)

668. In Sicilia Constantinus imperator, qui et Constans, post multas exactiones et depraedationes per provincias actas, tandem a suis in balneo occisus interiit indictione 12. Post quem Mezetius[*] imperium ibi arripiens, ab Italico exercitu cum complicibus suis peremptus est. Et Constantinus, filius Constantis, Constantinopoli imperator factus regnavit annis 17, imperator sane catholicus et pius. Hoc anno Theodorus archiepiscopus a Vitaliano papa ordinatus[a] et cum Adriano abbate ad Anglos missus, multis et verbo profuit et exemplo. Apud Francos mortuo Clodoveo seu Ludowico rege infami, filius eius Hlotharius[b] puer regnavit annis 4. (V, 11. 12. Bedae chr. h. e. IV, 1. G. Fr. c. 44.)

669. Saraceni, qui iam multis depopulatis provinciis Aegyptum[c] tenebant, Siciliam hoc tempore invadentes, magnas hominum strages faciunt, et depraedata insula, hisque quae Constans imperator ibi collegerat ablatis, Alexandriam redeunt. (P. D. V, 13.)

670. In Brittannia[t] Oswi rex Anglorum, frater sancti[d] Oswaldi, obiit. Pro quo Egfridus[e] regnavit 15 annis. In Italia mortuo Grimoaldo Langobardorum[f] rege, Pertherihc[g] de exilio reversus, regnum paternum magno Langobardorum[h] favore recepit, et per annos 17 magna pietate insignis optinuit. (Beda IV, 5. P. D. V, 33.)

671. Per haec tempora in Italia[i] regnum Langobardorum[h] Pertherihc[k] adeptus, summa pace et probitate regebat. His temporibus Childericus[l], frater Lotharii regis, filius Ludowici, cum ad Austrifranciae regnum vocatus[m], leviter in eo et crudeliter ageret, a Francis una cum uxore et filiis trucidatur. (G. Fr. c. 45.)

672. Romae Vitaliano papa indictione 15. defuncto, post 2 menses Adeodatus papa 79[us] sedit annis 4, mensibus 2, vir valde mitis et pius. Qui et[n] aecclesias renovavit et ornavit, et aedificia nova construxit. Apud Francos post Hlotharium[o] puerum frater eius Theodericus regnavit annis 19. Sub quo Ebroinus maior domus tyrannidem exercuit. (G. pontt. G. Fr. c. 45.)

673. In Brittannia[t] Egberto Cantuariorum rege mortuo, frater eius Luthere regnavit annis 11, mensibus 4. Quo anno Theodorus archiepiscopus Anglorum sinodum utilem collegit. (Beda h. e. IV, 5.)

674. Circa haec tempora Alachis dux Tridentinus, de comite quodam Norico victoria nacta elatus, adversus Pertharich[p] regem suum rebellabat; sed per Chunibertum[q] regis filium saepius reconciliatus et honoribus auctus est. (P. D. V, 36.)

675. In Brittannia[t] Vulfhere rex Merciorum obiit. Pro quo frater eius[r] Edilred 35 annis regnavit. Qui sequente anno Cantiam vastavit. (Beda h. e. III, 24. IV, 12.)

676. Romae defuncto Adeodato, post menses $4\frac{1}{2}$[s] Donus papa 80.[u] sedit anno uno, mensibus 5. Qui inter alia bona studia porticum sancti Petri marmore stravit. Qua aestate inmensa vis tonitruorum et pluviarum homines afflixit; et legumina, quae[v] propter pluviam[w] colligi non poterant, quibusdam in locis renata et ad maturitatem reducta sunt. Cometa per 3 menses visa, et magna hominum pestilentia in oriente subsecuta est.[w] (G. pontt.)

677. In Italia Pertarich[x] rex Langobardorum Chunibertum[q] filium suum regni consortem fecit. Cum quo 10 postea annis regnavit. Aecclesia Ravennas, quae[y] autocephaliam sibi usurpans a Romana desciverat, Dono papae denuo se subiecit. (P. D. V, 35. G. pontt.)

a) pertharich 2. b) ganbaldo 2. c) strenuum 1. d) b. dux 2. e) asciuit 2. f) pertarich 2. g) strenue 1. h) arte 2. i) e. est ex u. (et *post add.*) ad 2. k) ab i. s. 2. l) internetionem 1. m) opidis 1. n) uitalio 2. o) obt. 2. p) regulas 1. 2. q) quam 2. r) Eclypsin 2. s) *deest* 2. t) britann. 1. u) ludouuicus 2. v) *deest* 1. w) fora iulianus 2. x) carentanum 1. y) dns *corr.* dr 2. z) nectario 2. *) mezecius 1.
a) ordinat 1. b) hlętharius 1. letharius *ut videtur corr.* lotharius 2. c) egiptum 1. d) *deest* 2. e) egilfridus 2. f) longabandorum 2. g) *ita* 1. perterihc 2. h) longabardorum 2. i) italiam 2. k) pertarich 2. l) *ita* 1. Per haec tempora hildebertus lotharii regis filius . ludouuici 2. m) leuiter uocatus. crudeliter in eo agitaret 2. n) *deest* 2. o) letharium 2. p) pertarich 2. q) cunib. 2. r) *deest* 2. s) s̄ (sanctus) 2. u) *deest* 2. v) q̊ 2. w) *deest* 2. x) *ita* 1. 2. y) quam 2.

G. pontt. 678. Romae defuncto Dono, post 2 menses Agatho papa 81us ordinatus, sedit annis 2, mensibus 6, vir mansuetus et benignus. Beda h. e. IV, 12. Wilfridus Anglorum episcopus ab Egberto rege sede sua pulsus, multos in peregrinatione sua ad Dominum praedicando convertit.

G. pontt. 679. Constantinus augustus legationem Romam misit, et ut pro confutandis hereticis synodus apostolica auctoritate Constantinopoli fieret, postulavit. Agatho papa sinodum 120 episcoporum Romae collegit, et hereticos unam in Christo operationem dogmatizantes damnavit.

G. pontt. 680. Eclipsis[a] lunae et magna mortalitas Romae per aestivos menses facta. Agatho papa legatos Constantinopolim misit indictione 9. Qui honorifice ab augusto suscepti atque tractati, sextae synodo[b] universali 150 episcoporum praefuerunt, et convictos[c] rationabiliter hereticos, unam in Christo voluntatem et operationem asserentes, damnaverunt. Beda IV, 17. Theodorus archiepiscopus Anglorum item sinodum collegit.

G. pontt. 681. Constantinopoli sexta sinodus 150 episcoporum indictione 9. mense Febr. acta, et Macharius Antiochenus[d] sequacesque erroris damnati sunt. Quibus damnatis, subito plurimae aranearum telae in basilica coram omnibus ceciderant, hereticas videlicet nugas deiectas esse portendentes. Agatho papa decessit[e].

682. Romae defuncto Agatho papa, cessavit episcopatus anno 1, mensibus 7.

683. Romae Leo secundus papa 82us sedit mensibus fere 11[f], vir per omnia eruditissimus, eloquentissimus atque piissimus; qui aliquot aecclesias renovans dedicavit atque ornavit, sua decreta fecit, et plurima egregie scripsit, docuit atque constituit. Hoc anno 16. die Aprilis in parasceue tota pene nocte luna eclipsin passa. Egfridus rex Anglorum, misso exercitu, Hiberniam insulam sine causa crudeliter vastat. Beda h. e. IV, 26. 27. Sanctus Cudbertus Lindiufarnensis[g] aecclesiae episcopus ordinatur, qui plurimis Brittanniam[h] virtutibus[i] decorabat.

G. pontt. 684. Romae defuncto Leone, cessavit episcopatus anno fere 1. Post quem Benedictus secundus papa 83us sedit mensibus 10, vir doctus et omnibus pius et beneficus, aecclesias restaurans et exornans, et bona iugiter studia sectans. Cometae apparent, et mons Campaniae Bobius[19] ultra modum flammas eructans, circumposita exussit. In Brittannia[h] Beda IV, 26. Egfridus rex, cum dissuadente sancto Cudberto Pictos incaute[k] bello peteret, ab ipsis victus et peremptus interiit. Pro quo Aldfridus, rex pius et prudens, regnavit annis 19.

G. pontt. 685. Romae post pascha defuncto Benedicto, exactis plus duobus mensibus, Iohannes quintus papa 84us sedit anno uno, vir item eruditus et discretus. Qui prius archidiaconus, legatus in 6. sinodo apostolicae sedis fuerat. Constantinopoli Constantino imperatore defuncto, filius eius Iustinianus regnavit annis 10. Qui heresi pollutus, orthodoxis[l] fuit infensus et pravus. Hic etiam cum Sarracenis, provincias plures devastantibus, data eis multa pecunia, pacem in decennium condixit. Beda IV, 26. In[m] Brittannia[h] Luthere rex Cantuariorum interiit.

G. pontt. 686. Romae defuncto Iohanne, post 3 menses Conon papa 85us ordinatus sedit mensibus 11, vir provectae aetatis, summae innocentiae sanctaeque simplicitatis. Qui, dissentiente in duorum presbiterorum electione clero et populo, tercius postremo[n] ab utrisque electus est. Beda V, 2. In Brittannia[h] sanctus Iohannes Hagustaldensis aecclesiae episcopus ordinatus multis claruit virtutibus.

G. pontt. 687. Romae defuncto Conone, exactis fere 3[o] mensibus, Sergius papa 86us sedit annis 13, mensibus fere 9. Hic quoque, dissentientibus in duorum electione partibus, tercius Deo volente electus est. Qui in fide catholica fortis, persecutionem ab augusto Iustiniano passus est, et aecclesias multas construxit, renovavit et exornavit atque[p] ditavit; vir videlicet sanctus et omnibus bonis intentus. P. D. V, 37. In[q] Italia defuncto Pertharicho rege Langobardorum, Cunibertus, filius eius, rex strennuus mitis et bonus, regnavit annis 12.

Beda V, 7. 688. Ceadwald[r], rex occidentalium Saxonum, ad fidem Christi conversus Romam venit, et in sabbato sancto paschae[s] a Sergio papa baptizatus et Petrus vocatus, inibi in albis defunctus, ab ipso papa summo honore tumulatus et epitaphio[t] decoratus est. G. Fr. c. 48. Ann. Fuld. In regno Francorum Pippinus[u], filius Ansgisi filii sancti Arnolfi, Theodericum regem, filium[v] Ludowici, in Testricio pugna vicit, et potestatem regni Francorum adeptus, dux et maior domus regnavit annis 27½[w], interim tamen Ludowico, Hildiberto et Dagoberto regale nomen, non dignitatem, habentibus.

P. D. V, 38. 689. Circa hoc tempus in Italia Alachis dux tyrannidem invasit, et Papia occupata, regeque Cuniberto in insula Comacina, quia copia militum impar erat, se communiente, cunctos, et maxime clericos, crudelis insequitur.

Beda V, 8. 690. Theodorus, venerabilis Anglorum archiepiscopus, anno adventus sui in Brittanniam[h] 23. aetatis vero 88. decessit. Qui inter alia bona librum poenitentialem magna discretione[x] conscripsit.

G. Fr. c. 49. 691. Apud Francos Theodericus rex anno regni 19.[y] moritur. Pro quo filius eius Ludowicus puer, a Pippino[z] et Francis rex solo nomine factus, regnavit annis 2.

P. D. V, 39—41. 692. Hoc tempore Cunibertus rex Langobardorum, recepto Dei gratia regno, votis omnium pugna victo et perempto Alachiso tyranno, optata suis deinceps pace regnavit.

G. Fr. l. l. 693. Apud Francos post Ludowicum frater eius Hildibertus[*] regis nomen adeptus, regnavit annis 17.[a]

Beda V, 11. 694. His diebus duo Angli presbiteri, niger et albus Hewald, studio[b] divini[c] verbi accensi, dum Saxonibus praedicarent, a quibusdam rusticis martyrio coronati, et divinis miraculis declarati, a Pipino[d] Coloniae tumulati sunt.

P. D. VI, 31. 32. 12. 695. Constantinopoli Iustinianus imperator hereticus a Leone et Tiberio aliisque coniuratoribus iniuriis affectus, abscisis naribus regno pulsus, exul in Pontum secessit; et Leo arreptum[e] imperium annis 3 optinuit. Bed. chr. Vir sanctus Wilibrordus a Sergio papa archiepiscopus ordinatus, et Clemens vocatus, genti Fresonum[f] verbum vitae praedicans, plurimis saluti fuit.

h. e. V, 13. 696. In Brittannia[g] provincia Nordanumbrorum[g*] quidam Truthelinus e[i] corpore raptus, et horrendis iocundisque[k] visis, vitae redditus, districtissimam et sanctam deinceps duxit vitam. Bed. chr. Hoc[l] tempore Sergius papa, Domino revelante, capsam cum portione dominicae crucis invenit.

697. In Brittannia[h] sanctus Cudbertus, ex anachoreta episcopus, post multas virtutes migravit ad Dominum[m]; cuius h. e. V, 24. vitam Beda[n] presbiter et prosa et exametris versibus edidit. Ipso anno Ostric regina a[o] suis perempta est.

a) Eclypsis 1. b) sinodo 2. c) uictos 2. d) antiocenus 2. e) A. p. d. *desunt* 1. *adsunt* 2. 3. f) XII. 2. g) *ita* 3. linduf. 1. linduifarn. 2. h) britann. 1. i) v. suis 2. k) in bello incaute p. 2. l) ortodoxis 2. m) In — interiit *desunt* 2. n) *deest* 2. o) IIIbus fere 2. p) a. d. *desunt* 2. q) *reliqua desunt* 2. r) Deaduual 2. s) pascę 1. t) ephitaphio 1. epithaphio 2. u) pipinus 1. v) *deest* 2. w) *signum* ς (½) *et reliqua anni huius desunt* 2. x) discrectione 2. y) XVIII. 2. z) pipino 1. *) hildeb. 2. a) XVI. 2. b) studi 1. c) v. d. 2. d) *ita* 1. 2. e) areptum 2. f) frosenum 2. g) britann. 1. 2. g*) nordanudrorum 2. i) *deest* 1. k) iucundisque 2. l) *reliqua desunt* 2. m) xpm 2. n) pbr beda 2. o) a s. *desunt* 2.

19) i. e. Vesuvius.

698. Constantinopoli Tiberius imperium invadens, Leonem imperatorem 7 annis, quibus ipse post hinc[a] regnabat, in carcere tenuit. P. D. VI, 13.

699. Hoc tempore sinodus Aquilegiensis facta, et quidam, qui concilium quintum universale noluerant recipere, a Sergio papa correcti sunt. VI, 11.

5 700. In Italia Cunibertus, rex Langobardorum[b] fortis et pius, moriens, filio parvulo Liutperto regnum reliquit, eique tutorem Asprandum, virum prudentem et strennuum[c], dedit. Sed post 8 menses Taginbertus dux, Gotaberti dudum regis filius, Liutperto[d] cum suis pugna victo, regnum sibi usurpavit; sed eodem anno mortuus est. Cuius[e] filius Haribertus susceptum a patre regnum 12 fere annis optinuit. Qui denuo Liutpertum cum suis pugna vicit, fugavit, cepit atque peremit. VI, 17 — 19.

10 701. Romae defuncto Sergio, Iohannes sextus papa 87us sedit annis[f] 3, mensibus 2. G. pontt.

702. In Italia his diebus cum Haribertus[g], reliquis inimicis victis et subactis, Asprandum infestus sequeretur, ille viribus impar, primo Ravennam[h], inde ad Theodebertum Baioariae ducem confugit, ibique 9 annis mansit. P. D. VI, 21.

703. B e d a p r e s b i t e r A n g l u s, v i r d o c t u s, u s q u e h u c c h r o n i c a m i n o r i s l i b r i d e t e m p o r i b u s p e r d u x i t. Hoc tempore cum Gisulfus dux Beneventi Campaniam vastaret, et captivos abduceret, eique nullus resi-15 stereti[i], a Iohanne papa, pacem postulante, donaria accipiens, captivos reddidit pacemque fecit. G. pontt. P. D. VI, 27.

704. In Brittannia[k] Edilred rex Merciorum regnum suum Coenredo tradidit, et ipse factus est monachus. Beda V, 17. 20.

705. Constantinopoli Iustinianus imperator auxilio Terbelli regis Vulgarorum[l] imperium recipiens, Leonem et Tiberium[m], imperii pervasores, cum aliis multis occidit, Gallicinum patriarcham excaecatum Romam misit, et in loco eius Cyrum abbatem, qui se in Ponto exulem aluerat, promovit. D e[n] h o c i m p e r a t o r e f e r t u r, quod quotiens 20 de truncis naribus profluum terserit, pene tociens aliquem de inimicis suis perimi iusserit. Romae Iohannes VII. papa 88us sedit annis 2, mensibus fere 8, vir facundus et eruditus. In[o] Brittannia[k] Aldfridus rex Nordanumbrorum, vir pius et prudens, obiit, et pro eo filius eius Osredus annis 11 regnavit. Sanctus Heddi[p], episcopus occidentalium Saxonum, obiit; pro quo Danihel[q] et Aldhelmus episcopi facti sunt. P. D. VI, 31. VI, 32. G. pontt. Beda V, 19.

706. Iohannes papa oratorium sanctae Mariae ad Sanctum Petrum construxit et ornavit, et plures ad aecclesias 25 ornatus impendit. G. pontt.

707. Hoc tempore Haribertus rex Langobardorum[r] possessionem Alpium Cottiarum, dudum a Langobardis[s] captam atque detentam, per privilegium, aureis litteris[s*] scriptum, sancto Petro Iohannique papae reddidit. G. pontt. P. D. VI, 27.

708. Romae Sisinnius[t] papa 89us ordinatus, ingravescente podagra, 20 tantum diebus supervixit. Post quem Constantinus papa 90us effectus, sedit annis 7, diebus 15, vir valde mitis et pius et omnibus bonis studiis intentus et[u] 30 stabilis. Aldhelmus episcopus, vir doctus et eloquens, prosa metroque facetus, obiit. G. pontt. Beda V, 19.

709. Coenredus rex Merciorum, et cum eo Offa regius iuvenis, filius Sigiheri regis, relictis regnis Romam veniunt, ibique monachi effecti, mortalem non multo post vitam finierunt. Wilfridus[v] episcopus venerabilis anno episcopatus 45. post exilia multosque labores obiit, eique Acca in Hagustaldensi episcopatu successit[w]. V, 20. 21.

710. Adrianus[x] abbas venerabilis anno ex quo a Vitaliano papa in Brittanniam[y] cum Theodoro archiepiscopo 35 missus est 41.[z] obiit. Hildebertus rex Francorum, filius Theoderici, moritur anno regni 17. Pro quo Dagobertus filius annis 5. G. Fr. c. 50.

711. Constantinopoli Philippicus[*] imperator factus, Iustinianum imperatorem occidit, et ipse[a] annum 1 et 6 menses regnavit, catholicos persequens et hereticis favens. P. D. VI, 32. 31.

712. Heripertus rex Langobardorum[b] moritur. Post quem Liudprandus[c]. VI, 35.

40 713. Constantinopoli Anastasius Philippicum oculis et regno privavit, et ipse annis 3 regnavit. VI, 34.

714. Anastasius imperator, missis Constantino papae litteris, se catholicae fidei fautorem declaravit. Pipinus, filius Ansgisi, nepos sancti Arnolfi, maior domus et dux Francorum, anno regni 27. obiit; pro quo filius eius Karolus, ex superducta uxore Alpheide natus, regnavit[d] annis 27. Romae defuncto Constantino papa, Gregorius secundus sedit annos 15, menses 9. K a r o l u s m a i o r d o m u s a n n. 27. Ann. Fuld. G. pontt.

45 715. Karolus e custodia, in quam[e] eum Pliddrud, vidua patris sui, coniecerat, divino auxilio liberatus, contra Radpodum Fresonum[f] regem cum sui damno[g] exercitus pugnat. Dagobertus[h] iunior, filius Hildeberti[i], rex Francorum moritur. Pro quo Hilpericus, qui et Daniel. Ann. Fuld. G. Fr. c. 52.

716. Egbertus vir sanctus, natione Anglus, inter alia bona sua Scottos[k] legitime pascha celebrare docuit. Constantinopoli Theodosius imperator factus, annum unum regnavit. Qui Anastasium imperatorem, pugna victum, presbi-50 terum ordinari fecit. Helpericus[l] rex et Reginfridus maior domus regiones Rheno contiguas vastantes, a Bliddruda[m], vidua Pipini, muneribus avocantur. Apud Anglos Osred Nordanumbrorum rex anno regni 11. occubuit. Beda III, 4. P. D. VI, 36. Ann. Fuld. Beda V, 19.

717. Romae Tiberis[n] supra modum inundans multa subvertit aedificia. Karolus Helpericum et Reginfredum apud Vinciacum[o] dominica palmarum pugna victos fugavit. Hoc tempore Winfridus, qui et postea Bonifacius[p], genere Anglus, Germaniae gentibus verbum salutis praedicat auctoritate Gregorii papae. P. D. VI, 36. Ann. Fuld.

55 718. Constantinopoli Leo imperator annos 9 regnavit. Cuius tempore Saraceni, qui iam multas pervaserant provincias, triennio urbem ipsam obsidentes, divino tandem auxilio fame, peste, ferro[q] naufragioque repelluntur. Karolus, receptis a Bliddruda[r] patris sui thesauris, Lodharium quendam sibi regem constituit[s]. Et inita rursum pugna, Helpericum et Reginfredum una cum Eudone duce Aquitaniae, auxilium eis ferente, victos fugavit. P. D. VI, 41. 47. Ann. Fuld.

719. Helpericus ab Eudone, ad quem confugerat, Karolo reposcenti redditus. Et Lodharius[t] rex mortuus est. 60 Sanctus Bonifacius a Gregorio papa Mogontiae archiepiscopus ordinatus, multis populis et gentibus verbo et exemplo profuit.

720. Mortuo Helperico, Theodericus, filius Tagoberti, rex a Karolo constituitur. S a n c t u s O t m a r u s c e l l a e s a n c t i G a l l i p r i m u s a b b a s c o n s t i t u t u s, coenobialem inibi vitam instituit, et 40 p e r a n n o s n o b i l i t e r r e x i t.

65 a) hunc 1. b) longab. 2. c) strenuum 1. d) luitperto 2. e) *reliqua desunt* 2. f) III. ann. 2. g) heribertus 2. h) *ita* 1. 2. *pro* Clavennam. i) ressisteret 2. k) britann. 1. l) uulgariorum 2. m) tyb. 2. n) De — iusserit *desunt* 2. o) In — regnavit *desunt* 2. p) heldi 2. q) daniel 2. r) longab. 2. s) longob. 2. s*) literis 1. 2. *raro*. t) sisinsius 2. u) *reliqua desunt* 2. v) Uulfridus 2. w) secessit 2. x) *alia manu pergit* 1. y) britann. 1. 2. z) XLI. obiit *desunt* 2. *) philipicus 2. a) *deest* 2. b) langobordorum 1. langabardorum 2. c) d *e corr.* 1. 70 liutprandus 2. d) regis 1. e) imquam 1. *post corr.* f) fresoneum 2. g) dampno 1. h) Dagopertus 2. i) hildeberit 1. hildiberit 2. k) scoitos 1. scotos 2. l) *reliqua desunt* 2. m) bliddrua 1. n) tyberis 2. o) *post add.* in 2. p) bonef. 1. q) *deest* 2. r) bildruda 2. s) constituunt 2. *ubi reliqua desunt.* t) loth. 2.

A. Fuld. Beda V, 6. 721. Karolus item Reginfredum vicit, Andegavis urbem vi cepit, Saxones bello superavit. Sanctus Iohannes Hagustaldensis episcopus[a] obiit.

A. Fuld. 722. Karolus Alamanniam et Baioariam armis subegit.

723. Alamanni et Baioarii item Karolo rebellant[b].

724. Karolus transito Ligere Aquitaniam vastat, Eudonem ducem pugna victum fugat. Sanctus Pirminius abbas et chorepiscopus[20] a Berhtoldo[c] et Nebi[21] principibus ad Karolum[d] ductus, Augiaeque insulae ab eo praefectus, serpentes inde fugavit, et coenobialem inibi vitam instituit[e] annis 3.

A. Fuld. 725. Saraceni ab Eudone in auxilium evocati, Gallias praeda et incendio vastant[f].

726. Karolus inita pugna magnam Saracenorum multitudinem una cum rege eorum victor prostravit.

727. Karolus Burgundiam petens, sibi eam subegit[g]. Sanctus Pirminius[h] ob odium Karoli a Theodebaldo, Gotifridi ducis filio, ex Augia pulsus, Etonem pro se constituit abbatem, et ipse Alsatiam, alia instructurus coenobia, petiit.

A. Fuld. 728. Eudo dux moritur, et Karolus Aquitaniam sine bello recipit.

729. Karolus Fresiam invadit, Poponem ducem pugna victum occidit, fana incendit, et victor rediit. Sanctus Beda V, 24. Egbertus presbiter Anglus obiit aetatis anno 90. die paschae, id est 8. Kal. Mai.

A. Fuld. A. Aug. 730. Saraceni, collecto exercitu, Avinnionem urbem capiunt, regionesque circumquaque devastant. Lantfridus dux Alamanniae[i] moritur.

A. Fuld. cf. A. Sang. G. pontt. 731. Karolus Avinnionem, victis et caesis Saracenis, vi expugnatam recipit. Beda presbiter et monachus, natione Anglus, doctor mirificus, obiit[k]. Romae Gregorius III. papa sedit annos 10, menses 9[l]. Tria coenobia, id est Altaha, Morbach et Favarias, ex Augensibus fratribus instructa sunt, duodenis ad singula fratribus deputatis, et totidem Augiae remanentibus.

A. Fuld. 732. Karolus Gothiam[m] invadens, regem Saracenorum Narbonae inclusum obsidet. Eto Augiae abbas a Theodebaldo ob odium Karoli in Uraniam[22] relegatus, sed eodem anno, pulso Theodebaldo, a Karolo restitutus est. *1

A. Fuld. 733. Exercitus Saracenorum de Hispaniis Narbonam superveniens, a Karolo commissa pugna ad internitionem[n] deletur. *2

734. Saraceni item a Karolo pugna victi, fugientesque naufragio perierunt. *3 Augiae Eto[23] abbas post 7 annos Kebam successorem relinquens, ipse Argentinae aecclesiae episcopus a Karolo promotus, non longe post sui nominis, id est Ethenheim[24], coenobium construxit.

A. Fuld. 735. Karolus item, victis et protritis Saracenis, cum praeda magna et captivorum multitudine victor revertitur. *4

736. Karolus Gothos petiit, et nonnullas urbes eorum et castella diruens, victor rediit. Audoinus episcopus A. Augg. obiit. Augiae[o] defuncto post 2 annos Keba, Ernfredus monachus, Augiae abbas et Constantiae episcopus factus, praefuit annis 10.

A. Fuld. 737. Karolus Saxones victos tributarios fecit[p]. *5

738. Karolus Provinciam petens, Maurontem ducem, qui Saracenos invitaverat, fugavit. *6

739. Karolus totam Provinciam suae subicit dicioni[q].

740. Victis circumquaque hostibus, pax et quies regno Francorum per Karolum facta.

G. pontt. A. Fuld. 741. Romae Zacharias papa sedit annos 10, menses 4. Karolus post multa fortiter facta moritur[r] Carisiaci, et apud Sanctum Dionisium sepelitur; pro quo filii eius, diviso inter se regno Francorum, maiores domus praefuerunt, Karlomannus[s] annis 6, Pipinus annis 10. Pipinus[t] maior domus ann. 10.

742. Karlomannus et Pipinus rebellare molientem Hunaldum Aquitaniae et Theodebaldum Sueviae ducem celeriter conprimunt. *7

743. Ipsi duces Odilonem[u] Baioariae ducem, sibi rebellantem, praelio vincunt. *8

744. Karlomannus cum Odilone duce pacem facit. Fuldense coenobium in saltu Bochonia a sancto Bonifacio archiepiscopo fundatum est. *9

745. Karlomannus cum fratre Saxoniam rebellantem vastavit, Hôseburg[v] castrum cępit.

746. Karlomannus Alamannos[w] iterum rebellare conantes conprimit. *10 Sanctus Bonifacius, annuente Karlomanno, auctoritate Zachariae papae duos in parrochia sua episcopatus facit, Wirziburgensem[x] scilicet, cui sanctum Burchardum[y]

*1) Karolus contra Saracenos pugnat die sabbati. 4. 4b. *cf. Ann. Laursh.*
*2) Karolus item Saracenos cum rege suo delevit. 4. 4b.
*3) Karolus maior domus Fresiam vastat. 4. 4b. *cf. Ann. Laursh.*
*4) Karolus Wasconiam invadit. 4. 4b. *cf. Ann. Laursh.*
*5) Karlus contra Saracenos in Gothia pugnat. 4. 4b. *cf. Ann. Laursh.*
*6) Karolus Saxoniam intrat. 4. 4b. *cf. Ann. Laursh. et in sqq.*
*7) Karlomannus Wasconiam et Alemanniam petit. 4. 4b.
*8) Karlomannus Alemanniam vastat. 4. 4b. *9) Karlomannus pacem cum Saxonibus facit. 4. 4b.
*10) Karlomannus maior domus Alemanniam ingreditur. 4. 4b.

a) post multas virtutes migravit ad Dominum. 4. 4b. *cf. Bedam l. c. V. c. 2—6.* b) *hinc aliqua erasa in* 1. *certe notitia translationis S. Augustini desiderari videtur; cf. Bernoldum.* c) bertholdo 2. d) kalonum *corr.* kalorum 2. e) i. a. tribus *erasa sed manu saeculi XV. in marg. restituta* 1. f) *hic notitia de Bedae chronica cessante excidisse videtur; cf.* 3. 4. 4b. *qui hoc loco inserunt:* Hucusque regnum Romanorum, ex hinc Francorum supputatur. g) subiecit 1. h) priminius 2. i) *deest* 2. k) indict. XIV. *addunt* 4. 4b. l) VIII. (*reliqua huius anni desunt*) 2. m) gotiam 2. n) internicionem 2. o) *Reliqua desunt* 2. p) facit 1. q) Romae — IIII (*ut a.* 741.) *hoc anno* 2. r) ind. IX. 4b. s) Karlmannūs 2. t) *Haec in* 1. *partim abscisa desunt* 2. u) odilionem *corr.* odilonem 1. v) hoseburc c. coepit 2. w) alamannios *corr.* alamannos 1. x) vuircib. 2. y) burgchardum 1.

20) Scilicet regionarius, Meltensis in vita dictus a Castello Melteshem prope Gamundium in ducatu Bipontino, ubi ultimum vitae exegit. Gerberti disquisit. I. in Liturg. Alem. T. I. p. 37 et hist. Silv. N. T. I. p. 75. USS. 21) Bertholdus a Bernone in vita sancti Meginradi (Mabil. sec. IV. p. 2.) nobilissimus Alamannorum dux appellatur. De Nebi cf. Theganum c. 2. 22) Vallis pagi Durgaugiensis in Helvetia, hodie Uri. USS. 22) Hic Adda vocatur in epistola Gregorii III. inter Bonifacianas 129. et Eddanus in praefatione concilii a. 742. USS. (Mon. Legg. I, 16. Edda a. 765. ib. p. 30) 24) hodie Ettenheim.

et Eichstetensem[a], cui sanctum Willibaldum, conprovinciales suos, primos episcopos ordinavit. Sidonius[b], Augiae monachus, quintus ei loco abbas Constantiaeque episcopus factus, praefuit annis 13; qui cellam quoque sancti Galli ambiens, iniquis principibus in dampnatione sancti Otmari abbatis consensit. cf. catt. abb. Aug.

747. Karlomannus divino amore tactus, mundo abrenuntiavit, et Romam pergens, mutato habitu monachum se in*1 castro Cassino ad Sanctum Benedictum fecit. A. Fuld.

748. Gripho, ex concubina frater Pipini, tirannidem affectans, ad Saxones se contulit; Pipinoque adveniente, pacificari cum eo nolens, in Baioariam fugit.

749. Pipinus Baioariam adiens, Tassilonem, sororis suae Hiltrudis filium, ducem ibi constituit, Griphone[c] et Lantfrido inde abductis.

750.[d] Pipinus Griphoni 12 comitatus in partibus Neustriae dedit; sed ille rursum diffidens, ad Waifarium ducem Aquitaniae transfugit[e].

751. Pipinus, missis Romam legatis, Zachariam[f] papam de regno Francorum et ignavis regibus eius Merovingis[g], nomine solo regnantibus, consuluit. Lantfridus moritur. A. Augg.

752. Auctoritate Zachariae papae, et non multo post Stephani, qui eidem in pontificatu 6 annos succedebat, deposito ac detonso rege Hilderico Merovingorum[h] ultimo, Pipinus rex Francorum electus, et Suessionis a sancto Bonifacio archiepiscopo unctus et consecratus, regnavit annos 17.[i] Audogarius, primus Campidonensis coenobii fundator et abbas, locum illum incolere coepit[24]. Idem Pipinus rex ann. 16. A. Fuld. cf. G. pontt. A. Fuld.

753. Pipinus rex perfidam rursus Saxoniam vastat, ibique Hildigarius Coloniensis archiepiscopus occisus est. Gripho cum Italiam petere moliretur, a comitibus Pipini in valle Maurienna interimitur. Stephanus papa pro auxilio contra Haistulfum Langobardorum[k] regem poscendo ad Pipinum regem in Franciam venit, et filios eius Karolum et Karlomannum Parisius reges unxit. A. Fuld.

754. Sanctus Bonifacius Mogontiensis archiepiscopus cum Fresonibus euangelizaret[l], martyrio ab eis coronatus est, anno episcopatus 36. et apud Fuldense coenobium sepultus. Pro quo Lullus archiepiscopus praefuit annos 32. Karlomannus, frater Pipini, cum ad eum pro dissuadenda expedicione Italica venire vellet, Lugduno obiit. Pipinus Italiam cum exercitu petit, et Haistulfum regem victum et Papiae obsessum, obsides dare et res sancti Petri sacramento reddere compulit. Stephanus[m] papa, duce Hieronimo Pipini fratre, Romam rediit.

755. Haistulfus sacramentum contemnens[n], Romam obsidet, omnia circum[o] ferro et igne devastans. Pro qua re papa legatos marino itinere[p] ad Pipinum questum et denuo auxilium obsecratum mittit.

756. Pipinus rex iterum Italiam petens, Haistulfum Papiae inclusum obsidet, et Ravennam cum Pentapoli aliisque quae[q] pervaserat sancto Petro et domno papae per legatum suum Folradum[q] reddere coartat.

757.[r] Haistulfus rex in venatu ex equo lapsus interiit. Pro quo Desiderius regnavit. Constantinus imperator inter alia munera Pipino regi etiam organum misit.

758.[s] Pipinus Saxonibus item superatis annuatim 300 equorum censum imponit[t]. Romae[u] Stephano papae Paulus successit annis 10. G. pontt.

759.[v] Waifarius tyrannidem in Aquitania exercens, pressuras aecclesiarum, praedas et incendia villarum facit. Sanctus Otmarus abbas a Warino et Rudhardo consensu Sidonii episcopi inique damnatus[w], et in insulam Reni Stein relegatus, migravit ad Dominum. Cuius abbatiam cum Sidonius episcopus et abbas temerario ausu invasisset, ante altare sancti Galli profluvio ventris percussus, interiit. Pro quo Iohannes, Augiensis item monachus, episcopatum et utramque abbatiam accipiens, praefuit annis 21. Qui primum Romanae sedis privilegium Augiae ab Adriano papa impetravit. A. Fuld. cf. Vita S. Othm. A. Sang. a. 760.

760.[x] Pipinus Aquitaniam seu Wasconiam invadens, Waifarium, quae[y] iniuste invaserat, sacramento reddere compulit[z]. *2 A. Fuld.

761.[*] Waifarius sacramenta postponens, cuncta quae potuit usque Cavillionem ferro, praeda et igne vastavit.

762. Pipinus cum filio Karolo Aquitaniam item petens, plurimas urbes capit, et plures sibi rebelles domuit.

763. Tassilo dux de exercitu se subducens, Baioariam[a] repetiit. *3

764. Hiemps frigore saeva et ultra solitum prolixa hoc anno accidit. *4 Pipinus magnum conventum Carisiaci habuit. cf. A. Laur.

765. Roudgangus[b] Metensis archiepiscopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Paulo papa impetravit. A. Fuld.

766. Corpus sancti Gorgonii in Gorza coenobio, sancti Naboris in Nova Cella, sancti Nazarii in Laureshamc[c] conditum est.

767. Pipinus in Aquitania Lemovicam urbem expugnatam capit. Romae[d] Paulus papa obiit, pro quo Stephanus sedit annis 4. G. pontt.

768. Pipinus, occiso Waifario, et subacta Aquitania, victor rediens, 8. Kal. Octob.[e] Parisius obiit, ibique sepelitur, anno aetatis 54. Pro quo filii eius, diviso regno, Karolus Magnus annos 46 et Karlomannus 4 annos regnavit[f]. Karolus Magnus rex et imperator ann. 46. A. Fuld.

769. Karolus et Karlomannus Hunoldum Aquitaniae ducem bello victum capiunt. Corpus sancti Otmari abbatis post 10 annos in insula, qua obiit, incorruptum repertum, ad monasterium sancti Galli translatum est. cf. A. Sang. 770.

*1) in monte Soracte. 4. 4b. *cf. Einhardi Vitam K.*

*2) Eclipsis solis facta est 18. Kal. Septembr. hora quasi nona. 4. 4b.

*3) Pippinus aliquos comitatus filiis suis dedit. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh.*

*4) et eclipsis solis 2. Nonas Iunias hora sexta. 4. 4b. *cf. Einhardi Ann.*

a) eichtetensem 2. b) *anno* 748. *haec adscribunt* 4. 4b. c) grifone et lantfride 2. d) DCC.XLIX. 2. *et ita deinceps.* e) tranfugit 1. f) zacharia pp 2. g) merouuingis 2. h) merouuingorum 2. i) XVI. 2. *ubi reliqua desunt.* k) longab. 2. l) çuang. 1. euuang. 2. m) *reliqua desunt* 2. n) contempnens 1. o) *deest* 2. p) i. misit ad p. q. et d. a. o. petit 2. q) *deest* 2. r) DCC. LV. 2. s) DCC.LVI. 2. t) inp. 1. u) *reliqua desunt* 2. v) *ita e corr.* 2. w) dampnatus 2. x) *ita e corr.* 2. y) qui 2. z) reddidit 2. *) *ita e corr.* 2. a) boiariam 2. b) rŏtgangus 2. c) lauresbam 1. d) *Reliqua desunt* 2. e) ind. VI. *addunt* 4. 4b. f) *post annum* 768. *codices* 5. 5b. *interserunt genealogiam S. Arnulfi.* USS.

24) Vid. Mabillon Annal. Bened. T. II. p. 159. 229.

[A. Fuld.] 770. Karolus filiam Desiderii regis Langobardorum, adducente Bertha matre sua, uxorem duxit, sed statim eam repudiavit.

[A. Fuld. cf. Regin.] 771. Karlomannus rex obiit et Remis sepelitur. Karolus sinodum magnam colligit.

[A. Fuld.] 772. Karolus Saxones petit, Eresburg[a] castrum cepit[b], idolum eorum Irminsul dictum diruit, et laborantem siti exercitum, datis divinitus in sicco quodam torrente aquis, reficere meruit; acceptisque pro pace 12 obsidibus, rediit. [G. pontt.] Romae post Stephanum Adrianus papa sedit annis 24[c].

[A. Fuld.] 773. Karolus ab Adriano papa pro defensione rerum sancti Petri rogatus, Italiam petit, et claustris Alpium vi potitus, Desiderium fugientem Papiae obsedit, et ipse Romam orandi gratia adiens, pascha inibi celebravit.

774. Langobardi cum Desiderio, rege suo, Karolo se tradunt, anno ex quo Italiam cum Alboino rege intraverant 205; ipseque regno eorum et thesauris potitus, abducto secum rege cum coniuge, victor rediit. Saxones pactum frangentes, Hessios petunt; sed aecclesiam apud Friteslar, a sancto Bonifacio dedicatam, Deo prohibente, incendere nequeunt. Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de[d] Roma in Alamanniam *1 translata sunt[25]. Aecclesia sancti Nazarii Lauresham dedicata est.

775. Karolus late Saxonum terras vastat, et duobus eos praeliis vasta strage superat. Roudgaudus[e] Langobardus[f] Italiae regnum affectat.

776. Karolus item Italiam petit, et Roudgaudum victum occidit. Saxones item rebellantes, Karoli praesidia bello petunt.

777. Saxones multa tandem caede perdomiti, Karolo subduntur et christiani efficiuntur, se suaque omnia tradentes, si ultra fidem violarent.

778. Karolus Hispanias bello petit, et obsidibus acceptis, Wasconibusque et Nabarris[g] subactis, rediit. Interim Saxones item rebelles, duce Widikindo, Francorum terminos[h] usque ad Renum vastant; sed insequente regis exercitu, magna ex parte caesi fugiunt[i].

779. Karolus, item Saxonibus pugna victis et subactis, obsides accepit. Fuldis Sturmi abbas obiit, et Baugolf[i*] successit. *2

780. Karolus, habito in Saxonia conventu, et dispositis tam Saxonum quam Sclavorum rebus, ipse Romam orandi gratia adiit.

781. Pipinus, filius Karoli, Romae ab Adriano papa baptizatus est, et cum fratre Ludowico rex unctus. Tassilo dux [cf. Cat. abb. Aug. Sg.] Baioariae fidem subiectionis Karolo sacramento et obsidibus firmat. Constantiae episcopus et abbas Iohannes[k] obiit. Pro quo Egino episcopus annos 32, et Petrus Augiae abbas annos 5 et apud Sanctum Gallum Roudpertus[l] abbas annum 1 praefuerunt. [A. Fuld.] Inter alia prodigia cruces multis in vestibus apparent, sanguis e terra et aerę fluxisse dicitur[m].

782. Karolus[n] item in Saxonia conventum habens, legatos Danorum et Hunorum audivit. Quo reverso, Saxones legatos eius in Sclavos cum exercitu missos, persuadente Widichindo, commisso praelio, non sine magna clade sua interimunt. Ob quorum vindictam Karolus Saxonum 4500 decollare iussit. [Cat. Sg.] Apud Sanctum Gallum Waldo abbas praefuit annum 1 et dimidium[o].

[A. Fuld.] 783. Hiltigard[p] regina, uxor Karoli, 2. Kal.[q] Mai, et Bertha, mater eius, 4. Id. Iul. obiit. Karolus item Saxones, bis acie[r] confligens, magna strage vicit, Fastradamque eo anno duxit uxorem.

[Cat. Sg.] 784. Iunior Karolus, a patre in Saxoniam missus, Westfalos[s] praelio vicit et domuit. Apud[t] Sanctum Gallum Werdo abbas praefuit annos 25.

[A. Fuld.] 785. Widikind Saxo ad deditionem Karolo veniens, baptizatus est, et tota Saxonia subacta est. Coniuratio orientalium Francorum contra Karolum orta et compressa est.

786. Karolus, misso per Autulfum exercitu, Britones domuit, et ipse Romam orandi gratia adiit. *3 Auctores coniurationis contra Karolum diversis poenis multantur. Lullo Mogontiensi archiepiscopo Richulfus successit annis...[u]. [Cat. A.] Augiae post Petrum Waldo abbas octavus praefuit annis 20.

[A. Fuld.] 787. Karolus Beneventum petens, obsides[v] accepit. Rouddrud[w], filia eius, Constantino imperatori desponsatur. Eclipsis solis 15. Kal. Octobris. *4

788. Tassilo dux Baioariae, infidelitatis et periurii convictus, a Karolo ducatu privatur. *5 Grecorum exercitus a Francis et Italis vincitur. Item Huni, qui et Avares, a Karoli vincuntur exercitu.

789. Karolus, valido undique collecto exercitu, Albiam fluvium transit, et Sclavos, qui Wilzi dicuntur, praeliis protritos subiugavit. *6

790. Hunc annum Karolus sine bello Wormatiae quietus transegit.

791. Karolus, trifariam diviso exercitu, terras Hunorum ingrediens, ferro et igne devastat.

792. Sinodo Ratisponae collecta, heresis Feliciana damnata[w*] est. Coniuratio Pipini contra patrem Karolum detecta et suplicio auctorum punita est.

793. Pugna inter Saracenos et Francos in Gothia, Saracenis superioribus, commissa est. Saxones item more suo rebellant.

794. Sinodo magna in Franconofurt[x] habita, heresis item Feliciana damnata[y] est. Fastrada regina mortua et Mogontiaci[z] sepulta est. Pseudosinodus Grecorum pro adorandis imaginibus habita, ab episcopis damnata est. Karolus, item Saxonibus subactis, tertiam virorum partem transtulit. His[*] temporibus Alcwinus, qui et Albinus, apud regem caeterosque vita et doctrina clarus habetur.

*1) Campidonam *addit* 4. 2*) Fames et mortalitas Franciam vastat. 4. 4b. *cf. Ann. Lauresh. et Alaman.*
*3) et cruces in vestibus apparuerunt. 4b. (*desunt in* 4.) *cf. Ann. Alam.*
*4) Karolus per Alemanniam ad fines Baioariae rebellantes cum exercitu venit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*
*5) Tassilo dux Baioariae iubente Karolo in Franciam venit, et Baioaria Karolo subicitur. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*
*6) Karolus Sclavos qui Wilzi dicuntur bello petit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) eresburc 2. b) capit *corr.* cepit (cæpit) 1. cępit 2. c) XXII. 2. d) *deest* 2. e) rŏggaudus *corr.* rŏdgaudus 1. f) langobardos 2. g) narbaris 1. h) *deest* 2. i) refugiunt 2. i*) bagolf 1. 2. *sed cf. a.* 802. k) *deest* 2. l) rŏtpertus 2. m) *In* 2. *alia manu add.:* Monasterium sancti Emmerammi a Karolo Magno magnifice ceptum est. n) Carolus 2. o) dimium 2. p) hiltigart 2. q) D̄. 2. r) accię 2. s) VVestfaldos 1. t) *Reliqua desunt* 2. u) *ita* 1. annis *et reliqua desunt* 2. v) obsidens 2. w) rŏtdrud 2. w*) dampnata 1. 2. *v. infra.* x) franconofur 2. y) dampnata 1. *et infra.* dāmanata 2. z) mogonciaci 1. 2. *passim.* *) *reliqua desunt* 2.

25) Vid. Bolland. T. II. Maii ad diem 10. et Mabill. Annal. Bened. T. II. p. 228. seq. it. T. IV. p. 448. USS.

795. Saxones cum Witzan[a] ducem Abodritarum ad regem Karolum venientem peremissent, vastata item regione sua puniti, obsides tradunt. Huni quoque missis[b] legatis se cum terra sua ipsi tradunt, et[c] christianitatem promittunt. A. Fuld.

796. Romae defuncto Adriano papa, Leo III. papa sedit annis 20. Principibus Hunorum Cagano et Iugurro civili bello peremptis, terra eorum omnibusque thesauris Karolus per Ehericum[d] Foroiuliensem ducem et Pipinum filium suum potitus est. Tudun quoque princeps eorum ad ipsum veniens, cum populo suo baptizatus est, et honorifice ad sua remissus est. Saxonia[e] etiam, iterum rebellis, ab ipso pervasa vastatur. cf. G. pontt. A. Fuld.

797. Barcinona[f] urbs[g] Hispaniae Karolo reddita est. Constantinopoli Constantinus imperator a Grecis excaecatur. Saxonia item a Karolo usque ad oceanum vastata, et in deditionem per obsides recepta.

798. Karolus in Saxonia cum exercitu hiemavit, et Transalbianos Saxones, qui legatos eius comprehenderant, late vastavit, et per legatos suos conserto praelio quatuor milia ex eis occidit, reliquos pacem postulare et obsides dare compulit. Hadefuns rex Galletiae Karolo prius munera preciosa itemque manubias suas pro munere misit. Herena, mater Constantini imperatoris caeci, legatos Karolo pro pace misit. Mauri piraticam exercere incipiunt[g].

799. Leo papa, ut fama est, in letania maiore a Romanis lingua praecisa excaecatur. Sed per Wirundum abbatem et Winigisum[h] Spolitanum ducem ereptus, atque in Saxoniam ad Karolum perductus est. Ehericus dux Foroiuliensis a Liburnis per insidias occisus est. Geroldus[i] quoque, praefectus Baioariae, signifer et consiliarius Karoli pius[k] et religiosus, contra Hunos pugnans, occubuit, Augiaeque, quam multis auxerat donis et praediis, sepultus est. Baleares insulae, victis auxilio Karoli Mauris et Saracenis, liberatae sunt. Brittannia[l] cismarina[m] per Witonem ducem Karolo subicitur. Patriarcha Hierosolimitanus reliquias de sepulchro[n] Domini, et Azan, praefectus civitatis quae dicitur Osca, claves urbis et alia praeclara munera Karolo mittunt. Augiae[o] sancti Petri basilica ab Eginone Veronensi episcopo constructa et dedicata est[26]. A. Fuld.

800. Karolus Hierosolimam ad sancta loca insignia dona transmisit; ipse, dispositis per Gallici maris litora contra pyratas praesidiis, ad Sanctum Martinum gratia orandi venit, ibique defunctam Liutgardam[p] *1 coniugem sepelivit. Inde Romam petens, Leonem papam, se de illatis et non probatis criminibus sacramento purgantem, sedi suae restituit, ibique hiemavit, Pipino filio in Campaniam praedatum misso. A. Fuld.

801. Karolus in die natalis Domini a Leone papa corona imposita primus regum[q] Francorum Caesar Augustus Imperator, Romanis laudes succlamantibus, appellatus[r] est. Qui postea iuxta leges Romanas temeratores Leonis papae capitali sententiae addixit; sed precibus eiusdem papae vita concessa, in exilium eos relegavit. Terrae motus magnus 2. Kal. Mai[s] factus est. *2

802. Herena imperatrix de Constantinopoli legatos item ad Karolum imperatorem pro pace misit, et ille vicissim, missis ad eam Iesse episcopo Ambianense et Helingaudo[t] comite, pacem firmavit. Aaron rex Persarum inter alia munera elephantum imperatori Karolo misit. Franci Transalbianos[u] Saxones vastant. Fuldis Baugolfo abbati Ratgarius successit. Paulinus[v], patriarcha Foroiuliensis seu Aquilegiensis, obiit. Egino quoque Veronensis episcopus hac vita decessit, Augiae in basilica cellae suae sepultus est[27].

803. Constantinopoli deposita Herena, Niciferus imperator factus, legatos Karoli imperatoris suis adiunctis firmata pace remisit. Quos ille suscipiens, compacto pacis litteris mandato, dimisit. Sanguis Domini Mantuae inventus Karolo imperatori nunciatur. Cuius rei veritatem perquirendam Leoni papae imperator demandavit. Qua occasione arrepto itinere, papa ad imperatorem venit, et cum eo natalem Domini Carisiaci celebravit. *2

804. Domnus papa magnis ab imperatore[w] muneribus donatus, per Baioariam rediit. Karolus imperator Transalbianos Saxones cum mulieribus et natis in Franciam[x] transtulit, et pagos eorum Abodritis[y] dedit. Richpoto Treverensis[z] archiepiscopus obiit.

805. Karolus iunior a patre missus, Boemiam, occiso rege Lechone, subiugavit. Imperator Cagano apud Hunos priscum honorem reddidit.

806. Karolus imperator inter tres filios suos regnum divisit. Karolus iunior Sorabos vastavit, et Miliduch[*] ducem eorum occidit. Item misso exercitu, Boemia vastatur. Pipinus rex, filius Karoli, Mauros de Corsica insula pepulit. Augiae Waldone abbate ad regendum sancti Dionisii coenobium transposito, Heito[a] nonus abbas praefuit annos 17. *3 cf. A. Alam.

807. Aaron rex Persarum inter alia multa et preciosa munera artificiosum satis Karolo imperatori misit horologium. Classis a Karolo imperatore missa, Mauros, item in Corsica commisso praelio, multis caesis, fugavit. A. Fuld.

808. Godafridus, rex Danorum et Nortmannorum, multo militum suorum damno[b] cum Abodritis bello conflixit, et vicit. Karolus iunior Linones et Smeldingos[c], qui ad Godafridum defecerant[d], vastavit. Eardolf, rex Nordanumbrorum, regno pulsus, primo ad Karolum imperatorem, ac deinde[e] Romam questum venit.

809. Ludowicus, filius imperatoris, Hispaniam petiit. Eardolf in regnum suum per legatos papae et imperatoris remittitur. Questio de processione Spiritus sancti sinodo habita ventilatur. Imperator contra Godafridum castrum Esesfeld trans Albiam aedificat. Trasco dux Abodritarum, cum fortiter multa contra perfugas Godafridi suosque desertores fecisset, a militibus eius dolo occisus est. Apud[f] Sanctum Gallum Wolflec abbas praefuit annos 4. Cat. Sg.

810. *4 Rouddrud[g], filia imperatoris, 8. Id. Iunii obiit. Godafridus, missa magna classe, Fresonibus ter praelio vic- A. Fuld.

*1) 2. Nonas Iunii *addunt* 4. 4b. *cf. Einhardi Annales.*

*2) *a.* 803. Terrae motus factus et mortalitas subsecuta est. *habent* 4. 4b.

*3) Waldoni abbati Hetto Basileae episcopus successit. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

*4) Egino Constantiae episcopus obiit. Eclipsis solis facta est 7. Idus Iunias hora quasi secunda. Item in eodem anno eclipsis solis 2. Kal. Decemb. hora quasi tertia. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) uuitzam 1. b) misis 2. c) *deest* 1. d) eherichum Forouiliensem 2. e) *reliqua desunt* 2. f) Parcinona 2. g) nequeunt 2. h) Vuingisum 2. i) gerolt 4. k) piissimus 4. 4b. *etiamsi Ussermann* pussinius *in* 4. *legi tradens, id comitatu Bussensi explicare conetur.* l) Britania 1. Bittannia 2. m) cis maria 2. n) sepulcro 1. o) *reliqua desunt* 2. p) Hildegardem *A. Fuld. quem errorem Herm. correxit.* — luitg. 2. *de* 1. *non plane constat.* q) regnum 2. r) apell. 2. s) mai 1. t) helmgaudo 1. u) transalbinianos 1. 2. v) *reliqua desunt* 2. w) amp̃. 1. x) frantiam 1. y) abodcitis 2. z) treueris 2. *) miliduhc 2. a) heito — XVII. *desunt* 2. b) dampno 1. c) (smeld. *corr. ut videtur*) simeldingos 1. d) defece | 2. e) inde 2. f) *reliqua desunt* 2. g) rŏtdrut 2.

26) V. Miracula S. Marci c. 2. Mon. SS. IV. p. 450. 27) Sepulcrum eius cum epitaphio adhuc visitur in ecclesia parochiali Cellae inferioris, quod cum ectypo sandaliorum eius exhibetur in Cels. Gerberti itinerario. Obitus vero eius in Necrologio Augiensi notatur 3. Kal. Mart. USS.

A. Fuld. tis tributum imposuit. Cui cum imperator Karolus iam cum exercitu occursaret, elefas[a], quem Aaron miserat, subito moritur, classisque reversa, et Godafridus, qui se cum ipso imperatore acie conflicturum minitabatur, domi a suis peremptus nunciatur. Castellum quoque Hochbouch[b], super Albiam situm, cum praesidio suo a Wilzis[c] captum. Pipinum quoque Italiae regem[d], filium suum, 8.[e] Idus Iulii defunctum didicit. Hispani itemque Greci per legatos cum illo pacem firmant. Maxima boum pestilentia hoc anno facta. Hemmingus rex Danorum, filius Godafridi, pacem cum imperatore fecit.

811. Heito, abbas Augiae et episcopus Basileae, cum Hugone et Haione comitibus Constantinopolim missus, A. F. a. 812. odoporicum suum scripsit. Interim Niciforus imperator cum Vulgaribus pugnans, occisus est. Tandem Michahel[f] A. F. a. 811. imperator factus, legatos Karoli imperatoris remittit. Tres exercitus fausto omine in Linones, in Pannonias, in Britones[g] ab imperatore mittuntur. Karolus rex, filius imperatoris, 2. Non. Decemb. obiit.

A. Fuld. 812. Hemmingo[h] rege mortuo, orto inter Danos de regni[i] primatu praelio, 10,940 cecidisse feruntur. Michahel[k] imperator, legatis Karoli remissis, suos etiam pacem confirmatum misit. Beneventani[l] 25 milia solidorum auri tributum Karolo persolvunt. Classis Danorum Hiberniam invadens, a Scottis victa est.

813. Karolus[m] imperator Amalharium[n] Treverensem archiepiscopum et Petrum Nonantulanum abbatem item Constantinopolim misit, quorum odoporicum item scriptum habetur. Ipse Ludowicum filium consortem imperii, Bernhardum[o] quoque, Pipini filium, nepotem suum, Italiae regem fecit. Quina[p] permagna concilia Mogontiaci[q], Remis, Turonis, Cavillonis, Arelati pro statu aecclesiarum fieri iussit. Pons Mogontiaci[q] super Rhenum a Karolo structus, cf. Cat. Const. Sg. incendio periit. Constantiae[r] Egino episcopus obiit. Post quem Wolfleoz episcopus factus est, qui coenobium quoque sancti Galli 4 iam annis tenuit. Apud Sanctum Gallum Gozpertus abbas praefuit annis 27.

cf. Einh. Vita c. 33. A. Fuld. 814. Karolus imperator Magnus, cum prius thesauros suos inter 21 archiepiscopatus regni sui caeterosque episcopatus et aecclesias divisisset, febre et pleuresi pulsatus, 5. Kal. Febr. Aquisgrani obiit, ibique honorifice sepultus est, anno aetatis 71, regni 47,[s] subiectae Italiae 44, imperii 14, indictione[t] 7. Pro quo filius eius Ludowicus, cognomento[u] Pius, regnavit annis 27. Qui statim, auditis et absolutis gentium diversarum legatis, generale colloquium Aquisgrani habuit, et multa per totum regnum perperam gesta correxit. Pius[u*] Ludowicus imperator ann. 27.

815. Exercitus Herioldo Danorum regi ad auxilium a Ludowico rege missus, 40 obsides ab hostibus accipit[v]. Quidam ex Romanis primoribus in necem Leonis papae coniurantes, puniuntur.

cf. G. pontt. 816. Sorabi itemque Wascones rebellare molientes comprimuntur. Leone papa in 8. Kal. Iunii defuncto, Stephanus sedit mensibus 7. Qui ad Ludowicum regem in Franciam veniens, Remis eum imperatorem coronavit, muneribusque et cf. Legg. I. 200. seqq. amicicia mutuo illi iunctus, Romam rediit. Imperator sinodo collecta, multa de statu et religione coenobiorum bene disposuit. Augiae basilica sanctae Mariae a Heitone abbate et episcopo constructa et[w] dedicata est.

A. Fuld. 817. Stephano papa 9. Kal. Febr. defuncto, Paschalis sedit annis 7. Eclipsis solis Nonis Febr. facta, et cometa visa est. Legati Leonis imperatoris de Constantinopoli pro pace ad Ludowicum veniunt imperatorem. Ludowicus imperator Lotharium primogenitum suum imperii consortem, Ludowicum et Pipinum filios suos Baioariae et Aquitaniae reges praefecit[x]. Sclaomir dux Abodritarum rebellat. Bernhardus[y] rex Italiae rebellare molitus, cum rebus suis desperaret, patruo imperatori ad deditionem venit. Ratgarius Fuldensis abbas a fratribus accusatus et convictus[z] deponitur.

818. Bernhardus[*] rex item rebellionis convictus, iudicio Francorum excaecatus, moritur; complicesque eius diversis modis puniti, episcopique depositi sunt. Ludowicus imperator cismarinos Brittannos[a] rebellantes, exciso Mormanno[b] duce eorum, domuit. Eclipsis solis 8. Id. Iulii facta. Irmingard[c] imperatrix obiit 5. Non. Octob. Fuldis[d] Eigil abbas constituitur.

819. Sclaomir dux Abodritarum exilio damnatus[e], et regnum eius Ceaddrogo, Trasconis filio, datum. Sinodo[f] Aquisgrani habita, multa de statu aecclesiarum et coenobiorum tractata sunt. Imperator Iudith, filiam Welphi comitis, duxit uxorem; ex qua Karolum genuit. Exercitus in Pannonias contra Liudwidum[g] Sclavum rebellantem parvo effectu mittitur. Pipinus, filius imperatoris, Wascones rebellantes subicit. Fuldis aecclesia sancti Bonifacii ab Heistolfo archiepiscopo dedicata est.

820. Tres exercitus contra Liudwidum[g] ex diversis partibus inmissi, Pannoniam magna[h] ex parte devastant. Bera comes Barcinonae, reus maiestatis duello convictus, exilio damnatur[e]. Ex inundatione pluviarum nimia pestilentia magna et fames[i] facta.

821. Ludowicus imperator regnum inter filios dividit, exilia relaxavit, debita cunctis dimisit, possessiones in fiscum redactas restituit. Lotharius, filius eius, uxorem duxit. Ceaddrago[k] duce Abodritarum perfidiae notato, Sclaomir exilio revocatus, tactusque morbo, percepto baptismate, obiit.

822. In Thuringia cespes longitudine 50 pedum, latitudine 14, altitudine $1\frac{1}{2}$ de loco suo[l] 25 pedes translatus integer invenitur. In orientali Saxonia nocte quadam iuxta lacum Arnseo[m] tellus per spacium leugae unius in modum aggeris intumuit. Ludowicus imperator de publicis peccatis suis publicam poenitentiam egit, et quaeque in regno[n] suo corrigenda correxit. Lodharius[o] in Italiam, Pipinus ducta uxore in Aquitaniam reges missi sunt. Fuldis[p] Eigil abbas obiit; cui Rhabanus, vir doctus et divinorum librorum tractator egregius, successit. Augiae Heitone abbate et episcopo privatam et quietam vitam adoptante, Erlebaldus abbas 10us praefuit annis 13. Ebo Remorum archiepiscopus genti Nordmannorum verbum Dei praedicat*.

A. Fuld. 823. Lodharius[q] rex Italiae, rogante papa Paschale, imperator ab eo Romae coronatur. Liudwidus Pannoniae tyrannus[r] in Dalmatiam transfugiens, dolo ducis provintiae peremptus est. Inter alia prodigia terrae motus Aquense

*) Nix magna a 10. Kal. Octobr. usque in 2. Idus April. permansit. 4. 4b.

a) elefans 2. b) hochbŏhc 2. c) uulzis 2. d) *deest* 1. e) VII. 2. f) michael 2. g) brittones 2. h) Remmingo 2. i) regno 2. k) Michael 2. l) Beneuanti 2. m) *Huius anni historia a.* 814. *habet* 2. *ubi sequentia a.* 813. *adscribuntur.* n) amalcharium 2. o) berinhardum 2. p) Qui 2. q) mogonciaci 1. *saepius.* r) *reliqua desunt* 2. s) XLVII. s. I. *desunt* 2. t) indicione *altero* c *superscripto* 1. u) c. P. *erasis*, *alia manu scriptum est* uir nimis enormis 2. u*) *Haec desunt* 2. v) accepit 2. w) *deest* 1. x) fecit 2. y) berinhardus 2. z) uictus 2. *) Berinhardus 2. a) britann. 1. b) marmanno 1. c) Irmingart 2. d) *reliqua desunt* 2. e) dampn. 1. f) Synodo 2. g) luid. 2. h) p. magnam partem pannouniae d. 2. i) et facta est fames 2. k) caddrogo 2. *littera* C *linea incipiente omissa.* l) *deest* 2. m) anseo 2. n) s. r. 2. o) Loth. 2. p) *reliqua desunt* 2. q) Godtharius *corr.* Lodth. 2. r) tir. 1.

A. F.

palatium concussit. In territorio Tullense puella quaedam duodennis triennio fere sine cibo et potu sana et manibus suis laborans permansit. In pago Saxoniae Firihsazi 23 villae, et in aliis provintiis ultra solitum plures fulmine crematae. Fulgura crebro sereno caelo cecidere, agri praeter solitum multi grandine vastati, veris inter ipsam et magnis lapidibus quibusdam in locis decidentibus. Pestilentia quoque[a] ingens facta.

824. Rex Vulgarorum Omartag[b] pro pace ad imperatorem Ludowicum misit. Romae Eugenius papa post Paschalem sedit annis 3. Hiems[c] praeter solitum frigida et prolixa. In territorio[d] Augustudunense[e] glacies de aere cecidisse dicitur 15 pedum longa, 7 lata, 2 grossa. Ludowicus imperator filium Lodharium pro quibusdam corrigendis Romam misit. Ipse rebellantem Brittanniam[f] ferro et igne vastans, domuit. **Augiae Wettinus[g] monachus e corpore ductus[h] et reductus, post triduum obiit. Cuius visiones[i] Heito episcopus prosa et Walahfridus[k] heroico metro scripsit**[29].

F. A.

825. Item rex Vulgarorum[l] legatos pro terminis regnorum dirimendis imperatori mittit. Wiomarcus Britto[m] Francorum terminos infestans, a militibus Lantperti comitis in domo propria peremptus est. Imperator cum filiis Godafridi pacem fecit.

826. Item Vulgarorum rex legatos insolentius pro terminis sine mora statuendis imperatori mittit; quos imperator neglegentius remisit. Herioldus rex Danorum cum uxore **et filiis** et magna suorum multitudine Mogontiaci[n] baptizatus est. Georgius quidam presbiter Veneticus organum ydraulicum Aquisgrani fecit. Aizo Gothus de palatio ad Saracenos se conferens, rebellare temptavit. Hildowinus de Sancto Dionisio abba ab Eugenio papa ossa beati martyris Sebastiani impetravit. Quae Suessionis in basilica sancti Medardi locata, variis et innumeris refulsere miraculis.

827. Exercitus Saracenorum Aizoni ad auxilium missus, Pipino rege tardius resistente, territoria Barcinonensium et Gerundensium vastavit. Vulgari, turbata pace, Pannoniam per Dravum fluvium navibus invadunt[o], vastant sibique subiciunt. Corpora sanctorum martyrum Marcellini et Petri in Franciam translata sunt mense Novembri. Romae[p] post Eugenium Valentinus papa sedit diebus 40, et post hunc Gregorius IV. papa sedit annis 16.

G. pontt.

A. F.

828. Reliquiae sancti Marcellini Aquisgrani allatae, plurimis glorificantur miraculis. Imperator Lodharium[q] filium ad terminos Hispaniae contra Saracenos, Ludowicum vero contra Vulgaros in Pannonias cum exercitu misit. Rupto incaute pacto cum Nordmannis foedere, castra nostrorum ab ipsis direpta sunt[r].

829. Aquisgrani[s] terrae motus sabbato sancto paschae factus. Generalis[t] conventus mense Augusto Wormatiae ab imperatore habitus. Vulgari item navibus per Dravum invecti, Pannoniam vastant. Lodharius[u], filius imperatoris, in Italiam proficiscitur. Bernhardus[v], comes Barcinonensis, camerarius imperatoris contra voluntatem Francorum factus.

cf. A. Aug. SS. IV, 419.

830. Dissensio principum contra imperatorem propter Bernhardum[v] mota, ipso pulso[w], ad tempus modicum sedatur. **Corpus sancti Marci euangelistae sub nomine Valentis martiris Ratoltus[x] Veronensis[y] episcopus a duce Venetiae impetravit, et cum corpore Genesii martyris in Augiam insulam attulit[z]. Basilica sancti Galli a Gozperto abbate incepta.**

A. F.

831. Imperator, conventu Noviomagi habito, omnes, qui sibi contrarii fuerant, honoribus privavit, quosdam etiam praediis spoliavit, quosdam exilio relegavit, animosque tam filiorum quam ceterorum contra se et Iudith uxorem suam graviter irritavit.

832. Imperator contra filium Ludowicum cum exercitu Augustam Vindelicam venit. Quo resistente, contra Pipinum alterum filium ad Aquitaniam se convertit, eumque regno privavit. Sed inde rediens, timore filiorum uxore abdicata, difficulter Aquense palatium repetiit. Eclipsis solis 2. Non. Mai et lunae 13. Kal. Iunii facta.

833. Imperator, recepta uxore, contra filios ad se venire volentes, collecto exercitu, in Alsatiam arma commovit. Ubi veniente cum filiis Gregorio papa, imperator a suis proditus ac relictus, in filiorum suorum* potestatem devenit.

834. Imperator, iudicio episcoporum armis depositis, ad agendam poenitentiam includitur, et uxor eius in Italiam relegatur. Sed mox aestate recepta uxore et armis, Lodharium[a] filium in Italiam repulit. Eodem anno pugna contra Mathfredum[b] et Lantpertum facta; in qua inter alios plures cecidit Odo comes Aurelianensis et Theodo abbas Turonensis.

835. Imperator cum filiis Pipino et Ludowico Lugduni magnum habuit conventum. Nordmanni Dorestatum vastant. Basilica sancti Galli dedicata est.

A. Alam.

A. F.

836. Imperator conventum apud Theodenhove palatium habuit, ad quem Lodharius[c], filius eius, gravi morbo detentus, venire non potuit. Nordmanni Andwerpam urbem, et in ostiis Mosae situm Witlam emporium[d] incendunt, et a Fresonibus tributum accipiunt. **Augiae[e] Heito, Basileae episcopus, obiit et sepelitur**[30].

837. Ticinum[f] 3. Kal. Ian. octies[g] noctu tremuisse dicitur. Multi principum Italiae morbo absumpti. Cometa in signo Librae visa. Nordmanni in Walcra insula commissa pugna 15. Kal. Iulii[h] multos interimunt. Itemque Dorestatum vastantes, tributum a Fresonibus accipiunt.

838. Terrae motus 15. Kal. Febr. vespere[i] factus. Naves contra Nordmannos aedificatae. Imperator optimam partem[k] regni filio iuniori Karolo dedit. Lodharius[c] et Ludowicus fratres in Tridentina valle inter se colloquium habuere. Imperator, habito Noviomagi conventu, consilio quorundam Ludowico filio regnum orientalium Francorum, quod ab eo acceperat, interdixit. Quod ille invidia pravorum factum sciens, cum idem regnum invasisset, imperator collecto exercitu vi eum expellere statuit. Pipinus rex Aquitaniae, filius imperatoris, mense Novembris obiit. Puoto[l] diaconus palatii in iudaismum lapsus. **Apud Sanctum Gallum Gozperto abbati Pernwicus successit. Augiae[m] Erlebaldo abbate cedente, Roudhelm abbas 11us praefuit annis 4.**

A. Alam.

cf. A. Sg.

A. F.

839. Ludowicus patri imperatori cedendum ratus, in Baioariam rediit. Imperator, celebrato iuxta Brigantinum lacum pascha, postea habito Wormatiae[n] conventu, Lothario filio de Italia advenienti reconciliatur, ipsique et Karolo filio regnum partitur, Baioaria tantum Ludowico, quia eum offenderat, relicta; Lotharioque Italiam repetente, ipse cum filio

a) *deest* 2. b) omart 2. c) Hiemps 2. d) territotorio 1. e) augustuense 2. f) britann. 1. g) wetinus 1. h) eductus 2. e corpore *superscr.* i) uisionē 2. k) uualfridus 2. l) uulgariorum 2. m) brito 2. n) mongonciaci 2. o) inuadunt — XVI. *in loco raso* 1. p) *reliqua desunt* 2. q) lotharium 2. r) direpta *corr.* direpta s (s̄ 2.) 1. 2. s) Aquisgranis 2. t) Generanis 2. u) Loth. 2. v) Berinh. 2. w) ipsa et pulso 1. x) radoltus 2. y) furonensis 2. z) *haec omnia, contra Ussermanni assertionem, una eademque manu scripta sunt, nec character a primaeva manu in minima re abit.* *) *deest* 2. a) loth. 2. b) mahtfr. 1. c) loth. 2. d) emporium 2. e) *reliqua desunt* 2. f) Vicinum 2. g) occies 2. h) iun̄. 2. i) *deest* 2. k) r. p. 2. l) Puoto — lapsus *iam desunt* 1. *ubi eorum loco in rasura manu saec. XIV. scriptum est:* Sanctus Meginradus venit ad locum. m) *reliqua desunt* 2. n) uuormartię 2.

29) v. Mabill. Acta SS. O. S. B. IV, 1. p. 280. 30) cf. Ann. Alam. Aug.

A. F. Karolo ad disponendam proficiscitur Aquitaniam. Cometa in signo Arietis, caelum instar sanguinis rubeum igniculique[a] per aera discurrere visi.

840. Ludowicus se privatum dolens, multis sibi adunatis per Alamanniam, quasi debitum repetens regnum, Franconofurt venit; contra quem pater imperator Ludowicus, relicta Aquitania, copias colligit, eumque per Turingiam[b] ad barbaros pulsum, per Sclavorum gentes laboriose Baioariam repetere coegit. Aer[c] quasi sanguis coagulatus in paschae[d] tempore rubeus apparuit[e]. Eclipsis solis 7. Idus Mai post sextam diei horam facta*. Imperator Ludowicus morbo correptus, et in quandam Rheni insulam prope Ingelenheim ductus, designato in imperium Lothario filio, 12. Kal. Iulii obiit, et Mettis in aecclesia sancti Arnolfi sepultus est. Lodharius[f] de Italia rediens, regnum suscepit. Quod fratribus eius Ludowico et Karolo non ferentibus, primus ei Ludowicus[g] cum copiis orientalium Francorum prope Mogontiacum[h] occurrit. Vixque pugna dilata, cum Lotharius contra Karolum Gallias peteret, Ludowicus[i] sibi Francos orientales[k], Saxones, Thuringios, Alamannos Baioariosque[l] confoederat.

841. Ludowicus cum orientalem Rheni ripam praesidiis occupasset, Lothario omissa Karoli insecutione redeunte, et mense Aprili iuxta Wormatiam clam Rhenum cum exercitu transeunte, a quibusdam suis pene proditus, et a fratre circumventus, in Baioariam redire compulsus est; Lothariusque, relicta ad praesidium Rheni copiarum parte, ad persequendum rediit Karolum. Interim Ludowicus ad auxilium Karoli per nuntios revocatus, occurrentibus in Retiensi[m] territorio relictis Lotharii copiis, 3. Idus Mai pugna conflixit, et Adalbertum comitem cum multis aliis victor prostravit. Inde transito Rheno, adunatis cum fratre Karolo copiis, cum, Lothario monarchiam appetente, de particione regni concordare non possent, iuxta Fontinatam villam 7. Kal. Iulii acie confligunt, et innumera strage facta, Ludowicus et Karolus castris potiti sunt. Lotharius vero fugiens, Aquense palatium petit, et recollectis undique copiis, digressos a se invicem fratres, primo Ludowicum autumno, et hieme Karolum in Galliis frustra persequi laboravit. Cometa in signo Aquarii 8. Kal. Ian. visa. Grimaldus[31] archicapellanus Ludowici coenobium sancti Galli beneficii loco ab eo accipiens, tenuit annis 31. Lotharius[n] imp. ann. 15. Ludowicus rex ann. 36. Karolus rex ann. 37.

A. F. 842. Visa fratris pertinatia, Ludowicus et Karolus copiis collectis apud Argenturacum conveniunt, eumque persequi statuunt, et apud Sentiacam villam inventum, cum a suis desereretur, 17. Kal. April. fugere conpellunt, regnumque eius cis Alpes inter se dispertiunt. Qui rursum collecto exercitu, apud Madasconam Galliae urbem eos exspectat. Tandemque cunctis pacem quam bellum malentibus, ter quadragenis proceribus iuratis regnum in tria parciendum die statuta mandant. Ludowicus in Saxonia coniurationem libertorum contra dominos, auctoribus capite plexis, conpescuit. Cum legati statuta die concordare non possent, particio in aliud tempus differtur. (Cat. Aug.) Augiae Walahfridus Strabo, vir doctus, abbas 12us praefuit annis 7, qui multa ingenii sui monimenta metro et prosa reliquit.

A. F. 843. Descripto regno et in tria diviso, fratribusque[o] Viriduni convenientibus, Lodharius[p] cum imperatoris nomine (cf. Reg. a. 855.) Italiam et Galliam Belgicam, quae nunc usque ab eo regnum Lotharii dicitur, (A. F.) Ludowicus Germaniam, Pannonias, Noricum et Alamanniam, Karolus reliquas Galliarum provintias accipiunt; firmataque sacramento pace, digressi sunt. Karolus Aquitaniam[q] Pipino, fratris sui Pipini filio, auferre moliens, eumque infestans, plurima proprii exercitus (A. Augg.) damna[r] pertulit. (A. F.) Iudith[s] imperatrix obiit. Romae Gregorio papa defuncto, Sergius II. sedit annos 3. Mauri Beneventum occupant.

844. Karolus rex Galliarum Bernhardum[t] Barcinonensem ducem, nihil[u] mali suspicantem, occidit. Exercitus eiusdem a Pipini ducibus pugna victus est 7. Idus Iunii, ceciditque cum multis[v] aliis nobilibus Rhaban[w] signifer eius et Hugo[x] Richpotoque abbates. Ludowicus rex Germaniae Abodritos defectionem molientes, occiso rege eorum, bello perdomuit, et per duces disposuit. Rhabanus Fuldensis abbas librum, quem de laude sanctae crucis variis figuris metroque composuit, Sergio papae transmisit. Remis post Ebonem Hincmarus, vir doctus, archiepiscopus ordinatur.

845. Nordmanni regnum Karoli vastantes, Parisius usque per Sequanam navigio veniunt, acceptaque ab eo magna pro pace pecunia[y], discedunt. Item in Fresia, semel victi et bis victores, magnas hominum strages faciunt. Item in Saxonia Hemmeburg populati, non inulti[z] redeunt. Karolus rex, inita cum Brittonibus* pugna, pluribus amissis, vix cum paucis effugit. Ludowicus rex 14 ex ducibus Boemanis ad fidem conversos baptizari fecit. Lotharius imperator Burgundiones rebellare molientes ad deditionem coegit.

846[a]. Gisalpertus, Karoli miles, filiam Lotharii imperatoris vi rapuit; unde iratus Lotharius, cum Karolo, licet Ludowico satagente, pacificari noluit. Ludowicus, Marahensibus Sclavis compressis, Rastizen ducem constituit, et per Boemiam cum gravi damno[b] exercitus rediit. Mauri, cum Romam petentes urbem ipsam capere non possent, aecclesiam (G. pontt.) sancti Petri vastaverunt. Romae Leo IV. sedit annis 9, mensibus 3; qui castrum, quod[c] Leonianum vocatur, ad aecclesiam sancti Petri conmuniendam[d] construxit.

A. F. 847. Lotharius[e] et Ludowicus se vicissim invitantes, mutuo conviviis regiis[f] muneribusque fruuntur. Nordmanni iterum Dorestatum incendunt. Mogontiae Otgarius archiepiscopus obiit; pro quo Rhabanus, Fuldensis abbas doctissimus, archipraesul promotus sedit annos 9. Qui mox Ludowico iubente sinodum magnam Mogontiaci colligit[g]. Ubi inter alia Thiota, pseudoprophetissa ex Salomonis Constantiensis episcopi parrochia, correpta et publice flagellis caesa, tandem a vaticiniis, questum querentibus, obticuit.

848. Ludowicus rex, misso filio Ludowico, Boemanos conpressit et obsides dare conpulit. Gotescalcus quidam presbiter quosdam homines ad vitam, quosdam ad mortem inevitabiliter a Deo praedestinatos dogmatizans[h], in conventu episcoporum Mogontiaci[g] convictus, de regno Ludowici pellitur, et Remis ad Hincmarum episcopum suum mittitur.

849. Exercitus a Ludowico rege contra Boemanos[i] item rebellantes missus, cum pactum et obsides hostium pacem petentium accipere contempsisset[k], turpiter ab ipsis caesus et spoliatus, obsides dedit, et cum dedecore rediit. (A. Sang.) Terraemotus factus est. (Cat. Aug.) Augiae[l. 32] Walahfridus Strabo abbas obiit, pro quo 13us Folcwinus praefuit annis 9.

*1) IIII. Non. Maias hora ante nonam. 4. (III. Non.) 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) ignique per area 2. b) turingiam *corr.* thur. 2. c) Ager 1. d) pascae 1. e) apar. 2. f) Loth. 2. g) lud. 2. h) mogonciaci 1. i) ludouuicos 2. k) *deest* 2. l) baioariasque 1. m) reciensi 1. *ut saepius* c *pro* t. n) *Haec desunt* 2. o) que *deest* 2. p) loth. 2. q) aquitania 2. r) dampna 1. s) *reliqua desunt* 2. t) berinh. 2. u) nichil 1. v) a. m. 2. w) raban 2. x) huno richpoto a. 2. rihcp. 1. y) peccunia 2. z) multi 2. *) briton. 1. a) DCCCLXVI. 1. *et ita usque* DCCCLXVIIII. b) dampno 1. c) *deest* 2. d) cōminuendam 2. e) Gotharius *corr.* Lotharius 2. *et ita etiam a.* 862. 867. *incipientibus.* f) regis 2. g) colligitur 1. *post corr.* colligit 2. h) docmat. 2. i) boeamanos 1. k) contempsissent 1. l) *reliqua desunt* 2.

31) cf. Catal. Sang. et Ratpertum. 32) Walafridum non Augiae, sed in Gallia obiisse testatur Ermen-

850. Nordmanni Gotefrido duce per Sequanam ascendentes, regnum Karoli vastant. Contra quos Lotharius imperator in auxilium evocatus, cum se pugnaturum cum hostibus crederet, Karolus timore perculsus Gotefridum[a] cum suis in societatem regni assumit, eisque terram ad inhabitandum dedit. Fames magna Germaniam et maxime circa Rhenum oppressit, et Rhabanus archiepiscopus multos pauperes aluit. A. F.

5 851. Ludowicus rex Sorabos, terminos Francorum infestantes, vastata regione eorum, perdomuit. Pipinus rex conprehensus a suis et patruo Karolo traditus et ab eo tonsus, Suessionis in monasterium sancti Medardi retrusus est. Similiter et Karolus, frater[b] eius iunior, cum ad ipsum proficisci[c] vellet, a comitibus Karoli eiusdem captus, eoque iubente tonsus, in Corbeiense[d] coenobium custodiae traditus est.

852. Magna sinodus[e] et generalis conventus Mogontiaci a Rhabano[f] archiepiscopo et Ludowico rege habitus, mul-10 taque correcta sunt. Herioldus Nordmannus diu bene a Ludowico tractatus, suspicione proditionis[g] a quibusdam Francis perimitur. Translatio sancti Remigii Remorum archiepiscopi ab Hincmaro eiusdem urbis archiepiscopo Kalendis Octob. facta[33].

853. Nordmanni per Ligerim ascendentes, et Gallias vastantes, basilicam quoque sancti Martini Turonis incendunt.*1 Aquitani Karoli iniurias questi, Ludowicum, ut super se regnet vel filium regem donet, sollicitant. A. F.

15 854. Ludowicus aequivocum filium[h] Aquitaniam mittens, instabiles eorum animos deprehendens, contempsit. Nordmanni ex diversis, quas iam per 20 annos vastabant, regionibus collecti, vulgus innumerum totumque genus regium usque ad unum puerum mutua caede mactaverunt.

855. Apud Mogontiacum[i] terra vicies tremuisse fertur. Insoliti aeris turbines, et grandines fulgura et tonitrua facta. Ecclesia sancti Chiliani fulmine cremata Non. Iunii; et postea muri turbine diruti sunt. Gozpaldus ipsius urbis episco-20 pus obiit; cui Arnus successit. Ludowicus rex Rastizen ducem Marahensium Sclavorum petens, vastata ex parte regione, subiugare nequivit. Quo reverso, Marahenses secuti, contigua trans Danubium loca vastant. Lotharius imperator, relicto mundo, divisoque inter filios regno, monachum se Prumiae fecit, et non multo post 3. Kal. Octob. ad regnum caeleste migravit. Post quem filii eius, Ludowicus imperator Italiam, et Lotharius Cisalpinas partes regni tenuere. Igniculi crebri instar spiculorum ab oriente in occidentem per aera ferri 16. Kal. Novemb. per totam noctem visi. Regino A. F. Reg. A. F.

25 856. Rhabano Mogontiense archiepiscopo 2. Non. Febr. defuncto, Karolus, Pipini regis Aquitaniae filius, qui e custodia Corbeiensis[k] coenobii ad patruum Ludowicum transfugerat, archiepiscopus ab ipso promotus, praefuit annis 8. Hiltigard[l] regina obiit. Fuldis[m] Hatto abbas obiit, Thietoque[n] successit. Ludowicus rex per Sorabos transiens, auxiliaque inde assumens, Dalmatas[o] bello victos tributarios facit, et per Boemanos nonnullos eorum in deditionem accipiens, rediit. Romae Leone defuncto, Benedictus papa sedit annis 2, 30 mensibus 6.*2 Ludowicus[p] imper. ann. 20. Lotharius rex ann. 14. A. Augg. A. F. G. pontt

857. Exercitus item a Ludowico rege in Boemiam missus, Sclavitag tyrannum in Marahenses pepulit. Sinodus a Karolo archiepiscopo Mogontiae collecta. Tempestas valde terribilis Coloniae 17. Kal. Octob. facta, et fulmen instar ignei draconis aecclesiam sancti Petri penetrans, tres homines diversis in locis exstinxit, plures prostravit. A. F.

858. Terrae motus magnus Kalendis Ian. factus est. Lotharius rex, filius Lotharii imperatoris, contra Ludowicum 35 regem patruum suum cum Karolo rege alio patruo suo[q] coniuravit. Ludowicus rex legatione populi, de tyrannide[r] Karoli flebilia conquesti, sollicitatus, diu cunctabundus, Gallias tandem cum exercitu intrat. Cunctisque pene ad eum conversis, Karolus fugit, ipse plus aequo securus, proprio exercitu remisso, regnum illud, prout voluit, disposuit. Sed fraus quorumdam[s] fratrisque Karoli versutia incautum ibi circumvenisset, nisi fama rebellantium Soraborum proprio auxiliatum regno maturius eum revocasset. Quo redeunte, Karolus regnum suum recepit[t]. Augiae[u] Folcwino abbati 40 Waltheri 14us successit annis 6. Villam quandam iuxta Mogontiam et Rhenum, Cammunti vocatam, nequam spiritus primo invisibiliter, responsa dando, furta prodendo, deinde etiam lapidibus iactis et domorum incendiis homines persequendo, per triennium infestans, vastam reddit. Romae[v] post Benedictum Nicolaus papa sedit annis 9. Catal. et A. Augg. A. F. G. pontt.

859. Ludowicus rex, frequentibus missis legatis, cum fratre Karolo et Lothario rege fratruele[w] pacificari satagens, tandem cum denominatis viris ad secretum cum eis colloquium venit, diemque pacificationis condixit[x]. Legatos etiam 45 Nicolao papae et Ludowico imperatori fratrueli suo, se de invaso fratris regno excusatum, misit. Crebri terrae motus Mogontiacum concutiunt. Ibique Probus presbiter religiosus et sanctus 7. Kal. Iulii obiit. A. F.

860. Hiems[y] nimis saeva et prolixa terraeque frugibus noxia facta est, adeo ut et Ionium mare glaciatum[z] usque in Venetiam equis et carpentis se meabile praebuerit. Ludowicus et Karolus Lothariusque reges in Confluente castro convenientes, pacificantur, mutuum sacramento pactum confirmantes.

50 861. Ludowicus rex, habito Ratisponae conventu, aliquot primates suos infidelitatis accusatos deposuit. Item contra maiorem filium suum* Karlomannum Carantani ducem, quasi res novas contra se molientem, iratus est. Fames validissima hoc anno facta. Meginradus, Augiae monachus et primus incola Heremi, quae Turicino adiacet lacui, a quibusdam latronibus inibi 12. Kal. Febr. peremptus, post mortem virtutibus claruit, Augiaeque sepultus est. A quo usque hodie Heremus ipsa a sanctis et religiosis culta 55 viris, in nobile et famosum iam dudum excrevit coenobium.*3 A. Sang. cf. V. Meg.

862. Lotharius rex, faventibus archiepiscopis, Gunthario Coloniense et Theodgaudo Treverense, repudiata Tiohtpirga[b] uxore legitima[c], Waldradam concubinam[d] sibi coniunxit, sinodo ad hoc quasi iure machinandum[e] Mettis collecta. Karlomannus obiecta excusans, cum patre pacificatur. Ludowicus rex Abodritos rebellantes petens, obsides dare coegit. cf. G. pontt. A. F.

*1) Corpus sancti Martini de tumulo levatur. 4. 4b.
60 *2) Leo papa, Trogo et Rabanus, Hildigart regina obierunt. 4. 4b. *cf. Ann. Alam. a.* 856. 857.
*3) Meginradus eremita martyrisatur. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) gothefr. 1. b) i. f. e. 2. c) prociscisci *corr.* profiscisci 1. d) corbeniense 2. e) synodus 1. f) mogonciaci a rabano 2. g) prodiciones 1. h) suum 2. i) mongontiacum 2. k) corbiensis 2. l) hiltigart *corr.* (*eadem manu?*) hiltigard 1. m) Fuldis — successit *desunt* 2. n) thetoque *corr.* thietoque 1. o) dalmatios 2. p) *Haec desunt* 2. 65 q) *deest* 2. r) tyranne 2. s) quorundam 2. t) recipit 2. u) Augiae — VI. *desunt* 2. v) *reliqua desunt* 2. w) patruele 2. x) constituit 2. y) Hiemps 1. z) glatiatum 2. *) *deest* 2. a) *deest* 2. b) tiohtpurga 2. c) legittima 1. d) s. c. 2. e) machinatum 2.

ricus monachus Augiensis, eius discipulus (Mabill. Annal. p. 420.): *Beatissimo praeceptore meo Walahfredo pro responso quodam domni regis* (Ludovici) *ad Carolum germanum suum pergente, ibique de-*70 *functo* etc. USS. 33) cf. Acta SS. Oct. I.

863. Karlomannus item apud patrem adeo innocens accusatus est, ut patrem contra se venientem, a suis proditus et ducatu privatus, vix, innocentiam probans, placaverit. Sinodus coram Arsenio, legato Nicolai papae, Mettis habita, et Guntharius Theotgaudusque archiepiscopi[a], pro roboranda, quam machinati sunt, Lotharii regis causa, Romam missi, sinodo Romae ab Nicolao papa collecta, ab ordine depositi et cum sinodo sua anathematizati[b] sunt; Lothariusque rex, nisi resipisceret, excommunicatus est. Mogontiae Karolo archiepiscopo defuncto, Liutpertus[c] successit. Nonnulli ex Hunis christiani effecti sunt.*1

864. Guntharius Coloniensis[d], quia contumeliose domno papae rescripserat et contra interdictum eius officium episcopale usurpaverat, poenitentia ductus, Romam ad eum venit; sed minime reconciliari meruit. Ludowicus rex Germaniae Rastizen Marahensium ducem petens, et apud Dowinam castrum obsidens, iussos[e] obsides dare et in iusiurandum subiectionis iterare coartat. Ipse item Ludowicus et frater eius Karolus rex Galliarum convenientes, debita sibi invicem relaxant, et foedus pactumque innovant et confirmant. Augiae[f] post Waldharium abbas Heito 15. praefuit annis 7. Translatio sancti Otmari in basilicam sancti Galli.

865. Roudolfus[g] Fuldensis presbiter et monachus, doctor, poeta et historicus satis doctus, 8. Idus Martii obiit. Arsenius episcopus, domni papae Nicolai[h] legatus, pacem inter Ludowicum regem et fratrueles eius Ludowicum Italiae imperatorem Lothariumque[i] regem redintegravit. Ipsique Lothario fidem conubii per sacramenta 12 principum suorum pollicenti, Thiotpirgam[k] coniugem reconciliatam reddidit, Waldradam concubinam in Italiam relegavit; multis etiam apud Karolum per Gallias dispositis, honoratus a regibus et donatus, Romam rediit.

866. Ludowicus iunior, propter quaedam beneficia sua fratri Karlomanno data, patri Ludowico[l] regi rebellare multo studio molitus, et facile victus, tandem mediante Liutperto[m] archiepiscopo patri reconciliatus est. Gundpaldus, miles Karlomanni, contra ipsum pugnare ausus, amissis copiis victus, vix aufugit. Vulgari, missis a Nicolao papa et Ludowico rege praedicatoribus, fidem Christi suscipiunt.

867. Lotharius rex, promissis suis principumque sacramentis posthabitis, coniugem Thiodpirgam[n] denuo iniurians, Waldradae revocatae clam se miscuit. Unde motus papa Nicolaus, missis[o] ad diversos litteris[p], cum cunctis illum complicibus suis excommunicavit. Roudpertus[q] fortissimus de regno Karoli comes, alter sui temporis Machabeus[r], qui Nordmannos et Brittones[s] magnis saepe[t] protriverat praeliis, apud Ligerim fluvium cum Nordmannis fortiter dimicans, occubuit. Terrae motus magnus 7. Idus Octob. factus.

868. Sinodus magna Wormatiae coram Ludowico rege collecta, et multa inibi pro statu aecclesiae decreta, mense Maio. Romae defuncto papa Nicolao, Adrianus II. sedit annis 5; ad quem cum Lotharius rex venisset, et frustra opitulante fratre Ludowico imperatore pro Waldradae matrimonio sategisset, nihil[u] profuit. Cometa visa, inundatio et illuvio magna facta, famesque et pestilentia ingens secuta est.*2

869. Boemani Baioariae fines infestant. Sorabi et Suisli[v] itemque Boemani Thuringiam[w] vastant. Karlomannus bis numero copiis Rastizi pugna congressus, vicit, et praedas ingentes abduxit, Gundacrumque periurum refugam suum, divinitus in pugna debilitatum, inibi occidit. Lotharius rex cum conplicibus suis se apud Adrianum papam de illatis criminibus excusans, et corpus Domini temerarie ab eo accipiens, domumque rediens, mense Iulio Placentiae periit, fautoresque sceleris pene omnes obiter[x. 34] interiere, regnumque[y] eius patruus Karolus invadens, Mettis se coronari imperatoremque[y] iussit appellari. Interim Ludowicus rex usque ad desperationem Ratisbonae aegrotans, thesaurosque suos aecclesiis pauperibusque dispensans, tres filios suos cum totidem exercitibus contra diversos miserat hostes. E quibus Karolus caeteris iunior, cunctis Rastizi munitionibus captis, totam Marahensem regionem ferro, igne praedaque vastavit, Karlomannus regnum Zuentibaldi, nepotis Rastizi, nihilominus depopulatur, Ludowicus vero Sorabos et eorum complices bis pugna victos ad deditionem conpulit. Fames valida et pestilentia facta.

870. Ludowicus rex ex infirmitate convalescens, multos ex regno Lotharii ad se venientes suscepit. Postea ad colloquium obviam fratri Karolo venturus, de solario quodam cum multis aliis, cadente aedificio, corruit, et graviter colliso corpore costisque confractis, dissimulato tamen dolore, crastino ad condictum venit, et cum fratre regnum Lotharii aequaliter divisit. Zuentibaldus cum regno suo Karlomanno se tradidit. Unde Rastiz iratus, prius eum dolo perimere, et hoc non procedente, manifeste eum persequi statuit. Ille vero superior factus, Rastizen victum conprehendit et Karlomanno vinctum tradidit. A quo, pervaso regno et gazis[z] suis, in carcerem missus, et Ludowico regi exhibitus[*], iudicioque Francorum morti addictus, luminibus tantum occulorum privari iussus est. Ipso anno Willipertus Agrippinae Coloniae archiepiscopus a Liutperto[a] Mogontiense ordinatus, sinodusque[b] magna Coloniae collecta, et multa pro statu aecclesiae[c] decreta, et aecclesia sancti Petri dedicata est. Inter alia prodigia terrae motus facti sunt, et duae rutilae nubes quasi ignea inter se tela emittentes, se instar pugnantium commiscere visae.

871. Ludowicus et Karolus propter quaedam beneficia[d] sua, Karlomanno[e] fratri donata, contra patrem Ludowicum regem rebellare molientes, vix tandem ab eo placari pacarique consentiunt. Zuentibald[f] perfidiae incusatus, a Karlomanno in custodiam mittitur. Sed crimine non probato, relaxatus ab eo[g], et muneribus donatus, exercitusque ei auxilio contra Slagamarum[h] presbiterum, quem Marahenses invitum pro ipso ducem fecerant, missus est. Qui dolose rediens, et se in civitatem recipiens, ipsum auxiliatorem exercitum dolo circumventum, paucis fuga elapsis vel comprehensis, prorsus delevit. Boemienses eruptionem molientes oppositis praesidiis[i] reprimuntur. Constantiae[k] Salomon episcopus obiit. Augiae Heitoni abbati Roudho 16us succedens[l] praefuit annis 17. Apud Sanctum Gallum Yso magister obiit.

872. Basilius imperator Grecorum inter alia munera cristallum grandem cum portione dominicae crucis non modica, auro et gemmis preciosis[m] ornatam, Ludowico regi misit. Ludowicus rex, pacificatis secum et inter se filiis, regni post

*1) Huni christianitatis nomen aggressi sunt. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*
*2) Terrae motus factus est, et cometa visus est. 4. 4b. *cf. Ann. Alam.*

a) archieps 1. b) anatematizati 2. c) liupertus 1. luitpertus 2. d) colonienses 1. *corr.* coloniensis eps 2. e) tussos 2. f) *reliqua desunt* 2. g) rͦdofus 1. Rudofus 2. h) nocolai 2. i) que regem *desunt* 1. k) thiothpirgam 2. l) luduuico 2. m) luitp. 2. n) diotpirgam 2. o) *deest* 2. *post* diversos *suppletum*. p) literis 2. q) Rͦpertus 1. r) machabetis 1. s) britones 1. bittones 2. t) *deest* 2. u) nichil 1. v) suifli 1. 2. *sed cf. infra a.* 874. w) tur. 2. x) obier 2. *deletum*. y) que *deest* 2. z) gusis 2. *) exib. 1. a) luitp. 2. b) que *deest* 2. c) eclesie 1. *ubi etiam* eclesia. d) benificia 1. e) no *e corr.* 1. f) zuentebald 1. g) est *post add.* 2. h) *in loco raso* 1. flaganiarum 2. i) prediis 1. k) *reliqua desunt* 2. l) *deest* 1. *nova incipiente pagina*. m) preciosas 1.

34) i. e. simul, in itinere.

se particionem[a] disposuit. Exercitus contra Marahenses missus, cum sine duce sibi dissentiret, ab hostibus victus, caesus et ludibrio habitus, turpiter aufugit. Liudpertus[b] archiepiscopus cum exercitu in Boemanos missus, quinque duces eorum pugna vicit, et regionem ex parte vastavit. Karlomannus Marahenses vastat. Sed[c] custodes navium eius ab hostibus trucidati sunt, Embricone Ratisbonae episcopo vix fuga elapso. Aestas pene tota fulminibus, tonitruis grandinibusque 5 horrida, homines multos frugesque pessumdedit. Wormatiae aecclesia[d] sancti Petri fulmine incensa et diruta est. Terrae motus magnus 3. Non. Decemb. factus Mogontiacum diruit. Apud[e] Sanctum Gallum defuncto Grimaldo, Hartmout abbas praefuit annis 12. * — A. F. A. Sg. Cat. Sg.

873. In conventu a Ludowico rege apud Franconofurt habito Karolus, filius eius, arreptus a demone graviter vexatur. Karolus Galliarum rex Karlomannum diaconum filium suum, tyrannidem[f] exercentem, excaecari iussit. Pax cum Danis 10 petentibus a Ludowico rege firmatur. Nordmanni Fresiam superbe classe petentes, et tributum exigentes, pugna victi, et duce Roudolfo[g] cum 800 amisso, et cuncta peccunia[h] multati, turpiter redierunt. Fames magna facta est. Tanta multitudo inauditae magnitudinis locustarum ab oriente gregatim more exercituum veniens, has pertransit regiones, ut per duos continuos menses saepe radios solis per unius spacium miliarii volitantes obnubilarent, et in una hora, quicquid in centum vel amplius iugeribus viride invenerant, depascerentur, et postremo in mare vento actae et fluctu[i] reiectae, 15 foetore corrupto aere, non modicam gignerent[k] pestilentiam. In pago Italiae Brixiense sanguis tribus noctibus pluisse fertur. Item[l] Greci, missis per Agathonem archiepiscopum muneribus, amiciciam cum Ludowico rege confirmant. Romae defuncto Adriano, Iohannes papa sedit annis 10. — A. F. Cat. pontif.

874. Hiems[m] valde prolixa, saeva et nivosa, multos homines et iumenta frigore extinxit. Sorabi et Suisli[n] defectionem molientes, a Liutperto[o] archiepiscopo facile comprimuntur. Ludowicus rex in quadragesima visione ammonitus, 20 multas pro liberatione animae patris sui Ludowici imperatoris elemosinas et orationes patravit. Idem in Italiam veniens, cum Iohanne papa et Ludowico imperatore, fratris sui filio, colloquium habuit. Idem cum Zuentibaldo duce Marahensium, subiectionem per legatos promittente et fidem censumque annuum pollicente, pacem fecit, Boemanosque idem facientes suscepit. Idem cum fratre Karolo colloquium[p] habuit. Fame magna et pestilentia per Gallias et Germanias facta, tertia fere pars hominum interiit. R a t o l f u s[q] V e r o n e n s i s e p i s c o p u s o b i i t, q u i s u i n o m i n i s c e l l a m[35] 25 i u x t a A u g i e n s e m i n s u l a m c o n s t r u i t. Hemma regina paralisi dissoluta est. — A. F. A. F.

875. Inter Francos et Saxones sedicio pene usque ad caedem mutuam mota, a Ludowico[r] iuniore sedata est. Cometa plus solito scintillans 8. Idus Iunii visa. Villa quaedam in pago Nitense, Ascabrunno[s] dicta, nocte 5. Nonas Iulii subita tempestate et nimbis, 88 hominibus extinctis, ita absumpta et deleta est, ut nec vestigium eius remaneret. Ludowicus Italiae imperator defunctus, Mediolani in basilica sancti Ambrosii sepultus est, anno regni 20. Cuius thesauros et 30 regnum patruus eius Karolus, rex Galliarum, quasi soli sibi debitum invasit ac deripuit[t]. Unde motus frater eius Ludowicus rex Germaniae, filium suum Karlomannum contra eum in Italiam misit, ipseque cum aequivoco Gallias[u] regnum eius invasit. Karolus vero congredi bello timens, dolis et peccuniis[v] mendaciisque Karlomannum de Italia abegit, se quoque statim discessurum[w] et fratrem Ludowicum de regni illius divisione exspectaturum iurans. Quo credulo et reverso, ipse Romam tendit, conciliatisque sibi dolo et peccunia Romanis, imperatorem se a Iohanne papa coronari fecit, 35 Italiamque, uti voluit, quasi suam disposuit.

876. Ludowicus rex precibus populi annuens, de Galliis, ne eas vastaret, rediit. Hemma regina Ratisbonae obiit, et in basilica sancti Emmerammi sepulta est. Fresones, item Nordmannis pugna victis, plurima spolia diripuere. Karolus fraudulenter imperator de Italia Gallias repetens, nova habitus actuum et verborum vanitate, iactantia et levitate usus, Ludowico fratri procaciter et stulte minitabatur. Sed Ludowico exercitum colligente perterritus, crebros et sup- 40 plices pro pace petenda legatos ad eum mittebat. Interim ipse Ludowicus, rex fortis et religiosus, morbo tactus, apud Franconofurt 5. Kal. Septemb. vita decessit, anno regni 36. et apud Lauresham[x] coenobium sepultus est, regnumque eius tres filii, Karlomannus Baioariam, Ludowicus Germaniam, Karolus Alamanniam, singuli cum adiacentibus provinciis accepere, pacemque inter se sacramento firmavere[y]. Sed Karolus[z] Galliarum tyrannus, comperta fratris morte gavisus, statim collecto[*] exercitu, regnum eius Rheno[a] contiguum invasit. Quem cum Ludowicus iunior per legatos 45 redire pacemque servare frustra postulasset, eumque sibi dolo insidias struere comperisset, transito Rheno[a], 8. Idus Octob. in Ribuaria bello inito vicit, multisque occisis et comprehensis, illum pene nudum cum paucis turpiter[b] fugere compulit, et castra eius cum innumeris spoliis diripuit. — Regin. A. F.

877. Linones[c] et Suisli[d] eorumque confines defectionem molientes, a Ludowici missis facile compressi sunt. Karolus Galliarum imperator tyrannicus aestate item Italiam ingressus, cum Karlomannum quoque, fratris sui filium, se invito 50 transcensis Alpibus, pugna secum congredi velle cognovisset, fugam more suo iniit, et inter fugiendum desinteria[e] correptus periit, anno regni 37. et in Burgundia A g a u n i[36] sepultus est. Post quem filius eius Ludowicus Balbus regnum Galliarum accepit, et apud patrueles de omnibus patris iniuriis se per legatos excusans, pacem cum eis fecit. Karlomannus vero, disposita[f] prout voluit Italia, in Baioariam rediit, et fratri Ludowico partem suam de regno Lotharii reddidit. Febris[g] Italica, tussis et dolor oculorum 55 et pestilentia multos graviter vexavit et exstinxit. K a r l o m a n n u s[h] r e x a n n. 4. L u d o w i c u s r e x a n n. 5. K a r o l u s i m p e r a t o r a n n o s 11.

878. Ludowicus rex Germaniae cum fratre Karolo regnum Lotharii divisit. Lantpertus et Adalpertus comites Romam cum manu valida petentes, Iohanne papa sub custodia retento, principes Romanorum fidem Karlomanno sacramento firmare coegerunt. Unde idem papa commotus, aecclesiam sancti Petri, omnibus thesauris Lateranis translatis, clausit, divinaque inibi officia celebrare prohibuit, ipseque per mare Tyrrenum[i] Gallias adiens, totum pene inibi moratus est 60 annum. Dein[k] assumpto secum Bosone quodam, qui, propria uxore veneno necata[l], filiam Ludowici Italiae imperatoris vi rapuerat, quemque Karolus Provintiae praefecerat, Romam rediit, ipsique regnum Italiae subicere et Karlomanno

*) Wormatia fulminis ictu crematur. 4. 4b. *cf. Annales Augienses.*

a) participationem 2. b) Luitp. 2. c) Sed — elapso *desunt* 2. d) aecclesiam 1. e) *reliqua desunt* 2. f) tir. 1. g) rudolfo 2. h) pecunia 2. *sed v. infra a.* 889. peccoribus. i) fluctui 2. k) gigneret 2. l) *reliqua desunt* 2. 65 m) Hiemps 1. n) suifli 1. o) luitp. 2. p) colliquium 2. q) *reliqua desunt* 2. r) lodowico 2. s) o *e corr.* 1. ascabruno 2. t) *ita* 1. 2. u) galliis 2. v) pecun. 2. w) discescurum 1. x) lůresham 2. y) firmare 2. z) karrolus 2. *) colecto 2. a) reno 2. b) f. t. 2. c) Sinones 2. d) (suisli *corr.*?) suifli 1. e) des. *corr.* diss. 2. f) *deest* 2. *ubi ex ante* Italia *alia manu add.* g) *reliqua desunt* 2. h) *Haec desunt* 2. i) tirrenum 2. k) Dein *post ut videtur corr.* Deinde 1. l) necta 2.

70 35) Radolfszell; cf. Mir. S. Marci c. 2. SS. IV. p. 450. 36) Nantuae, Ann. Hincmari.

Ludowicus Balbus ann. 1.

A. F. auferre studuit. Eclipsis solis 7. Kal. Novemb. post nonam horam facta. Magnaque hominum et boum pestilentia.*1

879. Karlomannus rex Baioariae paralisi dissolutus, usum loquendi amisit[a]. Ad quem Ludowicus frater visendum veniens, regnum Baioariae disposuit. Ludowicus Balbus, filius Karoli, rex Galliarum 3. Idus Aprilis Compendii obiit, ibique sepelitur, Karolo filio postumo relicto, duobusque aliis non legitima[c] coniuge natis, Ludowico scilicet et Karlomanno, in regnum illi succedentibus. Quo mortuo, Ludowicus rex Germaniae[d] statim contiguam sibi Galliam Belgicam[e] petit, indeque rursum in Baioariam a quibusdam vocatus, quae videbantur disposuit, fratremque Karlomannum aegrotum, scripto ei res suas, quia lingua non potuit, commendantem, invisit, eique ministraturos principes nonnullos deputavit. Itemque missis copiis, Hugonem, Lotharii regis ex Waldrada filium, in Gallia Belgica tyrannidem exercen- (Regin.) tem, cum suis compressit. Boso[f] Burgundia invasa tyrannidem exercet.*2

A. F. 880. Hiems[g] prolixa et nimis frigida facta. Ludowicus rex Germaniae in Gallias veniens, et filios Ludowici Balbi ad se venientes suscipiens, pacem cum eis fecit, totumque Lotharii regnum sibi subicit. Ipse, inito cum Nordmannis, qui in Scilta[h] fluvio residebant, praelio, plus quam quinque milia ex eis occidit, ibique Hugo[i], ex concubina filius eius, cecidit. Item Nordmanni inita cum Saxonibus pugna victores, duos episcopos, 12 comites, 18 regios milites cum secuta magna[k] multitudine peremerunt, et captivos multos[l] duxerant. Sorabi, Dalmatae et Boemani[m] Sclavi collecto exercitu Thuringiam iuxta fluvium Salam populati, a Popone marchione circumventi, omnes perempti sunt. Karlomannus, rex Baioariae fortis, prudens et pius, 11. Kal. April. apud villam Otingam[37] obiit et sepelitur. Ludowicus rex Germaniae, frater eius, missis item contra Hugonem[n] in Gallias copiis, cruentam adeptus est victoriam. Eius item auxilio freti, filii Ludowici Balbi Bosonem tyrannum[o] ultra Rhodanum persecuti, in Viennam conpellunt, et Madasconam urbem captam subiciunt. Nordmanni[p] Gallias itemque Fresiam igne, praeda caedeque vastantes, tandem Noviomagum muniunt, et in palacio regis hiemare disponunt. Contra quos Ludowicus moto exercitu, impediente hieme, parum proficere[q] potuit. Magna sterilitas frugum Germaniam afflixit.*3

881. Hiems item saeva et prolixa, magnaque fames facta. Ludowicus rex Germaniae Hugonem* ad deditionem venientem benigne suscepit; rursumque rebellantem persecutus, in Burgundiam pepulit. Ludowicus rex Galliae cum Nordmannis pugnans, novem milia[r] equitum victor prostravit. Illi vero collectis rursum copiis regnum Ludowici regis Germaniae petunt, Cameracum, Traiectum, Hispanicum[s] pagum, Ribuariam[t] totam, Prumiam[u], Stabulaum, Malmundarium[v], Indam, et alia perplura loca vastant, Aquisgrani in capella regis equos suos stabulant, Coloniam Agrippinam et Bunnam una cum aecclesiis incendunt. Contra quos Ludowicus rex cum morbo detentus venire non posset, exerci- (cf. Regino a. 881. 887.) tum misit. Terrae motus interim magnus 3. Kal. Ian. Mogontiaci factus. Eodem[w] anno Karolus rex, frater Ludowici, Italiam petens, Romamque veniens, una cum regina Richgarda imperiali unctione a Iohanne papa coronantur.

A. F. 882. Cometa ultra modum comas spargens[x] 15.[y] Kal. Febr. visa. Ludowicus rex Germaniae crescente morbo 13. Kal. Febr. defunctus[z], et Lauresham iuxta patrem aequivocum sepultus est. Quo audito, exercitus contra Nordmannos missus, infecto negotio rediit. Nordmanni vero, nullo resistente, residua circumcirca* vastantes, Walach Metensem episcopum incaute occurrentem occidunt, et inter alia multa mala Treverensem quoque urbem, fugatis et occisis civibus, Non. Aprilis incendunt, vastataque et incensa regione, in munitionem suam, quae Ascaloha dicitur, iuxta Mosam fluvium redierunt. Karolus imperator de Italia reversus, habito Wormatiae conventu, regnoque fratris accepto, magno collecto exercitu, Nordmannos cum regibus suis per 12 dies obsedit. Cumque magno aestu et foetore praeter mutua tela utrimque vexarentur, et inmensa tempestate horridaque grandine 12. Kal. Augusti exorta perturbarentur, visa expugnandi difficultate[a], petentibus hostibus pacemque deinceps regno eius sacramento pollicentibus, datis obsidibus cum rege eorum Sigefrido mutuum colloquium habuit, eumque christianitatem professum de baptismo suscepit, datisque mutuo muneribus et firmata amicicia, digressi sunt. Orto[b] inter Saxones et Thuringios bello, Saxones superiores extitere. Pestilentia magna in Baioaria facta.

A. Sang. a. 883. 890. Ratp. casus 883. Karolus imperator, celebrato in Alamannia natale Domini, ad sancti Galli quoque coenobium venit, ibique, petente Hardmoto abbate iam sene, Bernhardum pro eo abbatem constituit, qui eidem loco 7 annis praefuit; ipseque (A. F.) Ratisponae pascha egit. Romae Iohannes papa, dato sibi a quodam propinquo suo veneno, cum adhuc victurus putaretur, malleo percussus in cerebro exspiravit; percussorque eius, concurrente turba, eadem hora a nullo laesus cecidit (Cat. pontif. A. F.) mortuus. Et Marinus[c] archidiaconus papa 110us factus, praefuit anno 1, mensibus 6. Imperator Karolus iterum in Italiam[d] obviam papae pergit, et Widonem ducem, reum maiestatis accusatum, fugientem persequi iussit. Pestilentia exercitum vexavit. Item Saxones cum Thuringiis et Popone pugnantes vincunt. Nordmanni item Prumiam[e] petentes, (cf. Reg.) a[f] Heimrico[g] marchione, Poponis fratre, ad internitionem caesi sunt. Ludowicus[h] rex Galliae, postquam regnum fortiter (A. F. a. 882.) rexit et defendit, defunctus et Parisius sepultus est, 6. regni anno. Zuentibald dux Marahensium Pannonias, quibus Arnolfus dux, filius Karlomanni regis, praefuit, crudeliter vastat.

A. F. 884. Baioarii in Italiam contra Widonem missi. Item Zuentibald Pannonias inmanissime vastans, quosdam ex Baioariis iuxta Rabam flumen incaute congressos vicit, occisisque aliis, nonnullos comprehendit. Karlomannus rex (cf. Reg.) Galliae, filius Ludowici Balbi, cum multam peccuniam[i] Nordmannis pro pace dedisset, in venatu ab apro percussus interiit, anno[k] regni 7. Et regnum Galliae ad Karolum imperatorem rediit. Karolus imperator in citeriore Pannonia (A. F.) conventum habens, Zuentibaldum ducem Marahensium, per manus se dominio eius tradentem pacemque et servitium promittentem, suscepit. Itemque[l] Brazlavonem ducem, qui inter Dravum et Savum fluvios Pannoniae praefuit, nihilominus se tradentem accepit. Ipse per Carentanum in Italiam veniens, natalem Domini Papiae celebravit.

*1) Salomon abbas in coenobio sancti Galli efficitur. 4. (*in* 4b. *et Herimanno anno* 890. *adscripta*).

*2) Eclipsis solis facta est. 4. 4b. *cf. Ann. Augienses.*

*3) Ludovicus vivente fratre suo Carlomanno Baioariam ingreditur, et Carlomannus moritur. 4. 4b. *cf. Ann. Fuld.*

a) dimisit 2. c) legittima 1. d) germen 1. germ̄ 2. e) bellicam *corr.* belgicam 2. f) *reliqua alio atramento post addita sunt* 1. *desunt* 2. g) Hiemps 1. h) sclita 2. scaltu *Ann. Fuld.* i) huno 2. k) *deest* 2. l) milites 2. m) boeamani 1. *deleto post ut videtur* a. n) hunonem 2. o) tir. 1. p) *reliqua desunt* 2. q) iscere *e corr. sed eadem manu* 1. r) VIIII. 2. s) *i. e.* hasbanicum. t) riburiam 2. u) p. s. m. i. *desunt* 2. v) mamuldarium 1. w) *reliqua desunt* 2. x) spariens *corr.* spargiens 2. y) V. X. 2. z) *post add.* est 2. *ubi* et — sepultus est *desunt.* *) circumquaque 2. a) dificultate 1. b) *reliqua desunt* 2. c) martinus *corr.* marinus 1. d) italia 2. e) pruniam 2. f) a *corr.* ab 2. g) heinrico 2. h) *reliqua desunt* 2. i) pecun. 2. k) a. r. VII. *desunt* 2. l) *reliqua desunt* 2.

37) Oetting, haud procul a confluentibus Oeni et Ivari.

885. Imperator Karolus, habito in Italia conventu, Widonem ducem Spolitanum se excusantem seque subdentem suscepit. Inde Gallias adiens, susceptisque primoribus, regnum illud, ut videbatur, disponens, ad condictum cum papa placitum[a] Wormatiam venit. Sed papa, arrepto ad eum veniendi itinere, obiit[38]. Romaeque[b] pro eo Adrianus III. papa 111us sedit anno 1, mensibus 4. Gotafridus rex Nordmannorum, perfidiae contra regnum Francorum insimulatus, ab ipsis accusatoribus dolo peremptus est. Hugo quoque[c], nothus Lotharii regis, cum incaute contra imperatorem agitaret, occulorum[d] luce privatus est. Pax inter Arnolfum[e], Carentani et Pannoniae ducem, et Zuentibaldum Marahensem[f] ducem confirmatur.

886. Imperator, celebrato Ratisponae natale Domini, Italiam, a papa invitatus, adiit, et Liutwardum Vercellensem episcopum pro quibusdam quaerendis Romam misit. Tumultus Papiae inter cives regiosque milites gravi utrorumque damno[g] movetur. Imperator, habito post pascha Papiae[h] conventu, per Burgundiam Gallias contra Nordmannos petiit. Ubi cum male contra eos pugnatum esset, et Heimricus[i] marchio Neustriae occubuisset, rebus minus prospere gestis, discessit[k]. Peringarius dux Foroiuliensis cum Liutwardo episcopo dissentiens, Vercellensem urbem exspoliat. Insolita[l] inundatio autumni tempore facta, exundantibus aquis, plurimas villas evertit, et multis in montibus vias diruit, multaque mortalibus damna[m] intulit. Romae[n] quintus Stephanus papa 112us post Adrianum ordinatus, sedit annis 6.

887. Imperator Karolus in Alsatia gravi infirmitate detentus iacuit. Et parum convalescens, incisionem capitis pertulit, habitoque in Alamannia conventu in villa Weibilinga[39], Peringarium[o] ducem ad deditionem venientem et Liutwardo episcopo satisfacientem[p] suscepit. Mortuo Bosone, filius eius ex filia Ludowici Italiae imperatoris, puer Ludowicus, ad Karolum imperatorem veniens, benigne ab eo susceptus et in filium adoptatus est. Richgarda imperatrix adulterii[q] cum Liutwardo Vercellensi episcopo, qui apud eam et imperatorem familiariter in palatio vigebat, ab imperatore et aliis incusata, divino iudicio ab omnium se virorum commixtione[r] integram et eatenus virginem comprobavit, quamvis iam 12 annis in coniugio imperatoris apparuerit[r*]. Moxqueab eo[s] separata in Andelahense coenobium[40] virginum a se constructum secessit, ibique sedula in divino servitio virgo regina permansit. Dein Karolus imperator graviter infirmatus, mente etiam, ut videbatur, minus valuit. Omnesque regni principes, averso iam ab eo animo, cum apud Franconofurt conventum habuisset, unanimiter eum deseruere, et Arnolfum, fratris eius Karlomanni filium non ex legitima[t] coniuge sed tamen[u] nobili natum, Carentani scilicet ducem, super se regem constituere. Karolus[v] vero cum se cunctis omnino ministris, etiam et servis suis, deseri, et a solo Liutperto Mogontiense archiepiscopo adhuc vidisset sustentari, suplex iam Arnolfo munera misit, et pauca ab eo in Alamannia usque ad obitum suum praedia postulans impetravit.

888. Karolus imperio iam privatus, Deo devote serviens, in villa Alamanniae Nidinga[41] infirmatus, et ut quidam perhibent, a suis strangulatus, Idus Ianuarii[42] vita mortali decessit, et quibusdam videntibus caelo aperto et lumine super eum apparente, Augiam[43] delatus, iuxta altare sanctae Mariae sepultus est. Arnolfo[w] rege natalem Domini paschaque[x] Ratisponae morante, multis regulis emergentibus, Perengarius filius Eberhardi in Italia regem se[y] fecit, Roudolfus[z] filius Counradi in Burgundia, Ludowicus filius Bosonis et Wido filius[*] Lantperti in Gallia Belgica et Provincia, Odo filius Roudperti[a] in Gallia usque ad Ligerim[b] et in Aquitania, ultra-

a) placidum 2. b) Romaeque — IIII. *desunt* 2. c) uero 2. d) ocul. 1. e) alnolfum 1. f) d. m. 2. g) dampno 1. h) *deest* 2. i) heinricus 2. k) discescit 1. l) *deest* 2. m) dampno 1. n) *reliqua desunt* 2. o) berinhandum 2. p) satisfactionem *post addito verbo:* agentem 2. q) aduterii 2. r) commixitione 2. r*) apar. *passim* 1. 2. s) ea 1. t) legittima 1. u) ex *post add.* 2. v) *reliqua desunt* 2. w) Arnulfo 2. x) pascaque 2. y) *deest* 2. z) Rudolfus f. cůnradi in purgundia 2. *) filus lanperti 2. a) rutperti 2. b) lierim 1. 2.

38) Papa, qui in itinere obiit, Adrianus fuit, non Marinus eius antecessor, iam mense Maio an. 884. mortuus. USS. 39) Weiblinga ceu curtis regia occurrit in Annal. Fuld. ad a. 894. memoratur quoque in diplomate ipsius huius Caroli Crassi imperatoris a. 885. „actum ad Weibelingam", et in altero eiusdem „dat. Non. Maii a. 887. indict. 4. anno vero regni domini Karoli 11. imperii autem 7. Actum Weiblinga villa". De situ vero eius discrepant inter sese magni nominis viri. Besselio enim in Chron. Gottwicensi T. II. p. 520 videtur esse modernum monasterium Wiblingen, in Sueviae ducatu, olim ad pagum Albegowe pertinens, ad confluentiam Danubii et Illarae. Alii vero Waiblingam intelligunt in ducatu Würtembergico in valle Remsthal prope Nicrum fluvium, sede Hohenstaufiorum ducum Sueviae et Gibellinorum origine illustrem. Quae quidem posterior praeferenda videtur, quum vix credibile sit, a Carolo potius in loco Ulmae tam vicino, uti est Wiblingense monasterium, conventum fuisse habitum, quam in ipsa Ulma, villa regali, prout appellatur in diplomate Caroli magni a. 813. pro monasterio Augiensi. Neutram ex dictis villis hic indicari arbitramur, sed aliam Wibelingam in Palatinatu inferiori pariter ad Nicrum inter Heidelbergam et Mannheimium in pago Lobodunensi sitam, cuius frequens in monumentis Laureshamensibus occurrit mentio. Firmari id videtur, quod teste Annalista Fuldensi post illud placitum in Weibilinga imperator ad Rhenum Bosonem susceperit in villa Chircheim seu Kircheim in eodem pago sita, ubi etiam datum censeo supra citatum diploma Caroli Crassi pro monasterio Otinga a. 885. 8. Kal. Sept. „Actum ad Weibelingam". Quod de nostro hoc loco intelligendum esse, suadet aliud eiusdem diploma triduo post seu 5. Kal. Septemb. eodem anno datum „in monasterio quod dicitur Laureshams". Hoc exstat in Gallia Christ. T. IV. inter instrumenta p. 133; quod breve temporis spatium utriusque loci vicinitatem, adeoque Weiblingam Palatinam satis aperte indicat. USS. 40) Andelau in Alsatia. 41) Nidingen, Nydingen seu Neidingen villa in antiquo Alemannici ducatus pago Bertoldesbara, sive hodierno landgraviatu Baarensi, sepultura familiae Fürstenbergicae nobilis. USS. 42) In Necrologio S. Germani Paris. notatur: *Nonis Decembris depositio domni Karoli imperatoris.* Quod quidem de depositione a regno accipiunt socii Palatini apud Muratorium Script. rer. Ital. T. II. P. I. p. 416. I. melius tamen de sepultura eius in Augia tunc primum facta intelligendum videtur, quum nomen eius die 5. Dec. in necrologio Augiensi habeatur, et ipse a regno die 2. Nov. anno priore sit depositus. USS. 43) ubi solemnem imperatoris huius commemorationem instituit Cadoltus Novariensis episcopus, eiusdem coenobii antea monachus, et Liutwardi episcopi Vercellensis germanus. Mabill. Ann. Bened. T. III. p. 264. USS.

A. F. que[a] in Gallia Ramnolfus regium nomen nihilominus[b] invasere; e quibus Odo Arnolfum regem[c] Frantiam petentem humiliter adiens, et benigne susceptus, permisso eius invasum retinuit[d] regnum. Itidem Rodolfus[e] Ratisponam ad eum veniens, favore eius pervasam impetravit Burgundiam[f]. Nihilominus[g] cum Italiam vellet rex Arnolfus petere, obviam venienti Peringario, qui paulo ante cum Widone pugna conflixerat tyranno[h], paucis exceptis totam con- cf. Cat. Aug. cessit Italiam. In ea[i] expedicione ingens equorum pestilentia facta. Augiae Roudhoho abbati Hatto succedens, praefuit annis 25[k]. Qui cellam et basilicam sancti Georgii in A. F. insula construxit.

Arnolfus[l] rex et imperator an. 12.

889. Liutpertus venerabilis omnique laude dignus Mogontinae[m] sedis archiepiscopus hac vita decessit. Cui Sunderold successit. Calamitosus iste annus morbis ac pestilentia, aquarum inundationibus, insolitis tempestatibus, turbinibus et grandinibus multis[n], fame, peste, et quaquaversum bellis socialibus conprovincialium fuit. In Thuringia torrentis[o] modo nimbus defluens, tres in momento villas absumpsit, et 300 homines cum peccoribus[p] multis exstinxit[q]. Arnolfus rex Zuentibaldo et Ratoldo, filiis suis ex concubina natis, subiectionem a Francis promitti vix effecit, si ei legitimus[r] non nasceretur filius. Magna[s] contra Abodritos expeditio ab eo, sed parvo effectu, mota est.

890.[t] Arnolfus rex, habito in Pannonia de diversis colloquio, a Zuentibaldo duce Marahensi ex verbis apostolici obnixe rogatur, ut Romam veniens, Italiamque sub dicione[u] sui retinens, a tantis eam eruat tyrannis. Quod ille, aliis praepeditus, ad praesens facere distulit. Iterum conventu apud Foracheim acto, Ludowici imperatoris Italiae filiam, Bosonis viduam, ad se cum muneribus venientem benigne suscepit. Inde Constantiam Augiamque orandi gratia adiit. Cat. abb. S. Gall. Indeque[v] Ratisbonam rediit. Apud Sanctum Gallum post Bernhardum Salomon abbas praefuit annis 30½. Salomon A. F. secundus Constantiae venerabilis episcopus obiit. Pro quo tertius Salomon de coenobio sancti Galli abbas episcopus promotus, praefuit annos 30.

891.[w] Embricho Ratisponensis[x] episcopus, vita et aetate verendus, obiit. Ipsaque urbs, exceptis divinitus sancti Emmerammi sanctique Cassiani aecclesiis, 4. Idus Augusti incendio tota conflagrat. Nordmanni item Franciam Rheno[y] contiguam vastant. Contra quos exercitu misso, praelioque incaute conserto, Sunderolt Mogontiensis archiepiscopus cum aliis multis peremptus occubuit, ceterique fugerunt. Pro quo Hatto Augiensis abba, vir ingeniosus, archiepiscopus promovetur. Arnolfus vero rex Nordmannos, victoria elatos et regnum Lotharii vastantes, cum exercitu insequens, iuxta fluvium Dila palustribus locis munitos, manumque pugna conserere trepidantes, offendit. Qui milites adhortatus, equis propter loci difficultatem dimissis, pedes eos[z] aggreditur. Clamor attollitur[*]. Res deinde gladiis cominus[a] geritur, unoque tantum milite ex nostris perempto, duo Nordmannorum reges Sigifridus et Godafridus[b], totusque eorum exercitus multis milibus numerosus, ferro trucidatus, et in[c] flumine fugam impediente[d] dimersus, ad internitionem deletur. Et rex, eadem die letaniis celebratis et Deo laudibus redditis, multisque hostium spoliis direptis, in Alamanniam venit, et natalem[e] Domini Ulmae[f] celebravit.

cf. Reg. 892. Apud Gallias Karolus adolescens, Ludowici Balbi postumus filius, a quibusdam primatibus rex effectus, multa A. F. deinceps Odoni mala fecit et ab eo vicissim sustinuit. Arnolfus rex Pannonias adiens, cum Zuentibaldum ducem Marahensem iterum sibi rebellantem cognovisset, colloquio cum Brazlavone duce Pannoniae ulterioris habito, trifariam cum tribus exercitibus, Ungariis etiam auxiliatoribus, nuper illas in partes de aquilone adventantibus, per continuum mensem Marahensem devastat regionem. Ipse[g] etiam eodem tempore priscam cum Vulgaris renovat amicitiam. Popo ducatu Cat. pontt. Thuringiae privatus est. Romae post Stephanum Formosus, prius Portuensis episcopus, papa 113us sedit annis 4, mensibus 7.

A. F. 893. Engilscalcus[h] marchio Pannoniae iudicio Noricorum excaecatus, et patruelis eius Willihelmus decollatus est. Arnolfus rex Marahensem iterum vastat regionem. Ipsi regi ex Outa[44] regina Ludowicus filius nascitur, et a Hattone archiepiscopo Mogontiense et Adalberone[i] Augustense episcopo nobili baptizatur et sacro crismate[k] unguitur. Formosus[l] papa, missis epistolis et legatis, Arnolfum regem ad suscipiendam et eruendam a tyrannis, maximeque a Widone, Italiam magnopere invitat. Quod ille annuens, legatos muneribus donatos remittit. Hiems saeva et diutina hoc anno facta.

894. Tonitruum magnum 5. Kal. Febr. factum. Widone Italiae tyranno[m] mortuo, Angildruda[45], vidua eius, cum filio Lantperto tyrannidem invasit. *

895. Arnolfus rex Hildigardam, Ludowici regis patrui sui filiam, cuius maxime molimine deiecto Karolo A. F. rex factus fuerat, exilio dampnat. Sinodus magna apud Triburiam collecta. Arnolfus rex cum Odone tunc Galliarum rege ad se veniente pacem firmat[n], Karoloque, filio regis Ludowici Balbi, non multo post advenienti[46] et munera offerenti, auxilium denegat. Ipse etiam Zuentibaldum, ex concubina filium suum, regem cf. A. F. 896. super Lotharii regnum ungui fecit. Itemque per epistolas a Formoso papa rogatus, Italiam autumno petit, Peringariumque[47] perterritum ad dedicionem venientem regnumque pervasum Italiae reddentem, suscepit, et Waltfredo Maginfredoque[o] comitibus Italiam cis Padum distribuit, et omnia vastando, divisisque ad superum inferumque mare copiis, transiens, ipse natalem[p] Domini Lunae celebravit.

A. F. 896.[q] Magna pluviarum inundatione exercitu fatigato, et plurimis equis inde amissis, Perengario etiam a fidelitate eius deficiente et ad Lantpertum se conferente, Arnolfus rex tandem Romam venit, eamque Angildruda Widonis vidua cum filio Lantperto machinante obseratam inveniens, mandato Formosi papae intus inclusi, celebratis apud Sanctum Pancratium[r] letaniis, eam oppugnat. Expugnataque cicius urbe, ingressus, a domno papa honorifice susceptus imperatorque coronatus est. Et dispositis ibi rebus, primoribusque sacramento subactis, Angildrudam persequi statuens, infirmari coepit; metuensque morbum graviorem, de Italia statim redire acceleravit. Quo reverso, Perengarius ac Lantpertus, diviso inter se regno Italiae, tyrannidem exercuere, Lantpertusque Meginfredum[s] comitem decollare iussit. Formosus[t] papa Cat. pontt. die paschae[u] obiit. Pro quo sextus Bonifacius papa 114us ordinatus, decima quinta die podagra defunctus est. Cui sextus Stephanus, Campaniae prius episcopus, papa 115us substitutus sedit annum 1. Qui tyrannis favens, et Arnolfum

*) Arnolfus Italiam Burgundiamque suo regno subiecit. 4. 4b. *cf. Ann. Alamann.*

a) que *deest* 2. b) *ita Usserm.* nichil 1. nihil 2. c) r. adiens petent̄ et humiliter frantiam et b. 2. d) eius obtinuit 2. (invasum *deest*). e) rud. 2. f) purg. 2. g) nich. 1. h) tir. 2. i) *deest* 1. k) 26. *habet Catal. abb. Aug. SS. II.* 38. l) *Haec desunt* 2. m) mogontiae 1. n) *deest* 2. o) tormentis 2. p) *ita* 1. 2. q) ext. 2. r) legittimus 1. s) *reliqua desunt* 2. t) DCCCXV. 1. u) dicioni suę 2. v) *reliqua desunt* 2. w) DCCCXVI. 2. x) ratisbon. 1. y) reno 2. z) eorum 2. *) attolitur 2. a) cōminus 2. b) godrafidus 1. gotafridus 2. c) *deest* 2. d) inp. 2. e) natale 2. f) ibi 2. g) *reliqua desunt* 2. h) Hengilscalcus 2. i) adalperone 2. k) crismate *superscripto* h 2. l) *reliqua desunt* 2. m) tir. 1. n) firmant 1. o) meginf. 2. p) natale 2. q) DCCCXVI. 2. *corr. ut editum* 1. r) pangracium lęt. 2. s) megenfr. 1. t) *reliqua desunt* 2. u) pascae 1.

44) Nomen occurrit in A. Fuld. a. 899. 45) cf. A. Fuld. a. 896. 46) Karolus a. 894. advenerat, a. 895. munera per legatos obtulit. 47) cf. Liudprandum I, 22.

odiens, Formosum papam octavo post obitum mense effossum, et in sella positum, loquente pro eo diacono, criminatum et quasi convictum degradavit, et per crura de ecclesia protractum, in Tiberim proici praecepit; sed divinis per merita eius miraculis territi cives Romani, non multo post Stephanum digne cruciatum eiecerunt, Formosumque in sepulcrum suum reposuerunt[48]. [cf. A. F. A. Alam. Laubac.] Eodem anno Grecis cum vagantibus hostibus Ungariis pacem facientibus, Vulgari irati Greciam invasam Constantinopolim[a] usque devastant. [A. F.] Interim Greca astucia Ungarii inducti, terram Vulgarorum ferro, praeda igneque pessumdant. Vulgari reversi, bis ab eis pugna victi et caesi, terga verterunt. Tertio demum divinam enixius gratiam precati, 20 milibus suorum amissis, cruentam, vix profligatis hostibus, meruere victoriam. Tanta etiam fames hoc anno facta, ut innumeri inedia perirent, hominesque christiani nonnulli se invicem comederent. [A. Aug.] Arnolfus imperator, quodam aedificio cadente, cum multis aliis graviter conterens corpus, cecidit. [cf. A. Alam. Laubac.]

897.[b] Magna fames in Baioario multos consumpsit. Boemani contra Marahenses ab Arnolfo imperatore auxilium petunt. [A. F.] Romae[c] post Stephani interitum Romanus papa 116us sedit mensibus paulo plus 4, et post hunc Theodorus secundus papa 117us sedit dies 20. Post quem nonus Iohannes papa 118us ordinatus sedit annis 2. [Cat. pontt.] Arnolfus imperator, habito conventu, nulli fidens, sacramentum fidelitatis denuo sibi et filio parvulo Ludowico a cunctis exigit.

898. Discordia capitalis inter fratres Zuentibaldum et Moymarum, Marahenses duces, facta. Liutpaldus marchio cum aliis Marahenses imperatori rebelles vastat. [A. F.]

899. Item Baioarii fines Marahensium hieme vastant. Outa regina adulterii crimine cum quibusdam viris infamata, 72 principum iuramento Ratisponae in conventu absoluta est. Arnolfus imperator paralisi dissolutus est, et nonnulli inde veneficii vel[d] maleficii criminati et puniti sunt. Item Baioarii Marahensium terram vastant. Isanricus imperatori rebellans, obsessusque et ad dedicionem vi coactus, ad Marahenses iterum confugit. Romae[e] Benedictus IV. papa 119us sedit annis 3, mensibus 5. [Cat. pontt.]

900. Arnolfus imperator Ratisponae, ubi frequentius manebat, aegrotans, obiit, et in basilica sancti Emmerammi sepultus est, anno regni 12; pro quo filius eius Ludowicus puer in regnum constitutus est. [A. F.] Cuius frater ex concubina Zuentibaldus, Galliae Belgicae rex, cum crudeliter et temere ageret, res aecclesiarum affectaret, Ratpotonemque[f] etiam Treverensem archiepiscopum baculo in capud percuteret, a suis spretus ac desertus, cum incaute viribus impar pugna eis congredi vellet, peremptus est. Baioarii per Boemanos[g] transeuntes, ipsis secum assumptis, Marahensem item devastant regionem. Ungarii hostes novi Italiam magna ex parte vastaverunt, et conserto praelio victores, viginti milia ex Italis una die peremerunt. Itidem exploratam Baioariam invadentes, circa Anesum flumen plurimas praedas abducunt. Item Pannonias depopulatas occupant[h]. Liutpaldus[i] marchio quibusdam copiis Ungariorum cum paucis Noricorum congressus, uno tantum ex suis amisso, 1200 peremit. *1 Ludowicus[k] puer ann. 12.

901. Ungarii[49] Carentanum[l] petentes, commissa pugna victi caesique fugerunt. *2 Eodem anno Moymarius dux Marahensis et Isanricus Noricus comes, qui ad ipsum transfugerat, cum Ludowico rege pacificati sunt.

902. Ungarii Marahenses petunt[m], pugnaque victi terga verterunt. [cf. A. Alam. a. 903.] Ipso anno Beringer, Reginolf[n] et Gerhard, nobiles germani fratres, filii Atonis comitis et Adellindae[50], non longe a Bouchaugiensi[51] coenobio virginum, in pago Alamanniae Erichgewe[52], a matre per ipsum tempus studiose in honorem sancti Cornelii et sancti[o] Cipriani[p] martyrum constructo, cum sororem virginem nuptum tradere molientes clam inde abducerent, ab inimicis circumventi et occisi sunt, et a matre sua apud ipsum coenobium sepulti. Ubi[q] etiam ipsa, postquam Hierosolimam aliaque sancta loca causa orationis adiit et rediit, divinis intenta serviciis et animarum inhians lucris, feliciter hanc vitam finiens, condita est, ipsa filia virgine, aequivoca sua, abbatissa inibi constituta.

904. Romae post Benedictum Leo quintus, prius presbiter forensis[53], papa 120mus[r] sedit mensibus ferme 2. Post quem, ut in quibusdam inveni, Christoforus, prius cardinalis papa 121us sedit mensibus 4; qui deiectus est[s] et monachus factus. [Cat. pontt.]

905. Romae Sergius III. papa 122dus sedit annis 7, mensibus 4.

906. Adalpertus nobilis et bellicosus de Babenberg[t] Francus, commissa cum aemulo suo Counrado[u] pugna, vicit, eumque cum multis aliis peremit. [Regino.]

907. Adalpertus, cum praedia eius utpote rebellantis a Ludowico rege vastarentur et castrum oppugnaretur, perfidia, ut fama est[54], Hattonis archiepiscopi[v] et cuiusdam Liut-

*1) 4. 4b. *habent:* Gentes Pannonicae [quas Hungaros dicimus 4b.], Italiam depopulantur. *cf. Ann. Alamann.* — *tum:* Ungarii Baioariam ingrediuntur, et plus mille ex eis occiduntur. *cf. Ann. Alam. et Fuld.*

*2) Ungarii Carentaniam invadunt, et in sabbato commissa pugna occiduntur. 4. 4b.

a) constantipolim 1. b) DCCCXVII. 2. c) Romae — II. *desunt* 2. d) et 2. e) *reliqua desunt* 2. f) ratpononemque 2. g) boeamanos 1. h) *reliqua desunt* 2. i) liutpardus 1. *sed cf. infra a.* 907. 908. k) *Haec desunt* 2. l) caretanum 1. careatanum *corr.* carentanum 2. m) petent *corr.* petentes 2. n) *deest* 2. o) *deest* 2. p) cipryani 2. q) *reliqua anni desunt* 2. r) X. C. Xmus *corr.* C. Xmus 2. s) *deest* 2. t) babenberc 2. u) counrando 2. *saepius.* v) episcopi 2.

48) cf. Liudprandum I, 30. Auxilius in his multo brevior est. 49) cf. Ann. Fuld. in quibus tamen neque de victoria reportata neque de Moymario et Isanrico legitur. 50) Cuncta haec magis, non satis tamen studiose tractarunt Bollandiani T. VI. Aug. die 28. in vita B. Aldelindae abbatissae p. 492. USS. 51) Buchau ad lacum Federsee. 52) Ergau, inter Danubium et lacum Brigantinum. 53) i. e. presbyter alterius ecclesiae. 54) V. Widukindum I, 22. et Ekkehardum de casibus. SS. II, 83.

paldi, de quibus plurimum[a] confidebat, ad Ludowicum[a*] regem spe pactionis adductus, decollari iussus est. Baioarii[b] cum Ungariis commissa pugna victi sunt.

A. Aug.

908.[c] Ungarii Saxoniam et Thuringiam late vastant. Liutpaldus occisus est.

cf. A. Alam. Cont. Regin.

909.[d] Ungarii Alamanniam invadentes vastant.

A. Aug.

910. Ungarii Franciam petentes, commissa pugna superiores[e] fuere. Adalbero, venerabilis et famosus Augustae Vindelicae episcopus, obiit; post quem Hiltine annis 13 praefuit[f].

A. Aug. cf. A. Sang.

911. Ludowicus rex adolescens moritur, et Ratisponae sepelitur. Post quem, deficiente nostris in partibus regio stemate, Counradus, filius Counradi, rex electus et unctus, regnavit annis 7. Burchardus dux Alamanniae in conventu suo, orto[g] tumultu, occisus est[h]; pro quo Erchanger ducatum invasit. Counradus rex annis 7.

cf. A. Alam. Laub.

912. Ungari item Baioariam petentes, congregatis Baioariorum et Alamannorum copiis, iuxta fluvium Ine[i] congressi, magna strage profligantur. Cometae hoc anno visae. Roudolfus[k] rex Burgundiae obiit, et Roudolfus[l], filius eius, regni illius iura disposuit annis 25[m]. Romae Anastasius secundus papa 123[us] sedit annis 2, mensibus 2. Apud Sanctum Gallum Notkerus magister doctus obiit. Otpertus episcopus[55] occiditur; Einhard[56] excaecatur.

A. Aug. A. Alam. Cat. pontt. cf. A. Sg. et Heremi.

913. Item Ungarii egressi, Alamanniam vastant. Mogontiae Hattone archiepiscopo Augensique abbate mortuo, Heriger in episcopatu succedens, annis 14, in abbatia[n] vero Hug[o], abbas 18[us], annum 1 praefuit.

cf. A. Alam. A. Her. Aug.

914. Salomon, Constantiae episcopus et abbas coenobii sancti Galli, a quodam protervo captus et in custodiam missus est[p]. Augiae post Hugonem Thietingus abbas 19[us] praefuit annis 3.

cf. A. Alam. Sg. Her. Cat. Aug.

915. Romae[57] Lando, papa 124[us], sedit[q] mensibus 5. Post quem Leo IV. papa 125[tus] mensibus ferme 2; et post hunc Iohannes X. papa 126[tus] annis 14, mensibus 2.

Cat. pontt.

916. Ungarii item egressi, inter alia mala totam pene Alamanniam[r] igne et gladio miserabiliter vastant. Ipso anno apud Altheim coram misso apostolico sinodus habita[s].[58] Augiae Thietingo abbate defuncto, Heribraht abbas 20[mus] praefuit annis 10. Apud Sanctum Gallum beata virgo Wiborada arcius inclusa est.

A. Her. Cat. Aug. A. Sg.

917. Ungarii, pervasa, ut ceperant, Alamannia, Basileam urbem destruunt, indeque Alsacia vastata, Lotharii regnum, multa mala facientes, invadunt. Erchanger, qui ducatum Alamanniae invaserat, cum fratre Berhtoldo[t] regi Counrado[u] rebellantes, eique tandem ad deditionem spe pactionis venientes, ipso iubente apud villam Aldingam[v. 59] decollantur 12. Kal. Febr.

cf. A. Aug.

918. Burghardus[w] dux Alamanniae factus, tyrannidem invasit. Chounradus rex obiit.*

cf. A. Alam. a. 916. A. Sg.

919. Heinricus[x] comes natione Saxo in regnum electus, sine regali[z] unctione regnavit annis[*] 18. Pugna apud Winterturum[a] inter Roudolfum regem Burgundiae et Burghardum[b] ducem Alamanniae conmissa, rex a duce victus fugatur[c]. Salomone episcopo Constantiense abbateque coenobii sancti Galli defuncto, Notingus in episcopatu annis 15, Hartmannus in abbacia 4 ferme annis successerunt. Heinricus rex senior a. 18.

cf. Vit. Oudal. c. 3. cf. A. Sg.

920. Karolus rex Galliarum in Frantiam venit. Apud Sanctum Gallum[d] Rachildis[e] virgo inclusa est.

Cont. Reg. a. 923. A. Sg.

922. Liuthardus a Burghardo[f] duce, oppresso[g] Heriberto, Augiae praepositus, et fratres in exilium missi sunt.

923. Sanguis Domini in Augiam insulam a quadam matrona defertur[h], sicuti[i] litteris inibi historica relatione[60] continetur[k]. Apud Sanctum Gallum Engilbertus abbas constitutus, annis 9 praefuit.

cf. A. Aug. A. Sg.

*) in hoc defecit progenies Caroli. *addit* 4b. (*non* 4.)

a) *in loco raso* 1. a*) lod. 2. b) *reliqua desunt* 2. c) DCCCVIIII. 2. d) DCCCV. 2. e) superores 2. f) *vox addita* 1. g) ortu 1. h) *reliqua anni desunt* 2. i) *ita* 2. k) Rŏdoluus 2. l) rŭduluus 2. m) *reliqua anni desunt* 2. n) abacia 2. o) huc 2. p) *reliqua anni desunt* 2. q) papa lando sedit 2. r) alanniam 1. alanniam *corr.* alamanniam 2. s) h. s. 2. *reliqua anni desunt.* t) bertoldo 2. u) chounrado 2. v) îne 2. adingam 1. w) burch. 2. x) Henricus 2. z) u. r. 2. *) *deest* 2. a) uuinterurum 2. b) burch. 2. c) *reliqua anni desunt* 2. d) *vox supra lineam scripta* 1. e) rach. *corr.* rich. *hic et infra* 2. f) *ita* 1. 2. g) oppso 2. h) VI. Id. Nov. *c. Engelb. ex Contin. Reginonis.* i) sič 2. k) *reliqua anni desunt* 2.

55) Strazburgensis. 56) Spirensis. 57) cf. Legg. II, 554. 58) ex cat. pontt. sed ordine inverso. 59) Aldingen ad Nicrum infra Cannstadt, aut Aldingen auf der Baar, prope fontes Nicri. 60) SS. IV. 447.

924. Sanctus Oudalricus Augustae Vindelicae episcopus ordinatus, mira pietate et religione praefuit annis 50. *Vit. Oud.*

925. Ungariis item Alamanniam vastando pervagantibus et ad coenobium quoque sancti Galli pervenientibus, Wiborada virgo inclusa, fracta cella, a quodam ex eis perempta et martyrio coronata, Rachildisque, contectalis eius, inlaesa divinitus conservata est. *cf. A. Sg. Vit. Wib.*

926. Ungarii, vastata Alamannia, totam Franciam, Alsatiam[a] atque Galliam igne et gladio saevientes percurrunt. Burghardus[b] dux occiditur. Heinricus rex magnum conventum Wormatiae habuit. Herimannus Alamanniae dux promovetur[c]. Augiae Liuthardus abbas 21[mus] effectus, praefuit annis 8. *A. Aug. A. Herm. Cat. Aug.*

927. Heriger[d] Mogontiensis archiepiscopus obiit, et pro eo Hildipertus[e] archipraesulatum accepit[62]. *Cont. Reg.*

929. Romae Stephanus VII. papa 127[mus f] sedit annis 2, mense 1. *Cat. pont.*

930. Heinricus rex Boemiam petit. *Cont. Reg. A. Her. a. 928.*

931. Romae Iohannes XI. papa 128[vus] sedit annis 4. Heinricus rex reges Abodritarum et Nordmannorum christianos fieri effecit, ipseque Gallias petiit[g]. *Cat. pont. A. Aug.*

932. Ungarii Soraborum provintiam[h] petentes, ab exercitu regis Heinrici caede profligati, fugati, multique ex eis capti sunt. *cf. A. Aug.*

933. Apud Sanctum Gallum Thieto abbas praefuit annis ferme 10. *cf. A. Sg.*

934[i]. Constantiae Notingo episcopo defuncto, Counradus, genere et vita praenobilis, praesul ordinatus, 41 per annos illam nobiliter rexit aecclesiam. Augiae quoque post Liuthardum Alawicus venerabilis abbas 22[us] praefuit annis 25[k]. *A. Sg.*

935. Romae Leo VII. papa 129[mus] sedit annis 3, mensibus 6. *Cat. pont.*

936[l]. Heinricus rex obiit, et in Saxonia apud Chutilineburg[m] coenobium virginum sepultus est. Pro quo Otto, filius eius, regni gubernacula accipiens, 38 ferme annis strennue[n] rexit. Otto Magnus annis 38. *cf. A. Sg.*

937. Ungarii per Baioariam Alamanniamque et orientalem Franciam[o] praedis gladio igneque furendo vagantes, transito Wormatiae[p] Rheno[q], Alsatiam, regnum Lotharii, et adiacentes usque ad Occeanum[r] Gallias vastantes, per Burgundiam Italiamque tandem in Pannoniam redierunt. Monasteria[s] sancti Bonifacii sanctique Galli incendio conflagrant. Ipso anno Roudolfus Burgundiae rex defunctus, Agauni apud Sanctum[t] Mauricium sepultus est, filiusque eius Counradus[u] regnum pro eo suscepit[v]. Arnolfo etiam Baioariae duce mortuo, ducatum eius Bertolfus accepit. Baioarii cum multis aliis Ottoni regi rebellant. *A. Aug. cf. A. Aug. cf. Cont. Reg.*

938. Otto rex contra Baioarios procinctum movit. Interim frater eius Heinricus ab Eberhardo comprehensus est. Quo liberato Eberhardoque in exilium relegato, denuo Noricos cum exercitu invasit, omnesque praeter Arnolfi ducis filium Arnolfum subiugavit. Interim Ungarii Saxoniam invadentes[63], a Saxonibus pugna victi caesique fugantur[w]. Romae Stephanus VIII. papa 130[mus] sedit annis 3, mensibus 4. *A. Aug. Cat. pont.*

939. Otto rex Lotharingos rebellantes petens, usque ad Caprimontem[x] cum exercitu venit. Interim Ludowicus rex Galliarum, Karoli filius[y], Alsatiam invasit; sed mox Ottone hoc comperto redeunte perterritus, regnum suum repetiit. Cumque castrum Brisacha[z] ab Ottone rege obsessum oppugnaretur, capita rebellionis, Eberhardus dux occisus et Gisalbertus dux in Rheno[*] submersus, interierunt, episcopique et alii qui cum eis contra regem venerant, fugati et dispersi sunt. Otto vero rex, dedito castro in regnum Lotharii reversus, cunctos sibi rebelles[a] praeter Metensem episcopum subiugavit. Heinricus quoque, frater eius, proiectis armis ipsi se subdidit. *A. Aug. Cont. Reg.*

940. Otto rex Gallias contra Ludowicum regem petens, magnam provintiae partem usque ad Sequanam amnem vastavit, et Hugonem[b] Heribertumque principes ad se venientes suscepit[c]. Hiems saeva hoc anno facta, et pestis animalium subsecuta[64]. Hugo, filius Richardi, moritur. *A. Her. A. Sg. A. Her.*

a) frantiam alsaciam 1. b) B. d. o. *desunt* 2. c) *reliqua anni desunt* 2. d) Periger *corr.* Heriger 2. e) hildibertus 2. f) CCXXVII. 2. *eiusmodi errores dehinc haud notavi.* g) peciit 1. petit 2. h) prouintias 2. i) *ad annos* 934. *et* 935. *notata desunt* 2. k) Eberhardus Argentinensis praepositus primus incola cellae Meginradi venit. *manu secunda addita sunt* 1.; *cf. Ann. Einsidlenses.* l) DCCCCXXXIIII. 2. m) chutilineburc 2. n) strenuę 2. o) frantiam 1. p) wormaciae 1. q) reno 2. r) oceanum 2. s) M. s. B. s. G. i. c. *desunt* 2. t) s. 1. u) chŏnr. 2. v) *reliqua anni desunt* 2. w) *reliqua anni desunt* 2. x) caprimontes 2. y) f. k. 2. z) prisacha 2. *) reno 2. a) r. s. 2. b) hunonem 2. c) *reliqua anni desunt* 2.

62) cf. Ann. Corbei. SS. III, p. 4. 63) *S. i.* desunt in Ann. Aug. 64) scil. a. 941. Ann. Sangall.

A. Her. 942. Otto rex cum Ludowico rege Galliarum pacificatur[65]. Cometa per noctes 14
Cat. pont. visa, et inmensa animalium pestilentia facta[a]. Romae Marinus II. papa 131mus sedit annos 3, menses 6.

A. Sg. 943. Ungarii item Baioarios invadentes, pugna cum eis commissa, victi terga verterunt[a]. Apud Sanctum Gallum Gralo abbas praefuit annis 17. 5

ib. 944. Terrae motus factus est 16. Kal. Mai.

Cat. pont. A. Her. 945. Romae Agapitus II. papa 132us sedit annis ferme[c] 10. Otto rex Galliam inferiorem petit[d].

A. Sg. 946. Apud Sanctum Gallum Rachildis virgo inclusa migravit ad Dominum.

Cont. Reg. 947. Berhtolfo duce Baioariae defuncto, Heinricus, frater Ottonis regis, ducatum illum 10 accepit. Liutolfus, filius regis, Itam laudabilem feminam duxit uxorem. Mirmidona igne
A. Her. consumitur.

cf. Cont. Reg. 948. Herimannus dux Alamanniae, qui provintiae sibi creditae cultum, habitum, mores et instituta multum, ut fertur, honestaverat, defunctus, Augiaeque in capella sancti Chiliani sepultus est; et Liutolfus, filius regis Ottonis, vir omnium sui temporis universo 15 populo acceptissimus[66], dux pro eo a patre suo constitutus est[e]. Sinodus magna 30 epi-
Cont. Reg. scoporum coram Ottone et Ludowico regibus apud Ingelenheim habita est. Ipso anno
A. Sg. Lindaugia incendio conflagrat.

Cont. Reg. a. 951. 949. Lothario[f] rege Italiae mortuo, Beringarius regnum invasit, viduamque eius Adalheidem, Roudolfi regis Burgundiae filiam, multis iniuriis afflixit et coartavit. Quae vix 20 fuga elapsa, Ottonis regis adventum in multis angustiis praestolatur.

Cont. Reg. a. 951. 950. Otto rex Italiam petiit, eamque subiciens sibi[g], Beringarium regem resistere non valentem pepulit, domnamque Adalheidem[h], suam futuram coniugem, liberavit.

cf. Leg. II, 27. Cont. Reg. 951. Sinodus 25 episcoporum magnusque totius regni principum conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur. Ibique Beringarius Ottoni regi[i] ad deditionem venit 25 et subiectionem promittit. Inter[67] alia prodigia ignitus lapis[k] quasi massa candentis ferri ab occidente per aera venit, et draco visus est ambulans.

A. Her. 950—952. 952. Otto[l] rex Boemiam, et filius eius Liutolfus dux Italiam petunt. Otto rex una cum filio suo Liutolfo Italiam item ingreditur, et nuptiae regales Papiae celebrantur.
A. Sg. Discordia inter Liutolfum[m] ducem et patruum eius Heinricum ducem agitata. Fridurі- 30
A. Her. 953. cus[n] Mogontiae archiepiscopus et Hardpertus Curiae episcopus Romam a rege missi sunt.

cf. Vit. Oud. c. 10. 953. Otto rex fratri Heinrico favens, filium contra se incitavit Liutolfum, magnaque totius regni turbatio diversarum studiis partium facta est[68]. Arnolfus, filius Arnolfi quondam ducis Noricorum, partibus se Liutolfi contra regem iungens, Augustensem urbem episcopatumque depraedatur, et beatum Oudalricum episcopum, regi fidum, in castello 35 Mandichinga obsessum, capere vel occidere nititur. Sed superveniente cum copiis militum Adalperto de Marhtale comite, et Theodpaldo, episcopi fratre, item comite, pugna victus et turpiter repulsus est, divinaque ultione cum cunctis fautoribus non multo post digne punitus. In ea congressione Adalpertus comes parum vulneratus moritur[o], et a
c. 12. sancto episcopo Augustae honorifice sepelitur. Secuto tempore cum invalescente discor- 40 dia Otto rex et filius eius Liutolfus dux, collectis contra se invicem exercitibus, iuxta fluvium Hilaram et villam vocabulo Tussam, iam[p] iamque pugna conflicturi, consedissent, intercurrentibus sanctis episcopis Oudalrico Augustense et Hardperto Curiense, Deo donante, pacificati et confoederati sunt.

A. Her. 954. Ungarii item egressi, Franciam, Baioariam Italiamque devastant. 45

Vit. Oudal. c. 12. 955. Ungarii cum tantis ut numquam antea copiis, percursa Baioaria, Licum flumen transeunt, basilicam sanctae Afrae Augustae[q] incendunt, sanctum episcopum Oudalricum, multa instantia divinum implorantem auxilium, Augustae cum suis obsessum, armis circumstrepunt. Sed superveniente cum exercitu Ottone rege, 4. Idus Augusti pugna valida nimis committitur, multum humani sanguinis funditur, caedes Ungariorum inmensa sequi- 50 tur, alveus fluminis fugientium et morientium cadaveribus oppletur, et paucissimis fuga elapsis, innumerabilis eorum exercitus[r] ad internitionem deletur. Ipsique[s], qui tunc effu-

a) *reliqua anni desunt* 2. c) fereme 2. p) petiit 2. e) *deest* 2. f) Rothario *corr.* Rŏth. 2. g) sibi s. 2. h) adelh. *hic* 2. i) *supra lineam additum* 1. k) lapsis 2. l) Otto — petunt *desunt* 2. m) liuttolfum 2. n) Fridericus 2. o) et — sepelitur *desunt* 2. p) *deest* 2. q) *deest* 2. r) *supra lineam additum* 1. s) Ipsique — suspensi sunt *desunt* 2. 55

65) cf. Flodoardum h. a. 66) cf. Widukind. II, 41. Ann. Sang. a. 948. 67) cf. Widuk. III, 11. Ann. Sang. a. 952. 68) cf. Cont. Reg. a. 951.

gere poterant, per totam postea passim Baioariam capti trucidatique sunt. Inter quos reges eorum comprehensi, Ratisponae in patibulis suspensi sunt. In ipsa pugna ex nostra parte inter alios multos Counradus[a] dux bellicosus et pius, gener regius[69], et sancti frater[b] episcopi comes[c] Theodpaldus[70] sororisque eius[71] filius Reginbaldus comes, aviae meae Berthae patruus, occubuere[d]. Romae Iohannes XII, qui et Octavianus, papa 133[us] sedit annis 8, mensibus 4; qui tanti ordinis, heu pro dolor! oblitus, vanitati et spurciciae vitam suam deditus duxit. Mogontiae Fridoricus archiepiscopus decessit, eique Hatto[72] successit. Heinricus quoque, frater regis, Baioariae dux moriens, filium aequivocum successorem reliquit.

Vita Oud. c. 12. — Cat. pontt. — Cont. Reg.

956. Liutolfus dux Italiam hostiliter invasit, fugatoque Beringario et filio eius, Papia urbe provintiaque potitus est.

A. Her.

957. Liutolfus dux commissa pugna Adalpertum vicit, cunctisque sibi una cum regno Italiae subiugatis, ipse eodem anno apud Plumbiam inmaturo obitu vita decessit, et magno multorum luctu Mogontiae sepultus est, Ottone filio adhuc parvulo superstite relicto. Et Burghardus[e] Alamanniae[f] ducatum accepit.

ib. — Vita Oud. c. 28. — Cont. Reg. a. 954.

958. Alawico[g] Augiae abbate defuncto, Eggehardus abbas 23[us] praefuit annis 15; qui aecclesiam[h] sancti Iohannis baptistae formoso inibi artificio construxit. Nonnullis hominibus signa crucis in vestibus apparent[i]. Eberhardus Argentinensis praepositus cum magno apparatu in cellam sancti Meginradi veniens, ibique regularem vitam instituens, post eius introitum 25. anno ad Dominum migravit.

A. Sg. — A. Her.

959. Apud Sanctum Gallum Anno abbas praefuit anno paulo plus uno.

A. Sg. a. 954.

960. Apud Sanctum Gallum Burghardus abbas praefuit annis 13.

ib. 958.

961. Otto rex filium suum aequivocum ex[k] Adalheide[l] regina regem eligi[m] fecit, et ipse Italiam cum exercitu petiit. Signum in sole apparuit.

A. Her.

962. Otto rex Romam veniens, a Iohanne seu Octaviano papa imperiali[n] unctione coronatur; ipseque papam pro sceleribus, quae fama de illo vulgabat, arguens, eius corrigere turpitudinem non valebat.

Cat. pont.

963. Otto imperator natalem Domini Papiae moratus, ipso anno cum propter alia tum maxime propter papae Iohannis scelera, quae magis magisque infamari audiebat, diiudicanda Romam venit. Quo comperto, idem papa fugiens, Campaniam petiit, ibique in silvis et montibus latitavit. In cuius locum a Romanis et imperatore electus vir venerabilis Leo VIII. papaque 134[us] ordinatus est.

A. Her. — Cat. pont.

964. Imperator Otto natalem Domini Romae egit. Eoque alias inde Italiae partes lustrante, Romani non multo post contra Leonem papam insurgentes, eum neci dare et Iohannem reducere moliuntur. Papa vero fugiens[o] ex urbe, in partes Spoleti ad imperatorem venit, suas illi conquestus iniurias. Cumque iratus imperator Romam infesto exercitu repeteret, mors illi Iohannis scelerati nunciatur, et Benedictus diaconus a Romanis papa postulatur[p]. Abnuente vero imperatore, idem Benedictus eius nominis quintus papa 135[us], nolente imperatore ordinatus, sedit mensibus 2. Et civitas ab imperatore obsessa est, tantaque fame oppressa, ut modius furfuris 30 veniret denariis. Nec multo post, afflictis subactisque Romanis, imperator, dedita urbe traditoque Benedicto, Leonem papam restituit, eique subiectionem et fidelitatem a Romanis sacramento promitti fecit. Qui[73] tamen papa multis postea ab ipsis affectus est iniuriis.

A. Her. Cat. pont.

965. Otto imperator natalem[q] Domini item Papiae manens, indeque per montem Cenerum de Italia rediens, octavam aepiphaniae[r] Curiae egit. Burghardus vero dux Suevorum Italiam hostiliter invadens, Adalpertum pugna victum fugavit, fratremque eius Widonem occidit, et ad imperatorem victor rediit. Ipso anno Brun, Coloniae Agrippinae venerabilis archiepiscopus, frater Ottonis imperatoris, obiit; cuius vita litteris edita a quibusdam habetur.

A. Her. — Ruotger.

a) chŏnr. 2. b) e. f. 2. c) *deest* 2. d) *reliqua anni desunt* 2. e) burchardus 2. f) d. A. 2. g) lawico 2. h) aeclam 2. *interdum*. i) *reliqua anni desunt* 2. k) et 1. 2. l) adelheide *corr.* adelheida 2. m) elegi 2. n) inp. 2. o) fugens 2. p) postulabatur 2. q) natale 2. r) aepiphaniae *corr.* epip. 1.

69) Cont. Regin. 70) Dilingensis. 71) Liudgardae; v. supra p. 67. 72) immo Willehelmus. 73) *Qui — iniuriis* ex Cat. pontiff. unde Zwettlensis codex transscriptus est.

Cat. pont. **966.**[a] Romae, defuncto Leone, Iohannes XIII, prius Narniensis episcopus, papa 136[us] in ordine, sedit annis plus minus 7.

A. Sg. **968.** Eclipsis[b] solis 11. Kal. Decembris[c] facta.

Cat. pont. **969.** Hoc tempore Rodfredus[d] comes et Petrus praefectus cum aliis quibusdam Romanis Iohannem papam comprehensum, et in castellum sancti Angeli retrusum, et in exilium demum in Campaniam missum, per 10 vel amplius menses affligunt, donec Roudfredo occiso[e] a Iohanne quodam, Crescentii filio, ad suam sedem vix tandem relaxatus rediret.

ib. **970.** Otto imperator Italicas iterum invasit provincias, Romamque veniens, iniurias domni papae graviter in auctoribus sceleris, partim exiliis, partim patibulis variisque poenis et abominationibus vindicavit[f].

Vita Oud. c. 21. **971.** Otto imperator cum in Italia moraretur, beatus Oudalricus Augustensis episcopus iam grandaevus et infirmus, cum Romam causa orationis petisset, eum adiit, et episcopatum suum Adalberoni clerico, sororis suae Liudgardae ex[g] Peiere comite filio, ab eo impetravit. Signum quoddam ignei coloris in caelo apparuit.

Cat. Aug. **972.** Augiae Eggehardo abbate ob res aecclesiae in paupertatem redactas incusato, et ab imperatore Ottone privato, Roudmannus praepositus abbas 24[us] promotus, praefuit annis 14[h], nimisque abbatiam ditavit. Vita Oud. c. 23. Sinodus apud Ingelenheim ab episcopis collecta est, ibique beatus episcopus Oudalricus et Adalbero, sororis eius filius, transgressionis canonum accusati, causa sua dicta et excusata, absoluti revertuntur. Cat. pont. Romae Benedictus papa 137[us] praefuit anno 1, mensibus 10. Cat. Sg. Apud Sanctum Gallum Notkerus abbas 4 semis[i] annos praefuit.

Vita Oud. c. 24. **973.** Cum beatus episcopus Oudalricus apud Dilingam castrum cum Richwino[k] comite, fratris sui Theodbaldi filio, pascha[l] ageret, Adalbero clericus, futurus post eum ut sperabatur episcopus, ibidem flebotomatus[m] subita[n] morte periit, Augustaeque in basilica ib. c. 25. sanctae Afrae ab avunculo suo, episcopo sancto, sepultus est. Ipse beatus episcopus inter alia bona abbatiam Uttenburam, sibi subditam, libertatis privilegio ab imperatore Ottone absolvi impetravit. Otto imperator[73] per ipsum tempus Non. Mai subito mortuus, apud Parthenopolim, quae Magedeburg dicitur, ubi archiepiscopatum summo studio fecerat, Vita Oud. c. 27. sepultus est, et filius eius Otto secundus regni pro eo iura suscepit. Sanctus quoque Oudalricus Augustensis episcopus, longa infirmitate decoctus, anno aetatis 83°, episcopatus vero 50°, feria sexta, 4. Non. Iulii felici obitu migravit ad Dominum, et in basilica sanctae Afrae martiris a venerabili Wolfgango[o] Ratisbonense episcopo tumulatus, c. 28. innumeris usque hodie claret miraculis. Post quem Heinricus Augustae episcopus factus, praefuit annis 9. Purghardus etiam dux Alamanniae defunctus, Augiaeque in capella sancti Erasmi conditus est; et Otto, filius Liutolfi[p], paternum pro eo ducatum recepit. Otto II. ann. 10.[q]

Cat. pont. **974.** Romae Benedictus papa criminatus a Romanis et a Crescentio, Theodorae filio, in castello sancti Angeli custodiae mancipatus, ibique strangulatus est; et eo vivente Bonifacius, Ferrucii[r] filius, papa ordinatus[s], et post unum[t] mensem expulsus, Constantinopolim postea petiit, et Benedictus VII, Sutriae prius episcopus, papa 138[us] ordinatus, sedit annis 9. A. Her. Constantiae[u] sanctae memoriae Counradus episcopus 6. Kal. Decemb. hac vita decessit, et pro eo Gamenolfus annis plus minus 4 praefuit.

A. Sg. **976.** Dissensio inter regem Ottonem et patruelem eius, Heinricum ducem Baioariae, commota est.

A. Sg. **977.** Apud Sanctum Gallum Ymmo[v] abbas praefuit annis 8 semis[w]. Qui templum patroni sui pro viribus adornare studuit iuxta disticon illud in arcu aecclesiae scriptum[74]. Vita Oud. c. 28. Discordia inter Ottonem ducem Sueviae[75] et Heinricum Baioariae ducem agitata.

A. Sg. **978.** Otto imperator contra Lotharium regem in Gallias duxit exercitum. Heinricus dux Baioariae et alius Heinricus dux[76], Augustensis quoque episcopus Heinricus, rebellan-

a) *a.* 966. *et* 967. *nonnulla circa a.* 1400. *scripta, iam erasa sunt in codice* 1. b) Eclypsis 2. c) *lege* Ianuarii. d) rodfr. *corr.* rŏdfr. 2. e) o. r. 2. f) uindicabunt *corr.* uindicauit 2. g) et 1. 2. h) XXIIII. *eraso iam priore X.* 1. XIIII. 2. i) S *deest* 2. k) rihcwino 2. l) pasca 2. m) fleothomatus 1. 2. n) subito *corr.* subita 2. o) wolfganno 1. p) liuttolfi 2. q) *ita* 1. 2. r) ferocii 2. s) o. est et 2. t) *vox erasa* 2. u) *Quae sequuntur, in Annalibus montis Angelorum ex nostro haustis recte a.* 976. *adsignantur.* v) ymno 1. w) SS 1. W. 2.

73) cf. Widukind. III. 75, 76. 74) „Hoc abbas Immo picturis compsit et auro." Casus S. Galli SS. II. p. 150. 75) filium Liutolfi. 76) Carentani dux.

tes imperatori, capti et exilio mancipati sunt, ducatumque Baioariae Otto dux Suevorum accepit. — *Vita Oud. c. 28.*

979. Constantiae Gamenolfus episcopus obiit, eique Gebehardus, nobilis et venerabilis praesul, succedens, 16 annis aecclesiam rexit; qui basilicam sancti Gregorii in ripa Rheni abbatiamque suis ex praediis construxit[77]. — *A. Her.*

981. Otto imperator, peragrata Italia, Campaniam Calabrosque fines cum exercitu ingreditur.*1 — *cf. A. Her.*

982. Greci cum magnis copiis, conductis etiam precio Sarracenis[a], Calabriam contra Ottonem imperatorem defendere aggressi, magnis utrimque viribus pugna[b] conserta[c], primo victi, et deinde nova manu succurrentibus Agarenis[d] victores, totum pene[e] exercitum nostrum perimunt vel capiunt. Ipseque imperator in mari natando fugiens[78], ab hostibus captus, cum non agnosceretur ab eis, ad quoddam castrum maritimum pro precio, ut rogabat, adductus, a suis redemptus est.*2 In eo conflictu nostris infaustissimo inter alios innumeros Heinricus etiam episcopus[f] Augustensis interceptus disparuit; eique Etich[g] in episcopatu successit. Ipso anno Otto dux Suevorum et Noricorum obiit, et post eum Counradus[79] dux Alamanniae factus est, Heinricusque ducatum[h] Baioariae recepit[i]. — *A. Sg.* — *Vita Oud. c. 28.*

983. Otto imperator Romae infirmatus[k], 6. Idus Decembris moritur, ibique honorifice in porticu sancti Petri tumulatur. — *cf. A. Her.*

984. Otto tertius, secundi Ottonis ex Greca coniuge filius, adhuc infantilibus annis rex pro patre, quibusdam primoribus invitis[l], constitutus est, et magna cura educatus summa indole crevit. Romae Iohannes XIV, qui et Petrus, Papiae prius episcopus, papa 139[us] sedit mensibus 8, eumque Bonifacius, Ferrucii[m] filius, prius relegato Benedicto male ordinatus, de Constantinopoli, quo fugerat, reversus, comprehendit, et in castellum sancti Angeli relegatum, fame et, ut perhibent, veneno enecuit, eiusque sedem 140[us] papa invasit. Otto III. ann. 18. — *cf. A. Her.* — *Cat. pontt.*

985. Romae Bonifacius VII.[n] postquam 11 mensibus male invasam sedem occupaverat, subita[o] morte periit, et mortuus, a suis caesus, confossus[p], et triviatim[q] pedibus tractus, vix tandem, clericis miserantibus, humatus est. Augiae Roudmanno abbate defuncto, Witegowo 25[tus] abbas praefuit annis 12. Apud Sanctum Gallum[r] post Ymmonem[s] Oudalricus abbas praefuit annis 5. — *A. Her. Cat. Aug. Sg.*

986. Romae Iohannes XV. papa 141[us] sedit annis 10, mensibus 7; qui clericos suos parvi pendens, odio ab ipsis habitus est. — *Cat. pontt.*

987. Fames magna hoc anno facta.

990. Apud Sanctum Gallum Oudalricus abbas et Eggehardus magister doctus obierunt, et Gerhardus[t] abbas factus, praefuit annis 11. — *A. Sg.*

991. Theophanu[u] Greca imperatrix, mater Ottonis regis, nono viduitatis anno obiit. Apud Sanctum Gallum Faillanus, Scottus eruditus, hac vita decessit. — *ib.*

994. Counrado rege Burgundiae mortuo et apud Sanctum Mauricium[v] sepulto, Roudolfus filius, licet ignavus, regium ibi nomen per annos circiter 38[w] occupavit. Sub quo cessante iure, violentia et rapinae in illo regno, ut non facile propelli possint, adolevere, ibique, ut hodie apparet, cum suis complicibus regnum optinuere.

995. Heinricus dux Baioariae obiit, et filius eius ex Gisela, Counradi regis Burgundiae filia, itidem Heinricus, imperator postea futurus, ducatum interim optinuit. Huius soror Gisela Stephano regi Ungariorum, cum se ad fidem Christi converteret, quasi vere iuxta nomen suum fidei obses[80] in coniugium data, elemosinis caeterisque bonis operibus inibi — *cf. A. Sg.*

*1) Otto imperator Neapolim[81] venit. 4. 4b.

*2) Otto imperator apud Calabriam occiso a Grecis et Sarracenis exercitu de navi exiliens, natando aufugit. 4. 4b. *cf. Bernoldum infra.*

a) saracenis 2. b) *deest* 1. c) conferta 1. d) s. A. s. 1. e) v. t. p. *desunt* 1. f) *deest* 1. g) etihc 2. h) ducatumque 2. i) 4b. *hunc annum ut* 3. *habet.* k) infirmus 2. l) inuitus 2. m) verrucii 1. n) VI. 2. o) subito *corr.* subita 2. p) confessus *post corr.* confossus 2. q) triuatim 2. r) *deest* 1. s) ymnonem 2. t) gehardus 1. u) Thephanu 1. v) mauritium 2. w) XXXVIIII. 2.

77) Petershausen. 78) cf. Alpertum SS. III. p. 698. 79) filius Udonis, fratris Hermanni I. Alemanniae ducis. USS. 80) gisel, geissel, theutonice i. q. obses. 81) ubi die 4. Nov. chartam pro Mancillino fideli suo edidit.

intenta consenuit. Constantiae Gebehardus episcopus venerabilis obiit, et in basilica sancti Gregorii papae a se constructa sepultus quiescit; eique Lantpertus, habitu et professione monachus, in episcopatu succedens, praefuit annis 23; qui templum sanctae Mariae ex parte diruens ampliavit.

A. Her.

996. Otto rex Italiam cum exercitu petit, sibique rebelles coartavit.

Cat. pont. 997. Otto rex, subactis rebellibus, Italia Romaque potitus[a] est. Et Gregorius V, qui et Bruno, filius Ottonis ducis, papa 142[dus] ordinatus, et Otto ab eo imperator coronatus est. Qui venerabilis papa canonicam ibi disciplinam reparare satagens, sedit annis 3, mensibus 9. Augiae Witegowone abbate privato[b], Alawicus abbas 26[tus] promotus, Romae ab ipso papa consecratus et privilegio donatus est. Counradus Alamannorum dux obiit, et pro eo Herimannus ducatum accepit; qui et ipse filiam Counradi regis Burgundiae, Gerbirgam, in matrimonio habuit; ex qua filium aequivocum tresque filias reliquit.

Cat. Aug. A. Her.

999. Otto imperator iterum Italiam cum exercitu invisit.

1000. Mortuo in Italia Wideroldo[82], Argentinae aecclesiae episcopo, Alawicus Augiensis abbas episcopus pro eo ab imperatore promovetur, et Werinharius Augiae abbas 27[us] statutus, praefuit annis 6. Romae quoque defuncto Gregorio papa, Silvester II, qui et Gerbertus, primo Remorum post Ravennatium archiepiscopus, seculari litteraturae[c] nimium deditus, et ob hoc curioso imperatori admodum amatus, papa in ordine 143[us] ordinatus, sedit annis 5.

Cat. pont.

1001.[d] Otto imperator Italiam sibi quaquaversum subditam lustrat. Apud Sanctum Gallum Burghardus abbas praefuit annis 23.

A. Her. 1002.[e] Otto imperator in Italia in castro Paterna anno regni 19. 10. Kal. Febr. inmaturo obitu decessit, et inde asportatus, intestinis Augustae conditis, Aquisgrani sepelitur[f]. Et Heinricus Baioariae dux, assumptis[g] insignibus regni, rex pro eo effectus[h], regnavit annis 23[i]. Heinricus II. imperavit[k] ann. 23.

A. Her. 1003.[l] Heinricus rex Heinricum marchionem[83] sibi rebellantem petens, plurima eius diruit castella. Ernust[84] comprehenditur, Brunone regis fratre et Heinrico vix fuga dilapsis. Argentina a Herimanno duce Alamanniae regi rebellante spoliata, et divinitus in auctores sceleris graviter vindicatum est, et ab ipso duce sacro loco satisfactum.

A. Sg. a. 1002.

A. Her. 1004. Heinricus rex per Veronam Italiam cis Padum[m] petens, omnes sibi partium illarum civitates subiecit, Papiam ipsa qua coronatus est die[85] irrumpens, gladio et igne perdomuit. Inde[86], acceptis obsidibus, in Saxoniam reversus, post paucos dies in Sclavos arma convertit, Boemanisque ad pristinam servitutem tributumque redactis, Bolizlaum etiam, ducem Sclavorum Bolanorum, cum tota gente sua subiugavit, et in Saxoniam victor rediit[n]. Herimannus dux Alamanniae obiit, eique filius eius Herimannus puer, omni populo acceptabilis, in ducatu successit.

A. Sg. a. 1002.

A. Sg. Cat. pont. 1005. Fames magna facta est. Romae post Gerbertum[o] Iohannes XVI. papa 144[us] sedit anno 1.

1006. Augiae Werinhario abbate defuncto, fratres Heinricum monachum elegerunt. Sed rex Heinricus eius insolentiam, quamvis ab eo peccunias accepisset, detestatus, fratribusque apud se accusatis infensus, Ymmonem[p] quendam, Gorziensem abbatem, qui et Prumiam ipso tempore tenebat, virum austerum, ipsis invitis praeposuit. Unde nonnullis ex ipsis sponte locum illum relinquentibus, quibusdam etiam ab eo ieiuniis verberibus exilioque graviter afflictis, nobile monasterium in magnis viris, libris et aecclesiae thesauris, grave, peccatis exigentibus, pertulit detrimentum[q]; sicuti Roudpertus monachus nobilis et docte facetus, matris meae patruus, prosa, rithmo metroque flebiliter deplangit[87]. Romae Iohannes XVII, qui et Fasanus, papa 145[tus] ordinatur.

A. Her. 1007. Heinricus rex summo studio apud castrum suum, Babenberg dictum[r], nobilem et divitem episcopatum construxit, primusque ibi hoc anno episcopus promotus est Eberhardus.

a) petitus *corr.* potitus 2. b) *ita* 1. 2. *fortasse* vita *excidit.* c) literature 2. d) in primo (*pro* Ī, *i. e.* millesimo, primo) 1. 2. e) in secundo 1. *deest* 2. f) sepilitur 2. g) assumptus 2. h) *deest* 1. i) mens. V. *addunt Ann. Engelb.* k) ī p̄ 2. imp̄ 1. l) in III. 1. *et ita deinceps usque* in XIII. m) panum 2. n) *reliqua anni desunt* 2. o) gebertum 2. p) Himmo monasterii destructor et fratrum expulsor 4. 4b. 5. q) *reliqua anni desunt* 2. r) *deest* 1.

82) Ex Necrologio Fuldensi iam anno priore obiit. 83) Suinfurtensem. 84) Austriae marchio. 85) cf. Thietmar. VI, 5. 86) cf. Thietmar. VI, 8 sqq. et Ann. Quedl. 87) Titulus operis deperditi erat: *De ruina monasterii Augiensis ex incendio.* USS.

1008. Liutolfo viro docto Treverense archiepiscopo defuncto, Megingaudus pro eo archiepiscopus a rege promovetur. Sed Adalbero clericus, reginae Cunigundis germanus, quibusdam faventibus ad archipraesulatum quasi ex regio promisso sibi debitum adnisus, Treverense palatium praesidiis occupat, et cum fratribus suis, Theoderico Metense episcopo et Heinrico Baioariae duce Fridericoque comite[89], adnitente etiam cum aliis multis Gerhardo item comite[90], contra regem rebellavit. Qui tamen omnes a rege post aliquot temporis spacium subacti sunt, et[a] Heinricus ipse Baioariae ducatu privatur. Ipso anno Heinricus rex, cognita tandem post duos annos Ymmonis crudelitate, remoto eo, Bern[b], virum doctum et pium, Prumiensem[c] monachum, Augiae constituit abbatem. Qui gratanter susceptus, fratres dispersos recolligit, et a Lantperto Constantiense episcopo abbas* eius loci 29^{mus} consecratus, magna insignis scientia et pietate, praefuit annis 40.

1009.[d] Wolferadus[e] comes Hiltrudem[f], Piligrini et Berhtradae[g] filiam, uxorem duxit, ex qua postea, me Herimanno annumerato, 15 liberos procreavit.

1010. Senior[h] Wolferadus comes, paternus avus meus, vir[i] clemens et iusticiae tenax inter suosque[k] praeclarus, 4. Non. Martii iam senex moritur.

1011. Willigisus Mogontiensis archiepiscopus obiit, eique Erchenbaldus successit. (A. Her.) Theodoricus[l], dux partis Lotharingorum, sub ipsa pene praesentia regis a Heinrico, Baioariae dudum duce, et quibusdam Lotharingis captus et abductus est. Quo tamen postea relaxato, Heinricus ipse gratiam regis ducatumque suum recepit.

1012. Counradus dux Carentani, filius Ottonis ducis fraterque Brunonis dudum papae, obiit, et privato filio eius puero Counrado[m], Adalbero[91] ducatum accepit. Herimannus (A. Her. A. Sg.) quoque iunior dux Alamanniae defunctus, Ernustum, sororis suae Giselae maritum, successorem accepit.

1013. Romae defuncto Sergio papa, Benedictus VIII. papa 147^{mus} sedit annis ferme 12. (Cat. pont.) Herimannus[n] ego 15.[o] Kal. Augusti natus sum. Heinricus rex Italiam cum exercitu petit.

1014. Heinricus rex Romae imperiali a Benedicto papa coronatur benedictione. (A. Her.)

1015. Ernust dux Alamanniae in venatu ab Adalberone comite, feram appetente, (cf. A. Her.) sagitta vulneratus interiit, et ducatum eius filius aequivocus, viduam[p] vero Giselam Counradus, filius Heinrici filii Ottonis ducis, futurus postea imperator, accepit[q]. Megingaudus Treverorum archiepiscopus obiit, eique Poppo, vir venerabilis, frater ipsius ducis Ernusti[92], successit.

1017. Godefridus[r], dux partis Lotharingorum[93], Gerhardum comitem[94], Counradi postea imperatoris avunculum, commisso praelio vicit.

1018.[s] Constantiae Lantperto episcopo defuncto, Roudhardus praesulatum accepit, (A. Her.) annisque ferme 5 praefuit.

1019. Counradus adolescens, filius Counradi quondam ducis Carentani, auxiliante patruele suo Counrado postea imperatore, Adalberonem, tunc ducem Carentani, apud Ulmam pugna victum fugavit.

1020. Benedictus papa ab imperatore invitatus, Babenberg venit, ibique aecclesiam sancti[t] Stephani dedicavit. Werinharius Argentinae episcopus, auxiliantibus quibusdam Suevis, Burgundiones invasit, et conserto praelio, vicit[u]. Ego Herimannus litteris traditus sum 17. Kal. Octobris.

*) . . locum pene destructum recollectis fratribus recreat. 4. 4b. *cf. a.* 1006.

a) et h. i. b. d. p. *desunt* 2. b) bernhardus *in* 4b. *ter scribitur*. c) prumensem 2. d) *codex* 2. *haec anno* 1010. *adscribit, et quae hic a.* 1010. *leguntur ad a.* 1009. *refert*. e) Wuolferadus 2. f) hiltrudum *corr.* hiltrudam 2. g) berthradę 2. h) *deest* 2. i) *deest* 1. k) suos 2. l) theodericus 2. m) chŏnrado 2. n) h. e. 15. K. A. n. s. *desunt* 2. o) *post* XV *primo* av *scriptum erat* 1. p) *in loco raso* 1. q) *reliqua anni desunt* 2. r) Gotefr. 2. s) *tota annotatio anni* 1018. *deest* 2. t) s. S. ęc. 2. u) *reliqua anni desunt* 2.

89) Mosellano. 90) Videtur esse Gerardus comes Metensis a sancto Henrico a. 1002. renuntiatus, Conradi Salici avunculus. Vid. a. 1017. USS. 91) Comes de Murztal et Afflenz, postea etiam dux Istriae. USS. 92) senioris scilicet, et iunioris seu Ernesti II. patruus. USS. 93) Godefridus III. dux Lotharingiae inferioris. USS. 94) Gerardus comes de Egesheim in Alsatia, cuius filia Adelhaidis Conradi Salici imperatoris mater fuit ex Henrico Franconiae duce. Calmet hist. Lothar. l. 18. c. 69. P. Clement Adelhaidem Gerardi sororem dicit, filiam Eberhardi IV. Nordgaviae seu inferioris Alsatiae comitis, qui hoc modo Conradi Salici iuxta Hermannum vere fuit avunculus. USS.

1021. Terrae motus magnus 4. Idus Mai feria 6. factus. Heribertus, Coloniae Agrippinae archiepiscopus, vir magnae sanctitatis, hac vita decedens, multis miraculis claruit, eique Piligrinus successit. Erchenbaldo quoque Mogontiense archiepiscopo defuncto, Aribo archipraesul efficitur. Post[a] Wolfpotonem quoque Leodicensem Durandus antistes promovetur. Irmendrudis etiam, Bouchaugiensis abbatissa venerabilis, 10. Kal. Martii obiit, eique Abarhild[b] abbatissa successit. Ex quo tempore locus ille magis magisque in deterius defluere coepit. Heinricus[c] imperator in Italiam expeditionem movit[d]. Werinharius, frater meus, Kal. Novembris nascitur.

1022. Heinricus[e] imperator Campaniam petens, Beneventum intravit, Troiam oppugnavit et cepit[f], Neapolim, Capuam, Salernam, aliasque eo locorum civitates in deditionem omnes accepit, et[95] Nordmannis quibusdam, qui tempore eius illô confluxerant, quoddam, ut ferunt, illis in partibus territorium concessit, sicque per urbem transiens Romanam, victor rediit in Germaniam[g]. Pestilentia in exercitu orta, multos extinxit; inter quos Roudhardus, Constantiae episcopus, et Burghardus, abbas de coenobio sancti Galli, obierunt; et pro his Heimo episcopus annis ferme 4 Theopaldusque abbas 11 annis praefuerunt. Notkerus quoque magister et alii praestantes fratres apud Sanctum Gallum decesserunt.

1023. Ratisponae post Gebehardum episcopum, castum virum et singularibus quibusdam moribus et munditiarum ornatusque insueto quodam amore famosum et in divinis officiis nimis studiosum, ab hac luce subtractum, alter item Gebehardus, Augustensis canonicus, successit.

1024. Romae[i] defuncto Benedicto, frater eius Iohannes XVIII. ex laico papa 148[us] ordinatus, sedit annis ferme 9. Heinricus quoque[k] imperator 3. Idus Iul. absque filiis diem[l] obiens, apud episcopatum Babenbergensem[m] a se constructum, quem omnium praediorum et thesaurorum suorum reliquerat heredem, in basilica sancti Petri sepelitur. Deinde cum Counradus senior, filius Heinrici et Adalheidae[n], et patruelis eius Counradus, filius Counradi ducis ex Mahthilde[o. 96], ad regnum praecipue adniterentur, habito apud villam Kambam[97] principum conventu, senior Counradus rex promotus, et ab Aribone archiepiscopo Moguntiaci unctus est[p] 6. Idus Septembr. Nec multo post uxor eius Gisela a Piligrino archiepiscopo Coloniae regina nihilominus[q] benedicta 11. Kal. Octobr.

1025. Rebellio et discordia multa contra Counradum regem a patruele eius Counrado et Ernusto duce Alamanniae, privigno eius, Welph quoque Suevigena comite et aliis pluribus facta.

1026. Rex Counradus, sedatis ex parte rebellibus, circa tempus quadragesimae cum exercitu Italiam adiit, et pascha Vercellis acto[98], totam praeter Luccam, urbem Tusciae, Italiam in Cisromanis partibus sibi subiugavit. — Ernust dux Alamanniae, cum eo ipso anno interpellante matre pacificatus, Campidonensem loco beneficii abbatiam accepit suisque militibus distribuit; nec multo post pravo aversus consilio, iterum rebellavit[r]. Ipso anno Constantiae Heimo episcopus subita morte pleuresi tactus decessit, eique Warmannus successit annis ferme 8. — Burghardus quoque Campidonensis[s] et Rhenaugiensis abbas obiit, eique Rhenaugiae Pirhtilo abbas substituitur. Brun Augustensis episcopus et Welph comes praedis et incendiis inter se mutuo debaccantur.

1027. Counradus rex, acto Yporegiae natale Domini, in ulteriora progressus, Luccam cum Reginhero[t] marchione in deditionem accepit, Romamque perveniens, á Iohanne papa in die sancto paschae imperator coronatus est. Subactaque Italia tota reversus, in Alamannia aput Ulmam placitum habuit; ibique ad deditionem[u] venientes[v] Ernustum ducem, privignum suum, et Welph comitem cum aliis accipiens, per aliquod[w] tempus exilio deputavit[x]. — Cuiyburg[y. 99], castrum Werenharii comitis adhuc renitentis, aliaque nonnulla rebellium castra capta sunt. — Counradus etiam, patruelis eius, sese imperatori tradens, in exilium nihilominus mittitur. Werinharius Argentinae praesul Constantinopolim ab im-

a) Post — defluere coepit *desunt* 2. b) abarhid *corr.* abarhild 1. c) Heiricus 1. d) *reliqua anni desunt* 2. e) Henricus 2. f) coepit 2. g) *reliqua anni desunt* 2. i) Romae — ferme IX. *desunt* 2. k) *deest* 2. l) *deest* 2. m) ba *deest* 1. n) adelh. 1. o) mathilde 1. *ita et infra.* p) *reliqua anni desunt* 2. q) nichilominus 1. *saepius.* r) *reliqua anni desunt* 2. s) campadonensis 1. t) regenhero 2. u) addecionem 1. v) *deest* 1. w) aliquot 2. x) *reliqua anni desunt* 2. y) Cuyburg 1.

95) *et — concessit* haud leguntur in Ann. Sang. 96) Hermanni II. Alemanniae ducis filia. USS. 97) Inter Moguntiam et Wormatiam, Wippo. 98) *et p. in V. a.* desunt in A. Sang. 99) Kiburg.

peratore legatus dirigitur, ibique insequenti anno defunctus, Willihelmum successorem accepit. Hiltegart Bouchaugiae abbatissa efficitur.

1028. Heinricus, filius imperatoris, Aquisgrani in die sancto paschae rex a principibus cunctis adhuc puer electus, a Piligrino Coloniense archiepiscopo unctus est.

1029. Imperatore Ratisponae paschale[a] festum agente, Brun Augustensis episcopus[b], summus symmista eius, vita inibi decessit, Augustaeque in coepta sancti Mauricii sepultus basilica, Eberhardum accepit successorem.

1030. Ernust dux cum exilio relaxatus ducatum suum recepisset, pravorum consilio usus, et denuo imperatori refragatus, ducatu privatur, et frater eius iunior Herimannus dux Suevorum efficitur. Counradus[c] imperator, iam dudum inimicitiis[d] cum Stephano Ungariorum rege conflatis, Pannoniam petiit, et quantum fluminibus et paludibus non obstantibus poterat, Rabam usque[e. 1] devastavit[f]. Interim in Alamannia cum Ernust, dudum dux, eiusque complices, parvis viribus contra imperatorem agitantes, praedis circa silvam Martianam[2] populares infestarent, a Manegoldo comite[3] ex[4] Augiensi milicia observati, et 16. Kal. Septembr. conserto praelio victi sunt. Ipsoque Manegoldo ibidem perempto, Ernust, pridem dux, et Werinhere comes, caput rebellionis, Adalbertus[f*] quoque et Werin, nobiles milites, cum aliis ceciderunt; et Ernust Constantiae, Manegoldus vero Augiae sepulti sunt. Burghardus, Augensis monacus, Ratisponae aput Sanctum Emmerammum abbas promovetur.

1031. Pax cum Stephano rege Ungariorum redintegratur. Aribo, Mogontinae[g] sedis archiepiscopus, Romam orandi gratia petens, hac vita decessit; eique in archipraesulatu Bardo, vita et habitu monachi venerandus[h], successit.

1032. Roudolfus, ignavus Burgundiae regulus, obiit, et diadema eius regnique insignia Counrado imperatori per Seligerum allata sunt. Imperatoreque ipsis diebus contra Misiconem, Sclavorum qui Boloni[i] vocantur regem, exercitum ductante, Odo, sororis eiusdem Roudolfi filius, princeps Gallicae Campaniae, regnum Burgundiae invasit, captisque[k] Nuenburg[l] et Murtena castris, sua in eis praesidia inposuit.[m] — Bern Augiae abbas, missis Romam coenobii sui privilegiis, a papa Iohanne item privilegium cum sandaliis, ut episcopalibus indumentis missas ageret[n], accepit[o]. Unde permoto Warmanno Constantiense episcopo, aput imperatorem quasi sui pervasor officii et honoris accusatus, eo usque ab utrisque coartatur[o*], donec idem[p] cum sandaliis privilegium ipsi episcopo traderet, publice in synodo sua, id est in coena Domini sequentis anni incendendum. Ipso anno Bouchaugiense[p*] coenobium 2. Idus Ianuar. incendio flagrat. Bertha, avia mea, femina satis religiosa, 23. viduitatis[q] anno, 11. Kal. Ianuar. decessit.

1033. Imperator post natalem Domini Burgundiam petiit, Murtenam obsedit; sed impediente hiemis[r] algore, nihil[s] inibi se dignum potuit efficere. Unde rursum aestate ipsam Odonis provinciam Gallicam invadens Campaniam, praedis et incendiis devastavit, donec ipse Odo supplex ad eum veniret, et clementer susceptus, satisfactionem, licet ficte, promitteret[t]. — Romae defuncto Iohanne, Benedictus IX, qui et Theophilactus, papa 149nus ordinatus, licet indignis[t*] tanto ordini moribus et factis, sedit annis plus 12. Eclipsis solis 3. Kal. Iul. circa septimam diei horam facta.

1034. Imperator iterum Burgundiam cum magnis petens[u] copiis, omnia cis Rodanum castella subiecit, Murtenam diruit, Genvensem urbem intravit, Lugdunensem[v] archiepiscopum Burghardum[5], hominem genere nobilem et strennuum, sed per omnia scelestum et sacrilegum, cum multis aliis principibus in dedicionem accepit, subiugatoque Burgundiae regno, rediit[w]. — Ipso anno Warmanno Constantiense episcopo mortuo, frater eius Eberhardus

a) pascale 1. b) *post* summus *distinguit* 1. c) chδnr. 2. d) inimiciis 1. 2. e) *deest* 1. f) *reliqua anni desunt* 2. f*) adelb. 1. 2. *saepius*. g) mogontię 2. h) uenerandi 1. i) bolani 2. k) captis multis castris sua 2. l) nuenbug 1. m) *reliqua anni desunt* 2. n) *vox deest* 1. *habetur* 3. o) *bis scripta, semel deleta* 1. o*) choartatur 1. p) cum — id est *desunt* 1. *ex Bernoldo supplenda*. p*) bocaug. 1. q) uiduatis 1. r) hiems 1. s) nichil 1. t) *reliqua anni desunt* 2. t*) *ita c.* u) cpetens 1. v) ludun. 1. w) Ipso — praefuit annis *desunt* 2.

1) *circa Fisca* A. Sang. 2) Nigra silva, Wippo. 3) Manegoldus iste comes Veringensis fuisse videtur, Wolferadi senioris sive frater sive filius. Suadet id locus sepulturae Augia. USS. Rectius V. Cl. Stälin hist. Wirtemb. I, p. 553. n. 9. eum comitem de Nellenburg dicit. Cf. chron. Einsidl. ap. Neugart episc. Constant. p. 342. 4) Hinc inde noster nonnulla fusius quam Annales Sangallenses narrat. 5) *post multas perpetratas nequitias captus a militibus imperatoris, perpetuo est condemnatus exilio*, Rodulphus Glaber hist. L. V. c. 4.

succedens, plus 12 praefuit annis.*1 Meginhardo[a] quoque praesule Wirzeburgense[b] defuncto, Brun, patruelis imperatoris, filius scilicet[c] ex Mahthilde Counradi ducis, episcopatum die paschae[d] accepit. Apud Sanctum Gallum etiam Theopaldo abbate decedente, Nordpertus successit. Pagani Sclavi, Leutizi dicti, Saxoniae terminos infestant.

1035. In Italia minores milites, contra dominos suos insurgentes, et suis legibus vivere eosque opprimere[f] volentes, validam coniurationem fecere. Ad quos coercendos cum primores[g] adunati pugnam inirent[h], multi utrimque[i] ceciderunt; inter quos etiam Astensis episcopus vulneratus interiit. Adalbero[k] dux Carentani et Hystriae, amissa imperatoris gratia, ducatu quoque privatus est. Leutizi Wirbinam castellum clam proditum capiunt, multosque nostrorum occidunt vel captivos abducunt. Imperator, vi transito Albia flumine, provinciam eorum ingrediens, late vastat*2. Sinodus magna apud Triburiam ab imperatore collecta est[6].

1036.*3 Piligrinus[l] Coloniensis archiepiscopus decessit[m], eique Herimannus, Ottonis secundi imperatoris ex filia nepos, successit[7]. Gebehardus secundus, Ratisponensis episcopus, 16. Kal. Mart.[n] obiit. Pro quo tercius Gebehardus, Counradi imperatoris ex matre Adalheide frater, episcopus ordinatur. Heinricus rex, filius imperatoris, Chunihildem[o], Cnutonis Danorum et Anglorum regis filiam, regalibus sibi apud Noviomagum[8] nuptiis copulavit uxorem. Counradus[p], patruelis imperatoris, patris sui ducatum in Carentano et in Histria, quem Adalbero habuerat, ab imperatore recepit. Herimannus[q] quoque, dux Alamanniae, marcham soceri sui Meginfridi[9] in Italia ab imperatore accepit. Leutizi[r] Sclavi imperatori vectigales facti. Burghardus[s], Lugdunensis archiepiscopus immo tyrannus[t] et sacrilegus aecclesiarum depraedator, adulterque[u] incestuosus, cum Oudalricum, Seligeri[v] filium, bello peteret, ab ipso victus et captus imperatorique adductus, ferro compedîtus et custodia mancipatus, multis annis detinetur in vinculis[w]. Imperator hieme Italiam petit. Sanctimoniales a domna Irmengarda, Welf[x] comitis vidua, apud Altdorf pro clericis collectae sunt[10].

1037. Imperator, celebrato Veronae natale Domini, per Brixiam et Cremonam Mediolanum[y] pervenit. Inde Papiam adiens, Heribertum[z] Mediolanensem archiepiscopum infidelitatis accusatum[*] adprehendi iussit, eumque Poponi patriarchae Aquilegiensi custodiendum conmendavit. Qui fuga elapsus, cunctis viribus eidem imperatori rebellare contendit. Imperator, paschali festo Ravennae acto, territorium Mediolanense repetiit, urbem obsedit, castella, villas omniaque circum ad rebelles pertinentia vastavit. Coniuratorum vero[a] manum facile conpescuit, eisque legem, quam et prioribus habuerant temporibus, scripto roboravit. Papa Benedictus Cremonam ad imperatorem venit. Episcopi Placentinus[b], Cremonensis et Vercellensis incusati[c] ab imperatore, captique et in exilium missi sunt[d]. Ipso anno pugna inter Odonem, Gallicae Campaniae principem, et Gozzilonem Lotharingorum ducem[11] conmissa, Odo*4 victus et cum suis fugatus, in ipsa fuga peremptus interiit.

1038. Cum[e] imperator natalem Domini Parmae ageret, orto inter Parmenses cives et exercitum tumultu[f], multi ceciderunt, et pluribus civium trucidatis, ipsa civitas incen-

*1) Conradus[12] ex castro suo Lintpurg[g. 13] inter Nemetes et Vangiones sito monasterium fecit, quod in honorem sanctae crucis et divi Iohannis[h] euangelistae dedicari iussit. 4b. (*haud legitur in* 4.)
*2) Pagani, qui Liutici dicuntur, Wirbinam castellum in confinio Saxoniae, multis christianis occisis et captis, obtinent; quos Conradus imperator cum exercitu petit. 4. 4b.
*3) Italia civium discordia laborat. 4. 4b. *4) Odo princeps Carlingorum 4. 4b.

a) Megenh. 1. b) werzeb. 1. wirzib. 2. c) sclicet 1. d) pascae 1. e) *reliqua anni desunt* 2. f) oprimere 1. g) priores 2. h) intrent 2. i) utrique 1. k) Adalbero — abducunt *desunt* 2. l) Biligrinus 2. m) deccessit 1. n) MĀR. *corr.* aprilis 2. o) chunihilde 2. p) counradus — recepit *desunt* 2. q) Heremannus 1. r) L. S. i. v. f. *desunt* 2. s) Burch. 2. t) tir. 1. u) adulter 1. v) selegeri 1. w) *reliqua anni desunt* 2. x) wels 1. y) mediolanium 1. z) herebertum 1. *) acusatum 1. a) *deest* 2. b) placentius 2. c) incusati. ab imperatore capti. et 2. d) *reliqua anni desunt* 2. e) Dum 2. f) tumultum 1. g) limpurgo *ed. cf. a.* 1038. h) ioannis *ed.*

6) Ann. Hild. a. 1036. 7) cf. Ann. Hild. 8) cf. Ann. Hild. 9) marchio de Susa, cuius filiam Adelheidem duxerat Herimannus IV. USS. 10) Iam antea a Guelfis comitibus apud Altenmunster in Bavaria Benedictinum virorum, apud Altorf vero in Suevia aliud virginum fuit conditum, ad Vineas postea nominatum. Circa haec autem tempora sedes suas invicem permutarunt: quod Hess Prodr. Mon. Guelph. ad annum 1047. consignat. USS. 11) utriusque Lotharingiae dux a Conrado imp. constitutus. USS. 12) Charta d. 17. Ianuarii a. 1035 Lintburgi edita est. 13) Limburg an der Hardt.

dio consumpta est. Papa archiepiscopum Mediolanensem, imperatori adhuc rebellantem, excommunicat. — Imperator cum Ultraromanas partes peragrasset, indeque per Adriatici maris oras remearet, mense Iulio ingens exercitum pestilentia invasit, et plurimos passim extinxit. Inter quos[*1] Chunihildis regina, Heinrici regis uxor, 17. Kal. Aug.[a] defuncta, et ad castrum Lindburg[a'] translata, ibique sepulta est. Herimannus[b] quoque, dux Alamanniae, suis admodum flebili morte 5. Kal. Aug. occumbens[c], Tridenti tumulatus est. — Imperator de Italia reversus, Solodori colloquio habito, plurimos Burgundionum primores tam sibi quam filio suo subiectionem sacramento firmare fecit[d]. — Ipso anno Stephanus Ungariorum rex, cum ante plurimos annos se cum tota gente sua ad Christi fidem convertisset ecclesiasque multas et episcopatus construxisset[e] et in regnum suum probis mitissimus operam inpendisset, Petrum, sororis suae filium, de Venetia natum, pro se regem constituens, obiit.

1039. Counradus imperator apud Traiectum, Fresiae urbem, pentecosten agens, 3.[f] Nonas Iun. inopinata morte subito decessit, et Nemetum[g] allatus, ibique sepultus est; et filius eius rex[h] Heinricus gubernacula[i] regni suscepit[k. *2]. — Reginbaldus quoque, Nemetensis episcopus, vir vita et habitu monachico verendus, 3. Idus Octobr. decessit, eique Sibicho, fama longe dissimilis, successit. Counradus etiam dux Carentani, et Adalbero aemulus eius, qui ante eum ducatum eundem tenuerat[l], ipso anno obierunt[m]. — Heinricus rex, mota in Boemiam expeditione[n], cum dux gentis Brezizlaus[o] filium suum obsidem[p] ei misisset, seque ipsum venturum et imperata facturum, licet ficte, promisisset, statim rediit[q]. — Petrus, rex Ungariorum, hieme terminos regni sui invadens, praedis, incendiis et captivitate depopulatur.

1040.

Heinricus rex Boemiensem ducem iterum rebellantem petens, ad praestructionem seu municionem silvae citra et ultra expugnandam partem expeditam[r] exercitus per devia saltus in provinciam misit. Sed cum 11. Kal. Sept. istac, crastina vero die illac milites silvosa difficilia et obstructa loca ingressi, casso labore iam[s] fatigabundi, firmissimam[t] quandam machinam obpugnatum[u] aggredi[v] frustra temptarent, irruentibus undique Boemanis, caesi, capti fugatique sunt. Et qui in provincia[w] adhuc[x] ex nostris remanserant, interveniente Gunthario heremita, incolomes educti redierunt. Rex vero, plurimis militum et procerum amissis, infecto interim negocio discessit[y *3]. Eberhardus, Babenbergensis aecclesiae primus episcopus, anno promotionis 33. decessit; cui Suidegerus, natione Saxo, vir laudabilis, successit.

1041.

Heinricus rex, reddito Boemano duci obside filio suo, captivos in silva captos redemit. Secutaque[z] aestate collecto grandi exercitu, provinciam ipsam per devia ingressus, praedis et incendiis cuncta devastat, donec dux malis subactus pacem postularet, sui dedicionem et cum tota gente subiectionem, Ratisponamque[*] se ad regem venturum et imperata facturum, fidelibus regis ad se vocatis promitteret. Quod[a] etiam rege discedente mox factis implevit. — Ipso anno Ungarii perfidi Ovonem quendam regem sibi constituentes, Petrum regem suum occidere moliuntur. Qui vix fuga lapsus, primo ad marchionem nostrum Adalbertum, sororis suae[13] maritum, profugus venit, indeque ad regem Heinricum veniens, pedibusque eius provolutus, veniam et gratiam imploravit et impetravit.

*1) Eliphtruda, quae et Cunegundis 4. 4b. *ex Wippone.*
*2) Elipsis solis 11. Kalend. Septemb. 4. 4b.
*3) Petrus quoque, Ungariorum rex, eidem duci contra Heinricum regem auxilia mittit. 4. 4b. 5.

a) *ita* 1. 2. 3. XV. k. Aug. *Wippo* 4. 4b. 5. a') lindbug 1. lindburc 2. b) Herimannus *usque* tumulatus est *desunt* 2. c) occubens 1. d) *ita* 2. *et Wippo*; cępit 1. *reliqua anni desunt* 2. e) contraxisset 1. f) II. *Wippo* 4. 4b. *Ann. Engelbergenses.* g) *glossa* spira 2. apud urbem quae Spira vocatur 4b. h) *deest* 2. i) r. g. 2. k) Reginbaldus *usque* obierunt *desunt* 2. l) tenuerunt *corr.* tenuerant 1. m) oberunt 1. n) expedicionem 1. o) brezzlaus 2. p) obsidem ei obsidem 1. q) *reliqua anni desunt* 2. r) expedita 2. s) *deest* 2. t) firmissam quendam 1. u) opp. 2. v) agredi 1. w) prouinciā 1. x) *deest* 2. y) dicessit 1. *reliqua anni desunt* 2. z) Secuctaque 1. *) ratisponam 2. a) Q. e. r. d. m. f. i. *desunt* 2.

13) Froizae, ut in chartis Heinrici II. authenticis a. 1048. et 1051. scriptum legi; in charta Heinricii IV. a. 1058. Frowila vocatur.

1042.

Heinricus rex hieme[a] Burgundiam invasit[b], multosque principum se illi subicientes suscepit, nonnullaque legitime diiudicavit. — Ovo, Ungariorum tyrannus, ob susceptum a rege nostro Petrum, diviso[b*] bifariam exercitu suo, fines Baioariae ex utraque Danubii parte depraedans et incendens populatur. Sed una[c] pars exercitus eius á septentrionali[d] parte Danubii ab Adalberto marchione et filio eius Liutpaldo ad internitionem[e] caesa est. Heinricus quoque rex[f] autumno Pannonias petens[g], Heimenburg et Brezesburg[h] evertit[i], septentrionalem Danubii partem, quia flumina australem et paludes munierant, usque ad Grana flumen vastavit seu in dedicionem accepit; et pars exercitus bis numero Ungariis[k] incursantibus congrediens, strages magnas effecit[l]. Et subactis partium illarum Ungariis, cum Petrum recipere nollent, quendam alium ex illis, apud Boemanos item exulantem, ducem eis constituit; quem tamen Ovo statim post discessum regis resistere non valentem in Boemiam repulit. — Poppo patriarcha Aquilegiensis obiit, eique Eberhardus, Augustensis canonicus, a rege promotus successit.

1043.

Gisela[m] imperatrix apud Goslare[n], quamvis a sortilegis nonnumquam[o] vera sibi praedicentibus decepta filio regi se supervicturam crederet, desinteriae morbo[p] 16. Kal. Mart.[q] decessit, et Nemeti[r] iuxta maritum imperatorem sepulta est[s]. Aestas[t] pluviosa frugum et vindemiarum penuriam effecit. — Heinricus rex iterum Pannonias petens, ab Ovone, vix impetrante[u] pactum, satisfactionem, obsides, munera, regnique usque ad Litaha[v] flumen partem accipiens, discessit. Inde in Alamanniam veniens, in sinodo Constantiensi cunctis[w], qui contra se deliquerant[x], primum ipse debitum omne dimisit. Deinde precibus et adortationibus[y] omnes praesentes Suevigenas[z], postea in aliis regni sui provinciis idem actum iri sátagens, dimissis debitis et inimicitiis, sibi invicem reconciliavit, pacemque multis seculis inauditam efficiens, per edictum confirmavit. Exin Agnetem, Willehelmi[*] Pictaviensis[a] filiam, sponsam suam accipiens, et Mogontiaci[b] reginam ungui faciens, regales[c] apud Ingelenheim nuptias celebravit, et in vano hystrionum favore nihili[d] pendendo, utile cunctis exemplum, vacuos eos[e] et moerentes dimittendo[f], proposuit. Ubi etiam Liutpaldus[g], Adalberti[h] marchionis filius, magnae virtutis et pietatis adolescens[i], ab ipso rege marchio promotus, et post paucos dies defunctus, Treveri a patruo suo Poppone[k] archiepiscopo sepultus est[l].

cf. A. Sg.

1044[m].

Maxima pestis pecudum[n], et hiems satis dura et nivosa magnam vinearum partem frigore perdidit, et frugum sterilitas famem non modicam effecit. — Gozzilo[o] dux Lotharingorum moriens, Gozziloni[p] filio, quamvis ignavo, ducatum suum a rege Heinrico promissum relinquere disposuit[q]. Sed alter filius eius Gotefridus[r], iam dudum dux[14], cum ducatum fratri debitum[s] contra fas a rege sibi obtinere[t] nequivisset[u], iusiurandum fidemque postponens, rebellare[v] pio regi praesumit. — Ovo rex cum iusiurandum pactumque infregisset, Heinricus[w] rex cum perparvis copiis Pannonias petiit. Quem Ovo, qui maximum paraverat exercitum, in tantum despexit, ut eum, quasi facile occidendum seu capiendum, provinciam ingredi sineret. Sed Heinricus cum parte copiarum Rabam fluvium festine, in divino confisus auxilio, transvadavit, pugnam cunctis militibus passim festi-

cf. A. Sg.

a) *deest* 2. b) inuisit 2. b*) diuisit 1. c) maxima 3. magna 4. 4b. d) septēntrionali 2. e) internecionem 1. f) *deest* 1. g) p. duas populosissimas civitates evertit 4. 4b. h) brezisburg 2. i) e. s. *alio atramento scripta* 1. k) ungariam *corr.* ungariis 1. l) *reliqua anni desunt* 2. m) Gisela — effecit *desunt* 4. n) goslere 1. o) nonumquam 1. p) *deest* 2. q) XVI MAI kal. 2. r) nemetim 1. s) Ae. p. f. et v. p. e. *desunt* 2. t) Totum tempus aestivum in tempestates pluviasque hyemalis pene conversum magnam f. 4b. u) imperante, *deleto* ant, 1. v) litha 1. w) cunctis sibi aliquid debentibus omne debitum d. d. 4. 4b. x) deliquerat 1. y) orationibus 2. z) omnes Sueviae principes minoresque personas 4. 4b. *) uuillihelmi 2. a) principis *addunt* 4b. *Ann. Engelb.* b) mogonciati 1. c) regalibus sibi nuptiis eam apud Ingelenheim villam regalem copulauit. Unde infinitam histrionum et ioculatorum multitudinem ad laudis suae cumulum uacuam et inanem sine cibo et muneribus moerentem abire permisit. 4. 4b. d) nichili 1. e) eius *corr.* eos 1. f) dimitten *addito* s 2. g) luitp. 2. h) adalperti *corr.* adalberti 2. i) iuvenis et maxima Hungarorum clades 4. 4b. k) popone 2. l) *deest* 1. m) *hinc* 4. 4b. *ad verbum fere cum* 1. *concordant.* n) peccudum 1. o) Cozzilo 1. p) gozzilino *corr.* gozzilono 1. q) d. relinquer (*deletum*) filius eius 1. r) godefr. 1. s) dubitum 1. t) opt. 2. u) nequiuissime *corr.* nequiuisset 2. v) repellere *corr.* repellare 2. w) Heinricus *usque* sineret. Sed *desunt* 2.

14) Superioris Lotharingiae; cf. Stenzel II. p. 117—119.

nantibus iniit, et in prima congressione innumerabilem Ungariorum exercitum fugavit atque[a] prostravit, et paucissimis suorum amissis, ipsemet[b] fortissime pugnans, gloriosissimam victoriam adeptus est 3. Non. Iul. Et Ovone rege vix fuga elapso, omnes Ungarii ad dedicionem Heinrico regi catervatim concurrunt, subiectionem serviciumque promittunt. Ipse vero, ut erat per omnia piissimus, Petrum regem[c] dudum expulsum regno suo restituit, Ungarios petentes lege Baioarica donavit, ipseque cum triumpho in regnum suum rediit. Nec multo post idem Ovo a Petro rege comprehensus, scelerum suorum poenas[d] capite plexus persolvit. — Eodem anno Ludowicus[e] comes Reginoldum principem[15], reginae Agnetis[f] avunculum, sed Heinrico regi inimicum, dum quoddam castellum eius, quod Mons Piligardae[16] dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parva militum suorum copia pugnam iniens vicit, multisque caesis, reliquos[g] fugavit. — Romani Benedictum papam multis criminatum sede sua pellunt, et Silvestrum quendam in locum eius statuunt; quem tamen postea Benedictus, quibusdam sibi faventibus, exconmunicatum depulit, sedique suae redditus, se ipsum postea privavit, et alium pro se ob avariciam contra canones ordinavit. — Heribertus, Mediolani[h] archiepiscopus, obiit[i]. Beggelinheim[k. 17], castellum Gotefridi, a rege captum[l] destruitur[m]. Gebehardus, Ravennas archiepiscopus, obiit, et pro eo Wideger[n] constituitur.

Cat. pontt.

1045[o].

Reginolf[p] et Gerolt Burgundiones regi[q] aput[r] Solodorum ad dedicionem venerunt. Otto[18] palatinus comes paschali ebdomada dux Alamanniae aput Goslare a rege constituitur. — Petrus rex Heinricum regem in festivitate pentecostes ad se invitatum[s], magno apparatu suscepit et maximis muneribus donavit, eique regnum Pannoniarum, principibus[t] Ungariorum fidelitatem illi et successoribus eius iuramento firmantibus, reddidit; quod tamen[u] ab eo ipse, dum viveret, possidendum recepit. In quo videlicet itinere rex quoddam vetus solarium[19] ascendens, cum multis aliis aedificio cadente corruit, ipsoque Deo protegente inlaeso, Brun Wirzeburgensis[v] episcopus loetaliter cum aliis collapsus, post unam ebdomadam 7. Kal. Iunii obiit, et ad sedem suam reportatus ibique sepultus, Adalberonem successorem suscepit. — Gotefridus[w] dux, rebellioni suae desperans regique ad dedicionem veniens, in custodiam mittitur.*1 Wido Mediolani archiepiscopus constituitur. — Sclavi qui Liutici[x] dicuntur, Saxoniae terminos inquietantes, regi, illô cum copiis militum venienti, se tradunt, et solitum censum promittunt. — Autumnali tempore Guntharius[y] heremita*2 ad Christum migravit, et in Braga, Boemiae urbe, sepultus quiescit. Per idem tempus regale colloquium, apud[z] Triburiam condictum, gravis regis infirmitas praepedit[*]. Quo etiam tempore Agnes regina filiam regi peperit.

1046.

Rex natale Domini in Saxonia apud Goslare celebravit. Magna mortalitas multos passim extinxit. Eggehardus marchio[20] ditissimus subito moriens, praediorum suorum regem reliquit heredem. — Rex paschale festum apud Traiectum, Fresiae urbem, egit, et subsecutis diebus navali expeditione in Phladirtingam fretum traiciens, pagum quendam, quem Theodericus marchio sibi usurpaverat, ab eo eripuit[a]; unde idem postea rebellionis causam sumpsit. Sanctum autem pentecosten Aquisgrani faciens[b], Gotefrido

Mart. 30. Mai 18.

*1) Kibichenstein *addit* 5.

*2) eremita vinculis carnis absolutus, apud sanctos martyres Adelbertum et Wenezlaum in Braga 5. *(Ussermannus et 4. ita legere affirmat, de quo tamen reverendissimus D. Tamschek silet.)*

a) et 1. b) ipsemet *corr.* ipse 2. c) *ita* 2. 4. 4b. iam 1. d) p. cum (*recenti manu deletum*) c. 2. e) luduicuuicus *deleto primo* c 2. f) agentis *delet.* 1. g) reliquas *corr.* reliquos 2. h) mediolanii 2. i) et illius dignitatem Wido suscepit 4. 5. (*ex anno* 1045). k) beggelenheim 4b. beggelnheim 4. 5. l) *deest* 1. m) *reliqua anni desunt* 4. 4b. n) widger 2. o) *hinc* 4. 4b. 5. *cum* 1. *ad verbum fere concordant.* p) *ita* 1. 2. Reginoldus 4. 4b. q) rege 1. r) apud 1. s) inuitauit 2. t) princibus *addito* pi 2. u) t. ab eo i. d. u. p. r. *in loco raso* 2. v) wirzib. 2. w) gothefr. 1 x) lutici 2. y) gutharius *corr.* guntharius 1. z) a. t. c. *desunt* 4. *) ppedit *corr.* impedit 2. a) u. i. p. r. c. s. *desunt* 2. b) facies 1.

15) Burgundiam. 16) Mömpelgard. 17) an Bechtolsheim, in sinistra Rheni ad fluvium Salz situm? 18) Ezone, palatino ad Rhenum comite et Mathilde filia Ottonis II. imp. natus. USS. 19) Aventinus aliique scriptores Boici castrum Bösenbeug nominant, in Austria superiore situm. USS. hodie Persenbeug. — Cf. Giesebrecht Ann. Altah. pag. 75. 20) Ekkardus II. Misniae marchio, Heinrico III. imp. in paucis charus, de quo Eccard in hist. geneal. principum Saxon. super. p. 229. USS.

duci e [a] custodia relaxato, sibique procedenti terra tenus prostrato, ducatum suum misertus reddidit [b]. Quibus etiam diebus Widgerum, qui Ravennae praesulatum iam biennio inepte et crudeliter nondum consecratus tenebat, ad se vocatum episcopatu privavit. — Sequenti tempore rex in Italiam expeditionem parat. Fridericus [c], frater Heinrici ducis Baioariae, dux Lotharingorum pro Gotefridi fratre ignavo Gozzilone constituitur. — Subsecuto [d] autumno Ungarii, pristinae perfidiae suae memores, Andream quendam regem sibi statuunt, Petrum regem, multis advenarum, qui pro eo pugnaverant, occisis, variis cum coniuge sua [e] iniuriis affectum, postremo oculis [f] privant, et in quendam locum cum eadem coniuge [e] sua alendum deputant; multis etiam per idem tempus peregrinis inibi exspoliatis [g], exulatis atque necatis. Quo comperto, rex Heinricus, qui iam valido exercitu congregato in Italiam iter coeperat, nimis indoluit; sed tamen [h] coeptam [i] expeditionem non deseruit. Itaque coadunato exercitu, Papiae [21] synodum celebravit. Inde Placentiam [k] veniens, Gratianum, quem expulsis prioribus Romani papam statuerant [22], ad se venientem, honorifice suscepit. Sicque cunctis prospere cedentibus, iuxta natalem [l] Domini non longe ab urbe Roma apud Sutriam [m. 23] synodo item acta, causaque erroneorum [n] pontificum diligentius ventilata, Gratianum papam convictum pastorali baculo privavit. Dein omnium [o], tam Romanorum quam aliorum, assensu Suidegerum [p] episcopum, qui post Eberhardum primum secundus Babenbergensem [q] sexto iam anno regebat aecclesiam, nimium reluctantem, summum Romanae aecclesiae elegit pontificem; sicque circa vigilias natalis Domini ipsam ingrediuntur Urbem [r]. Eadem nocte bonae memoriae Eberhardus, Constantiensis aecclesiae episcopus, inibi in porticu sancti Petri sepeliendus, obiit 13. episcopatus sui anno.

Oct. 25. — cf. Cat. pontt.

1047.

cf. Cat. pontt.

In ipsa natalis Domini [s] die praefatus Suidegerus [t], nacione Saxo, apostolicae sedi papa 151mus [u] ex more consecratus, et nomine auctus, Clemens secundus vocatus est. Qui mox ipsa die Heinricum regem et coniugem [v] eius Agnetem imperiali benedictione sublimavit. Peractisque [w] missarum sollemniis [x], ipse domnus papa et imperator cum imperatrice, ita ut erat coronatus, ad Lateranense palatium cum ingenti gloria proficiscuntur, cunctis civibus Romanis [y] mirantibus honoremque singulis quibusque pro facultate obiter impendentibus. Completisque Romae cum summa pace aliquot diebus, imperator magnam exercitus partem patriam redire permittens, ipse cum reliquo [z] ad ulteriora contendit. — Circa idem tempus imperator praesules nonnullos constituit. Inter [*] quos Ravennati aecclesiae Hunfridum, cancellarium suum in Italia, Constantiensi Theodericum [a], per alias provincias cancellarium suum et archicapellanum et Aquisgranae praepositum, Argentinae [a*] Herrandum, Spirae praepositum, pro Willehelmo [24] autumnali tempore defuncto, Viridunensi [b] Theodericum, Basilae praepositum et capellanum suum [c], pontifices praefecit. Imperator vero [d] Romae egressus [e], nonnulla castella sibi rebellantia cepit [f], provincias illas [g] prout videbatur disposuit, duces Nordmannis, qui in illis partibus commorantur, et aliis eo locorum urbibus constituit. Sed socru [25] imperatoris de monte Gargano Beneventum reversa, orto [h] tumultu Beneventani cives quibusdam eam iniuriis afficiunt. Unde saevam ab imperatore vindictam [i] metuentes eique se subdere non praesu-

a) *deest* 1. b) Quibus — privavit *desunt* 2. c) Fridericus — constituitur *desunt* 2. d) S *deest* 1. e) sua — coniuge *desunt* 1. f) occulis 2. g) expol. 1. h) tm̄ 1. i) *deest* 1. k) placenciam 1. l) natale 2. *eraso ut videtur* m. m) sutiram 1. n) erreneorum 1. o) onim̄ 2. p) suidgerum 1. q) babinb. 2. r) *reliqua anni desunt* 2. s) die domini 1. t) suidgerus 1. u) *deest* 1. v) conuugiem *corr.* coniugiem 1. w) Peractis 2. x) sollempniis 1. y) *deest* 2. z) reliquis 2. *) Inter — praefecit *desunt* 2. a) theodricum 1. a*) A. H. S. p. *desunt* 4. b) virudinensi 1. c) *deest* 1. *addunt* 4. 4b. 5. d) *deest* 2. e) reuersus 2. f) coepit 2. g) *deest* 1. h) ortu 1. i) m. u. 2.

21) cf. Ughellum Ital. Sacr. T. V. p. 760. ubi ex antiquo Ms. Vatic. decretorum Burchardi Wormatiensis haec leguntur: *Anno d. incarn.* 1046. *indict.* 15. *octavo Kal. Novembris regnante domino nostro invictissimo rege Henrico III. praecepto eiusdem gloriosi congregata est Papiae generalis synodus; cumque multae res in eadem synodo iuste atque rationabiliter in eiusdem gloriosi regis praesentia, archiepiscoporum illius et episcoporum pertractarentur* etc. Sequuntur dein nomina omnium episcoporum, qui concilio huic interfuerunt, tam Italorum quam Germanorum, quos ultimos enumerat Calles annal. eccles. Germ. T. V. p. 422. Vid. Sigonius de Regno Italiae L. 8. USS. 22) Sub nomine Gregorii VI. 23) Quae in hoc Sutrino concilio acta sint, unus coaevus scriptor Hermannus prodit, quae fusius dein recenset Victor III. P. I. 3. dialog. USS. 24) Frater is erat Gregorii V, olim papae, 8. Idus Nov. priore anno defunctus. USS. 25) Agnes nomine.

mentes, rebellionem ineunt. Sed[a] imperator, qui magna, ut dictum est, ex parte[b] exercitum iam remiserat, et ad alia occupato animo iam patriam tendebat, tantam[c] tunc temporis civitatem expugnatum aggredi distulit[d], interimque eo infecto negocio, sed alias universa Italia parente pacataque, redire disposuit[a]. — Interea imperatrix Agnes, quae Romae ab imperatore digressa fuerat, in Ravennati territorio filiam peperit. Imperator vero, coepto redeundi itinere, Mantuae paschale festum in gravissima decumbens aegritudine commoratur[e]. Postea convalescens, corpus beati Widonis, Pomposiae[f] monasterii abbatis, in magna sanctitate ante non integrum annum defuncti, plurimis glorificatum miraculis, de Parmensi, ubi sepultus fuit, civitate ad urbem Spiram transferendum, magno secum cum honore de Italia rediens devexit. In quo itinere Augustam Vindelicam in letaniis ante ascensionem Domini veniens, Eberhardo[g], urbis eiusdem episcopo, in adventu eius defuncto, Heinricum capellanum suum successorem constituit. Actoque inibi eodem festo, pentecostes sollemnia Spirae celebravit, ibique colloquium cum regni principibus habuit, et corpus praefati abbatis in incepta extra urbem basilica[26] tumulari fecit. — Quo tempore Welf comitem, Suevigenam[h], Welf dudum comitis filium, Carentani ducem promovit. Avunculum quoque eius Adalberonem[i], ducum videlicet Heinrici et Friderici[27] fratrem, Metensis aecclesiae episcopum post Theodericum nuper defunctum constituit. Item Poppone archiepiscopo ipsis diebus defuncto, Treverensi urbi Eberhardum, Wormatiae praepositum, archipraesulem praefecit. — Per idem tempus cum expeditionem in Pannonias ad Petrum ulciscendum disponeret, Gotefridus[k] dux cum Balduino[l, 28] de Flandris et aliis nonnullis rebellionem innovasse bellumque copiis collectis paravisse[m], Theodericus quoque de Phladirtinga[n], marchio, rebellavisse et episcopatus sibi[o] contiguos ad iniuriam imperatoris populatus esse nuntiatur. Praeterea Andreas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnum se ab Ungariis coactum suscepisse confirmans, de Petri sese iniuriis[p] excusans[q], quique adversus eum coniuraverant, partim a se[r] trucidatos, partim imperatori tradendos denuntians, suamque imperatori subiectionem, annuum censum et devotam servitutem, si regnum se habere permitteret, mandans. Quibus ex causis dilata expeditione illa, cum Gotefridus quoque dux rebellionem suam callidius legationibus dissimularet, autumnali tempore navali exercitu collecto, contra Theodericum[s] in Phladirtingam arma conmovit. — Interea Otto Suevorum dux, qui provinciam sibi traditam pie ac strennuę tertio iam anno regebat, inmaturo obitu diem clausit extremum. Ipsis[t] quoque diebus Heinricus Baioariae dux defunctus, Treveris sepelitur. Clemens etiam, qui et Suidegerus, papa in Romanis partibus nono mense promotionis suae diem obiens, ad episcopatum suum Babinberg reportatus tumulatur[t]. — Imperator, expeditione in Phladirtingam[u] traiecta, aquosis impedientibus locis, parum proficere[v] potuit; et revertens, adversariis marino cursu levibus scaphis latrocinantium more sequentibus et extremos quosque incursando caedentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit. Ipso quoque tempore Gotefridus[w], inter alia quae contra regem gessit, Viridunensem civitatem dolo captam incendit et evertit. Cuius[x] ducatum[29] imperator[y] Adalberto[z] cuidam[*] tradidit[a].

1048.

Imperator natalem[b] Domini in Saxonia moratus, confestim per Wirzeburg[c] in Alamanniam venit; et[d] Ulmae colloquium habens, Ottonem de Suinvurt, marchionem, Suevis ducem constituit. Indeque Baioariam veniens, quadragesimale et paschale tempus exegit. Eadem quadragesima sanguis, ut creditur, Domini apud urbem Mantuam divina per quendam caecum revelatione invenitur et plurimis miraculis declaratur. Imperator Ratispona[e],

a) Sed — disposuit *desunt* 2. b) ex p. *desunt* 1. c) tantum 1. d) distilit 1. e) egritudine de commoratur 1. Postea — praefecit *desunt* 2. f) pompasiae 1. g) gebehardo 4. 4b. h) sueuienam 1. i) adelb. 1. k) godefr. 1. l) balduuino 2. m) paruisse 1. n) phladritinga 1. o) sui 2. p) inituriis 1. q) excusatus 1. r) a se p. t. 2. s) theodricum 1. *interdum.* t) Ipsis — tumulatur *desunt* 2. u) phandirtingam 2. v) proficire potui 1. w) Godefr. 1. x) Cuius — tradidit *desunt* 4b. (*adsunt* 4.) y) *deest* 1. z) adelb. 1. *ita passim codd.* *) *deest* 2. a) tradit 1. b) natalis *corr.* natales 1. c) uuirzib. 2. d) et u. c. h. *desunt* 2. e) ratisbona 2.

26) Ecclesia haec dein collegiata ab eodem S. Guidone nomen accepit. Vid. Bolland. T. III. Martii die 31. USS. 27) Heinrici VI. Bavariae, et Friderici Lotharingiae inferioris ducum, ex patre Friderico I. comite Luxemburgensi, quorum soror erat Iudith, Welfonis uxor. USS. 28) Balduino V. Flandriae comite. USS. 29) superioris Lotharingiae.

Apr. 3. ubi pascha cum Ottone et Brecizlao ducibus et multis[a] principibus egit, digressus, Ala-
21. manniam repetit, et in Augiam nostram ingressus, 8. Kal. Magias[b] novam sancti Marci euangelistae patroni nostri basilicam, a domno Bern abbate constructam, se praesente a[c]
25. Theoderico Constantiensi episcopo dedicari fecit, et eiusdem sancti festo in laetania
Mai 12. 22. maiore apud nos acto, ascensionem Domini Turego, pentecosten autem Solodoro celebravit. Habitoque ibi[d] cum Burgundionibus[e] colloquio, per Franciam orientalem in Saxoniam remeavit — Per[f] idem tempus domnus Bern abba Augiae, vir doctrina et moribus insignis, anno promotionis suae 40° in senectute bona morbo confectus, 7. Idus Iunii diem ultimum clausit, et in basilica sancti Marci sepultus quiescit. In cuius locum Oudalricus decanus[f*] a fratribus electus, abbas ab imperatore constituitur. Defuncto quoque viro docto Wazone, Leodii pontifice, Dietwinus successit. — Sequente Iulio Poppo, Brixensis episcopus, ab imperatore electus, Romam mittitur, et honorifice susceptus, apo-
Cat. pontt. stolicae sedi papa 152[us] ordinatus[g], mutato nomine Damasus secundus vocatur[h]. Sed paucis diebus exactis defunctus[30], et ad Sanctum Laurencium extra urbem sepultus est. — Autumnali tempore Heinricus imperator et Heinricus Galliarum[i] rex in Metensi territorio[31] convenientes, pacem pactumque inter se iuramento confirmant. Quibus diebus terrae motus magnus[k] factus est nocte 3. Idus Octobris. Ipsis item diebus Agnes imperatrix filiam imperatori peperit. Eodem etiam[l] tempore Gotefridus[m] Adalbertum[n] ducem se depraedantem persecutus, et dimissa multitudine cum paucis inventum, cum aliis qui repugnare temptabant occidit. Post quem Gerhardus[o] dux ab imperatore constituitur[p]. — Ipsis imperator diebus Argentoratum[q], et inde prope natalem Domini Ulmam venit, sicque in Baioariam proficiscitur.

1049.

Febr. 2. Imperator natalem Domini Frisingae[r], et purificationem sanctae Mariae Ratis-
Mart. ponae agens, Baioariae ducem Counradum[32] constituit[s], et circa quadragesimale tempus inde in Saxoniam recessit. Gotebaldus, Nemetensis[t] praepositus, Aquilegiae[u] patriarcha post Eberhardum[v], his diebus defunctum, ab imperatore promovetur. Interea[w] glaciali hieme suppeditante, nonnulli[x] de partibus maritimis milites et principes cum Leodiensi episcopo[33] et Traiectensi atque Metensi congregati, Theoderico in Phladirtingam
Ian. 14. insidias tendunt, conmissaque pugna victum occidunt[34], et provinciam illam imperatori subiciunt. Quam tamen non multo post Gotefridus occupans, ab eisdem pugna petitus
cf. C. pontt. et victus, vix aufugit[y]. — Per idem tempus Brun, Leucorum[z] episcopus, ab imperatore electus Romamque missus, summo honore suscipitur, et in[*] quadragesima papa[a] 153[us]
Mart 26. ordinatus[35], Leonis noni[b] nomen accepit[c]. Qui in proximo pascha Oudalricum[d], Augiensis coenobii provisorem, Romam venientem, abbatis benedictione consecravit, et monasterii eiusdem privilegia, antiquitus a sede apostolica tradita, sui auctoritate confirmavit et innovavit, indictione 2, 7. Kal. Aprilis. Idem papa in ebdomada post albas synodum cum Italiae episcopis maxime[e] contra simoniacam heresim Romae celebravit[36]. Idem in
Mai. ebdomada pentecostes[f] aliam synodum Papiae congregavit. Indeque per montem Iovis cum pluribus Romanorum in Cisalpinas partes devenit. Exacto[g] etiam tempore, Odilo, venerabilis Cloniacensis[h] coenobii et multorum pater monasteriorum, 4[i]. Nonas Ianuar. migravit ad Dominum[k]. — Secuta aestate cum imperator expeditionem contra Gotefri-

a) m. aliis p. 4. 4b. 5. b) Mai 2. c) p̄senten:: 1. d) ibiq 1. e) burdionibus 1. f) Per — sepultus est *desunt* 2. f*) oudelr. deccanus 1. g) ordinatur 1. h) uocatur *corr.* uocatus 1. i) gllaarum 1. k) *deest* 2. l) *deest* 2. m) dux *addit* 4. n) adelb. 1. *saepius.* o) gotefridus 4b. p) *reliqua anni desunt* 2. q) argenturacum 1. r) frisingiae 1. s) constuit 1. t) metensis episcopus positus 4. u) aquileiae 1. v) p. E. *desunt* 4. w) Interea — aufugit *desunt* 2. x) non defunctum (*delet.*) 1. y) affugit 1. z) *glossa* id est de tullo 1. *) *deest* 2. a) *deest* 2. b) nomen noni 1. c) accipit 1. d) ud. *corr.* od. 1. e) m. c. s. h. *desunt* 4. 4b. f) pentecosten *corr.* pentecostes 2. g) Exacto *corr.* Eodem 2. h) clon. *e corr.* 1. i) III. 2. IIII. Non. Ian. *alio atramento corr.* Kal. Ian. 3. IIII. Kal. Ian. 3b. *dies deest* 4. 4b. k) III. Kal. Ian. migravit ad Dominum, cui bonae conversationis Hugo eiusdem coenobii frater successit. 5.

30) Damasus 17. Iulii ordinatus, sequente die 8. Aug. obiit. USS. 31) Locum indicat Andaginensis monasterii historia, Ivodium. USS. Yvoix, prope Mouzon. 32) Filius Liudolphi, cuius pater erat Ezo comes palatinus Rheni. USS. 33) Theoduino, Bernoldo seu Bernulfo Ultraiectino, et Adalberone. USS. 34) Factum id d. 14. Ianuarii; quod melius cum hiemali tempore convenit quam 15. Maii, quo illum obiisse scribit chron. Holland. apud Anton. Matthaeum. T. V. USS. 35) die 12. Febr. dominica prima quadragesimae, ut habet Wibertus in eius vita. USS. 36) cf. Wibertum et Petrum Damiani opusc. VI. c. 25. et 37. USS.

dum et Balduvinum[a] a domno papa excommunicatos pararet[b], Gotefridus tam vim imperatoris quam papae excommunicationem[c] pertimescens, ad deditionem Aquisgrani venit, et opitulante[d] papa gratiam imperatoris promeruit. Balduvinus[e] vero utrumque contemnens[f], vastata ab exercitu magna ex parte provincia sua, tandem obsides[g] dedit et pactum cum imperatore fecit. Autumnali tempore domnus papa synodum magnam Remis cum Galliarum episcopis habuit. (Oct. 3.) Indeque Mogontiacum veniens, aliam synodum 40 prope[h] episcoporum coram imperatore et regni nostri principibus celebravit*; et postea Alamanniam adiens, Augiae festum sancti Clementis et dominicam ante Adventum Domini[k] 6. Kal. Decemb. egit, (Nov. 23. 26.) ac per Augustam Baioariamque[l] transiens, natalem[m] Domini Veronae coluit.

1050.

Imperator vero idem festum in Saxonia mansit. Ipsa hieme cum episcopus Ratisponae[n] Gebehardus, qui Campidonensem[o] abbatiam nuper beneficii[p] loco ab imperatore acceperat, in Pannoniarum terminis moraretur, cedentibus Ungariis fines eorum ingrediens, praedas inde abduxit. Sed[q] ipso discedente, plurimus Ungariorum exercitus fines nostros invadens, plurimam partem captivavit, incendit atque vastavit. Imperator paschale tempus aput Traiectum moratur. — Domnus papa post pascha synodum item (Apr. 15.) Romae[r] collegit, et subsecuto[s] tempore ultra Romam progrediens, nonnullos eo[t] locorum principes et civitates tam sibi quam imperatori iureiurando subiecit, Beneventanosque adhuc rebellantes exconmunicavit. Nonnulli[u] etiam exterarum principes gentium, missis ad eum, utpote apostolicum virum, legatis, subiectionem ipsi[v] promittunt. Imperator contra Gazmerum ducem Bolanorum, rebellionem molientem, expeditionem parat, gravique infirmitate detentus, pacem eum[w] pactumque petentem suscipiens, discessit. — Gebehardus Ratisponensis[x] episcopus cum Counrado duce Baioariae et Adalberto[y] marchione aliisque quibusdam episcopis et principibus Baioariae[z] Heimenburg[*] reaedificant, et magnam Ungariorum copiam se invadentem prosternunt, et usque ad innumerabilis[a] exercitus eorum praesentiam refugientem persequuntur, cunctisque Ungariorum agminibus, divinitus inmisso[b] terrore, terga vertentibus, ad castra, Deo gratias reddentes, revertuntur. — Ipso autumno domnus papa synodum Vercellis[c. 35] collegit, et Hunfridum archiepiscopum pro quadam inter Ravennatem et Romanam aecclesiam contentione ab officio suspendit. Indeque Gallias et episcopatum suum, Leucorum civitatem, revisit[d]. Quo etiam tempore Agnes imperatrix tandem[e] imperatori filium peperit.

1051.

Imperator natalem Domini in Saxonia apud Goslare egit, et multos ex principibus filio suo iureiurando fidem subiectionemque promittere fecit. Nec multo post ipse et domnus papa[f] cum multis episcopis et principibus apud Augustam Vindelicam convenientes[g], purificationem Dei genitricis celebraverunt. (Febr. 2.) Ravennateque archiepiscopo[36] apud papam inibi reconciliato, caritative a se invicem discedentes, papa Romam revertitur. Imperator Nemeti partem quadragesimae, paschale vero festum Coloniae demoratur; (Mart. 31.) ibique[h] filius eius Heinricus ab archiepiscopo Herimanno babtizatur. — Post pascha item domnus Leo papa synodum Romae colligit, ubi inter alia Gregorium Vercellensem episcopum, propter adulterium cum vidua quadam avunculi sui sponsa admissum[i] et periuria perpetrata, absentem et nescientem exconmunicavit. Quem tamen non multo

*) ubi inter alia Bertholdus Vesontionensis archiepiscopus, a multis sede sua propulsatus annis, hic tandem canonice victus depositus est[37]. *add.* 5.

a) baldeuuinum 1. b) *ita corr.* praepararet 2. c) et com. 1. d) opp. 2. e) balduuuinus 2. f) contenens 1. contempnens 2. g) obsidis 1. h) *deest* 1. k) *deest* 1. l) que *deest* 2. m) natale 2. n) ratisponę rati 1. ratisbone 2. o) cap. 1. p) benefici 1. q) Sed — vastavit *desunt* 2. r) romane 1. s) suscepto 2. t) *deest* 1. u) Nonnulli — promittunt *desunt* 2. v) ipsi ipsi 1. w) p. eum p. eum p. s. 1. x) ratisb. 1. y) adberto 1. z) baiarię 1. *) heim|menburg 2. *duabus lineis.* a) innumerabiles 1. b) inmissio 1. c) uircellis 1. 3. d) re *corr.* rediit 2. e) t. i. *desunt* 2. f) *deest* 1. g) conuentes 1. h) ibique f. e. H. a. a. H. b. *desunt* 2. i) admisum 1.

35) Vid. Lanfrancus libro de corpore et sanguine Domini c. 4. USS. 36) cf. Wibertum c. 7. USS. 37) V. bullam Leonis hac de re 29. Oct. datam apud Theiner disquisitiones criticae p. 203.

post Romam venientem et satisfactionem promittentem, officio priori restituit. — Per[a] idem tempus imperator Lanthpertum comitem[37], rebellare molientem, ad deditionem compulit. Eadem aestate Bardo, venerabilis[b] Mogontinae[c] sedis ex monacho archiepiscopus, omni pietate et sanctitate mirabilis, 3. Idus Iun. ab hac luce subtractus, multis post obitum claret miraculis. Pro quo imperator[d] Liutpaldum, Babinbergensem praepositum, constituit[e]. Item pro Theoderico Constantiensi episcopo, 10. Kal. Iulii quinto praesulatus sui anno post longam aegritudinem defuncto, Rumaldum promovit. Ravennas quoque archiepiscopus Hunfridus veneno, ut aiunt[f], subito periit. — Sequenti autumno[g] magno cum exercitu imperator, pactum Andreae regis[h] ut per legatos offerebatur accipere contemnens[i], Pannonias petiit[k], Gebehardoque Ratisponense episcopo et Welf[l] Brezizlaoque[m] ducibus ad septentrionalem Danubii partem depopulandam transmissis, ipse, devecto e navibus, quantum in equis poterat, sumptu, longo propter fluviorum illuvionem circuitu[n] per Carentani fines transiens, periurumque[o] regnum invadens, hac et illac Ungarico exercitu latrocinantium more fugitante[p] et nusquam aequo Marte conferre manum audente, omnia circumquaque, quoad sumptus militi suppetebant[q], vasta reddidit. Sed cum laboranti iam penuria[r] et fame exercitui Ungarii iam reditum pararent intercludere, obpositisque[s] per ripas fluminum praemunitas[t] vadosasque paludes copiis suis, omnes se vel ad deditionem cogere vel inedia minitarentur extinguere[u], milites interriti hostes, per fluvios obsistentes[v], incunctanter[w] transvadantes[x] fugant[y], quandamque munitionem firmissimam[z] ad pontem Rabaniza fluminis structam, in qua maximam hostis fiduciam habebat, quidam ex Burgundionibus Saxonibus et Bolanis milites, non sine sui periculo flumine transito, in brevi expugnatam capiunt, caesis palatisque Ungariis, reliquo exercitui[*] viam pandunt. Quae[a] pertranseuntibus pene cunctis incensa, aliquot de postremis, in magno periculo hostibus insequentibus, reditum[b] interclusit; sicque redeunte imperatore, illisque quos ultra Danubium transmiserat rebus prospere gestis iam dudum reversis, Andreas rex[c] a nostro marchione Adalberto pacem postulatum mittit, eamque vicissim tribuit. Ipsis diebus, defunctis uno pene in[d] tempore Lindaugiense et Bouchaugiense[e] abbatissis, Touta[f], nobilis prudens et religiosa vidua, utrique loco recuperando ab imperatore praeficitur.

1052.

Imperator natalem Domini Goslare egit, ibique quosdam hereticos, inter alia pravi erroris dogmata Manichea secta omnis esum animalis execrantes, consensu cunctorum, ne heretica scabies latius serpens plures inficeret, in patibulo[g] suspendi iussit. Eodem tempore[h] 5. Idus Ianuarii mater[i] mea Hiltrudis, Wolfradi comitis uxor, admodum pia, mitis, liberalis et religiosa femina, marito septemque liberis superstitibus, devoto et felici, uti hominibus apparere poterat, exitu diem ultimum clausit, anno aetatis circiter sexagesimo primo, coniunctionis vero cum marito quadragesimo quarto, et apud villam Alleshusan[38] sub capella sancti Oudalrici[k] a se constructa, in sepulchro quod ipsa sibi praeparaverat, condita est[l]. Cui, ut pro epitaphio, hos subscribere[m] versus libuit:

Mater egenorum, spes auxiliumque suorum,
  Hoc Hiltrud tumulo debita reddit humo;
Quae praepollentes generosa stirpe parentes
  Nobilitans, claris extulerat studiis;
Atque colens castam reverenter monogamiam,
  Vixit divinis prona ministeriis.

a) Per — compulit *desunt* 2. b) B. Mogonc. archiep. obiit, pro quo *media desunt* 4. 4b. c) mogontiae 2. d) *deest* 2. e) constuit 1. Item — periit *desunt* 2. f) aunt 1. g) autumpno 1. h) regegis 1. i) contempnens 1. k) petit 2. p. et devastavit 4b. l) uuelph 1. m) brzzilaoque 2. n) cicuitu 1. o) per utrumque 4. peruiumque 4b. p) fugiente 2. q) multi suspendebant 1. supput. *corr.* suppet. 2. r) pecunia 2. s) opp. 2. t) *ita* 4. 4b. 5. p̃minutas 1. pminutas 2. u) exstingere 2. v) obstitentes 1. 2. w) incuntanter 1. x) transuadentes 1. y) fugat *corr.* fugant 1. z) firmissam 1. *) *hic deficit codex* 1. *unaque ex eo descripti* 1b. 1c. a) Quae — praeficitur *desunt* 2. b) *vocem inserui; deest* 4. 4b. 5. *Uss.* aditum *supplet.* c) *deest* 5. d) p. in *desunt* 5. e) *ita scribo, cf. a.* 902. buch. 5. f) *ita* 3. Tuta 4? 5. Iuota 4b. g) patibulis 4. 4b. 5. h) V. Idus — sequenti tempore *desunt* 2. i) m. m. *desunt* 4. k) *ita scribo; cf. a.* 973. l) *Hic desinit* 4. *additis minio numeris* MLIII. MLIIII. MLV. MLVI. MLVII. MLVIII. MLVIIII. m) scriberem 4b.

37) Lovaniensem. 38) Alshausen in praefectura Saulgau.

Inque bona Marthae satagens consistere parte,
Practica, quod docuit, vita sequi studuit.
Veste, cibo, lingua, pede, totis nisibus[a] ipsa
Se miseris largam praebuit atque piam.
5 Religione pios prae cunctis fovit amicos,
Cunctis morigeram se dedit et placidam.
Atque manens mitis, patiens, ac nescia litis,
Complacuit mundo; o utinam Domino[b]!
Carnem castigans, precibus loca sancta frequentans,
10 Quaerere caelestem sedula suevit opem.
Crede, panegyricis non haec me fingere vanis,
Nec matrem verbis tollere falsidicis.
Consule rumorem quaquaversum popularem,
Dictaque de veris paucula, certus eris.
15 Hanc quoque postremo mera cum confessio crebro
Purgasset, Domino dedita[c] corde pio,
Communita fide, spe tuta, vigens pietate,
Felix hanc vitam deseruit miseram.
Cum mensis Ianus quintas devolveret Idus,
20 Movit permultas morte sua lacrimas.
Pro qua, quaeso, precor, peto, postulo, flagito, lector,
Pulses supplicibus ut Dominum precibus;
Quatenus ipsius pietate sui miseratus,
Abluat a cunctis[d] mitis eam maculis;
25 Inque beatorum felici sorte suorum
Largus ei stabilem contribuat requiem.

Sequenti tempore quadragesimali imperator Ravennatem archiepiscopum Heinricum[e] promovit. Et Nizo Frisingiensis episcopus, prius ex superbissimo[f] vitae habitu ad humilitatis et religionis speciem conversus, ac denuo ad pristinae conversationis insolentiam 30 reversus, cum eum iussu[g] imperatoris Ravennam perduxisset, subita inibi morte periit[38]. — Imperator paschale festum Nemeti egit; indeque, ut aiunt, locum illum, patris matrisque suae sepultura praeditum, magis magisque parvipendens, subiratus episcopoque loci illius infensus discessit. — Hisdem diebus Bonifacius, ditissimus Italiae marchio[39] immo tyrannus, insidiis a duobus exceptus militibus, sagittisque vulneratus et mortuus, 35 Mantuae sepelitur. — Cum imperator circa laetaniarum tempus Solodori colloquium[h] haberet, quidam ex Burgundionibus offensi inde discedunt; sed non multo post aliqui ex illis ad gratiam eius redeunt. Inde ipse, cum Turegi pentecosten peregisset, in Pannonicam[i] itidem expeditionem proficiscitur. Andreaque, rege Ungariorum, minus minusque pro pacto pacis postulando allegante et promittente, Brezisburg[k] castrum obsedit, et 40 variis belli machinis diu oppugnatum, Deo obsessis se anxie invocantibus opitulante, frustratis semper nisibus, nullo modo capere potuit. Interim[l] domnus Leo papa, ab Andrea accitus, cum pro pace componenda intervenisset, imperatorem ab obsidione avocavit; eumque sibi per omnia consentaneum inveniens, sed econtra Andream consiliis suis minus parentem experiens, offensus, eique excommunicationem, utpote delusa sede 45 apostolica, minitans, cum imperatore discessit, et aliquantum cum eo temporis mansit. — Ipsis diebus imperatrix item[m] filium, quem Counradum postea vocaverunt[n], imperatori peperit. — Discordia inter Gebehardum Ratisponensem praesulem et Counradum Baioariae ducem mota et agitata. Reliquiae beati Zenonis confessoris[o] a Walthario Veronense episcopo in Alamanniam ad villam Ulmam allatae, plurimis per haec tempora 50 claruere miraculis[p]. Constantiae basilica sanctae Mariae corruit.

Apr. 19.

Iun. 7.

a) uisibus 4b. b) utinamque deo 4b. c) debita 4b. d) Absolvat cunctis 4b. e) henrichum 4b. *saepe.* f) superbissimae 5. g) iussu *corr.* iussio 2. h) coloq. 2. i) pannoniam 2. k) *ita codd. a.* 1042; *hic* brezibure 2. brezzizburch 5. l) Interim — mansit *desunt* 2. m) iterum 4b. n) *deest* 2. vocauit *manu correctoris.* o) conf. a W. V. e. i. A. *desunt* 2. p) *reliqua anni desunt* 2.

55 38) cf. Wibertum l. II. cap. 4. 39) Tusciae nimirum, secundis nuptiis ann. 1036. iunctus Beatrici, filiae Friderici II. superioris Lotharingiae ducis, ex qua celebrem Mathildem suscepit. USS.

1053.

Imperator cum domno papa multisque episcopis et principibus[a] natalem Domini Wormatiae egit. Ubi cum papa, sicut dudum coeperat, Fuldensem abbatiam aliaque nonnulla loca et coenobia, quae sancto Petro antiquitus donata feruntur, ab imperatore reposcens exegisset, demum imperator pleraque in Ultraromanis partibus ad suum 5 ius pertinentia pro[b] Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit[c]. Cumque idem papa de Nordmannorum violentiis et iniuriis, qui res sancti Petri se invito vi tenebant, multa conquestus esset, ad hos etiam inde propulsandos imperator ei auxilia delegavit. Ea siquidem[d] gens a temporibus prioris Heinrici imperatoris in Calabriae, Samniae Campaniaeque partes paulatim ex Gallici oris oceani adventitia confluebat; et[e] quia bellicosior 10 Italicis gentibus videbatur, primo gratanter accepta, crebro indigenis contra Grecorum et Saracenorum incursiones audacter praeliando auxiliabatur. Postea vero pluribus eorum ad[f] uberem terram accurrentibus, viribus adaucti, ipsos indigetes bello premere, iniustum dominatum invadere, heredibus legitimis castella, praedia, villas, domos, uxorem[g] etiam quibus libuit vi auferre, res aecclesiarum diripere, postremo divina et humana omnia, prout 15 viribus plus poterant, iura confundere, nec iam apostolico pontifici, nec ipsi imperatori, nisi tantum verbotenus cedere. Ad horum igitur[h] nefaria et inextricabilia scelera illis e partibus eliminanda, indigenasque ab eis liberandos[i], domnus papa animum intendens, summa cum caritate ab imperatore, Romam reversurus, digreditur. Secuti[k] sunt autem eum plurimi Theutonicorum, partim iussu dominorum, partim spe quaestus adducti, 20 multi etiam scelerati et protervi, diversasque ob noxas[l] patria pulsi. Quos ille omnes, tum consuetae misericordiae nimia compassione, tum etiam quia opera eorum ad imminens videbatur bellum indigere, clementer et gratanter suscipiebat. Transiens ergo Febr. 2. per Alamanniam, purificationem sanctae Mariae Augustae egit, Mantuaeque quinquage- 21. sima acta, et nonnullis suorum orto inibi tumultu occisis, infra dies quadragesimae Ro- 25 mam pervenit. Ipsis diebus in Italia quidam lacus, quos Iulius quondam Caesar quadrato lapide, perpetuo ut putabatur opere, fertur obstruxisse, nimia aquarum inundatione effracti, Narniam flumen Tiberimque ultra modum exundare fecere, subitaque illuvione multa aedificia, ipse pons Narniensis dirutus, multique mortales absumpti sunt. — Im- Apr. 11. peratore in Saxonia apud Merseburg commanente, cum rege Danorum pascha egit, ipsis- 30 que diebus Counradum[m] Baioariae ducem, cui iam prius infensus erat, incusatum, quorundam principum iudicio ducatu privavit. Quo tempore regni tam primores quam inferiores contra imperatorem magis magisque mussitantes, iam dudum eum ab inchoatae iusticiae, pacis, pietatis, divini timoris, multimodaeque virtutis tenore, in quo de die in diem debuerat proficere, paulatim ad quaestum et incuriam quandam deficere, multum- 35 que se ipso deteriorem fore, causabantur. — Altdorfense coenobium igne consumitur. — Domnus papa, habita Romae[n] post pascha synodo[o], contra Nordmannos, ut proposuerat, exercitum movit. Cumque illi pacem petentes subiectionem servitiumque ipsi promitterent, et quaeque prius iniuste sibi usurpantes invaserant, eius beneficio gratiaque retinere velle se dicerent, idque papa abnegans vi et iniuria raptas[p] res sancti Petri reposceret, 40 eosque perperam pervaso cedere loco iuberet: illi, quia numero longe praestabant, quasi rem impossibilem sibi propositam refutantes, se potius bello obviam ituros, armisque adquisitam patriam, armis defensuros vel morte occubituros denuntiant. Sicque 14. Iun. 18. Kalend. Iul. valida pugna confligentes, prima acie a Theutonicis[q] pene victi sunt. Sed succenturiatis copiis ex insidiis nostros circumvenientes, Italis citius terga vertentibus, 45 Theutonicisque[r] maxima ex parte, sed non inulte, occumbentibus, occulto Dei iudicio — sive quia tantum sacerdotem spiritalis potius quam pro caducis rebus carnalis pugna decebat; sive quod nefarios homines quam multos, ad se ob impunitatem scelerum vel questum avarum confluentes, contra itidem scelestos expugnandos secum ducebat; sive divina iusticia alias, quas ipsa novit, ob causas nostros plectente — quamvis nimis[s] 50 cruentam hostes adepti sunt victoriam. Ipseque domnus[t] papa in quodam ab eis castello

a) princibus 2. b) p 2. c) tradididit 2. *ubi* Cumque — delegavit *desunt.* d) tempestate *addit corrector* 2. e) et — auxiliabatur *desunt* 2. f) ab 2. g) uxores 4b. h) egit 2. i) liberandus *corr.* l—dos 2. k) Secuti — consumitur *desunt* 2. l) obnoxias 4b. m) conradum *ed.* n) *deest* 4b. o) sinodo 2. p) ruptas 2. q) beutonicis 2. r) que *deest* 4b. s) nimiis 2. t) dominus 2. 55

obsessus, cum, expugnata iam iamque munitione, necessitate coactus, communionem eis prius interdictam reddidisset, acceptus ab eis, Beneventum, cum honore tamen, reductus est; ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permissus. — Et hoc et superiore anno frugum penuria facta est non modica. — Werinharius[a], frater meus, Augiensis 5 monachus, admodum[b] doctus et religioni vere deditus iuvenis, cum alio monacho Liuthario, studio vitae perfectioris flagrans, peregrinationem clam pro Christo adgreditur, literis tamen[c] remissis licentiam abbatis postulans et impetrans. Et sequenti tempore Richardus Renaugiensis abbas, et Heinricus item Augiensis monachus, hoc exemplum secuti, relictis omnibus, idem propositum adgrediuntur. — Imperator Heinricus magno 10 aput Triburiam conventu habito, filium aequivocum regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiectionem promitti fecit. Ad quem conventum cum Counradus, dudum Baioariae dux, venire nolens, cum expeditis militibus regi rebellare moliens, Ungariis se adiungere temptasset et Carentani fines invasisset, quibusdam inibi, quae[d] prius habuerat, possessionibus suis ab[e] imperatore privatus est, 15 eas quasi legaliter acquirente. Ibi etiam legati Andreae regis Ungariorum pro pace pactoque missi[f], cum, suffragante Ratisponense episcopo, inmensam pecuniam suaeque provinciae partem, et ad expeditiones imperatoris[g] omnes, praeter Italicam, suos ituros promitterent eaque[h] omnia regem suum impleturum sacramento promitterent, imperator ea se accepturum fide data spondens, eos remisit[i]. — Hadamuta[40] de Niunburgo[k] abba- 20 tissa venerabilis, quae locum suum, prius pene dilapsum, intra et extra laudabiliter recuperatum in optimum deduxerat statum, aliam pro se designans, et sororibus pie admonitis ultimum vale dicens, 4. Kalend.[l] Novembr. feliciter o utinam! decessit. Hazilinus[m] etiam, Babinbergensis episcopus infamis, moriens locum dedit. — Per idem tempus Counradus dudum dux, ab Andrea rege Ungariorum gratanter susceptus, ei, ne allegatum 25 cum imperatore foedus perficeret, dissuasit, et auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiam primatum, qui eam possidebant, machinatione aliis expulsis primoribus, invasam cepit. Imperator vero in Baioariam veniens, ducatum eiusdem provinciae filio suo aequivoco tradidit.

1054.

30 Sicque in eadem commorans provincia, natalem Domini in villa Otinga egit, ibique Babinbergensis aecclesiae praesulatum consobrino suo Adalberoni donavit. Deinde habito Ratisponae colloquio, per Alamanniam transiens, et furibus infestus, nonnulla eorum conventicula exuri iubens, Turegi quadragesimam inchoavit, et per ripales Rheni urbes paulatim descendens, Mogontiae paschale[m*] festum celebravit. Ubi Theodpaldus, filius 35 Odonis[n], ad eum de Galliis veniens et miles eius effectus, auxilium suum illi pollicitus est. — Domnus papa, cum aput Beneventum divino intentus[o] servicio diu demoratus, tandem instante paschali tempore Romam aegrotans reversus esset, invalescente in dies languore, glorioso exitu, cunctis prius benedicens et ammonitis valedicens, sanctoque Petro peccata sua confessus et devote se illi commendans, 16. Kalend. Mai obiit, et in 40 basilica sancti Petri iuxta sepulchrum sancti papae Gregorii sepultus, miraculis claruisse memoratur. — Gotefridus[p] dux[q] iterum contra imperatorem tyrannidem invasit, Italiamque latenter adiens, Beatricem, Bonifacii quondam marchionis viduam, uxorem accepit. Balduinus[r] imperatori rebellat.

Febr. 20. Apr. 3. Apr. 16.

EXPLICIT CHRONICA HERIMANNI[s].

45 a) Vuerrinharius 2. b) *deest* 2. c) *deest* 4b. d) *ita* 2. *ed.* e) *deest* 2. f) *deest* 4b. g) *deest* 4b. h) *e corr.* 2. i) Hadamuta — dedit *desunt* 2. k) nuinburgo 4b. l) Cal. 4b. m) *ita* 3. 5b. hazelinus 4b. hacilinus 5. 5*. m*) pascale 2. *et infra.* n) theodbaldus othonis 4b. o) inuentus 2. p) Gotefridus — rebellat *desunt* 2. q) *deest* 4b. *adest* 5. r) B. i. r. *recepi ex* 3. 5. *qui haec Herimanno adscribunt.* s) *ita* 2. HUCUSQUE CHRONICA HERMANNI. ABHINC BERCHTOLDUS 5. 5*.

50 40) quarta abbatissa parthenonis Neoburgensis prope Ingolstadium circa ann. 1007. ab Heinrico II. imp. extructi. USS.

LAMBERTI HERSFELDENSIS ANNALES

EDENTE V. CL. LUD. FRID. HESSE*

SER. PRINCIPI SCHWARZBURGENSI A CONSILIIS AULICIS ET TABULARIO PUBLICO.

De Lamberti patria nihil certi constat. I. Chr. Krausius[1] *eum transrhenanum ortu et fortasse Leodicensis disciplinae alumnum fuisse, suspicatur:* 1) *ex nomine Lamberti, quod Lotharingiae inferiori sive terris Mosanis fere peculiare fuerit,* 2) *ideo, quod Francogallorum et Walonum more vocabula exprimat, ut Heschenewege pro Eschenwege, Boto pro Bodo, Ellenburc pro Nellenburg;* 3) *quod in rebus Lotharingiae inferioris et Flandriae describendis copiosior sit. Sed haec argumenta ad rem, quam spectant, probandam, non sufficiunt. Nam ad primum quod attinet, nomen illud alias etiam terras, ut Thuringiam, habitantibus familiare fuit, ita ut eodem iure scriptor ad comites Gleichenses, quorum maioribus id usitatum fuisse scimus, referri posset; deinde non liquet, Lambertum ipsum hanc talium vocabulorum scribendi rationem sequutum esse, quum codices a nobis collati in iis varient; denique in rebus istarum regionum etiam propterea quod magni momenti esse et memoria dignae viderentur, enarrandis diutius haerere et morari potuit.*

[*Neque maioris eorum habenda est opinio, qui Lambertum Schafnaburgensem sive Aschafnaburgensem dixerunt ipsumque in hac Franconiae urbe natum fuisse statuerunt; quum nonnisi locus a.* 1058.[2] *depravatus et male intellectus huius opinionis ansam dederit. W.*]

Lambertus non a puero in monasterii cuiusdam umbra et solitudine latuisse, sed, antequam Hersfeldiam se conferret, in vitae publicae luce et hominum frequentia versatus, ingenii animique, quas a natura fautrice nactus erat, facultates iam tum diligenter excoluisse, et intima cum optimis Romanorum scriptoribus familiaritate contracta, purum et elegans dicendi genus, quod in eo laudamus, consequutus esse videtur. Nec tamen negari potest, has virtutes assiduis, quae otio monastico fruens, latinae Linguae impendit, studiis, auctas et confirmatas eumque eo potissimum tempore libros sacros, quorum cognitione non leviter tinctus, sed totus imbutus est, diurna nocturnaque manu tractasse.

Hersfeldia literarum studiosis optimam in iis proficiendi praebebat occa-

*) Quum iis quae V. Cl. Hesse de fontibus Lamberti et subsidiorum ordine et auctoritate scripserat, nonnulla pro instituti nostri ratione addenda essent, eius rei curam Waitzius suscepit, cuius observationes, lectorum commodo consulturus, praefationi sigla eius addita inserui. PERTZ.

1) in editionis suae praefat. p. XII. sq.

2) pro *Ascafnaburg* in editionibus antiquis *a Scafnaburg* legebatur; unde primus L. Schradinus eum Schafnaburgensem dixit; quod omnes, etiam loco illo a Struvio emendato, repetivisse, non satis mirari possum. W.

sionem. Ea enim inter scholas monasteriis adiunctas et per Germaniam fama celebres saeculo XI. fere principem tenebat locum. Albuinus huius scholae primum magister, postea eius loci praepositus, denique Magdeburgensis abbas a Conrado imperatore mense Ianuario a. 1035. *constitutus, ob insignem, quam sibi comparaverat, philosophiae scientiam memoratur*[3]. *Maxime frequentata et ad summum perfectionis gradum evecta est Meginhero abbatiam regente, quod ex ipsius Lamberti testimonio compertum habemus*[4]. *Bibliotheca etiam eiusdem instructissima, Lamberto patens, libros bonae notae cognoscendi et in usus suos convertendi dabat occasionem. Sane dolendum est, ne minima quidem eius vestigia nostris temporibus esse reliqua, sed omnes eius thesauros aut periisse aut alio translatos et in diversas regiones esse dissipatos.*

Anno 1058. *Lambertus, iam adultus, et, si Frischii*[5] *coniecturae fides est, intra annos* 1034—1038. *natus, accessit ad monasterium Hersfeldense, allectus fama et religione Meginheri abbatis, cuius amore tantopere captus est, ut quoties in commentariis suis sermo in eum incidit, grata mente eius recolat memoriam, virum eum appellans „magnarum in Christo virtutum et vere unicum suae aetatis in Teutonicis regionibus recte et monastice vivendi exemplar.“ — Eo ipso etiam anno in ieiunio autumnali per Liutpoldum, Moguntinensem archiepiscopum, sacro presbyteri munere solenniter Aschafnaburgi est initiatus. Quo facto et rei familiaris, quam fortasse non tenuem sed satis amplam administrabat, cura, ne in via praegravaretur, abiecta, statim Hierosolymam, quo iam tum magnus hominum numerus ex Germania aliisque Europae terris tendere religionis causa solebat, profectus est, zelo Dei, sicut ipse dicit, „sed utinam secundum scientiam“*[6]. *Quo in itinere, quod Meginhero inscio et invito susceperat, nulla magis sollicitudine angebatur, quam quod abbatis animum hac de causa alienatum a se sibique infensum putabat; qui si ante reditum suum obiisset, neque in eius conspectum redeundi et culpae veniam petendi sibi oblata esset facultas, magni criminis reum se censebat. Quod eum ad iter ita accelerandum impulit, ut, qui diem natalem Domini a.* 1058. *Marowae in confinio Hungariorum et Bulgariorum celebravit, anno proximo,* 1059. 15. *Kal. Octobr. (d.* 17. *Septembr.) in illius antistitis amplexibus haereret; quam felicitatem sibi divinitus tributam verbis, constantis et sincerae erga illum reverentiae arctissimique quo inter se iungebantur amicitiae vinculi testibus, praedicat. Sed eius consortio et convictu diu frui non licuit; abbas enim eodem anno et mense (d.* 26. *Septembr.) ad superos abiit.*

Meginherum in abbatia regenda sequutus est Ruthardus, vir, Lamberto auctore[7], *„in sacris scripturis apprime eruditus et sic ad loquendum expeditus, ut nemo illa aetate verbum Dei copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret, alias in observatione sanctae regulae paululum, quam mores et tem-*

3) vid. Lambert. ad. h. a. et Ann. Hildesheim. ad ann. 1034. SS. T. III. p. 99. et ad a. 1035. p. 100. cf. Mabillon Ann. Ord. S. Bened. T. IV. p. 407.

4) Hist. Hersf. Cf. Pauli Langii verba in Chronico Citizensi (vid. Pistorii SS. ed. Struv. T. I. p. 1129.), fortasse ex eadem repetita: *Lampertus monachus et nobilis historicus.. scribit in haec verba: „Quid dicam de ludo scholari? ubi adeo circa illud tempus studium flagrabat, ut ex aliis etiam monasteriis quoscunque festivae spei tirunculos discendi causa illo transmitterent, et mater Herveldia ubique odorem noticiae suae diffunderet nobilitate filiorum in laribus philosophiae a tenero, ut aiunt, ungue observatorum (obversatorum?)*“. Exempla aliorum huius monasterii abbatum doctorum et literis faventium praebent Rommel hist. Hass. T. I. annotat. 104. p. 116. et Piderit hist. Hersfel. p. 10.

5) p. 3. commentationis postea laudandae.

6) quibus verbis Flacio Illyrico, (qui in Catalogo testium veritatis ed. ex typographia Ant. Candidi. Lugd. 1597. 4. T. II. p. 395 sqq. et editionis, quae ex officina Ioa. Stoer et I. Chouet 1608. fol. prodiit p. 1334—1336. de eo agit) istarum peregrinationum studium damnare videtur.

7) a. 1059. 1073. 1074.

pora expeterent, remissior erat.“ Ab hoc abbate quaedam negotia in aliis locis divino cultui sacratis peragenda nostro commissa sunt, qui eum anno 1071. *in monasteria paulo ante ab Annone, Coloniensi archiepiscopo, rigidioris disciplinae patrono, omne studium ad eam, quae hoc tempore collabi coepit, emendandam et pristinae restituendam integritati conferente, fundata Sigebergense et Salfeldense, delegavit, ut novum vitae monasticae ordinem in iis institutum cognosceret et de eo ad suos referret. Quo munere ita functus est, ut virum sapientem decet, non admirantem, quae vulgus stupere solet, nec nova propter novitatem despicientem, at illud tamen vitae genus, cui nescio quid sanctitatis inesse arbitrabantur, minime probantem. Maius, quam cui sustinendo pares essent vires humanae, onus sibi imposuisse censet istos monachos, neque esse, quod, sui dummodo tenaces propositi et paternae virtutis studiosi esse vellent, vitae normam a Benedicto acceptam immutarent.*

Quibus tamen negotiis bellique circa monasterium Hersfeldense saevientis strepitu vir, liberales artes amans earumque studio innutritus, non impediri se passus est, quominus otio ab illis sibi relicto ad libros componendos uteretur.

[***Res enim gravissimae, quae tunc per totam Germaniam gerebantur, praesertim vero Saxoniae Thuringiaeque fines agitabant, Lambertum, quamvis „scientia se ad has describendas minus idoneum“ putaret, ut quae memoria digna essent oblivioni eriperet, accendebant. Et primum carmine heroico metro scripto id efficere conatus est, eodem modo quo plerosque medii aevi scriptores in versibus componendis studiorum tirocinium posuisse videmus. Quod opus, etsi auctor, ut ipsius verbis utar, in versibus plurima falsa pro veris scripsisse accusaretur***[8]***, deperditum esse, non possumus quin doleamus.***

Postea monasterii sui historiam scribendam aggressus est, quod ex florentissimo statu iam ad penuriam fere redactum fuit[9]***, et eo praesertim tempore sub abbatibus strenuis et probis, si non pristinae dignitatis recuperandae studio flagrabat, certe eius memoriam tum gaudio tum dolore renovabat. His annis cum episcopis Halberstadiensi et Moguntino de decimis litigabat, hoc tempore rex Heinricus id saepissime visitabat, in eius finibus castra ponebat ibique cum principibus Saxonicis modo hostiliter modo ad pacem componendam conveniebat. Regina a.* 1074. *in ipso monasterio filium peperit, quem abbas Hartwigus et alii plerique fratres Hersfeldensis coenobii de sacro fonte susceperunt***[10]***. Quae res quum ultima sit, cuius in hoc libro mentio fiat, et Lambertus vivo Annone archiepiscopo, qui a.* 1075. *obiit, se scripsisse testetur, eum anno* 1074. *hoc opus composuisse putarim. De cuius consilio ipsum audiamus:***

INCIPIT PROLOGUS IN LIBELLUM DE INSTITUTIONE HERSVELDENSIS ECCLESIAE[a].

Ihesu dormiente, navis periclitatur ecclesiae. Pugnant inter se venti in mari magno, (Dan. 7.) et nullus Daniel invenitur qui oret pro populo. Immo non praevalet Daniel, nisi adversus principem Persarum precibus eius resistentem archangelus praelietur Gabriel. (Ezech. 2, 8.) Vere etenim, vere domus Israel domus est exasperatrix, et iniquitas eius magna est nimis. Idcirco dedit Dominus potestatem mucroni suo, ut vadat ad dextram sive ad (21,4-6.) sinistram, quocumque faciei eius est appetitus. Quapropter ingemiscat Ezechiel, et ingemiscat in contritione[b] lumborum, ut non faciat Dominus consumationem Israel. Dicat etiam ad (Zach. 1, 12.) Dominum angelus, qui loquitur in Zacharia: *Domine Deus exercituum, usque quo tu*

a) de quo excerpta quedam hec sunt *add. c.* b) *e corr. c.*

8) Hist. Hersfeld. prol. infra p. 137. 9) cf. praeter ipsum Lambertum epistolam a Hersfeldensibus ad regem Boemorum datam ap. Pez Cod. dipl. epistol. p. 292. 10) Ann. a. 1074.

non misereberis Iherusalem? ut ab angelo, qui stat inter mirteta, mereatur audire verba bona, verba consolatoria (Zach. 1, 13.). Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum (Ier. 9, 1.), ut, etsi deflere non sufficio mala quae fiunt in ecclesia, lugeam saltem die noctuque filiam Babilonis miseram, matrem scilicet meam Herveldiam, multis miseriis et calamitatibus filiam confusionis factam? Cuius dum recordamur pulchritudinis, quasi super flumina Babilonis sedemus et flemus, quod, ut verum fateamur, peccata nostra et iniquitates patrum nostrorum post tantam pulchritudinem[a] confusionem ei modernae pepererint foeditatis. Denique, ut post dicemus, haut difficile est dictu, quantum brevi adoleverit diviciis, magnitudine, gloria, cum praecipue studiis beati Lulli Magontiacensis archiepiscopi, qui ei aedificandae manum iniecerat, tum favore ac liberalitate nobilium virorum atque feminarum, tum frequentia monachorum nobiliter ibidem in castris Domini militantium, quorum numerus iam tum excreverat usque ad centum quinquaginta. Tantam siquidem ei contulerat foecunditatem, qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum laetantem. At nunc effoeta et exhausta, immo vero ideo effoeta quia exhausta, ingemiscit et parturit[b] usque adhuc (Rom. 8, 22.), et non est virtus parturiendi[c] propter violentiam praedonum, qui ei nihil reliqui fecerunt praeter parietes et saxa. „Memento, Domine, filiorum Edom, qui dicunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.“ (Psalm. 136, 7.) Ob quod suggestioni eorum, pravae conspirationi, rei publicae atque ecclesiasticae paci contraire, assentiri periculosum ducimus. Maximam autem violentiam patimur ab his, qui defensores esse debuerant ecclesiae nostrae, quorum officium erat ex adverso adscendere et murum pro domo Israhel opponere, qui, ut sufficerent pro castris Domini stare et praeliare bella Domini, ecclesiae sunt opibus locupletati. Sed avaritia cum inferno numquam dicit: Sufficit (Prov. 30, 15.). Etenim acceptis, quae iure illis advocaturae competunt, beneficiis, una etiam, quae in nostros usus illis patrocinantibus debebantur, vindicant instinctu avaritiae, et devorant plebem tuam, Domine, sicut escam panis (Psalm. 13, 4.), nihil agentes de nostra salute, eo quod nostrae professionis non sit iniuriae obviam ire. *Sed mihi vindictam, et ego retribuam*, dicit Dominus (Hebr. 10, 30.), et: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi meam.* (Zach. 2, 8.) — Nunc iam tempus flagitat, quid hoc sibi velit exordium, exponi. Scribere disposui non ostentandi sed exercendi causa ingenii, nec scientiae quae inflat sed caritatis gratia quae aedificat (1. Cor. 8, 1.), quaecumque ad animum recurrunt eorum, quae olim me contigit super statu monasterii nostri vel legisse vel a probatissimis viris audisse, quaeque etiam ipse expertus sum, sedens cum Iheremia et flens casum et, ut ita dicam, excidium patriae meae. Ad quod studium me dormitantem vestra, si recolit, paternitas[10] saepenumero excitare curavit; sed timidum me filiumque diffidentiae tandem ad audendum perpulit laeta cuiusdam Fuldensis abbatis historia subtiliter memoriae commendata; quamquam nec ea facundia nec ea mihi copia suppetat, tam subtiliter enarrandi res, partim oblivione partim temporum prolixitate procul a memoria relegatas, et ideo absque ambiguitate minus auctoritatis habituras. Ad hoc me accendunt studia rerum moderno tempore gestarum, quamquam sciam me ad has describendas minus idoneum. Quas tamen plerasque pro opibus ingenioli mei heroico metro strictim comprehendi. Sed quoniam relata ab aliis, ab aliis refelluntur, et in versibus plura[d] falsa pro veris scripsisse accusor, in hoc genere stili manifesta transcurrere, dubia ne attingere statui. Vestri solius, pater mi, in hoc opusculo expecto iudicium. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum (Psalm. 140, 5.). Surge, pater mi, et comede[e] de venatione filii tui (Gen. 27, 19.), ut, si faucibus tuis fuerunt dulcia, benedicat mihi anima tua[f].

Fuldensem, quam Lambertus laudat, historiam eandem putarim quam Trithemius a Megenfredo magistro conscriptam esse sibique multa notatu digna suppeditasse dicit[11], *nisi Lambertus hoc loco abbatem auctorem nominaret. Certe utrumque opus nos latet, neque Lamberti historia temporum iniuriam integra evasit, cuius epitomen tantum a monacho quodam Hamerslebensi*

a) pulcrit. *c. hoc loco.* b) perturit *c.* c) pturienti *c.* d) plu'a in *c.* e) commede *cod., cuius orthographiam etiam alibi leviter correxi.* f) *infra rubro atramento scriptum est:* Tempore Karoli Magni fundatum est id templum Herveldie per sanctum Lullum archiepiscopum Maguntinum, qui successit sancto Bonifacio martiri et eius loci episcopo.

10) Abbatem alloqui videtur. 11) Chron. Hirsaug. I. p. 128. 153. cf. quae dixi Mon. SS. IV. p. 543. n. 2. W.

12 *factam*[12] *superstitem gaudemus, qui praefationem et primi libri initium satis fideliter excepisse videtur. W.]. Reliqua ab inepto epitomatore truncata et mutilata tam deformi habitu ad nos pervenerunt*[13], *ut vix Lamberti agnoscas manum, et locos, qui ab aliis scriptoribus inde petiti esse videntur*[14], *frustra apud istum quaeras. Hoc saltem patet, plures libri a Lamberto conscripti* 5 *codices in Germaniae bibliothecis extitisse, quem si integrum haberemus, multo* 15 *firmiorem sententiam ferre possemus de eius pretio, quod Wenckius*[15] *minimum esse statuit: Lambertum, inquiens, ne initia quidem sui coenobii recte ad annum* 736. *retulisse, et si literas in tabulario eius reconditas inspicere voluisset, multo diligentius et uberius res prioribus temporibus ibi actas singulaque* 10 *eius fata narraturum fuisse, excusandum tamen quodammodo, quod tunc non tam facilis fuerit talium monumentorum usus, ut scriptores ad eorum adyta* 16 *penetrare et materiam libris suis aptam promere inde possent*[16]*; denique scriptorem ipsum suam rerum Hersfeldensium inscitiam palam confiteri*[17], *quam etiam, plures Hersfeldiae abbates omittendo, aliis falsos regiminis annos tri-* 15 *buendo, saepe prodat, qui errores ex literis tabularii nostro adeo tempore servatis commode emendari potuissent. Ceterum index horum antistitum, quem libellus iste exhibet, eos tantum complectitur, qui in altero Lamberti scripto, de quo iam dicturi sumus, memorantur, eodem se ordine excipientes*[18].

[Nihilominus opus, in quo quaedam de saeculi XI. historia notatu digna 20 19 *referuntur, a Madero*[19] *ex codice Guelferbytano editum, ex eodem nobiscum a V. Cl. Schoenemann communicato — chartaceus est saec. XVI. inc. iam cod. Aug.* 76. 30. *notatus, et foll.* 25—27. *libellum nostrum continet — infra exhibendum duximus**. *W.]*

*) EX LIBRO I[a]. 25

Sancto Bonifacio Mogontiacensi episcopo per martirii gloriam consummato, beatus Lullus, qui ei in episcopatu successit, omnem operam suam, sicut ei, cum adhuc rebus humanis interesset, pollicitus fuerat, in locum Fuldensem intendit. Itaque fratres frequentius invisebat, eorumque animos, super decessu beati Bonifacii anxios, verbis exquisitissimis refovebat, ubicumque res posceret aderat, inopiae rei familiaris supplementum affatim prae- 30 bebat, periculum, si quod forte immineret, propulsabat, omnia postremo liberalis atque indulgentissimi patris officia inpensius amministrabat. Verum ea longe aliter quam ipse spe conceptisset, cessere. Non solum enim his rebus nullum favorem, nullam eorum benivolentiam sibi conciliabat, verum etiam cunctorum ibi degentium gravissima in se odia suscitabat. Igitur post multos sudores irrita spe exhaustos, post diuturnam deliberationem, tandem victus 35 rerum asperitate, totam ab incepto intentionem revocavit, contestatus viventem in Christo spiritum beati Bonifacii, voluisse quidem se praeceptis eius, quibus ei locum illum inpensius

12) Ille auctoris nomen non exprimit; Wenck vero hoc opus, Lamberti tempore scriptum, cuius etiam fragmenta eius ingenium et sermonem referunt, ipsi, quem talem librum reliquisse Trithemius (Chron. Hirs. I. p. 202.) testis est, tribuendum esse, optime docuit. (Hist. Hass. II. p. 278. n. c.) W. 13) cf. etiam Stenzel Gesch. Deutschlands unter den Fränk. Kaisern II. p. 105. et de Wersebe über die Vertheilung Thüringens zwischen den alten Sachsen und Franken Fascic. I. annotat. 169. p. 67—69. et annotat. 207. p. 98 sqq. 14) ut eum, quem ex Paulo Langio supra n. 4. attulimus. 15) l. c. p. 289. et 291. not. x et y. 16) Cui sententiae idem monet (p. 280. n. c.) non obstare verba (Ann. a. 1059.): „*Abbati quoque epistolam scripsit* (papa) *verbis consolatoriis, quae usque in praesentiarum in cartario servatur Herveldensis monasterii,*" quum hic de re recenti memoria facta, quam statim post reditum ex Palaestina fando accipere potuerit, sermo sit. 17) *Quales*, inquit, *viri* (Lullo) *in regimine loci illius successerint usque ad tempora Gozberti abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his litteris inditum repperimus.* 18) cf. Wenck. p. 279. not. d. 19) Vetustas, sanctimonia, potentia atque maiestas-ducum Brunsvicensium ac Lyneburgensium domus. Helmstad. 1661. 4. p. 150. repetitum in Antiqq. Brunsvic. p. 150. 40 45 50

a) EXCERPTA EX LIBELLO QUODAM DE INSTITUTIONE HERSVELDENSIS ECCLESIAE SEQUUNTUR *ita rubra codicis.*

Deinde rerum Germanicarum historiam composuit. Qui liber, quamquam ex more illorum temporum non in capita divisus, re vera tamen duobus voluminibus continetur, quorum alterum annalium, alterum commentariorum nomine

commendaverat, parere, sed vi atque iniuria fractum loco cedere. Herveldense deinde solum melioribus profecto auspiciis occupare aggreditur; in hunc locum omnes suas copias dedita opera coegit; tantas rerum inpensas alieno fundamento sine fructu acquisitas, hinc cum fructu insumere parat. Qui et acriore vi eius rei gratia incubuit, ut fractum priori adversitate animum sequenti rerum successu restitueret. Nec spem fefellit eventus. Nam brevi temporis processu Herveldense nomen in immensum gloriae et magnitudinis culmen evaserat. Opibus siquidem, agris ac familiis necnon aedificiis magis magisque in dies augebatur, partim studio beati Lulli, sapientis admodum viri, partim liberalitate principum tocius regni, qui pio eius desiderio ope summa omnes annitebantur. Ea etiam causa opes monasterii non minimum auxerat, quod frequentes eo confluebant homines celebris in seculo et famae et familiae, qui venditis rebus familiaribus precia earum afferebant, et secundum instituta primitivae ecclesiae ea substernebant pedibus apostolorum Simonis et Iudae. (*His enim ecclesia loci attitulata erat* [20].) Nam postea, ut Deus insigne documentum daret spectantis eo benivolentiae suae [a], idem sanctus pontifex angelica in somnis voce tercio est ammonitus, ut corpus beati Wigberti eo transferret. Is accitu beati Bonifacii de Britannia veniens, in Galliis vitam morum gloria ornatissimam exegerat, tandemque felici in Christo dormitione sopitus, in oppido Friteslar sepulturam acceperat. Ego haut temere nec sine Dei nutu gestum credo, ut sancti pontificis et sanctorum [b], ut se mea fert opinio, fratrum [c], animi tam difficulter coalescerent. Si enim benivolentiam episcopi haec rerum procella non excepisset, nimirum in alieno fundamento nimium occupatus, privatae gloriae studium omisisset, atque Herveldense nomen, toto nunc orbe clarissimum, abiisset in vacuum, nec tanta copia sanctissimorum hominum eo loci conversantium auxisset numerum caelestium spirituum. Igitur cum beatus Lullus monasterium illud opibus, aedificiis, familiis quoque affatim exornasset, cunctumque domus Domini decorem adiungere elaborasset, multitudinem quoque fratrum centum videlicet quinquaginta temperatissimis institutis instruxisset, Karolum imperatorem, cui ex virtute nomen accessit ut Karolus Magnus diceretur, eo vocavit, et cuncta in tutelam eius patrocinandi gratia tradidit; hancque traditionem et patrocinandi ius, cunctis deinceps in solium regni succedentibus, ratum manere statuit.

Haec de exordio Herveldensis ecclesiae strictim dicta libellus de vita sancti Lulli [21] editus latius explicat, si quis ea plenius nosse desiderat. Qualiter vero post haec locus ille per incrementa temporum ad profectum pervenerit, aut qualiter supradictus fratrum numerus centum videlicet et quinquaginta integro adhuc rerum statu, imminutus sit, vel quales viri sibimet in regimine loci illius successerint [d] usque ad tempora Gozberti abbatis, parum compertum habemus. Nihil enim de his litteris inditum repperimus, magis, ut se mea fert opinio, scriptorum incuria quam ingeniorum penuria. Quorum tamen seriem hic ponere duximus dignum, sive ne penitus vetustate e memoria aboleantur, sive quod aliqui eorum, summo functi sacerdotio [22], et usui profecto fuerunt nostro monasterio et honori [23]. Balthart abbas, Buno abbas, Brunwart [e] abbas, Druogo abbas, Hardarat abbas, Diethart abbas, item Diethart abbas et episcopus, Burchart abbas et episcopus, Megengoz abbas, Hagano abbas, Guntherus abbas, Egilof abbas, Gozbertus [f] abbas. E quibus Hagano calicem magnum de auro purissimo, electro et gemmis preciosis in ministerium Domini in gloriam et decorem fieri fecit. Umbonem vero patenae latitudine pene unius palmae totum per circuitum lapidibus preciosissimis et unionibus vestivit.

Verum nos ea, quae paulo ante nostram aetatem gesta sunt, breviter, prout ea expiscari potuimus, attingentes, haec, quae nostris modo temporibus geruntur, lamentando potius quam dictando subnectamus. Et ne quis nobis crimini ducat, quod tempora regum vel Romanorum inperatorum per successiones suas huic opusculo subtexentes, non eorum quoque feliciter vel secus gesta historiae more pariter inseramus, hoc sibi responsi habeat quicumque haec legere animum inducat, nos non statuisse omnia scribere, quae in re publica vel ecclesia gesta sunt aut geruntur, utpote monasterii carcere inclusos nec hominum expertos nec valde curiosos. Ego mihi hanc tantum operam iniunxi, ut nostrae rei publicae consules, hoc

a) et non sine suo nutu gestum, ut tam difficulter coalescerent animi Fuldensium fratrum cum animo pontificis *addit c., sed vide infra.* b) apostolorum *add. c.* c) factum *corr.* fratrum. *Locus turbatus est; cf. etiam n. a.* d) successerunt *c.* e) brunwarth *c.* f) gosberthus *c.*

20) Quae littera obliqua expressa uncisque sunt inclusa, Hamerslebensis adiecisse videtur. 21) Haec verba Lamberti esse videntur, ita ut vita iam eius tempore scripta esset. De qua cf. Mabillon Acta III, 2. p. 400. Illa quae in cod. Erlangensi exstat (Mon. SS. II. p. 365.) cum his quae Lambertus narrat satis convenit. 22) i. e. archiepiscopatu Moguntino. 23) cf. catalogum abbatum ex annal. Hersfeldensibus primae Annalium parti illatum a. 798. 846. 875. 892. 901. 927. 928. 933. 956. 959. 962. 970. W.

24 *non inepte insignire vult F. C. Th. Piderit*[24]. *Illo enim volumine, iam supra Tom. III. edito, ab Adamo initium capiens, universam historiam in quinque*

est monasterii nostri patres atque rectores, cum calamitatibus, quae nos modernis temporibus oppresserunt, stili officio ad posteros transmitterem. Nam iidem ipsi[a] nimirum inperatores suorum secum habent praecones meritorum, experientia, ut ita dicam, vernacula eis scri- 5 benda dictante, et falsas opiniones veritate astipulante longius propellente. Verum haec hactenus.

970. Igitur Gosbertus abbas, etsi non morum, studii tamen sui erga locum Herveldensem satis evidens ad nos transmisit documentum, magnam scilicet copiam librorum suo nomine ob monimentum sui attitulatorum. Plurima quoque ornamenta in auro et argento, in 10 vestibus sacris, quibus uterentur in gloriam ingressuri sanctuarium, tabulam quoque altaris composuit *(etc.)*, dicens: „Domine dilexi decorem domus tuae" *(etc.)* tempore Ottonis secundi *(qui* 983. *rubicundus dicebatur.)* Quo mortuo, Ottonem filium reliquit heredem parvulum; cui patruus Heinricus[b] regnum subripuit. Inde Ludolfus, frater Ottonis, idem attemptavit[25]. Sed optimatum maior vis utriusque conatum repressit. Abbas Gosbertus, quia Ludolfo iuraverat, Ottoni 15 985. iurare noluit. Ideoque discedens, Bernharius ex eiusdem monasterii praeposito abbas successit superstiti. Idem calicem magnum cum duabus ansulis, ex puro auro, electro et margaritis comparavit. Hic monasterium sibi construxit montem sancti Petri; ibi cum suis militibus residens, rebus monasterii profuse utebatur, fratribus licentia permissa sibi vivendi in deterius. Haec tempore Heinrici imperatoris *(sancti)*, ad quem effrenati monachi contra abbatem con- 20 questi sunt. Qui mittens ad Altahense[c] monasterium, eiusdem loci abbati Godehardo commisit 1005. Hersveldense[d] monasterium, quod tamen non acceptavit, donec paulo post obisset Bernharius. Tunc destructis cellis proprietariis, intravit reformare in melius. Regnum se accepisse dixit, non monasterium; ideoque plurima preciosa dedit pauperibus. Stolas aureas ducentas conflavit 1022. per ignem; aurum pauperibus distribuit. Godehardus, mortuo episcopo Hildesemensi, ibidem 25 1012. episcopus instituitur. Successit Herveldiae Arnoldus, ex praeposito eiusdem loci abbas, districtae severitatis vir, tempore Heinrici cesaris. Conradus successit cesar tempore eius; apud quem ac- 1031. cusatus abbas Arnoldus deponitur. Rudolfus[e] de monasterio Stabulaus abbas hic instituitur, Italus genere, mitis pater et benivolus, in Dei servicio vigilantissimus et primus[f]. Sed paulo post ab eodem Conrado in episcopum Paderburnensem instituitur. Bardo[26] abbas succedit, qui eodem anno 30 archiepiscopus Moguntinus efficitur; ad cuius sepulcrum miracula fiunt. Megenherus[g] abbas ex 1035. monacho eiusdem loci successit, vir gravis et bonus, cuius doctrina concordavit cum vita. Scolam instituit; omnium artium peritus fuit[27]. Tempore eius anno Domini 1038[28], eius anno tercio, totum monasterium incendio periit. Sed Deus optimus miraculis multis eos consolatus est ibidem ostensis per merita sanctorum patronorum Wicperti et Lulli. Inter sanatos advenit 35 unus ex illis, qui in Collebecse, quod interpretatur prunarum rivus, coream illam famosam duxerant[29], tremulus per annos iam 23. Hic ibidem sanus factus, Ruthart nomine, servicio 1039. sancti Wigberti se tradidit, gratus Deo et sanctis eius. Conradus imperator tempore eius obiit. Filius eius Heinricus velut alter Karolus[30] in regno successit, virtuosus et pius. Nigro erat, sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem popu- 40 1040. lum. Ipse aderat delicatus adhuc et inunctus rex dedicationi ecclesiae reparatae Herveldiae, quam dedicarunt Humfridus Magdeburgensis, Kasso Nuenburgensis et Hunoldus Mersburgensis episcopi[10], cum consensu Bardonis Moguntinae sedis archiepiscopi, sub abbate

a) idem ipse *c.* b) hinricus *c. saepius.* c) althahense *c.* d) hersfeldense *c.* e) Rudolphus *c.* f) p̄mus *c.* g) meghenherus *c.* 45

24) in commentat. de Lamberto Schafnaburg., monacho Hersfeldensi, rerum Germanicarum saeculi XI. scriptore locupletissimo. Hersfeldiae 1828. 4. p. 14., (cuius censuram dedimus in Ephemerid. literar. Ienens. a. 1830. N. 130.) H. —— 25) Res sane inaudita, quam quomodo Hamerslebensis acceperit — nam Lamberto non tribuere ausim — intelligere nequeo. 26) Hic ordo turbatus est. Bardo a. 1031. Arnoldo, Bardoni a. 1035. successit Meginherus. 27) Locum a Paulo Langio ex hoc chronico de Meginheri studio allatum v. supra n. 4. 28) Anno 1037. Lamberti Annales. 29) De hac re cf. Archiv. VII. p. 431. 30) cf. Paulum Lang. chron. Citic. (ap. Struvium p. 1140.), qui hoc Lamberti opere usus est: *Quem et ipsi Carolo Magno plures assimilant; eam siquidem morum excellentiam, eam in rebus agendis magnificentiam, eam humilitatem, pietatem, mansuetudinem, affabilitatem atque in dandis elemosinis liberalitatem. „Erat autem ipse nigro quidem sed venusto aspectu, statura procerus. Nam ab humero et sursum eminebat super omnem populum."* 10) Paulus Langius l. l.: *Kasso . . interfuit dedicationi ecclesiae* 50 *novae monasterii Hirsfeldensis et cryptae eiusdem. Ad quam solemnitatem ipse invitatus fuit una cum Hunoldo Merseburgensi episcopo atque Humfrido metropolitano eorundem Magdeburgensi, in hoc con-* 55 *sentiente Bardone Moguntinense archiepiscopo, eius loci diocesaneo. Erat et tunc, ut Lampertus, dicti coenobii Hirsfeldensis monachus et nobilis historicus, refert, praesens per se imperator Henricus tertius adhuc adolescens.* 60 Cf. eiusdem chron. Numburg. ap. Menkenium II. p. 12, ubi eadem fere verba leguntur. W.

aetates distinctam ita tractat, ut usque ad ann. 703. *nihil nisi sola nomina afferat, tum vero ad singulos annos ea tantum facta, quae ad gentes Germaniae, familias principum, rem sacram, ecclesias et monasteria etc. pertinent, quae memoratu digna viderentur, breviter admodum percurrat et tangat, usque ad annum* 1039, *quo Conradus imperator obiit.* [*Quae omnia ex annalibus in monasterio suo Hersfeldensi confectis ad verbum fere desumta esse, iam supra dictum est*[31]. *Hi annales iam deperditi, sed a diversis diverse exscripti, etiam rerum annis* 972—982. *gestarum paulo ampliorem historiam ipsi suppeditasse videntur*[32], *ipsosque in monasterio postea ope Annalium Hildesheimensium usque ad annum* 1040. *continuatos fuisse, Annales ostendunt Ottenburani*[33] *supra editi, qui usque ad hunc annum quam maxime cum Lamberto conveniunt, quamvis eos neque ipsius librum neque Hildesheimensem illum, ex quo haec notitiae manarunt, sed Hersfeldenses annales secutos esse, facile sit demonstratu. His brevibus notationibus exscriptis, Lambertus lectoribus satisfecisse sibi visus est, iisque nihil addidit, nisi fortasse quaedam eaque brevissima, quae ex annalibus antiquis Altahensibus desumta esse videntur*[34], *fortasse vero iam a quopiam annalium Hersfeldensium codici illata erant*[35].

Meginhero, quem idem Heinricus ut sanctum virum venerabatur et sociabat lateri suo. Decimas etiam tributorum regalium, donec viveret, concessit. Burchardus episcopus Halberstadensis post haec obiit, (*cui auctor libelli huius crimen imponit iniustae detentionis decimae cuiusdam, quae pertinebat ad monasterium Hersveldense etc. Subsequitur mors abbatis Meginheri. Heinricus cesar optimus obiit. Item Egbertus Fuldensis abbas inter eosdem obiit. Plurimum commendat auctor hos tres. Sed episcopi Burchardi, viri utique sancti, qui et mortem suam praedixit, plura bona fecit et miraculis claruit, reprehensio videtur iniusta, et quod crepuerit medius sicque poenitentia ductus sera restituerit quae iniuste invaserat, non consonat veritati.*)

1059. 1056.

EX LIBRO II[a].

Heinricus cesar moriens, Heinricum filium parvulum reliquit heredem sub matris suae Agnetis, prudentissimae reginae, regimine. Ruthardus, quondam abbas Corbeiensis, Megenhero successit abbati Herveldiae, vir prudens et magnanimus; imperare, non imperari novit. Ad seculum prudenter se agebat, in spiritualibus mediocriter. Megenherus via contraria incesserat. Anno Coloniensis archiepiscopus filium Heinricum matri abstulit flentibus utrisque. Episcopus cum rege ad se rerum gubernacula transtulit. Rex interim Ungarorum Salomon, et ipse puer, ab avunculo regno pulsus, ad Heinricum confugit. Utrique alterius soror desponsata fuerat. Restituit ipsum regno, Annone cooperante. Heinricus, cum ad maturam venisset aetatem, relicto episcopo, secundum propriam vixit voluntatem, promittensque Karolum Magnum suo seculo sese repraesentaturum, Roboam se repraesentavit. (*De quo satis alibi scribitur.*) Anno curiae se abdicavit ideo, in ocia se[b] recipiens. Adelbertus Bremensis archiepiscopus loco eius, non industriae, substituitur. Ruthardus abbas senio confectus, Heinrico adveniente Herveldiam, resignavit. Hartwigus, monachus eius loci, substituitur per eundem Heinricum. Anno hoc gratum habuit. (*Cuius laudem scriptor non persequitur, quia superstes fuit temporis eiusdem.*) Ruthardus in insaniam post haec versus est. Otto dux Baioariorum[c] accusatur reus in regem. Moguntinus archiepiscopus Sigefridus aderat (*etc.*) Palatium perditis moribus plenum erat. Vae enim tibi terra, cuius rex puer est! (*etc.*) Imperatrix parvulum peperit regem in Herveldia. (*Sapientibus ista sufficiant, alibi plura requirant*[d].)

1056. 1059. 1062. 1063. 1072. 1070. 1074.

31) SS. III. p. 21. 32) V. Giesebrecht Ann. Altah. p. 19. et quae dixi in ephemeridibus liter. Gotting. 1842. Nro. 38. p. 382 sqq. 33) Quos caveas ne in Suevia conscriptos putes. Certe nusquam eius regionis res accuratius exponunt, sed praesertim bella in Francia et Thuringia gesta memorant, semel etiam monasterii Hasungun non longe ab Hersfeldia siti mentionem faciunt (a. 1081.), ita ut eos in Hassia confectos putarim. 34) a. 741. 991. 994. 995. 996. (997.) cf. quae dixi l. l. p. 392. 35) Nam Lambertus, qui nonnisi annales illos exscripsit, vix tam pauca verba aliunde repetivisset, quum alios fontes prorsus negligeret. Nam neque Reginonis continuatorem neque Thietmarum adhibuit (cf. Stenzel II. p. 103.), neque a. 1040—1049. cum Herimanno ita convenit, ut hunc eius fontem agnoscere possim. — Quae Semler (Versuch etc. p. 140.) de Lamberto monuit, nihil ad hanc rem faciunt. W.

a) Ex libro secundo eiusdem collecta *rubra codicis.* b) *deest c.* c) baioriorum *c.* d) *annum quo haec scripsit* 1513. *addit Hamerslebensis.*

Inde ab a. 1040. *Lambertus proprio Marte res praecipuas adnotandas suscepit; sed ad sua tempora festinans neque multa memoriae tradidit, neque ab erroribus cavit*[36]. *W.*] *Secundo hoc volumine tempus, quo Heinricus IV. regnare coepit, persequitur, quae est praestantissima et lectu dignissima libri pars, quoniam rebus quas tradit aut ipse interfuit, ut iis, quae in monasterio Hersfeldensi vel in terris non longe ab eo remotis, Thuringia et Saxonia, acciderunt, aut ea, quae in exteris regionibus, Italia, Flandria, Lotharingia inferiori etc., gesta sunt, a testibus fide dignis facile cognoscere potuit.*

Narratis, quibus Heinricus rex conflictatus est malis et calamitatibus, et quam indigne et crudeliter in Italia ab Hildebrando (Gregorio VII.), summo pontifice, sit habitus, et Rudolfi, ducis Suevorum, electione Forchhemii 3. *Id. Mart. ann.* 1077. *peracta, scriptor „more inertis poetae, extremo iam in opere languescens — in longum satis — protracto volumini" finem imponit, ut „qui postea scribendae reliquae huius historiae parti sese accincturus sit, habeat, unde apte exordiri possit." An his verbis significare voluerit, se hunc librum iam senectute ingravescente confecisse, definire non ausim; sed quum ad describendam reliquam historiae partem alium aggressurum esse speraret, certe nonnullis annis post, fortasse Rudolfo iam mortuo, hic finem fecisse videtur.*

Summorum, qui apud Romanos floruerunt, historicorum exemplum ad imitandum sibi proposuisse Lambertum, ex dicendi, quo usus est, genere satis superque elucet. Eius enim ingenium totius antiquitatis cognitione, optimorumque, quos tulit, scriptorum lectione non leviter tinctum, sed ita imbutum fuit, ut non imperitorum et ineptorum mediae aetatis monachorum more anxie et infelici opera verba ex iis conquireret et parum apto loco promiscue collocaret, sed diligenti optimorum quorumcunque delectu habito, orationem suam pulcherrimis, quos ex iis decerpserat, flosculis ornaret ac distingueret. Suspicimus in eo et admiramur simplicitatem minime rudem, nativum quendam orationis colorem, elegantiamque eam, quae ab huius saeculi scriptore vix exspectari potest. Ubique magnam in exponendis rebus gestis laudem ordinis, perspicuitatis et iucunditatis meruit. Nam eius narratio variis virorum praeclarorum imaginibus, tanquam luminibus, collustrata, sermonibus eorum, quibus, antiquos historicos aemulatus, nos quasi in mediam rem rapit, animata et vividior reddita, et ars, qua excellit, uno fere lineamento rerum faciem depingendi, ut eas pictas cernere videamus, sicut Heinricum cum uxore et reliquis comitibus Alpes superantem, lectores vel invitos allicit et mira suavitate tenet. Deinde, ordine temporum fere semper religiose servato, nunquam, quod alii solent, filum narrationis subito et praeter exspectationem abrumpit, sed producit et continuat, ita ut res unoquoque anno actas separatim a sequentis historia tractet, et virorum clarorum, tam de re publica quam ecclesia meritorum, in eo mortuorum memoriam recolat; quod forma annalium, in quam librum suum redegit, flagitasse videtur, et eam quidem utilitatem praebet, ut uno obtutu, quid simul evenerit, contemplari ac diiudicare liceat. Affert vero etiam incommoda, quae scriptor sensisse quidem, sed necessaria duxisse nec declinare ausus esse videtur. Interdum tamen angustiores hos terminos transgressus liberius vagatur, et ea, quae arcto inter se nexa sunt vinculo, non a se invicem separat et disiungit; quod inter alia, historia controversiae de abbatia Malmundariensi agitatae[37] *et turbarum in Saxonia ortarum*[38] *testatur.*

36) Vide quae in notis dicta sunt et quae iam Stenzel II. p. 105. collegit. Res exteras etiam postea non satis compertas habuit (cf. a. 1071.), easque rarissime respexit. 37) a. 1065. 38) a. 1073.

Sed, ut pergamus in adumbranda virtutum, quibus noster praeditus est, imagine, excellit is etiam verissimo et acerrimo in recte aestimandis hominibus et aequa lance ponderandis eorum factis iudicio, animoque pietatis, humanitatis misericordiaeque sensu plenissimo. Valde etiam lectores afficit, et ad satietatem fugandam confert, quum scriptorem ipsum vel rei cuiusdam indignatione (ut cruentae et nefandae illius pugnae Goslariensis a. 1063.*), vel misericordia (ut Heinrici per silvas et deserta fugientis a.* 1073.*), vel denique iusta ira (ut in enarrandis, quas Saxones a regis ministris tolerarunt, vexationibus a.* 1073. *aut Coloniensium scelere in Annonem archiepiscopum commisso a.* 1074.*) vehementer commotum vident. — Nusquam Lambertus historiae dignitatem laedit magna et gravia minoribus et levioribus confundendo, nisi quis eum cum Philippo Melanchthone ideo reprehendere velit, „quod quaedam admiscuerit de privatis rebus indigna posterorum memoria", quae tamen hic vir eximius sine dubio in priori tantum libri parte, nonnulla exigui momenti complectente, invenire sibi visus est.*

A scriptorum huius saeculi superstitione, qui fabulas aniles et absurda commenta pro veris venditare solent, hic se liberum et immunem, quantum potuit, praestare conatus est, licet passim de sanctorum miraculis malique daemonis, quas hominibus struxisse dicitur, insidiis talia proferat, quae negare vel in dubium vocare, illo aevo nefas putaretur, nos vero, meliora edocti, ridemus[39].

Talibus igitur virtutibus quum conspicuus sit Lambertus, quas omnes, qui eius scripta attente legerunt, agnoscunt et praedicant, non tamen ubivis locorum operam dedit sermoni puro, emendato, qui vocabula parum Latina, aut obsoleta aut post aetatem Augusti demum in hanc linguam recepta et usu probata, verborumque structuras et sententias, quibus optimi scriptores recte abstinent, intentissima cura fugit et devitat. Eius generis sunt, praeter ea, quae vel in glossario locum tenebunt vel in annotationibus iam deterioris notae esse monuimus plura, quae quamvis apud plerosque medii aevi scriptores occurrant, infra tamen enotanda putavimus[40]. *Ita etiam, ut alia taceamus, in constructione verborum:* facere (*in significatione efficiendi, cum infinitivo, ut idem sit quod iubere*), iubere ut *et* suadere, *quod modo infinito iunctum vel scriptoris negligentiam vel poetae imitationem prodit, leges purioris latinitatis migrasse existimandus est. Nec minus ingrata est repetitio eorundem verborum et locutionum, a qua scriptores Latini, ad egestatem linguae suae tegendam, sedulo sibi cavent, quae in nostro tam frequens est, ut eum aliquando inopia verborum laborasse, suspicio nobis suboriatur. Ex magno vocabulorum, phrasium, sententiarum, proverbiorum, troporum, metaphorarum etc., quae adamasse videtur, numero pauca tantum infra delibasse sufficiat*[41]. *Eadem est ratio loco-*

39) Quo pertinent historiae: de multitudine miraculorum circum corpus S. Remacli coruscante a. 1071, de Attilae gladio ibid., de daemone seditiosis Coloniae incolis praecurrente, de muliere homines magicis artibus dementare infamata et de praesagiis, Coloniam diabolo in potestatem traditum iri, significantibus a. 1074, de visione cuiusdam clerici Spirensis de Huzmanni episcopi obitu a. 1075, de data satanae in carnem Annonis potestate et de omnibus mortem eius portendentibus a. 1075.

40) *amaricare* (a. 1075.), *carnalis, in carne, coelitus, compunctio, congruus* et *incongruus, confortare* (a. 1075.), *conversari* (a. 1076.), *conversatio* (pro *vita*), *depraedatio, diversare* (a. 1075.), *econtra, festivitas, iuramentum, iuxta* (pro *secundum*), *meliorare* (a. 1076.), *modernus, mundus* (pro *homines* etc.), *poenitudo* (a. 1074.), *pompaticus* (a. 1077.), *proprius* pro *suus* (a. 1071.), *prolixus* (a. 1071.), *reatus, revelatio* (a. 1075.), *scandalum* (a. 1075.), *scandalizari, transitorius* (a. 1065. 1075.), *tribulatio, vas electionis* (a. 1075.), *vas diaboli* (a. 1074.), *zelus.*

41) *Quid facto opus est (esset)* a. 1056. 1066 (bis), 1073 (bis), 1074. 1076 (quater), 1077 (bis); *habenas, frena, retinacula laxare*

rum, quos ex libris sacris et classicis Romanorum scriptoribus, Cicerone, Livio, Tacito, Terentio, Horatio, Ovidio aliis affert, quorum haud paucis bis et saepius in simili re utitur[42]. *Ad poetarum Latinorum carmina cognoscenda quum maximum contulisse videatur studium, in haud paucis etiam eius commentariorum locis oratio supra prosae simplicitatem tenuitatemque assurgit et poetico quodam colore infucata est; quod non uno exemplo confirmatur. Nimia denique copia et ubertas, ubi brevitati et concinnitati commodior fuisset locus, vitio ei verti potest. Quas leves maculas, quibus, quum in Lamberti libro plura niteant, ut ei inter aetatis mediae historicos principem pene locum concedere non dubitemus, non magnopere offendimur, ipse, emendatrice manu admota, facile abstergere et delere potuisset; excusandae tamen sunt in homine, cuius esset, libris sacris, ecclesiasticis, liturgicis legendis omnem fere operam omneque tempus impendere.*

Quibus expositis, de re non minus gravi et difficultatibus implicita quaerendum est: an Lambertus historicam fidem semper servarit[43]*? Quam quidem quaestionem non melius et promtius solverimus, quam si, Lambertum vera dicere primum potuisse, deinde voluisse, paucis demonstrabimus. Omnis autem rei cardo in eo vertitur, utrum, quae hic scriptor de Heinrici IV. indole moribus et factis, de turbis eo imperante concitatis, de calamitatibus, quae Germaniam tum fato iniquo afflixerunt, narravit, vera sint, nec ne. In tantis animorum motibus, quantis Lamberti aetas agitata est, fieri non potuit, quin, quam quis de rebus publicis sequeretur sententiam, in eam lectores quoque trahere vellet. Sed in hoc viro, qui inter has tempestates et procellas tantum mentis sanae et animi quietis sibi conservavit, ut verum a falso discernere posset, tale quid non est timendum. Hersfeldensis coenobii antistes, publici consilii nunquam non particeps, quid in utraque, et Heinrici regis et Saxonum Thuringorumque, parte gereretur, non erat nescius; contigit vero ei etiam, ut medius inter illum principem et hos populos, et illi ob fidem servatam gratus esset et acceptus, et apud hos ob eximiam eloquentiam ceterasque ingenii animique facultates magna polleret auctoritate, ita ut Lambertus, quem tanquam hominem non modo promtum ingenio, sed usu etiam exercitatum, saepius fortasse itinerum et negotiorum sibi adiungebat comitem, quae his de rebus traditurus posteris esset, ex puro et limpido potius fonte quam ex turbidis rivulis haurire posset. Uniuscuiusque autem historici multum interest, si quando, viros, quorum ad arbitrium nutumque ceteri se fingere et componere solent, praesentes cognoscendi, coram ex iis audiendi et, quales sint eorum mores et ingenia, discendi, quaeque velint et cupiant investigandi, occasionem sibi datam videt. Quae opportunitas nostro saepe se obtulit, Heinrico IV. identidem Hersfeldiae commorante, ut anno* 1066, 1071, 1073, 1074. — *Sed satis de hac causa dictum puto, veniamus ad alteram. Lambertum, quae comperta et ex-*

a. 1070. 1073. 1076, *rumpere* a. 1070. 1072. 1073 (bis), 1075, *abiicere* a. 1077; *pro virili portione* a. 1070. 1073 (bis), 1075; *abolere*, ut: *macula multis seculis non abolenda* a. 1076. cf. a. 1075; *clades* (a. 1077.), *ignominia non abolenda* a. 1075. etc.; *sanum aliquid sapere* a. 1073. 1074. 1077; *incisa spes* a. 1065. 1069. 1070. 1074. 1075. 1076. — Vocabulum *fidem* a. 1073. paucis lineis quater repetitur. 42) ut ex his: Daniel. 8, 25. *Directus est dolus in manu eius* a. 1071. et 1074; cf. 1. Maccab. 3, 6. *directa est salus in manibus eorum* a. 1076. etc.; et ex illis: *surdis tribunalibus (auribus) fabulam narrare* a. 1059. 1063. 1074. (Horat. Epist. II, 1, 199); *in arduis rebus* a. 1065. 1073. (Eiusdem carm. II, 3, 1); *ignem gladio scrutari* a. 1063. 1071. (Eiusdem Serm. II, 3, 276); *frena iniicere vaganti licentiae* a. 1072. 1076. (Eiusdem Carm. IV, 15, 10). 43) Sunt enim qui hoc affirmare nolint, ut Godofredus Arnoldus (Kirchen- und Kezerhistorie. 1729. P. I. L. XI. c. 3. §. 6. p. 367.), qui etiam Iusti Lipsii, Gerh. I. Vossii aliorumque testimoniis niti se ait.

plorata habuerit, vera et sincera, nec falsa et simulata, posteris reliquisse, quum qui in omnibus eius narrationibus inest genuinus sine ullo fuco color, probat, tum liberae eius et graves de corruptis clericorum moribus et depravata rei sacrae conditione querelae magis confirmant. Tantum enim abest, 5 *ut quae in monachis suae aetatis suique ordinis vituperanda observarit, silentio premat, aut eorum culpam in alios, principes inprimis, quorum tamen iuiurias et vexationes, quibus cives suos afficiebant, eadem acerbitate castigat, transferre velit, ut aperte in eorum mores plane deperditos invehatur deque iis querelas iactet. En! qualem nobis, data de monachis sui temporis disserendi* 10 *occasione, ambitionis, superbiae et luxuriae eorum imaginem proponat ad ann.* 1071*:* Et revera non immerito Dominus — non esse usque ad unum. *Nec monachi tantum, sed etiam summi ecclesiae magistratus, si forte morum pudori et vitae sanctitati minus studuerint, bilem ei et indignationem movent, graviterque eos reprehendit et exagitat ut ann.* 1064*; et a.* 1070. *Hermannum per* 15 *simoniacam haeresin episcopatum Bambergensem invasisse, et multis muneribus papae datis non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequutum, sed etiam pallium et alia quaedam archiepiscopatus insignia percepisse, animo ob hoc facinus vehementer commoto tradit. (cf. a.* 1075.*) Postquam Lambertus Rutberti abbatis Bambergensis, qui ad locum Meginwardi, abba-* 20 *tis Augiensis, non per iustam et legitimam electionem suffectus est, sordidam vitam et quam immensa ad hanc dignitatem assequendam munera prodegisset, perstrinxit, ita pergit (a.* 1071.*):* Is pseudo-monachus — prolixiore opus habent tragoedia. — *Quam severum et iustum est eius de Heinrico, episcopo Spirensi, ecclesiae suae opes puerili levitate dilapidante (a.* 1075.*), et de abba-* 25 *tibus monachisque ad summam Fuldensis monasterii dignitatem pretio mercandam confluentibus (a.* 1075.) *iudicium! Quibus exemplis plura alia eiusdem generis addi possent. Cui denique ipse Ruthardus in moribus remissior videbatur (a.* 1074.*), qui Aribonem, nobilissima familia prognatum, Guilielmi et Ottonis marchionum fratrem, a servis suis occisum, „literis quidem apprime* 30 *eruditum, sed propter lasciviam morumque intemperantiam bonis omnibus invisum" (a.* 1070.*) dicit, nonne is solam vitae integritatem et virtutem, nulla dignitatis, generis et ordinis habita ratione, in laudando pariter ac in vituperando spectasse putandus est? — Nec tamen eo audaciae progressus est Lambertus, ut de rebus monasticis aliam plane, quam sui saeculi homines, senten-* 35 *tiam sequeretur, Meginhero duce, nihil nisi quod nimium esset, tum in petulantia, tum in disciplinae severitate, aversatus.*

Suspicionem etiam animi Hildebrando sive Gregorio VII. pontifici tantum dediti, quantum ab Heinrico IV. rege alieni, quibusdam movit Lambertus. Nam illum non modo laudibus cumulat (a. 1073.*), sed etiam calumnias et convicia,* 40 *quibus inimici eum proscindebant, tam sedulo refutare studet, ut inde eius officiosam gratificandi voluntatem cognoscamus. Sic narrata pontificis cum Mathilde marchionissa consuetudine et convictu, quantam criminandi materiam praebuerit ista familiaritas, non praeterit quidem, at statim tamen addit (a.* 1077.*):* Sed apud omnes sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa 45 esse quae dicebantur. Nam et papa — satis eum contra venenatas detractorum linguas communiebant. *Eodem modo, quorum Hildebrandus in synodo Wormatiensi accusatus est, delicta excusare eorumque criminum vim et pondus infringere ac levare studet, ut ea omnia ab Hugone Blanco, homine fraudulento et ira in papam inflammato, excogitata esse dicat. Denique*

tumultus, vita caelibe sacro ordini imperata, passim, Erfordiae praecipue ortos, ita refert, ut pontificis decreta magis probare quam improbare videatur. His igitur aliisque causis Lambertum Gregorio faventem et ab eius partibus stantem videmus. Sed quaeso, qui fieri poterat, ut scriptor, locorum intervallo disiunctus, de viro, qui non solum vulgi opinione gravissimus, disertissimus et maximae auctoritatis esset habitus, sed intelligentium quoque hominum iudicio probatissimus, aliter sentiret et loqueretur? Ad virtutum eius, verarum et fictarum, admirationem accessisse apud Lambertum legimus grati animi sensum, quem Hildebrando, velut acerrimo libertatis Germaniae vindici, deberi, omnes vel regis levitate offensi, vel eius superbia laesi prae se ferebant ac profitebantur. Utrum iure, an iniuria? Hoc diiudicare vix licuit Lamberto, qui tum superbe a rege facta et indigne ab eius ministris vel amicis perpetrata, malaque ex munerum sacrorum nundinatione, tanquam ex perenni fonte, manantia vidit et gemuit, tum remedia his morbis, qui totum utriusque reipublicae corpus, antea sanum et valens, pestilenti veneno infecerant, sanandis proposita, salutaria et praesentia duxit.

Sed ea quoque culpa Lambertus vacat, quam in eum vulgo conserunt, quod in describenda Heinrici IV. vita et moribus veritati male consuluerit, quae, instituta cum aliis rerum Germanicarum eiusdem aetatis scriptoribus comparatione, facile ab eo removeri potest. Nullus enim fere horum scriptorum[44] reperitur, qui ab omni partium studio immunis, conturbatum dissidio inter pontificem et imperatorem reipublicae statum tam prudenter et quiete exposuerit, quam Lambertus. Cuius etsi commentarii satis luculenter docent, eum fidem papae debitam omnino servare voluisse et eius signa deserere nefas duxisse, non ubique tamen ab eo facta defendit. Quo fuit probo, honestatis amante et a flagitiis sceleribusque abhorrente animo, prorsus omnes, qui leges et aliorum iura violarunt, sive clerici fuerint sive laici, ira et indignatione acriter prosequitur, ideoque pari vehementia iniustam decimarum exactionem et iniurias Saxonibus et Thuringis a rege illatas atque improbam eorum clericorum vitam, qui ad honorum gradus non via virtutum, sed per ambitionis praeruptum et male partarum pecuniarum profusionem immerentes ascenderant, insectatur et corripit. Quae quum ita se habeant, non mirum est, Lambertum potius pontificem quam regem, cum asseclis insontes adeo nec refragantes iniuriose et crudeliter tractantem, quae facinora quotidie et videret et audiret, favore esse complexum. In Heinrici quidem vita duo discernenda sunt tempora, unum, quo rex iuvenis per paedagogos et pessimae notae familiares corruptelarum illecebris irretitus, potentiae fines paulo longius, quam patriae salus permitteret, proferre conatus est; alterum, quum mala subiit, rege potentissimo, a patre avoque, viris clarissimis et optime meritis, commendato, indignissima, quae summam miserationem commovere debent; cuius sensu etiam Lambertus, difficile et periculosum in Italiam iter calamitatesque quibus in eo laboravit describens, se tactum esse profitetur. De illa vitae parte scriptor lene iudicium fert, iuvenili potius superbiae, quam inveteratae male faciendi consuetudini iniustam Saxonum oppressionem perniciosasque quibus flagrabat libidines tribuens, et sic eum excusans[45]: Rege ad omnia, quae iussus fuisset, puerili levitate annuente, tum regem „iuveniliter tumultuantem“ appellans.

44) quorum recensendorum nobis otium fecit Paul. Frischius Aschafuaburgensis, in comparatione critica de Lamberti Schafnab. annalium cum aliquot eiusdem aevi chronicis. Dissertatio inauguralis. Monachii 1830. 8. 64 pp. 45) ad ann. 1063.

Saxonibus vero et Thuringis ad maximam perniciem ab eo iam redactis, rerumque publicarum conditione omnino perturbata, prudentibusque principum consiliis prorsus spretis et neglectis, severius cum eo agit, ut non modo haec[46]*:* Neque enim lasciviae regis — vel levi verbo auderet redarguere, *sed etiam multa alia in regis ignominiam dicta, in his annalibus legamus; quum, si alterum simul tempus narrando complecti licuisset, meliora de eo dicendi oblata esset facultas.*

Quibus omnibus examinatis et ponderatis, haud inviti largiemur, Lambertum, licet ab erroribus, quorum nonnullos in annotationibus ostendimus, non prorsus liberum, plenam, perspicuam et accuratam rerum sua aetate vere gestarum narrationem posteritati reliquisse, et, quum nec causarum, quibus quaeque acta sunt, neque eorum, quae cum iis coniuncta evenerunt, explicationem negligat, pragmaticae eiusdemque verae historiae exstitisse auctorem. Quo factum est, ut plerique historiae Germanorum scriptores, qui quidem fontes ipsos adire consueverunt, eum maximi aestimaverint, eiusque in Heinrici vita auctoritate, tanquam hominis eloquentissimi pariter ac gravissimi, fere sola nitantur et in ea acquiescant. *F. L. HESSE.*

Attamen per medium aevum Lamberti nomen raro aut numquam auditum est. Nam ipse illud neque praefatione quadam neque libri inscriptione neque in textu prodidit[47]*, ut fere mirum sit, quod posterioris aevi codices et scriptores*[48] *id scire potuerint. Liber vero a pluribus lectus est atque exscriptus. Quibus signa praetulisset Bernoldus, si eius verba a.* 1054. *de miraculo a papa Victore facto, quae cum Lamberto prorsus conveniunt, ex hoc exscripsisset. Quum vero alibi nusquam hoc libro usus sit, id vix statuerim. Nisi haec verba Lamberto postea obtrusa putes*[49]*, sane de communi utriusque fonte, quamvis haec nunc lateat, cogitare oportet. Neque Sigebertum Gemblacensem*[50] *Lamberti annalibus usum esse, V. Cl. Hirsch mihi persuasit*[51]*, licet singulis annis*[52] *quandam inter eos deprehendi similitudinem non negem. — Itaque primus, nisi fallor, Lamberti historia monachus Sigebergensis, qui vitam Annonis archiepiscopi Coloniensis conscripsit, usus est; cui quae ille de viro celeberrimo sibique noto diligenter retulerat se ita commendabant, ut ea ad verbum in suas transferret schedas, iisque in publica archiepiscopi vita enarranda nihil fere addendum reperiret*[53]*. — Paulo post qui magnos illos annales confecit, quos vulgo Annalistae Saxonis nomine laudamus, Lambertum evolvit et plures eius locos compilationi suae vastissimae intulit, quamvis, Brunonis historia caeteris fontibus praelata, praestantissimam illius partem, eam dico, qua bellum Saxonicum describitur, intactam reliquerit, sive ne narratione copiosissima obrueretur veritus, sive Lambertum Saxonibus et praesertim Halberstadensibus non satis favisse ratus. — Eodem fere tempore liber de fundatione coenobii Gozecensis scriptus est, cuius auctorem plura ex*

46) a. 1075. 47) V. a. 1058. 1059. ubi optimi libri *N.* legunt, alii vero semel *Lambertus* scribunt. 48) cf. infra n. 59. 60. 62. 63. 49) Hoc etiam loco minus apto, quo haec in codice 1. leguntur, indicari videtur; reliqui codices postea ordinem mutasse videntur. 50) Verba apud Miraeum a. 1077: *Lamberti Schafnaburgensis monachi Hersveldensis chronicon desinit*, in nullo codice obvia, editoris esse, vocabulum *Schafnaburgensis* satis ostendit. 51) In libro eruditione plenissimo, quem de vita et scriptis Sigeberti edidit p. 110—113. 52) Cf. praesertim a. 1073. At Lambertus haec a. 1075. retulit, neque video, cur dubitemus, quin Sigebertus de hoc regis Russorum adventu quaedam audierit. Si alibi conveniunt, plerumque res sunt notissimae; sed quae Lambertus fuse exponit, Sigebertus breviter attingit. Locos vero a. 1054. 1071. hic ex aliis fontibus recepit. 53) Quod Delius (ap. Ledebur Archiv V. p. 55 sqq.) sine causa in dubitationem vocavit.

Lamberto desumsisse[54] *patet. — Etiam*[55] *in Chronico Laureshamensi Lambertinae narrationis vestigia deprehendi, iam Stenzel monuit*[56]. — *In monasterio S. Petri Erfordiensis iam saeculo duodecimo incipiente Lamberti codicem fuisse, cuius fragmenta tum aliis operibus sint inserta, tum tamquam breviores annales descripta, mox videbimus. In eodem vero coenobio saec. XV. ex. Nicolaus de Sygen magnum Thuringiae chronicon digessit*[57], *in quod etiam ex Lamberto plurima recepit. Cuius autographon in archivo publico Wimariensi asservatum V. Cl. Hesse summa diligentia perlustravit et examinavit. Alii quoque rerum Erfordiensium scriptores, praesertim ille, qui satis barbaro nomine „Exphurdianus antiquitatum variloquus" audit*[58], *multa ex Lamberti annalibus mutuati sunt. Praeterea vero saeculo XIV. exeunte, XV. incipiente, plures eorum codices noti fuisse videntur, quum etiam alios rerum scriptores iis usos fuisse, V. Cl. Hesse probaverit, Wigandum Gerstenberger in chronico Hassiaco*[59], *Trithemium in chronico Hirsaugiensi*[60], *Paulum Langium in chronico Citicensi*[61]; *quibus addi possunt Andreas Lang abbas S. Michaelis Babenbergis, qui saec. XV. ex. librum de sanctis ordinis S. Benedicti conscripsit*[62], *et N. Emser*[63], *qui a.* 1512. *vitam sancti Bennonis Misnensis episcopi edidit*[64].

Paucis annis post prima editio prodiit, quae ingenti plausu recepta, viri-

54) c. 9. de Dedone ex a. 1056. et 1042, c. 12. de Adalberto ex a. 1065. et 1072. 55) Vol. I. p. 179. ex a. 1064. 56) II. p. 105. 57) De quo vide quae disputavit V. Cl. Hesse Beiträge T. 1. fasc. 2. p. 5—9. Ipse Nicolaus f. 125': *Hic* (Lampertus), inquit, *satis late scribit suam cronicam, ex qua plura ego frater Nicolaus de Sygen professus Erff. ad Sanctum Petrum collegi hunc sive praesentem sexternum, videlicet ab anno Domini* 1000. *usque ad a. D.* 1077. 58) apud Menkenium II. 471 sqq. 59) natus Frankenbergae in Hassia, d. 1. Mai a. 1457, mortuus d. 27. August. 1522. (ergo tribus annis ante editum a Churrero Lamberti librum, quo igitur tantum manuscripto uti concessum fuit), ut, quae ad ann. 1524. et 1549. traduntur, ab aliena manu adiecta sint. Eius chronicon Thuring. et Hass. (de quo vid. Wenck l. c. T. I. praefat. p. XV.) typis exscriptum legitur in Schminckii monument. Hass. T. I. et II. Loci, quos ex Lamberto in id transtulit, habentur T. I. p. 46. ad ann. 908, ubi fontem, ex quo hausit, ut etiam in sequentibus paginis, falso Chronicon Lamberti Leodicensis nominat, quem errorem iam in huius praefationis initio redarguimus, p. 106. 110. 112. 114. 116. 129. 131. 134. 142. 147. 149. 154. 160. 164. 172. 181. 190. (Ex Monachi Erfordiensis additionibus ad Lambertum petita sunt, quae continentur p. 192. 197. 198. 200. 208. 211. 214. 216. 218. 222. 238. 239. 246.) — Chronici Hersfeldensis nomine Gerstenbergerus p. 103. nonnisi Lamberti Annales indicare videtur; neque, ut Wenck statuit, historia Hersfeldensis intelligenda est. HESSE. 60) V. a. 1065. p. 209. a. 1072. p. 232. Eum codicem Wirzburgensem habuisse, verisimile est; quem fortasse etiam P. Langius, Trithemii discipulus, inspexit. 61) Chronicon Citizense primo edidit a. 1517, a. 1520. revisit; ubi p. 1142. (ap. Pistor. ed. Struve I.) narrationem, quae incipit: *Rex Wilhelmum marchionem Thuringorum* — et desinit — *sorore Ioiade* ex Lamberto ad ann. 1051, verba p. 1143. exstantia: *Rex accepto nuntio — omnia faciebat* ex eodem ad ann. 1076. mutuatus est; quod etiam valet de iis, quae p. 1146. de Ecberto marchione narrantur. — Paulo Langio non ignotum fuisse Lamberti libellum de ecclesiae Hersfeldensis institutione, iam supra dictum est. HESSE. — Cf. eiusdem chronicon Numburgense ap. Menkenium II., ubi eadem fere repetuntur. 62) Cf. de ipso Mon. SS. IV. 166. Quae fol. 181. de Wilderado abbate Fuldensi tradit, ex Lamberti Ann. a. 1063. sumta sunt, et hunc ipse auctorem laudat f. 184'. ubi de Meginhero Hersfeldensi loquitur: *Is ut Lampertus in sua chronica testatur* etc. 63) Ipsum affert c. 39. (ap. Menkenium II. p. 1859): *Huius autem vastationis meminit Lampertus Herveldensis monachus, nobilis historiarum scriptor.* Quae verba quum legisset monachus Hamerslebensis supra laudatus, chronicon Ekkehardi, cuius epitomen fecit, Lamberto tribuendum esse putavit, ita inquiens (f. 30'. Cf. Leibnitz I. p. 710.): *Puto Lambertus vocatur auctor monachus Hersfeldensis nobilis historiografus; sic illum nominat Ieronimus Emser in vita Bennonis episcopi. Si tamen sit iste.* 64) His nescio an annumerari debeat Stephanus Leopolder, qui a. 1502—1532. in coenobio Wessofontano vixit et Leutnero teste (Hist. Wessof. p. 339.) „chronici Hersfeldensis compendium ex Lamberto Schafnaburgensi excerpsit", quum iam editione principe uti potuerit. — Staindelium, qui iam antea chronicon magnum Bavaricum compilavit, non Lamberto, ut Oefelius putavit, sed Annalibus Altahensibus usum esse, Giesebrecht satis probavit p. 7. — Stenzel etiam Ann. Novesienses ex Lamberto a. 1074. descriptos esse annotavit, quos saeculo XVI. exeunte compositos hic non attulerim, quum tunc temporis iam plurimi editum Lamberti textum adhibuissent.

bus eruditis preciosissimus visus est thesaurus[65], *ita ut deinceps horum annorum historiam Lamberto maxime auctore omnes narrarent; qui utinam etiam aequum eius iudicium imitati atque aemulati essent!*

Societate aperiendis fontibus rerum Germanicarum medii aevi constituta et statim de praecipuis scriptoribus summa cura diligentiaque exhibendis cogitante, Cl. L. F. Hesse, vir de historia Thuringica meritissimus, Lambertum, omnium medii aevi historicorum pene praestantissimum, edendum suscepit, et annis sequentibus cum codices a Pertzio et Boehmero feliciter repertos cum editis comparavit eorumque fide textum recensuit, tum verbis et rebus explicandis egregiam operam navavit, et studiorum per viginti et amplius annos continuatorum fructus in hoc loco reponere voluit.

Subsidia vero haec ipsi ad manus fuerunt:

1) *Codex Augustinensium Wittenbergensium*[66], *quem vir summus et de omnium scientiarum provectu optime meritus Philippus Melanchthon Secerio describendum mandavit atque Chaspari Churrero typis edendum transmisit. Qui quum iam inveniri non potuerit, sive deperditus sit sive in quodam angulo lateat*[67], *editio princeps, quam Churrerus a.* 1525. *Tubingae apud Hulderichum Morhardum vulgavit, adhibenda erat. Exemplar enim illud genuinum Lamberti textum continuit satisque fideliter expressum esse videtur, ita ut plerumque nonnisi leviora menda aspersa atque hinc inde vocabulum*[68] *omissum vel additum deprehendas; quae aliorum codicum fide emendanda erant.*

1*) *Codex in archivo Dresdensi a Cl. Hessio primum evolutus, quem annis* 1550—1600. *manu exaratum esse, opinatur, ex editione principe descriptus esse videtur, quippe qui in plerisque cum ea conveniat neque locum a.* 1075. *expleat*[69].

1[a]) *Auctor vitae S. Annonis*[70] *et*

1[b]) *Annalista Saxo*[71] *antiquos et optimae fidei codices ante oculos habuerunt*[72]. *Reliqui vero libri quotquot novimus manarunt ex*

2) *Codice monasterii S. Petri Erfordiensis, qui certe saeculo XII. inc. scriptus fuisse videtur, itaque prope ad Lamberti tempora accessit et eius verba accurate satis atque fideliter servasse putandus est, nonnulla vero adiecit quae res Erfordienses posterorum memoriae traderent, a genuino Lamberto secernenda. Codex ipse, quem in Thuringiae bibliothecis frustra quaesivi, deperditus esse videtur; ex ipso vero derivati sunt*

2[a]) *Codex Gothanus Ekkehardi, mbr. s. XII. olim S. Petri Erfordiensis, de quo vide Mon. SS. III. p.* 21[73]. *Post annum* 1040. *vero pauca tantum verba ex Lamberto exscripsit*[74].

65) Cf. testimonia a Vossio collecta de hist. Lat. II. c. 47. quibus multi addi possent. 66) Errore decepti plures codicem Tubingensem dixerunt. 67) V. Cl. Förstemann mihi retulit, codices illius monasterii partim in bibliothecam Wittenbergensem venisse, partim postea in Ienensem transmigrasse. In neutra iam reperitur. 68) In priore tantum libri parte plura omissa sunt, ut a. 723. 732. 733. 786. (*cui R. s.*), 787. 813. (*c. H. s.*). De a. 718. 742. 777. v. n. 76. 69) Eodem continentur: 1) *Origines Saxonicae Vuolgangi Crusii* (71 pagg.); 2) *Chronicon Veterocellense* e Conradi presbyteri Lauterbergii annalibus et manuscripto exemplari castigatum (22 pagg.); 3) *Annales Misnenses* auctoris incerti (9 pagg.); 4) *Chronicon Pirnense* (6 pagg.); 5) *Chronicon Dresdense* (3 pagg.) Hac quinque libri partes germanice conscriptae sunt; 6) *Chronicon Fribergense* Latinum (8 pagg.); 7) Civitatum, arcium ac monasteriorum fundationes, ex innumeris chronicorum codicibus congestae per *Vuolg. Iustum* germanice, (79 pagg.); denique 8) *Herveldensis abbas de rebus Germanorum* (240 pagg.). 70) Codicem egregium Hallensem adhibuimus. 71) Usi sumus cod. autographo Sangermanensi. 72) Alii plerique, quos Lamberto usos esse diximus, non ita eum exscripserunt, ut ad verba restituenda facere possent. 73) cf. Archiv VII. 505. et quae postea dicentur. 74) 1041. *cui Suitgerus successit.* 1051. *Imperator pentecosten — mense dece-*

2b) *Codex comitis de Schoenborn in arce Gaybach asservatus, mbr. s. XII. olim „S. Petri in Erfesfurt", annales continet, a. V. Cl. Boehmero exscriptos, qui usque ad a.* 1077. *ex Lamberto hausti saepe ipsa illius verba retinent, ideoque his emendandis multum inserviunt. Annales una manu usque ad a. c.* 1150. *exarati, postea ab aliis usque ad a.* 1163. *continuati, in alio Monumentorum volumine edentur*[75].

Proxime ad codicem 2. *accedere videtur*

3) *C. Dresdensis, olim academiae Lipsiensis, postea tabulario regio illatus, nunc in bibliotheca publica asservatus et I.* 50. *signatus. Liber saeculo XV. ex. vel XVI. in. in charta duabus manibus, altera rudi et minus eleganti, altera comptiori, exaratus est. Lamberti verbis pauca de coenobio S. Petri addita sunt*[76], *praeterea continuatio brevis usque ad a.* 1154. *adiecta, quae cum annalibus ibidem scriptis* (2b.) *quam maxime convenit.*

4) *C. Gottingensis, olim Albini, postea domini de Plotho et Semleri*[77], *chartaceus in fol. saec. XV. ex., satis diligenter et distincte scriptus*[78]; *qui pariter atque*

5) *C. Wirzburgensis, olim abbatiae S. Iacobi, quae Scottorum erat*[79], *chartaceus in fol. saec. XV. ex. vel XVI. in., duobus calamis scriptus, — incipit ab a.* 705. *— maxime in prima libri parte quaedam adiecit*[80], *et continuationem quoque illam non solum retinuit sed etiam usque ad a.* 1182. *prosecutus est. In minoribus quoque hi codices inter se conveniunt, quamvis alter ex altero descriptus esse nequeat, quum aliis hic aliis ille mendis sit deformatus. Eodem modo codex* 3. *suas habet maculas. Omnes vero non paucis locis eodem modo peccarunt, verba omiserunt, alia transposuerunt et mutaverunt*[81], *ut communem fontem iam ab eiusmodi erroribus haud liberum facile agnoscas. Omnes, utpote eodem fere tempore exarati, etiam in verbis scribendis valde conveniunt et ab orthographia, quam saeculo XI. in usu fuisse satis constat, saepe recedunt*[82], *ita tamen ut modo hic modo ille antiquiores*

dens. 1056. ***Presentes erant — sepulturae est traditum. Hermannus Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Anno Goslariensis prepositus successit.*** 1060. ***relicto — speciosus.*** 75) Magnam eorum partem publici iuris fecit Würdtwein Nova subs. diplom. II. 238—241. 76) a. 858. 1068. Etiam quae a. 718. 742. 777. de archiepiscopis Moguntinis leguntur et tam ab aliis Annalium Hersfeld. exemplaribus quam a codice 1. aliena sunt, equidem haud Lamberto, sed monacho Erfordiensi, tribuerim. 77) cf. Archiv. VII. 456 sqq. — Semlerus hunc librum ex bibliotheca Petri de Ludewig cancellarii Hallensis aut Baumgarteni professoris comparasse videtur; cf. Baumgarten Nachrichten von einigen . . Handschriften der . . Bibl. des Kanzlers von Ludewig. Halle 1749. 8. p. 31—40. HESSE. 78) Codices Dresdensem et Gottingensem a VV. Cll. nostraeque rei fautoribus eximiis, Falkenstein et Beneke transmissos et ipse inspicere potui. 79) Cf. Gerken in itinere II. p. 345. qui satis inepte de hoc codice disputavit. HESSE. 80) V. a. 623. 705. 706. Annis 718. 742. 777. 1068. easdem quas 3. habent additiones. Saepe etiam episcoporum et abbatum nominibus sedium indicationes adiecerunt, a. 863. 890. 892. 928. 932 etc. 81) Cf. a. 1069. 1071. 1072. 1074. (ter), 1075. 1077. (loci, quos iam textu nondum impresso accuratius indicare non possum, facile in notis invenientur.) 82) Ita semper fere *c* pro *t* exhibent, et ubique non solum ***nichil, michi, mulctare*** sed etiam ***nunctius*** scribunt; *y* pro *i* non raro occurrit; neque tamen in hoc neque in aliis multis sibi constant. Nam modo ***solemnia***, modo ***solempnia, sollemnia, dampnum*** et ***damnum*** et alia eiusmodi praebent. Sed ubique fere ***unquam, cunque, aliquandiu*** praeferunt. 3. et 4. saepe *h* utuntur: ***sathanas, sathagere, penthecoste, thabus, thabescere;*** etiam ***charissimus*** et ***lachrimae*** interdum in 4. legitur. Magis offendunt *s* pro *z* (***baptisare, scandalisare***), et *z* pro *s* (***thezaurus***), *w* pro *u* (***sangwis***, quod in 3. etiam ***saguis*** pariter ac ***ligua*** scribitur, ***extingwi***), *n* ante *g* additum (***pungna***), litterae bis positae (***legittimus*** 3. 4., ***tollerare*** 3. 4., ***sanccire, dupplicare, aufferre, pallacium*** 3., ***rurssus*** 4.) aliaque quae rudem saeculi XV. orthographiam referunt, qualia sunt nomina propria praesertim in cod. 3. deformata (*ff, ph* pro *f; tt, dt* pro *t* et alia in notis allata). 4. plerisque locis magis ad antiquiorem quem sequitur codicem accedit, et hinc inde ů, δ etc. servavit.

formas retinuisse videatur. Quas, codicibus 1^a. *et* 2^b. *adhibitis, ubique restituere conandum erat; quamvis in multis vocabulis, in quibus scribendis illius temporis scriptores numquam fere sibi constabant, nos pristinam lectionem haud assecutos esse*[83], *bene sciam. Sed haec levissima sunt, quae nisi ipse monuissem, vix unus alterve attendisset.*

6) *Pistorius codicem habuit, quem vetustissimum dicit*[84]; *sed lectiones cum* 4. 5. *concordantes et continuatio usque ad a.* 1352. *deducta atque ex annalibus Sanpetrinis excerpta, eum eiusdem originis et fortasse non maioris aetatis fuisse ostendunt.*

7) *Codex Oxoniensis Bodl. N.* 5128., *Iunii manu scriptus, brevem anni* 1075. *partem continet, cuius lectiones a genuino textu satis recedentes V. Cl. A. Nicoll enotavit*[85].

His subsidiis ad hanc novam Lamberti editionem adornandam V. Cl. Hesse magna diligentia usus est, et quamvis nullum veterem et auctoris tempori supparem codicem integrum atque genuinum ad nos usque pervenisse aegre feramus, textum tamen quam fidelissime esse restitutum, ita ut de vera lectione nusquam fere dubitandi locus sit, lectores libenter concessuros esse confido.

Editiones vero quae nostram praecesserunt hae sunt: prima sub titulo: Quisquis es gloriae Germanicae et maiorum studiosus, hoc utare ceu magistro libello. Tubingae 1525. *in* 8vo[86] *curante Chasparo Churrero*[87]; — *secunda ibidem a.* 1530[88]; — *tertia ibidem a.* 1533[89]. *curante Lutovicho Schradino, qui nomen auctoris detexit et quaedam emendare*[90] *conatus est*[91]; — *quarta in Schardii prima collectione*[92] *Francof.* 1566; — *quinta quam dedit Grynaeus*[93] *Basileae ex officina H. Petri* 1569. *fol.*; — *sexta in altera Schardii collectione*[94] *Basileae* 1574; — *septima et octava in Scriptorum a Pistorio editorum Volumine I. Francof.* 1583. *Hanoviae* 1613. *fol.*; — *nona cum Chronico Urspergensi Argentorati* 1609. *fol.*; — *decima in Schardio redivivo opera H. Th. Augustani Giessae* 1673. *fol.*; — *undecima quam Struvius Pistorii libro repetito exprimendam fecit Ratisbonae* 1726. *fol*[95]. *Post quos*[96] *Krause, prima*

83) Praesertim an praepositiones sequenti litterae assimilaverit necne, codicibus saepe inter se discrepantibus, dubium me tenuit. 84) Vol. I. Epistol. dedicatoria p. 2. 85) Vid. Archiv V. 727. 86) In fine legitur: ***Excusum apud Hulderichum Morhardum Mense Augusto.*** M. D. XXV. 87) De ipso cf. Schurreri biogr. und liter. Nachrichten von ehemal. Lehrern der hebr. Liter. in Tübingen. Ulm 1792. 8. p. 88. et Veesenmeyer Sammlung von kleinen Aufsätzen. Ulm 1827. 8. p. 67 sqq. ubi etiam de Lamberto scite ut solet disseruit. HESSE. 88) Hanc Hamberger (Zuverlässige Nachrichten III. p. 781. Director. p. 7.) aliique laudant; Ebert vero (Bibl. Lexicon I. 961.) an revera prodierit, dubitat. Certe neque V. Cl. Hessio innotuit, neque in bibl. Gottingensi exstat. 89) ***Tubingae ex aedibus Morhardinis Kal. Septemb. a.*** 1533. 90) neque tamen se codice adiutum esse dicit. 91) Servabatur olim huius editionis exemplum ab anonymo emendatum et notis copiosis illustratum in bibl. Uffenbachiana (Vid. eiusdem catal. T. III. 18. n. 99.); uti aliud annotationibus margini adiectis illustratum et correctum, quod olim Philippus Melanchthon possedit, praestantissimae librorum Dr. Klossii supellectili, anno huius saeculi 35. publica venditione Londini distractae, ornamento fuerat. Vid. Catalogue of the library of Dr. Kloss. p. 165. N. 2289. HESSE. Sed annotationes libris quos olim ipse possederat adscriptas minime a Melanchthonis manu profectas esse, Klossius publice nuper protestatus est. PERTZ. 92) ***Germanicarum rerum quatuor celebriores vetustioresque chronographi.*** fol. 93) Lamberti nomen in titulo non apparet: ***Chronicon historicum apud Germanos . . authore monacho quodam Herveldensi.*** 94) ***Historicum opus in quatuor tomos divisum.*** Vol. 1. 95) Ex hac fragmenta quaedam in Bouqueti collectionem recepta sunt III, 348. V, 367. VI, 227. VII, 240. XI, 59—69. 96) Primus D. H. Hegewisch praestantissimos horum annalium locos vertendi periculum fecerat; vid. Eius Charactere und Sittengemälde aus teutschen Geschichtschreibern des Mittelalters mit Nachrichten die deren Aufzeichner betreffen. 1. Samml. (Leipz. 1768. 8.) p. 93—200. Postea integrum chronicon germanice interpretatus est F. B. de Bucholz. Frankfurt 1819. 8. HESSE.

libri parte omissa, duodecimam editionem adornavit (Halae **1797.** *8.), qua textum quidem intactum pene reliquit, verbis vero et rebus explicandis illustrandisque primus manum admovit*[97].

Quibus annotationibus V. Cl. Hesse alias multas easque bonae frugis plenissimas adiecit, iisque congessit quae tam alii hinc inde monuerunt tam ipse e penu sua literaria promenda et cum lectoribus communicanda duxit. Rarissime et ipse notulam aspersi, qua praesertim Lamberti errores, aliis scriptoribus collatis, demonstrare et refellere conatus sum.

Iam vero, prima eaque ex Ann. Hersfeldensibus hausta libri parte supra Vol. III. p. **22.** *sqq. edita, ipsum Lambertum suorum temporum historiam initio quidem breviter, mox vero ample et egregie exponentem audiamus.*

G. WAITZ.

1040.

Aug. 22–31. Heinricus rex in Boemiam[a] duxit exercitum, ibique Werinherus[b] comes et Reginhart[c] signifer Fuldensis cum aliis multis occisi sunt.

Petrus Ungariorum rex a suis expulsus, ad regem[d] Heinricum confugit, petens auxilium[98].

Eberhardus[e] Babenbergensis obiit; cui Suitgerus[f] successit. Dedicata est cripta Herveldensis[g], atque in eam translatae sunt reliquiae sanctorum confessorum[h] Wigberti et Lulli.

1041.

Heinricus rex secundo[i] Boemiam ingressus, ducem eius in dedicionem accepit, Prenzlao[k] nomine, terramque eius sibi[l] tributariam fecit. Inde per Baioariam[m] regressus, festum sancti Michahelis Ratisponae celebravit. Sept. 29.

Ouban[n], qui Ungariorum regnum invaserat[o], eruptionem in fines Baioariorum et Carentinorum fecit, multamque praedam abegit. Sed Baioarii coadunatis viribus insecuti, praedam excusserunt, multisque occisis, reliquos in fugam coegerunt[99].

1042.

Aug. Sept. Rex, prima[p] expeditione in Ungariam facta, praedictum Ouban fugavit, usque ad fluvium Raban pervenit, tres urbes maximas cepit, acceptoque a provincialibus iureiurando, in pace remeavit.

Herimannus[q] Mimigardenvurtensis episcopus obiit; cui Ruotbertus[r] successit. Heriberdus Eihstatensis[s] episcopus obiit; cui frater eius Gezman[t] successit. Cui post aliquot ebdomadas[u] defuncto Gebehardus successit.

1043.

Rex incarnationem Domini Goslariae celebravit. Illuc dux Boemicus adveniens, benigne susceptus a rege, et honorifice aliquamdiu habitus, tandem in pace est dimissus.

a) bohemiam 3. 4. 5. *saepius* (*praesertim* 3.) b) Wernherus 3. 4. c) Reginhard 1. *et ita saepius* d *ubi codd.* 1. d) *deest* 3. e) Eberhard episcopus 1. f) Suuitgerus 3. Suuttgerus 4. *et ita infra;* Suntgerus 5. Suiggerus. *ed.* 3. (2?) g) Herveldie 4. h) conf. plurimorum et abbatum sanctorum 4. 5. i) scds 5. k) prenslao 4. l) *deest* 1. m) baioriam 4. n) Vban 1. 3. *semper.* o) invaserant 3. p) in p. 3. q) hermanuus 3. *saepius.* r) *ita uo quod in codd. nonnumquam evanuit semper restitui* (W.); rudbertus 1. rupertus 3. ruttbertus 4. rutbertus 5. s) einstatensis 1. 3. 4. 5. t) geßman 3. u) ebdomedas 4. aliquod hepdomadas 1.

97) In ipso tamen sufficientem latinitatis, tam aurei quam barbari aevi, et historiae singularum Germaniae civitatum et genealogiae eorum, qui iis praefuerunt, scientiam desideramus, ex quo fonte multi in annotationibus et indicibus commissi errores fluxerunt. Coniecturis etiam indulget, quae a scriptoris ingenio et oratione non raro ita abhorrent, ut eius sententiam miro modo detorqueat ac depravet. HESSE.

98) a. 1041. Herimannus et Annales Altah. (restituit W. Giesebrecht. Berol. 1841. quos saepius allaturus sum. W.).

99) Vere a. 1042. Herim. et Ann. Altah.

Ibi inter diversarum provinciarum legatos, legati Ruscorum tristes redierunt, quia de filia regis sui, quam regi Heinrico nupturam speraverant, certum repudium reportabant[1]. Ibi[2] quoque[a] legati regis Ungariorum pacem suppliciter orant, sed non impetrant, quoniam rex Petrus, quem Ouban per vim regno expulerat, praesens erat, suppliciterque Heinrici regis auxilium contra illius violentiam implorabat.

Sigewart Fuldensis abbas obiit; cui Rohingus[b] successit. Gisla imperatrix obiit, et Spirae sepulta est[3].

Rex, secunda expeditione in Ungarios facta, praedictum Ouban ad placitam sibi pactionem coegit, acceptisque ab eo de pace iuramentis et obsidibus, reversus, nuptias celebravit in Ingelenheim in coniunctione Agnetis, filiae Willihelmi[c] comitis Pictavorum. [Nov.]

1044.

Rex nativitatem[d] Domini celebravit Treveris. Ibique omnes, qui in regiam maiestatem deliquerant, crimine absolvit, eandemque legem per totum regnum promulgavit, ut omnes sibi invicem delicta condonarent.

Gozelo dux Luteringorum[e] obiit; cuius[f] filius Gotefridus[g], nobilissimae indolis iuvenis atque in re militari admodum exercitatus, quia ducatum patris non potuit obtinere, arma contra rem publicam corripuit, Adalbertum[h] ducem, quem rex patri eius subrogaverat, praelio victum occidit, caedes hominum et depopulationes agrorum quam maximas fecit, loca omnia usque ad Renum, praeter ea quae vel murorum praesidio hostilem impetum subterfugiebant vel se data pecunia redemerant, in cinerem redegit. [1048.]

Rex, tercia expeditione in Ungariam facta, praedictum Ouban vicit[4] et expulit, Petroque regnum restituit. [Iul. 5.]

Hazecho[i] Wormaciae episcopus obiit; cui Adalgerus successit; cui itidem paulo post humanis rebus exempto, Arnoldus successit. Diotmarus[k] Hildinesheimensis episcopus obiit[5]; cui Azelinus[l] successit.

1045.

Dux Gotefridus a rege in dedicionem acceptus, in Gibekestein[m] missus est custodiendus[n, 6], sicque regnum brevi tempore quietum et pacatum mansit.

Petrus Ungariorum rex Ouban, aemulum atque insidiatorem regni sui, captum decollavit[7].

Brun[o] Wirciburgensis[p] episcopus obiit; cui Adalbero successit. Cathelo[q] Citicensis episcopus obiit; cui Eppo successit. Adalbrandus[r] Premensis[s] archiepiscopus obiit; cui Adalbertus[t] successit.

1046.

Rex nativitatem Domini Goslariae[u] celebravit; ubi et socrus eius de Pictavis[v, 8] cum primoribus gentis suae aderat.

Petrus rex[w] Ungariorum ab Andrea propinquo suo dolo circumventus caecatur.

Eggihardus[x] marchio subitanea morte praefocatus, interiit. Drutmarus abbas Corbeiensis obiit; cui[y] Ruothardus[z] successit.

Dux Gotefridus custodia absolutus, dum videret, nec intercessionem[*] principum, [Mai 18.]

a) Ibique 5. b) roghingus 4. 5. c) wilhelmi 1. 3. *saepius.* d) natalem 1. *semper.* e) Lutheringorum 1. Lotoringorum 3. f) cui 3. g) godefridus 4. 5? h) *ita* 1b. *et ita ubique scripsi* (W.) adelb. *rell.* i) Nazecho 3. k) Ditmar 2b. Diothmarus 3. l) Aezelinus 1. Ezelinus 3. m) Gibekenstein 1. gibeleestein 3. n) cost. 4. *semper fere.* o) bruno 3. p) wirceb. 1. 5. wirzeb. 3. wercib. 4. q) Catelo 1. r) Altbrandus 1. adelbrandus *rell.* s) *ita* 3. 4. t) adelberdus 4. adelbertus *rell.* u) celebravit Goslarie 3. v) pictavia 2b. w) Ung. rex 3. x) Eggih. — interiit *des.* 1. y) *deest* 3. z) ruthardus *omnes.* *) intercessione 4. 5.

1) Cf. Ann. Altah. p. 67. V. Karamsin hist. Russiae II. ann. p. 19. 2) Ann. Altah. eos Paderbrunnae mense Maio regem adiisse dicunt. 3) Obiit d. 15. Februar.; vid. Wedekind Not. T. 2. fasc. 8. p. 407. 4) D. 5. Iul. a. 1044. secundum Herimannum; cf. Ann. Altah. p. 70—72. 5) cf. Wedekind l. c. 6) Alia exempla principum ibi custodiae traditorum affert Conr. Fr. Reinhard in commentatione, in qua fabula de Ludovici II. Thuring. comitis ex arce Gibichenst. saltu — refellitur. Hal. et Lips. 1726. 4. p. 3. et ex rec. F. Wideburg. Hal. 1737. 4. p. 4. 7) Quod a. 1044. narrant Herim. et A. Altah. 8) Agnes, filia Ottonis Wilhelmi, comitis Burgundiae, uxor Wilhelmi III. comitis Pictaviae, mater Agnetis, uxoris Heinrici III. imperatoris.

nec dedicionem, quam sponte subierat, sibi aliquid profuisse, et rei indignitate et inopiae familiaris taedio permotus, bellum rursus de integro sumpsit[9]. Inter alias, quas rei publicae intulit clades, Neumago[10] domum regiam miri et incomparabilis operis[a] incendit, civitatem Verdonensem cepit, maiorem in ea ecclesiam concremavit. Sed post modicum facti in tantum poenituit[b], ut publice se verberari faceret et capillos suos, ne tonderentur, multa pecunia redimeret, sumptus ad reaedificandam ecclesiam daret, et in opere caementario per se ipsum plerumque vilis mancipii ministerio functus deserviret[c].

1047. Oct. 24.

1047.

Rex nativitatem Domini Romae celebravit[d. 11], ubi tribus depositis qui sedem apostolicam contra ecclesiasticas regulas invaserant, Suitgerum, Babenbergensem episcopum, vicarium apostolorum constituit. A quo in die sancto ipse vicissim cum Agnete regina imperiali nomine et honore est donatus. Inde Beneventum vicinasque regiones peragrans, sanctum pascha in redeundo Mantuae celebravit, ascensionem[e] in Augusta; ubi Epponi episcopo defuncto Heinricum subrogavit. Deinde exercitum navalem per Renum duxit in Fresiam contra Gotefridum eiusque adiutorem Diodericum, ibique duas urbes munitissimas cepit, Rinesburg[12] et Fleerdingen.

Apr. 19. Mai. 28.

Suitgerus papa, qui et Clemens, obiit, et Babenberg sepultus est. Rohingus abbas Fuldensis obiit, qui eodem anno Romae in nativitate Domini consecratus fuerat a Suitgero papa. Guntherus[f] heremita obiit[13].

1048.

Imperator nativitatem Domini Polethe[g] celebravit. Ibi legati aderant Romanorum, Suitgeri papae obitum nunciantes[14] eique successorem postulantes. Quibus imperator Bopponem Prisniensem[h. 15] episcopum assignavit, Babenbergensem[i] vero episcopatum Hezekin[k. 16] cancellario contradidit[l].

Festum sancti Michahelis imperator iterum Polethe celebravit. Ibi postero die Dietmarus comes, frater ducis Bernhardi, cum a milite suo Arnoldo accusatus fuisset de inito contra imperatorem consilio, congressus cum eo, ut obiectum crimen manu propria purgaret, victus et occisus est.

Sept. 29.

Ekbertus[m] Fuldensis abbas factus[n] fuerat statim post nativitatem Domini.

1049.

Imperator nativitatem Domini Frisingae celebravit. Ibi iterum legati Romanorum, Bopponis papae[o] morte nunciata, rectorem Romanae ecclesiae postulabant. Quibus imperator Brunonem Tholosae[p. 17] episcopum dedit.

1050.

1049. Oct. Nov.

Leo papa propter componendum statum ecclesiarum et pacem Galliis[18] reddendam Roma egressus, Mogontiae[q] sinodum celebravit, praesidente[r. 19] imperatore cum 42 episcopis. Ubi Sibecho[s] Spirensis episcopus de criminibus, quibus accusabatur, sacra communione se purgavit; et dux Gotefridus interventu papae et principum gratiam impe-

a) opis 3. b) eum p. 6. c) serviret 3. d) c. R. 3. celebrat 2b. *plerumque.* e) a. in a. *des.* 3. f) *add.* de thuringia 4. in thuringia 5. g) Poleten celebrat 2b. h) prisinensem 3. 4. i) Babenberg 5. k) Hexelem 3. l) tradidit 1*. *corr.* contradidit 4. m) Ecbertus 1. Ekebertus 4. 5. n) *deest* 4. fuerat *deest* 1. 5? 6. o) *deest* 2b. p) Tolosae 1. q) moguntie 2b. *hoc loco.* r) *legendum esse* praesente, *Krause suspicatus est.* s) Sibeche 1.

9) *bellum — sumsit.* Ita Sallust. Iug. 20, 5. 83, 1. Tacit. Ann. 2, 45. Hist. 2, 42. 3, 43—69. 5, 25. 10) Nimwegen. 11) cf. Wedekind Noten 2, 8. p. 407. 12) Superest nomen Rineburg tenui in vico in laeva Rheni ripa eo fere loci ubi olim Romanorum castellum Matilo. STRUVE. 13) Guntherus eremita potius obiit ann. 1045. d. 9. Oct. vid. Wedekind Noten 2, 8. p. 400 sq. 14) Sed imperatori iam antea Clementis II. mors nuntiata fuisse videtur; cf. Pagi a. 1048. N. I. Stenzel Gesch. Deutschl. unter d. fränk. Kaisern II, 223. 15) Brixiensem, qui Damasi II. nomen assumsit, et a d. 17. Iul. ad 8. Aug. 1048. quo Palestrinae mortuus est, sanctam sedem occupavit; cf. Höfler Päpste I, 270. 271. 16) Herimanno Hacilinus; idem nomen est quod Hartwigus. 17) Tullensem. 18) Gallias noster Germaniam Alpibus Rhenoque propinquam intelligit. KR. 19) Alii scriptores hanc synodum rectius referunt ad mensem Novembr. a. 1049. Vid. I. A. Schmidii diss. de con-

ratoris obtinuit. Expleta sinodo, imperator expeditionem movit super Balduwinum[a]; papa vero reditum eius Aquisgrani expectavit.

1051.

Imperator nativitatem Domini Wormaciae celebravit[20]; ubi Leo papa ei valefaciens, mediocriter compositis et causis ecclesiasticis et regni negociis, Romam reversus est, abducens[b] secum Gotefridum ducem et fratrem eius Fridericum, qui Gebehardo[c] postmodum in sedem apostolicam[d] successit; item alios quam plures, tam clericos quam laicos, in re militari probatissimos, quorum virtute Nortmannis[e], qui Apuliam occupaverant, obviam ire parabat.

Consecrata est ecclesia in Goslare[21] ab Herimanno Coloniensi archiepiscopo.

Imperator pentecosten[f] celebravit Podelbrunnum. Ubi Bardo archiepiscopus[f*], ad missam habito sermone, obitum suum instare praedicens, orationi fidelium se commendavit; qui eodem mense decessit, eique Liutpoldus[g] successit.

Mai. 19.

Dietericus Constantiensis episcopus obiit; cui Rumolt successit. Hunfridus Magadaburgensis[h] episcopus obiit; cui Engilhardus[i] successit.

Natus est imperatori filius Heinricus quartus rex[k], 3. Idus Novembris[22].

1052.

Imperator nativitatem Domini Polethe[l, 23] celebravit. Ubi filio suo Heinrico, adhuc catecumino[m], principes regni sub iuramento fidem promittere fecit. Pascha celebravit Coloniae[24], ibique praedictus puer ab Herimanno, eiusdem civitatis archiepiscopo, baptizatus[n] est.

1051. Mart. 31.

Ruodolfus[o] Podelbrunnensis episcopus obiit; cui Immed[p] successit.

1053.

Imperator nativitatem Domini Goslariae[25] celebravit, ubi et Immed[r] consecratus est a Liutpoldo[s] archiepiscopo. Ibi[t] quoque per Gotefridum[u] ducem heretici deprehensi sunt et suspensi.

Leo papa profectus contra Nortmannos[v], conserto[w] cum eis prope Beneventum praelio[26], et fugientibus statim in prima congressione Longobardis, Teutonici[x] omnes pene[y] ad unum interfecti sunt. Ipse quoque obsessus est in Benevento, et vix tandem post multas tribulationes obsidione liberatus, cunctos dies[*], quibus supervixit tantae calamitati, in luctu et moerore egit.

Eo tempore Fridericus, frater Gotefridi, Romanae ecclesiae archidiaconus, Constantinopolim[a], apostolicae sedis functus legatione, abierat. Ubi indicta sinodo cum imperatorem Constantinopolitanum et patriarcham evocasset, et illi primatus sui maiestatem vendicantes, dicto obtemperare dedignarentur[b], egressus[c] urbem, sandalia[d] sua[e] more apostolorum publice super eos excussit. Quo facto, tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, ut imperator et patriarcha cum clero et populo sequenti die, sacco

Act. 13, 51.

a) balduuinum 1. b) secum abducens 3. *in marg.* c) Gebehardum 1. d) sede apostolica 5. e) Normannis 3. f) penthecost. 3. 4. *semper fere.* Podelbr. celebrat 2b. f*) a. Moguntinus 2b. g) lucipoldus 3. h) *ita* 1. Magdaburgensis 4. Magdeburgensis 3. *semper fere.* i) engelhardus 1. 4. 5. k) *deest* 3. l) Polete 2b. m) cathecumino 3. caticumino 1. 4. 5. n) baptisatus 3. 4. *saepius.* o) rudolfus 1. 4. Rodulffus Polbrunnensis 3. podebruñ 5. p) Humedt 3. r) humed 3. s) Lupoldo 3. Luitpoldo 1. t) Ibi — et suspensi 1. *infra habet post* adorarent. *Hoc loco vero etiam* 1b. *ea legit.* — et suspensi *desunt* 4. u) gotifridum 4. v) Normannos 3. *semper fere.* w) contulit c. e. p. b. signa 1. x) theutunici 3. y) *deest* 5. *) cunctis diebus 3. a) constantinopoli 1. b) dignarentur 5. c) regressus 1. d) scandalia 4. e) suo 3.

ciliis Moguntin. in Ioannis scriptor. rer. Mogunt. Tom. nov. p. 290 sqq. 20) Imperator neque a. 1051. (1050.) neque a. 1050. (1049.) nativitatem Domini Wormatiae celebravit; illo Goslariae (Herim.) vel Polithe (Ann. Altah.), hoc vero Polithe (A. Alt.), quo tempore papa Leo iam in itinere erat festumque sacrum Veronae exegit (Herim.). Quae hic narrantur ad a. 1054. (1053.) pertinent. W. 21) Cf. Ann. Saxo a. 1050. 22) a. 1050. Herim. 23) secundum Herimannum (et Ann. Alt.) Goslariae. Lambertus semper uno anno a vero recedit. 24) a. 1051. 25) Anno praeterito, hoc vero Wormatiae; quod Lambertus in a. 1051. retulit, duo Leonis itinera non discernens. 26) D. 18. Iun. ad Civitellam. Leo papa d. 23. eiusdem mensis Beneventum se contulit, et ibi usque ad d. 12. Mart. a. 1054. mansit.

et cinere obvoluti, ad eum procederent et apostolicam auctoritatem in eo proni in terram adorarent[a].

1052. April. 26. Marchio Italorum Bonifacius obiit. Cuius viduam Beatricem dux Gotefridus accipiens, marcham[b] et ceteras eius possessiones coniugii praetextu sibi vendiçavit. Quo comperto, imperator Heinricus gravi scrupulo perurgeri coepit, reputans, ne forte per eum animi Italorum, semper avidi novarum rerum[27], ut a regno Teutonicorum deficerent, sollicitarentur.

1054.

April. 19. Leo nonus papa 13. Kalendas Mai beato fine quievit in Domino, Romaeque sepultus est. Imperator interpellatus a Romanis, ut antistitem sedi apostolicae[c] provideret, Gevehardum Eihstadensem[d] episcopum misit[e]; datisque clanculo[i] litteris ad omnes, qui in Italia opibus aut virtute militari plurimum poterant, deprecabatur eos, ut ducem Gotefridum, ne quid forte mali contra rem publicam machinaretur, observarent; promittebatque, se ipsum vita comite proximo anno affuturum, et quid facto opus esset, visurum.

Huic[28] subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cum ipse post consecrationem levare vellet nec posset, a Domino causam facti inquisiturus, cum[f] populo ad orationem prosternitur, statimque toxicator a demone arripitur[g]. Ita igitur causa manifestata, domnus[h] papa calicem cum sanguine dominico cuidam altari iussit includi et pro reliquiis in perpetuum conservari. Deinde iterum cum populo tam diu ad orationem prosternitur, quousque subdiaconus a demonio liberaretur.

Fridericus archidiaconus Constantinopoli[29] regressus, ubi comperit, Leonem papam humanis rebus excessisse et alium iam ecclesiastici regiminis iura suscepisse, dona quidem, quae ab imperatore Constantinopolitano[k] permagnifica deferebat, ecclesiae Romanae consignavit, et statim Urbe excedens, in monasterium Casinum[l] se contulit, ibi deinceps Christo sub sanctae professionis titulo militaturus. Quod factum male plerique interpretabantur. Sed nemo qui sanum sapiebat aliter hoc eum quam ardore fidei et taedio secularium negociorum fecisse credebat, praesertim cum eodem tempore et longi itineris labore exhaustus et gravi corporis molestia pulsatus, diu se posse vivere desperaret.

Azelinus Hildenesheimensis episcopus obiit; cui Hecelo[m] successit. Sibicho[n] Spirensis episcopus obiit; cui Arnoldus successit. Hezeken[o] Babenbergensis episcopus obiit; cui Adalbero[p] successit.

Iul. 17. Imperatoris filius Heinricus consecratus est in regem Aquisgrani ab Herimanno[q] Coloniensi archiepiscopo, vix et aegre super hoc impetrato consensu Liupoldi[r] archiepiscopi, ad quem propter primatum Mogontinae[s] sedis consecratio regis et cetera negociorum[t] regni dispositio potissimum pertinebat. Sed imperator potius Herimanno archiepiscopo hoc privilegium vendicabat propter claritatem generis eius, et quia intra[u] diocesim ipsius consecratio haec celebranda contigisset[30].

1055.

Heinricus imperator nativitatem Domini Goslariae celebravit, statimque exactis feriis solemnibus, in Italiam perrexit, vocatus eo[v] legatione Romanorum, qui nunciaverant, nimium in Italia contra rem publicam crescere opes et potentiam Gotefridi ducis, et nisi turbatis rebus mature consuleretur, ipsum quoque regnum propediem ab eo, dissi-

Mart. mulato pudore, occupandum fore. Sed ubi Italiam ingressus est, dux Gotefridus, missis in occursum eius nunciis, mandavit, nihil se minus quam rebellionem cogitare, paratum

a) 1. *add.* Ibi — suspensi *quae supra.* b) marchiam 3. c) apostolice sedis 3. d) einstadensem 1. 3. 4. 5. e) 3. 4. 5. *add. quae infra* Huic — liberaretur *et pergunt* Imperator quoque datis clanculo. f) *bis scriptum* 4. g) corripitur 3. h) *ita* 1b. dominus *rell.* i) clanculum 3. k) Const. imperatore 4. l) Cassinum 3. m) hecelo — obiit cui *desunt* 3. n) Siuiko 1. o) Hezeleen 3. p) adelbero *omnes.* q) Herimano a. C. 2b. r) Lupoldi 5. s) mogontie 4. 5. *corr. ut videtur* mogontine 3. t) negotia atque r. 3. u) inter 4. v) et 3. ea 5.

27) *avidi rer. nov.* cf. Liv. 22, 21: *Ingenia ad res novas avida.* 28) scilicet papae. Eadem verba apud Bernoldum anno sequenti leguntur; cf. praefationem supra p. 147. 29) ubi hoc anno mense Iun. concilium habitum fuit. 30) Vid. I. G. Reuter über die Krönungsmünzen der röm. Könige Rudolph I, Adolf, Albert I. u. Heinrich VII. (Nürnb. 1804. 8.) p. 21.

potius pro statu rei publicae et imperatoris salute extrema etiam[a] omnia experiri[31], gratum[b] se habere, quod patriis finibus extorris[c. 32], patriis possessionibus[d] eiectus, opibus saltem uxoris suae in peregrinatione sustentaretur; quam nec dolo nec rapto, sed ipsius placito, et celebratis solemniter nuptiis, in matrimonium sibi iunxisset. Beatrix quoque, dissimulato metu, imperatori obviam processit, et vix impetrata dicendi copia, ait, nihil se egisse praeterquam quod iure gentium sibi agere licuisset; destitutam se priori marito, desolatae domui patronum paravisse, et ingenuam ingenuo sine fuco nefariae cuiusquam machinationis nupsisse; nec aequi nec boni memorem eum esse, si id sibi pace eius non liceret, quod in imperio Romano feminis nobilibus semper licuisset. Imperator itaque, accepto a primoribus consilio, Gotefridum crimine absoluit, non tam probans satisfactionem eius, quam metuens, ne malis recentibus exasperatus, Nortmannis infestantibus Italiam ducem belli se praeberet, et fierent novissima eius peiora prioribus; Beatricem tamen, quasi per dedicionem acceptam, secum abduxit[e], hoc illi culpae obiciens, quod, contractis se inconsulto nuptiis, hosti publico Italiam prodidisset. Deinde anno integro intra[f] Italiam commoratus, cuncta quae rei utilitas exposcere videbatur magnifice pro loco et tempore ordinavit.

1056.

Guntherus tunc temporis cancellarius visionem vidit memoria dignam: Dominum[g] in solio maiestatis suae residere, et elevato in altum brachio, districtum gladium magno nisu vibrare, et circumstantibus dicere: *Reddam ultionem hostibus meis, et his qui oderunt me retribuam.* Quam visionem protinus mortalitas subsecuta[h] est principum regni. Eaque expleta, vidit eodem rursus scemate Dominum residere, et remisso iam in vaginam gladio et super genua sua reclinato, dicere circumstantibus: *Ignis succensus est*[i] *in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima.* Deuter. 32, 41. Ierem. 17, 4.

Herimannus[k] Coloniensis episcopus[k*] obiit; cui Anno Goslariensis praepositus successit. Feb. 11. Mart. 3.

Imperator regressus de Italia, sanctum pascha Podelbrunnae celebravit, brevique[l] commoratus in Goslaria, perrexit ad villam Civois[33], in confinio sitam regni Francorum ac Teutonicorum[m], colloquium ibi[n] habiturus cum rege Francorum. A quo contumeliose atque hostiliter obiurgatus, quod multa saepe sibi mentitus fuisset, et quod partem maximam[o] regni Francorum, dolo a patribus eius occupatam, reddere tam diu distulisset; cum imperator paratum se diceret, singulariter cum eo conserta manu obiecta refellere, ille proxima nocte fuga lapsus[p], in suos se fines recepit. April. 7.

Imperator nativitatem[q] sanctae Mariae Goslariae celebravit, ibique Victorem papam, qui et Gebehart, magnifico apparatu suscepit hospicio, collectis scilicet ad ornandam tantae diei solemnitatem cunctis pene regni opibus et principibus. Inde profectus Botfelden[r. 34], cum ibi aliquamdiu venationi deditus moraretur, comperit, Willihelmum marchionem et Diotericum comitem cum infinita multitudine Saxonici exercitus, quos contra Luticios miserat, male gestis rebus, occubuisse[s]. Nec multo post ipse corporis molestia[t] correptus, cum septem aut eo amplius diebus lecto decubasset, diem clausit extremum. Praesentes erant, quasi ad officium tanti[u] funeris ex industria evocati, Romanus pontifex, Aquileiensis[v] patriarcha, patruus[w] imperatoris Ratisponensis episcopus, item innumerabiles[x] tam laici quam ecclesiastici ordinis[y] dignitates; notatumque est, nulla retro maiorum memoria sine publica indictione tot illustres personas in unum confluxisse. Corpus eius Spiram translatum est; et celebratis regio more exequiis, die Sept. 8. Oct. 5.

a) *deest* 3. b) se g. 3. c) et terris 3. d) successionibus 4. e) duxit 4. f) inter 4. g) Deum 3. 5. h) secuta 3. i) *deest* 4. k) Herimannus — successit 3. 4. 5. *infra habent. Sed videntur hic recte collocari, quoniam scriptor etiam in seqq. ordinem chronolog. mensium servavit.* 2a. *ea post* suscepit hospicio *collocavit.* k*) archiepiscopus 3. l) temporis *add.* 3. m) teutunicorum 5. n) *deest* 5. o) magnam 5. p) elapsus 3. q) nat. D. Goslarie 2b. r) in Verbotfelden 3. s) obcubuisse 1. t) modestia 4. u) *deest* 4. v) aquilegiensis 1. w) et p. 1. 5? et p. i. Gebehardus R. 1b. x) i. aliae inn. 1. et alii (?) 1b. y) *deest* 3. *ubi* dignitatis.

31) *extrema omnia experiri*, Sallust. Cat. 26, 5. 32) *patriis finibus extorris*, ita etiam a. 1071. Cf. Sallust. Iug. 14, 11. extr.: *extorris patria domo* etc., Tacit. Ann. 6, 36: *sedibus extorris*, Duker. ad Hor. 3, 13, 4. 33) Ivois, Ipsch. Colloquium etiam ibi habuit Heinricus III. imp. cum rege Francorum d. 13. Oct. a. 1048. 34) ad Bodam supra Quedlinburgum.

Oct. 28. natalitio apostolorum Simonis et Iudae, quo scilicet die etiam natus fuerat, sepulturae est traditum. Regnum pro patre obtinuit filius eius Heinricus quartus, quinque annorum infantulus, anno postquam in regem unctus fuerat tercio. Summa tamen rerum et omnium[a] quibus facto opus erat[35] administratio penes imperatricem remansit, quae tanta arte periclitantis rei publicae statum tutata est, ut nihil in ea tumultus, nihil simultatis 5 tantae rei novitas generaret.

Arnoldus Spirensis episcopus obiit; cui Counradus[b] successit[c].

Counradus[b], filius imperatoris, dux Baioariae obiit. Ducatum eius imperator imperatrici dedit, privato iure, quoad vellet, possidendum.

Dedi palatinus comes[36] a quodam clerico Premensi occisus est, quem a fratre suo 10 archiepiscopo[e.37] susceperat pro criminibus quae ei obiciebantur exilio deportandum; sepultus est[f] iubente imperatore[g] in Goslaria.

Willehelmo marchioni successit Uodo[h] comes, vir valde industrius et regi consanguinitate[i] proximus[38].

1057.

15

Rex nativitatem Domini Ratisponae celebravit, praesente adhuc Victore papa. Qui exinde, compositis mediocriter, prout tunc copia erat, regni negociis, in Italiam regressus, 5. Kalendas Augusti migravit ad Dominum. Eihstatensem[k] episcopatum, quo se ille papa factus non abdicaverat, Gunzo suscepit. Tum vero universi, quicquid principum, quicquid plebis Romanae erat, uno animo, pari voluntate, in electionem consen- 20 serunt Friderici, fratris Gotefridi ducis, extractumque de monasterio Casino[l], ubi lucerna Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. Dei ardens et lucens sub lecto monasticae quietis delitescebat, super candelabrum extulerunt sedis apostolicae. Nec quisquam sane multis retro annis laetioribus suffragiis, maiori omnium expectatione, ad regimen[m] processerat Romanae ecclesiae. Sed tantam Aug. 2. spem, heu! frustrata est mors immatura. 25

Uoto[n] marchio[39] obiit; cui filius[o] eius, Uoto[n] iunior, successit.

Principes Saxoniae crebris conventiculis agitabant de iniuriis, quibus sub imperatore affecti fuerant, arbitrabanturque[p], pulchre sibi[q] de his satisfactum fore, si filio eius, dum adhuc aetas oportuna iniuriae esset, regnum eriperent; nec procul ab[r] fide aberat, filium in mores vitamque patris pedibus, ut aiunt, iturum esse. Accessit ex insperato 30 magnum turbandis rebus adiumentum Otto, frater Willehelmi marchionis, sed matrimonio impari, matre scilicet Slavia[s.40], natus, vir acer ingenio[t] et manu impiger. Is apud gentem Boemorum iam a puero exulaverat; sed comperta morte fratris, magna spe obtinendae hereditatis regressus in Saxoniam, a cunctis illic principibus benigne excipitur[u], magnisque omnium adhortationibus[v] instigatur, non modo marcham[w], quae sibi 35 iure hereditario competeret, sed ipsum quoque regnum affectare[41]. Ubi alacrem paratumque negocio advertunt, fidem[x] omnes dicunt; suas quique[y] manus, suam operam pollicentur; regemque, ubicumque fortuna oportunum fecisset, interficere constituunt. Perculsis metu omnibus, quibus rerum publicarum sollicitudo aliqua erat, et magnopere intentis ad sedandam turbam quae oriebatur, placuit, regem ocius in Saxoniam venire, 40 et periclitanti rei publicae, quaqua posset[z] ratione, consulere. Itaque nativitatem sanctorum apostolorum Petri et Pauli Mersenburg[*] celebraturus[a] erat. Eo, quicquid principum Iun. 29. erat in Saxonia, ad colloquium evocari iussit. Quo dum pergerent, pro sua singuli copia magna militum manu stipati, contigit, ut Brun et Eggeberdus[b], patrueles regis,

a) omnibus 3. b) cunradus *omnes*. c) 3. 4. 5. *addunt:* Herimannus — successit *quae supra*. e) archieps 4. 45 f) *deest* 4. 5. g) rege 3. h) Vdo *omnes*. i) consanguinitati 5. k) einst. 1. 3. 4. 5. l) Cassino 3. m) regnum 3. 5. n) Vto *omnes*. o) f. e. *desunt* 4. p) que *deest* 4. q) de h. s. 3. r) a 3. s) Sclavica 1. 1b. t) ingenii 3. u) accipitur 1. v) exhortationibus 5. w) marchiam 3. 5. x) f. illi 6. y) quisque 1. z) posse 4. *) in Ersenburg 1. a) c. e. M. 3. b) Ecberdus 1. Egebertus 3. *et ita infra*.

35) *quibus facto opus erat.* Hac formula dicendi saepissime utitur noster ut a. 1066 (bis), 1073 (bis), 1074. 1075. 1076 (quater), 1077. cf. Terent. Adelph. 5, 9, 39. 36) Friderici I. et Agnetis filius; cf. libellum de fundat. monast. Gosec. c. 9. 37) Adelberto. 38) Cf. Ann. Saxonem h. a. 50 39) aquilonalis; cf. Gebhardi aquil. marchiones p. 48. 40) germ. *unfrei;* cf. de Fürth Ministerialen p. 69. 41) *regnum affectare*, cf. Sallust. Iug. 66, 1. Tacit. Ann. 2, 88.

casu inciderent in multitudinem praedicti Ottonis, conglobato agmine ad curtem[a] regiam proficiscentis. Hi praeter causam publicam privatis quoque inimicitiis infestissimi illi erant. Nec mora, dato militibus signo ad pugnam, equis subdunt calcaria, et pari utraque pars audatia, paribus odiis in mutua vulnera ruunt. Ibi in prima fronte Brun[b] et
5 Otto, ambo pleni irarum[42], ambo sui tegendi[c] immemores, dum hostem ferirent, tam concitatos in sese vicissim impetus dederunt, ut uterque alterum primo incursu equo excussum, letali vulnere transfoderet. Amissis ducibus, aliquamdiu utramque aciem anceps pugna tenuit. Sed Eggeberdus[d] quamquam graviter saucius, dolore tamen interempti fratris efferatus, rapido cursu in confertissimos hostes praecipitem se mittit, Bernhardi
10 comitis filium, egregium adolescentem[e], sed vixdum militiae maturum, interficit; ceteros[f] languidius, quoniam ducem perdidissent, pugnantes, in fugam convertit. Sic res publica maximo metu liberata est, et Saxones, adempto rebellionis signifero, nihil ulterius quod secus esset contra regem moliti sunt.

Cuono[g], cognatus regis, dux factus est Carentinorum[h]. Frater eius Heinricus, pala-
15 tinus comes Luthariorum, instinctu demonis monasticam vitam professus est in Gorzia. Sed post paucos dies, vulgante se demonio quo illusus fuerat, sanctae conversationis habitum, quo se angelus sathanae in angelum lucis transfiguraverat[i], abiecit, uxoremque suam et possessiones, desertor Dei et transfuga, recepit.

1058.

20 Rex nativitatem Domini Mersinburg[k. 43] celebravit, aderatque ibi[l] inter alios regni principes etiam Hildibrant[m] abbas de Sancto Paulo[44], mandata deferens ab[n] sede apostolica, vir et[o] eloquentia et sacrarum litterarum eruditione valde admirandus[p].

Ego N.[q] vulgatam toto orbe abbatis Meginheri placitam Deo conversationem aemulatus, rei familiaris curam, ne in via Dei praegravarer, abieci, sanctamque vestem ab
25 eius sanctissimis manibus Idibus Marcii, heu! nimium impar tali armaturae, suscepi.

Piae memoriae Stephanus[r] papa, qui et Fridericus, cum in civitate Florentia[s] moraretur, 4. Kalendas Aprilis naturae mortali debitum solvit, et vere, ut speramus, de[t] hac convalle[u] lacrimarum[v] ad gaudium transiit angelorum. Indicio sunt signa et prodigia, quibus sepulchrum eius in eadem civitate usque hodie divinitus illustratur. Sedem apo-
30 stolicam protinus, inconsulto rege et principibus, invasit Benedictus quidam Lateranensis[w], adiutus factione popularium, quos pecunia corruperat.

Mart. 29. Psalm. 83, 7.

Otto de Suinfurde[x] dux Suevorum[y] obiit[z]. Ducatum eius Ruodolfus[*] obtinuit, et ut regi in dubiis tunc rebus ex affinitate devinctior fideliorque in rem publicam foret, soror quoque regis ei desponsata est, tenera adhuc aetate, traditaque est episcopo Con-
35 stantiensi nutrienda, dum thoro coniugali maturesceret[a].

Cuono[b] dux Carentinorum, contractis ingentibus copiis, ad occupandum ducatum suum, quem tanto tempore metu rebellionis non inviserat[c], primam profectionem parabat; sed morte praeventus, coeptum iter[d] non explevit.

Ego N.[e] presbiter ordinatus sum Ascafnaburg in ieiunio autumnali a Liupoldo archi-
40 episcopo, statimque peregrinationem Hierosolimitanam[f] aggressus sum zelo Dei; sed utinam secundum scientiam[45]!

Ecberdus[g], qui et Eppo, abbas Fuldensis 15. Kalendas Decembr. obiit: cui Sigefridus, eiusdem coenobii monachus, successit.

a) curte 3. b) Bruno 3. c) tangendi memores 3. d) Eggebertus 4. 5. e) adulescentem 1. f) ceteros
45 l. quam d. p. pugnantes in f. c. *in marg. post add.* 4. g) Cuno 3. h) Carenthinorum 3. i) transformauerat 3. k) *ita* 1. 3. 4. l) *deest* 4. m) Hildebrant 1. Hiltibrandt 3. n) a 3. o) *deest* 3. p) amm. 1. 4. q) Lampertus 4. 5. r) Steffanus 4. s) florentina 4. t) *deest* 5. u) lacrimarum valle 4. v) miseriarum 1*. w) latranensis 4. x) Suuiforde 3. Suuinfurde 4. 5. y) Suueuorum 4. Suueciorum 5. z) abiit 3. *) Rudolphus 3. *saepius;* rudolfus *rell.* a) maturescere 5. b) Cuno 3. c) invaserat 1*. 3. 4. d) tunc 4. e) Ego enn. 5.
50 f) ieros. 3. 4. 5. *semper.* g) Egbertus 3. 5.

42) ita a. 1075: *irarumque plenus.* 43) Goslariae, Ann. Altah. 44) monasterio Romano. 45) Cf. a. 1075. de Hermanno Babenbergensi: *zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam;* Piderit in comm. de Lamberto p. 11. haec interpretatus est, ipsum in errore fuisse, plus boni inde sperasse quam invenisse.

1059.

Nativitatem Domini in civitate Marouwa[a] celebravi, in confinio sita Ungariorum et Bulgariorum[46].

Romani[47] principes satisfactionem ad regem mittunt, se scilicet fidem, quam patri dixissent, filio, quoad possent, servaturos, eoque animo vacanti Romanae ecclesiae pon- 5 tificem usque ad id tempus non subrogasse; eius magis super hoc expectare sententiam; orantque sedulo, ut quem ipse velit transmittat; nihil eius ordinationi obstare, si quis Ioh.10,1. non per legittimae electionis[b] ostium, sed aliunde ascendisset in ovile ovium. Rex, habita cum primoribus deliberatione, Gerhardum Florentinum episcopum, in quem et Romanorum et Teutonicorum[c] studia consenserant, pontificem designat, Romamque per 10 Gotefridum[d] marchionem transmittit. Ita Benedicto, qui iniussu regis et principum sacerdotium usurpaverat, reprobato, Gerhardus, qui et Nicolaus, pontificatum obtinuit. Is[e] eodem anno ab abbate Meginhero[f] interpellatus propter decimationes Saxoniae, litteras et mandata direxit Burchardo Halberstadensi episcopo, ne statutos patrum terminos transgrederetur, neu monasterium Herveldense superfluis concertationibus inquietaret; 15 si pergeret molestus esse, necessario se apostolicae[g] auctoritatis virga usurum adversus eius inobedientiam, praesertim cum monasterium illud sub iurisdictione esse Romani pontificis tot praedecessorum eius privilegia testarentur. Abbati quoque epistolam scripsit verbis consolatoriis, quae usque in praesentiarum in cartario servatur Herveldensis monasterii[48]. 20

Ego, exacta peregrinatione Hierosolimitana, 15. Kalendas Octobris ad monasterium reversus sum, et quod in omni illa profectione mea praecipuum a Deo postulaveram, Meginherum[h] abbatem superstitem inveni. Timebam scilicet, quoniam sine benedictione illius profectus fuissem, si offensus inreconciliatusque decessisset, magni criminis reum[i] me teneri apud Deum[k]. Sed non abfuit propicia divinitas redeunti, quae tanto illo 25 itinere saepe usque ad ultimam necessitatem periclitatum misericordissime texerat. Incolomem reperi[l]; peccato[m] indulsit; et quasi ex inferis redivivus emergerem, sic obviis[n], ut aiunt, manibus[49] me gratulabundus excepit. Mirum autem in modum, diceres, vitam eius absolutioni meae ex industria servatam fuisse: eodem die[o], quo me crimine absolverat, febre correptus est, et sic per octo dies gravi aegritudine decoctus, 6. Kalendas 30 Octobris, feliciter consummato cursu, quievit in Domino; vir magnarum in Christo virtutum, et vere — quod omnium modernorum abbatum[p] pace dixerim — unicum sua aetate in Teutonicis regionibus recte ac monastice vivendi exemplar[50].

Is, ut praedictum est, cum Burchardo Halberstadensi episcopo diuturnam traxerat litem propter decimationes Saxoniae, quas ille Herveldensi monasterio ereptas, per occa- 35 sionem episcopalis regiminis sibi vendicabat. Contra cuius improbitatem cum nec forenses nec ecclesiasticae leges quicquam valerent, et abbas, saepe querimonia in ius relata, surdis tribunalibus fabulam narrasset[51]: tandem brevi antequam vita excederet, mandavit ei per Fridericum palatinum comitem, se quidem tamquam viribus imparem causa cadere, Deo tamen vires ad tuendam aequitatem non defuturas esse; proinde 40 parati ambo essent, ut intra[q] paucos dies ad tribunal aequissimi iudicis Dei causam dicerent; victurum ibi esse, non qui plus posset, sed cuius causa iustior esset. Nec fefellit

a) Maroiuua 3. Marouinia 5. b) ordinationis 4. c) theutonicorum 5. d) gothefr. 3. e) ab *add. sed del.* 4. f) Mehingero 3. Herveld. *add.* 4. Herffeldensi 5. g) *deest* 4. h) Mehingerum abbatem abbatem 3. i) me reum a. d. t. 3. me t. reum 4. k) dominum 1. l) repperi 1. 4. 5. m) peccatum 4. n) obvius 4. o) *deest* 5. 45 p) *deest* 3. q) inter 4.

46) Civitas Marouwa est hodie Nissa in Servia ad Nissam s. Nissavam fluvium, qui non longe ab hac urbe cum Morawa fluvio iungitur. KR. Sed in mappis geographicis invenitur etiam locus *Morawa* ad eundem fluvium in via a Nissa ad Albam graecam (Belgrad) situs. 47) Haec ad annum praeteritum pertinere iam monuit Stenzel I. p. 197. n. cf. Ann. Altah. 48) Haec epistola non ad nostra tempora pervenisse videtur, quum nusquam eius mentio fiat. 49) ita etiam a. 1076: *obviis, ut dici solet, manibus.* 50) Cf. Lamberti histor. Hersfeld. supra p. 140. 141. 51) *surdis trib.* (a. 1063. et 1074 fin. *auribus*) *fabulam narrare,* Terent. 50 Heaut. 1, 2, 48. Horat. Ep. II, 1, 199. Stat. Theb. 8, 557. De hoc proverbio vid. Liv. 4, 8, 10. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 2, 1, 10. (1, 3, 10. ed. Schmieder.) interpr. ad Propert. 4, 8. 47: *surdo cantare,* Virg. Ecl. 10, 8: *surdis auribus canere.* 55

eventus. Nam post dormitionem[52] abbatis pauci dies intercesserant; et ecce! episcopus[53], cum praedictae rei gratia sinodum indixisset, et admoto iam equo illuc properare vellet, repente divina animadversione ictus corruit, reportatusque ad cubiculum, ascitis ocius presbiteris suis, per Deum obtestabatur, ut decimationes suas Herveldensi monasterio restituerent atque omnem in perpetuum super hac re litem praeciderent[a], scirentque, cunctis qui eadem temptassent sic infeliciter rem cessuram ut sibi cessisset, qui iniustae exactionis tam acerbum vindicem ipsum experiretur Deum[a*]. Cumque Magadaburgensis et Hildinesheimensis[b] episcopi visitatum eum advenissent, cum magno eiulatu fatebatur, se iuxta praedictum eximii abbatis ad tribunal Dei iam iam abripi et pro invasis rebus alienis rationem exigi, rogabatque obnixe, ut, missis Herveldiam nunciis, veniam sibi pro admisso supplices precarentur. Nec multo post, diruptis miserabili genere morbi visceribus, expiravit. Uoto[c] quoque archipresbiter eius, quo ille potissimum incentore in hanc[d] saevitiam[e] inarserat, quique exactor atque administrator[f] huius calumniae vehementissimus extiterat, eodem anno subitanea morte sine[g] confessione, sine sacra communione interiit, a diabolo, ut fama vulgatior loquebatur, suffocatus. Meginhero abbati 6. Idus Novembris substitutus est Ruothardus[h], Corbeiensis disciplinae[i] monachus, qui in monasterio Corbeiensi abbas quondam fuerat ordinatus, sed quorundam criminum postea, falso ut creditur, insimulatus, abbatia amissa, nonnullos per diversa monasteria privatus[k] iam exegerat annos. Burchardo episcopo successit Bucco[l] Goslariensis praepositus[54]. Qui praecessoris sui recenti adhuc exitio conterritus, ab infestatione Herveldensis monasterii temperabat. Minabatur tamen plerumque, magna se facturum; sed ultra verba non processit.

Oct. 17.

Liupoldus[m] archiepiscopus Mogontinus[n] 7. Idus Decembris obiit, relicto in monimentum sui monasterio sancti Iacobi, quod propriis impensis extruxerat Mogontiae foris murum in monte qui dicitur Speciosus[55]. Cui successit[56] Sigefridus abbas Fuldensis. Abbatiam vero[o] Wideradus obtinuit[p], eiusdem coenobii monachus, eiusdem quoque familiae oriundus.

Dec. 7. 1060. Ian. 6.

1060.

Rex nativitatem Domini Wormaciae[57] celebravit. Ubi et sinodus indicta fuerat. Sed excusantibus se[q] per infirmitatem et pestilentiam, quae tunc temporis vehementer grassabatur in Gallia, ad effectum non pervenit.

Sizzo[r] Verdensis episcopus obiit; cui Richbertus succcessit. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit; cui Otto successit. Counradus[s] Spirensis episcopus[t] obiit[u]; cui Einhart successit.

1061.

Andreas rex Ungariorum videns Belem, quendam propinquum suum[58], regnum affectare, et Ungarios a se paulatim ad eum deficere, uxorem suam et filium Salomonem, cui imperator filiam suam[59], parvulo parvulam[v], desponderat, cum multis opibus ad regem Heinricum transmisit, petens, ut et sibi misso exercitu subveniret, et suos,

a) presciderent 3. a*) dominum 1. deum experiretur 3. b) hildenesheimensis 1. hildisheimensis 3. hildimesh. 5. c) Vto *omnes.* d) *deest* 5. e) sentenciam 3. sententiam exarserat *Nic. de Sygen.* f) administer 1. 5? minister *Nic. de Syg.* g) s. c. *desunt* 3. h) Ruthardus 3. i) d. m. q. in m. c. *desunt* 5. k) *deest*, iam *post addito* 4. l) Burco 4. 5. m) Luipoldus (?) 2b. Lupoldus 1. 3. 4. 5. n) moguntinus 3. *saepius.* o) *deest* 2b. p) optinuit 2b. 4. 5. *saepius. Sed plerumque libri manuscripti cum* 1. *habent* obtinui, *quod retinendum duxi* (W.) q) ii quibus indicta erat *add.* 5. episcopis *suppl.* 1. r) Sitto 1. Sizo 3. s) cunradus 1. 3. 5? cōnradus 4. t) *deest* 4. 5. u) moritur, in cuius locum Einhart promovetur 1. v) paruula 5.

52) obitum. 53) Quae h. l. de Burchardi obitu narrantur, suspectae sunt fidei, quum noster nimis favisse Hersfeldensium partibus et haec odio illius episcopi permotus literis mandasse videatur. Cf. Leuckfeld. antiq. Halberstad. p. 445—447. 54) Lenzius in hist. Halberstad. p. 41. dubitat, an Bucco prius Goslariensis praepositus fuerit, sed haec res firmis argumentis stabilitur a Delio (ap. Ledebur Archiv. Vol. V. fasc. 1. p. 41. 55) Monasterium S. Iacobi Benedictinorum, ad Moguntiae muros, postea intra urbis propugnacula, vulgo *auf der Schanze,* prope saxum glandiforme (Eichelstein, montem s. collem Drusi) iam a. 1030. a. Bardone archiep. aedificari coeptum, sub Lupoldo a. 1055. finitum et dedicatum est. Cf. Ioann. ad Serar. T. I. p. 77. 494 sqq. T. II. p. 113. 799. 828. et de anno quo Lupoldus obiit eund. T. I. p. 495. 56) Anno sequenti, quum epiphaniam rex Ottingae celebraret, Ann. Altah. 57) Frisingae, Ann. Altah. 58) Latuisse videtur Lambertum, Belem Andreae fratrem fuisse. — Haec vero Ann. Altah. ad a. 1060. referunt. 59) Sophiam.

donec rebus tranquillitas redderetur, servaret. Rex Willihelmum[a] marchionem Thuringorum et Epponem Citicensem episcopum cum duce Boemorum et exercitu Baioarico illuc misit. Sed marchio et episcopus priores Ungariam ingressi, non expectato[b] duce Boemorum, cum Bele signa contulerunt, atque infinitam multitudinem Ungariorum peremerunt. Deinde cum ex[c] omni parte Ungarii ad ferendum suis auxilium frequentes confluxissent, videntes missi regis, tantae multitudini se numero et viribus impares esse, finibus hostium excedere volebant. Verum illi loca omnia, per quae exitus esse poterant[d], occluserant, tum ne quid cibi aut potus in[e] via reperiretur, providerant. Cumque insuper abeuntes crebra incursione infestarent, et illi semper periculum virtute propulsantes, magnas hostium strages darent, tandem diuturna caede exhaustis viribus, Andreas equo forte excussus, pugnantium pedibus est conculcatus; episcopus captus; marchio fame magis quam ferro expugnatus, se dedidit; cuius virtus tantae admirationi apud barbaros fuit, ut Ioas, filius Belis, pro illius tum gentis[f] moribus haut desperatae indolis adolescens, ultro patrem exoraret, non modo ut eum iure belli intactum sineret, sed etiam ut affinitate sibi iungeret, desponsata ei filia sua, sorore[g] Ioiade[h. 60].

Imperatrix ducatum Baioariae, quem post mortem Counradi[i] filii sui usque ad id tempus per se ipsam administraverat, Ottoni dedit[61], videns eum virum industrium et iuvandis regni negociis satis oportunum.

Heinricus, comes[k] palatinus Luthariorum, uxorem suam[62] manu propria interfecit, et sic tandem publicata evidentius infestatione demonis, quam diu dissimulaverat, missus est in monasterium Efdernachen[l. 63], ibique diuturna vexatione consumptus interiit.

1062.

Willihelmus[m] marchio reversus in Thuringiam, dum redire in Ungariam et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Oudalricus[n] marchio Carentinorum, cognatus eius, accepit; marcham Otto, frater eius, obtinuit. Sed is beneficia Mogontini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum et ceteros Thuringos ut idem facerent coacturum. Quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius et asserentibus, mori se malle quam patrum suorum legittima[o. 64] amittere[65].

Imperatrix nutriens adhuc filium suum, regni negocia per se ipsam curabat, utebaturque plurimum consilio Heinrici Augustensis episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, passim fama iactitante, quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent[p] familiaritatem. Ea res principes[q] graviter offendebat, videntes scilicet, quod propter unius privatum amorem sua, quae potissimum in re publica valere debuerat, auctoritas pene oblitterata fuisset. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conventicula facere, circa publicas functiones remissius agere, adversus imperatricem popularium animos sollicitare, postremo omnibus modis niti, ut a matre puerum distraherent et regni administrationem in se transferrent. Ad ultimum Coloniensis episcopus, communicatis[r] cum Ecberto[s] comite et cum Ottone duce Baioariorum[t] consi-
Mai. liis[u], navigio per Renum ad locum qui dicitur Sancti Suitberti[v] insula[66] venit[w]. Ibi tum[x] rex erat. Qui dum quadam die post solemnes epulas factus fuisset hilarior, hortari eum episcopus coepit, ut navim quandam suam, quam ad hoc ipsum miro opere instruxerat, spectatum procederet. Facile hoc persuasit puero simplici et nihil minus

a) Vuilehelmum 1. Willehelmum 2b. 3. b) expecto 4. c) *deest* 2b. d) poterat 1. 3. 5. e) in via *desunt* 4. f) i. turgentis 4. cum g. 1. g) *deest* 4. h) ioiada 6. i) cuonradi 4. 5. cunradi *rell.* k) c. p. *corr.* p. c. 4. p. c. 1. 5? l) Endernachen 3. 4. 5. m) *ita* 3. 4. 5. Willehelmus 2b. n) *ita* 2b. 4. 5. Vdalr. 1. 3. *semper.* o) *ita* 3. 4. 5. legitima 1. 2b? p) coaluisset 3. q) *deest* 5. r) communicato 3. 4. 5. s) egberto 3. t) Bauuariorum 4. u) consilio 3. v) Swittberti 3. Suuitberti 4. 5. w) venerunt 4. x) tunc 3.

60) Vid. de Hormayr Herzog Luitpold. Gedächtnissrede etc. München 1831. 4. ann. ad p. 31—33 et Wedekind Noten f. 2. p. 188—198., cui nomen Ioiada esse videtur genitivus voc. Ioas, pro Ioadis sive Ioadae. 61) de Nordheim, Saxoni. 62) Vid. supra a. 1057. Uxor Heinrici fuit Mathildis, Gozelonis I. Lotharing. ducis filia, tertio loco nata. 63) Epternach. 64) Vox Lamberto usitata pro: privilegia, praerogativae. KR. 65) Cf. de hoc litigio Wenck hist. Hass. III. p. 34. sqq. 66) Kaiserswerth, ubi S. Suibertus sepultus. STR. — *in loco qui Werida dicitur,* Ann. Altah.

[Mai] quam insidias suspicanti. Cumque navim ingressus fuisset, stipantibus eum his, quos episcopus factionis suae socios ac ministros paraverat, repente remiges insurgunt, remis incumbunt, navim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex nova rerum facie confusus, incertusque animi, nec aliud quam vim et necem sibi paratam arbitratus, in flumen se praecipitem dedit; citiusque eum aqua violentior suffocasset, nisi Ecbertus comes, dato post eum saltu, periclitantem, ipse quoque non minimum periclitatus, vix et aegre morti eriperet et navi restitueret. Exin[a] blandiciis quibus poterant delinitum, Coloniam perducunt. Cetera multitudo per terram subsequitur, criminantibus plurimis, quod regia maiestas violata suique impos facta foret. Episcopus, ut invidiam facti mitigaret, ne videlicet privatae gloriae potius quam communis commodi ratione haec admisisse videretur, statuit, ut episcopus quilibet, in cuius diocesi rex dum[b] temporis moraretur, ne quid detrimenti res publica pateretur, provideret, et[c] causis, quae ad regem delatae fuissent, potissimum responderet. Imperatrix nec filium sequi nec iniurias suas iure gentium expostulare voluit, sed in propria recedens[d], privata[e] deinceps aetatem agere proposuit. Nec multo post taedium passa aerumnarum seculi, domesticis quoque erudita calamitatibus, quam cito et velociter exsufflante spiritu Dei exsiccetur foenum temporalis gloriae, [Iesai. 40,7.8.] cogitavit seculo renunciare; statimque ad explendum quod cogitaverat praeceps abisset, nisi in ea impetum spiritus amici maturioribus[f] consiliis inhibuissent.

1063.

Rex nativitatem Domini Goslariae celebravit. Ubi ipsa die, dum ad vesperam sellae episcoporum locarentur, inter camerarios Hecelonis[g] Hildenesheimensis episcopi et camerarios Wideradi Fuldensis abbatis gravis concertatio oborta est, et primo iurgiis, deinde pugnis res gesta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi[h] Ottonis ducis Baioariorum, qui causam abbatis tuebatur, auctoritas[i] intercessisset. Causa vero talis erat. Consuetudo[k] erat in regno per multos retro maiores observata, ut semper in conventu episcoporum abbas Fuldensis archiepiscopo Mogontino proximus assideret[67]. Sed episcopus causabatur, neminem[l] sibi intra[m] diocesim suam post archiepiscopum debere praeferri, animatus ad hoc et opum gloria, qua[n] antecessores suos longe supergrediebatur, et temporis[o] oportunitate, quia, rege adhuc in puerilibus annis constituto, singuli quod sibi animus suggessisset facere impune poterant.

[1061. Iul. Nov. 1062.] Gerhardus papa, qui et Nicolaus, obiit. In cuius locum per electionem regis et quorundam principum Parmensis episcopus substitutus est, et Romam per Bucconem Halberstadensem episcopum missus. Cui redeunti pro praemio bene curatae legationis pallium dedit et alia quaedam archiepiscopatus insignia. Quod archiepiscopus Mogontinus ad obfuscandum sui prioratus fastigium factum interpretatus, indignissime tulit[68]. Sed per archiepiscopi Coloniensis interventum satisfactione accepta, quievit indignatio eius.

[Iun. 8.] Rex pentecosten[p] Goslariae celebravit[69]. Ibi[q] dum ad vespertinalem sinaxim[70] rex et episcopi convenissent, rursus de positione sellarum episcopalium tumultus exoritur, non fortuita, ut prius, concursione, sed praemeditata diu machinatione. Nam episcopus Hildenesheimensis[r] acceptae prius contumeliae memor, Ecbertum comitem cum expeditis militibus retro altare occuluerat[s]. Hi, audito tumultuantium camerariorum strepitu, ocius advolant, Fuldensium alios pugnis, alios fustibus caedunt, prosternunt, et de sacrario ecclesiae inopinato periculo attonitos facile proturbant[t]. Quibus ilico ad arma conclamantibus, Fuldenses, quibus arma in promptu erant, facto grege, ecclesiam irrumpunt, in medio chori psallentiumque fratrum manus conserunt, rem non iam fustibus sed gla-

a) Exinde 4. b) *ita* 3. 4. tunc 1. 5? c) et — responderet *desunt* 4. d) decedens 3. e) privatam 3. 5. f) *deest* 3. g) Hezelonis hildemensis 3. h) ni 5. i) non *add.* 4. 5. k) in regno p. m. r. m. consuetudo erat obs. 4. l) quod intra d. s. p. a. neminem sibi debere preferri 3. m) int' 4. n) quia 5. o) et temporis et loci opportunitate. *Nic. de Sygen.* p) penthecosten 3. 4. *semper fere.* q) Ubi 3. r) Hildehemensis 3. s) occultauerat 4. 5. t) perturbant 4. 5.

67) Abbates Fuldenses ideo hanc praerogativam sibi vindicasse videntur, quod archicancellariatus munere apud imperatricem iam tunc fungi solerent, proximum propterea a Moguntino locum sibi deberi rati, idem munus apud caesarem obeunte. 68) Cf. Ioann. ad Serar. T. I. p. 496. et scriptores ibi laudatos, quibus add. Leuckfeld. l. l. p. 455. et 680. n. 50. 69) Vid. Wedekind. Not. Vol. II. fasc. 8. p. 407. 70) Idem h. l. ac vesperae, s. decantatio horarum ad vesperam.

Iun. diis gerunt. Pugna atrox committitur, atque per totam ecclesiam pro ymnis et canticis spiritualibus vociferatio adhortantium et ululatus[a] morientium exauditur. Super altaria Dei tristes iugulantur hostiae, passimque per ecclesiam sanguinis currunt flumina, non legali, ut quondam, religione sed hostili crudelitate profusa. Episcopus Hildenesheimensis,[b] capto editiori loco, tamquam militari quodam classico, suos, ut fortiter praeliarentur, 5 hortabatur, et ne loci[c] religione ab armis terrerentur, suae auctoritatis et permissionis titulum obtendebat. Multi utrimque vulnerati, multi occisi sunt, inter quos praecipui erant Reginboto[d], signifer Fuldensis, et Bero, Ecberto comiti miles carissimus. Rex inter haec vociferans et sub obtentu regiae maiestatis populum[e] adiurans, surdis fabulam narrare[70] videbatur. Tandem monitus a suis, ut vitae propriae pugna excedens consu- 10 leret, vixque[f] inter constipatam artius multitudinem eluctatus, in palatium se recepit. Hildenesheimenses, qui instructi praemeditatique ad pugnam venerant, superiores efficiuntur. Fuldenses, utpote quos inermes inopinatosque subito exortae seditionis procella contraxerat, fusi fugatique atque[g] de ecclesia expulsi sunt. Fores ilico obserantur. Fuldenses, qui primo tumultu ad arma tollenda paulo[h] longius discurrerant, frequentes 15 armatique assunt, atrium ecclesiae occupant, aciem instruunt, ut de ecclesia progressos statim adoriantur; sed nox concertationem diremit. Postero die severissime habita quaestione, Ecbertus comes facile crimen removit, non tantum iuris et legum patrocinio, quantum favore et indulgentia regis, cuius patruelis erat. Totum accusationis pondus in abbatem versum est. Hunc, inquiunt, omnium quae acciderant caput fomitemque fuisse, 20 hunc[i] ad disturbandam quietem regiae curtis praemeditato furore venisse; argumento rei esse, quod tanta vi hominum, tanta bellici apparatus pompa instructus, nullo periculi metu urgente, eo venisset[k]. Tum vero urgebat et ille apostolicae sanctitatis ac Mosaicae mansuetudinis episcopus, qui tanti sanguinis effusione manus suas Deo consecraverat et violatae ecclesiae iniurias truculentius atque immitius quam rex suas persequeba- 25 tur. In quorum corpora prius ferro debachatus fuerat, ad perimendas horum animas gladio spiritus modo[l] fulminabat, praecidens tam defunctos quam eos qui caedi superfuerant de corpore ecclesiae. Abbatem praeter acerbitatem rei[m] quae acciderat odium quoque gravabat nominis monachi[n], quod inveterata malitia homines seculi[71] semper obfuscare atque opprimere conabantur. Sic undique impetitus, obpugnatus, oppressus, 30 post tot tantasque contumelias privatus abscessisset, nisi quem nec lex nec innocentia tueri poterant, pecunia tutata fuisset. Nam distractis ac dilapidatis[72] rebus Fuldensis monasterii, se suosque carissimo mercimonio redemit. Quantum regi, quantum auriculariis[73], quantum episcopo datum sit, haut satis certo comperimus. Cautum enim fuerat, ne passim vulgaretur. Hoc haut dubio constat, sic ea tempestate exhaustas atque attritas 35 esse illius monasterii opes, quae usque ad id temporis florentissimae erant cunctisque Galliarum ecclesiis eminebant[o], ut modo ibi prioris opulentiae vix monimenta reperias.

Abbas post haec, accepta licentia, Fuldam remeavit, amaro et confecto nimis super tantis calamitatibus animo. Et ecce! ibi acerbiori pene rerum asperitate excipitur, et Iob 20, 21. secundum prophetae[p] elogium, fugiens arma ferrea, incidit in arcum aereum. Fratres 40 Fuldenses a principio austerum eius et minus quam decuit populare ingenium offenderat. Auxit ipse invidiam et facem non minimam aemulationi[q] subdidit, praedia ecclesiae militibus improbe erogando[r] et victualia fratrum, priorum abbatum liberalitate statuta, minuendo. Murmurabant de his cottidie[s], et intestinis simultatibus quatiebatur monasterium. Tolerabantur tamen timore magis quam amore, ne scilicet, immature vulgata que- 45 rimonia, favor regis et principum eum tuerentur. At ubi nuncius acceptae in Goslaria cladis Fuldam venit, tum vero et[t] recentis vulneris dolore et praeteritorum memoria accensi, fremere omnes et se vicissim hortari[u], ut tantam temporis commoditatem divinitus oblatam non[v] negligerent; agendo negocio nihil praeter operam industriamque suam

a) ululancium 5. b) hildeneshemensis 3. *et infra.* c) loca 5. d) Regenbodo 1. Reginbodo 4. 5. reinbodo 1b. 50 e) *deest* 3. f) uix 4. g) *deest* 3. h) *deest* 4. i) hic 5. k) u. convenisset 5. l) *deest* 5. m) *deest* 3. n) monachici 1. o) imminebant 3. p) prophetie 5. q) emulacione 3. r) erongando 5. s) quottidie 3. *semper et ita plerumque etiam* 4. t) *deest* 4. u) cepere *add.* 3. v) *deest* 5.

70) cf. supra p. 160. n. 51. 71) i. e. laici. 72) *dilapidatis rebus*, cf. a. 1075: *thesauros dilap.*; Terent. Phorm. 5, 7, 4: *dilap. minas.* 73) Intelliguntur regis amici, qui aurem regis habebant; 55 eadem vox infra occurrit a. 1071. 1073. 1076.

deesse[a], urgeri hominem propriis iniquitatibus ad interitum; agerent nunc singuli pro virili portione, et se suumque monasterium liberarent acerrimo non patre sed hoste, qui Fuldense nomen, caelo prius aequatum, probro nunc ludibrioque cunctis exposuisset. Sic inflammatae seditioni tamquam oleum igni[74] addidit iniuria recentior. Reginboto[b], qui 5 in illa Goslariensi congressione occubuerat, equum unum magni precii fratribus Fuldensibus ob recordationem animae suae dederat, quem protinus abbas, ipsis inconsultis, laico cuidam dedit. Hunc efferatis animis, intemperatissimis clamoribus fratres repetunt; diu se tirannidem eius magis quam dominatum servili patientia tulisse, non ultra laturos fore; redderet ocius per vim erepta sibi alienae liberalitatis beneficia; si cunctaretur, 10 non iam[c] clandestinis[d] musitationibus se acturos, sed palam aditis tribunalibus divinam et humanam opem contra violentiam eius imploraturos. Abbati pondus malorum primo consilium respondendi ademerat. Dein[e] totus ad preces lacrimasque versus, orare et obtestari per Deum, ne iuxta vetus proverbium ignem gladio scrutarentur[75], ne Goslariensis contumeliae vulnus recens adhuc et necdum in cicatricem obductum novis dolo- 15 ribus exulcerarent; memorentur calamum[g] conquassatum[h] non conterendum[76], nec linum (Ies. 42, 3.) fumigans in favillas cineresque redigendum; parcerent, si minus existimationi propriae, at[i] calamitati eius et[i] miseriae, quae tanta esset, ut hostibus quoque[k] suis lacrimas[l] excutere posset; se, si angelus Domini persequens eum paululum remisisset, si ab tantis malis vita comite umquam[m] respirasset, non modo adempta redditurum, sed duplicatis 20 quoque muneribus cumulaturum. His qui aetate et sensu maturiores erant cito haec verba satisfecerant. Sed iuventus more suo nihil veniae, nihil laxamenti admittebat; diu simplicitati suae per mollia verba insultatum fuisse; fidem eius, tanto tempore, tot rebus spectatam, ultra[n] fallere non posse; eos mores, eam improbitatem hominis esse, quicquid urgentibus inpraesentiarum malis non fecisset, id, nisi iterum vis[o] adhiberetur, 25 perpetuo infectum fore; propterea se ab[p] iure suo non cessuros esse, donec ad expugnandam animi eius duritiam omnia divinae, omnia humanae opis suffragia pertemptassent. Abbas diu immoratus, ubi se videt nihil supplicando agere, nec copiam sibi esse ad reddenda quae exigebantur[q], praesertim exhaustis pene cunctis opibus monasterii, nec sufficientibus tamen ad exsaturandam ingluviem avaritiae eorum, qui in Goslariensi tu- 30 multu laesi fuerant: tandem regis iussione accersitus, ad curtim[r] regiam proficiscitur, dato necessariis suis negocio, ut terroribus et blandimentis, quaqua via possent, efferatae iuventutis animos mitigarent[s]. Sed hoc in irritum cessit. Denique post abscessum[t] eius principes iuventutis, quibus potissimum incentoribus tantum malum exarserat, totam adeunt[u] congregationem, indicant, animo sibi fixum esse, ut, eruptione facta de mona- 35 sterio, regem, ubicumque gentium reperiatur, perquirant, contra saevitiam abbatis eius potentiam[v] *patrocinium exposcant; orantque, ut quibus valitudo non obsistat secum proficiscantur, qui vero aetate vel morbo praegravante id non possint scripti sui astipulatione[w] factum eorum corroborarent.[x] Res foeda et dictu quoque horrenda visa est senioribus, fusique in terram, per Deum precabantur, ne se et ipsum Fuldensis spei 40 exiguum quod restabat perditum irent[77]; turbatam graviter Goslariensi clade rem Fuldensem; si ipsi monasterii limen ea mente excessissent[y], non turbandam modo, sed omnino in praeceps ituram. Nihil illi his sermonibus moti — iam enim pertinacia in amentiam atque in rabiem se verterat — concite per monasterium discurrunt, invicem se ad audendum[z] facinus adhortantur, et sic tandem adulta conspiratione sedecim numero, 45 crucem sibi praeferentes, antiphona imposita[78], claustris monasterii erumpunt. Seque-

a) esse 5. b) Reginbodo 1. 4. 5. c) *deest* 5. d) clamdestinis 4. 5. e) Deinde 4. g) *deest* 5. h) quassatum 4. i) ac — ac 3. k) quique 4. *deest* 3. l) exc. l. p. 3. m) unaque 5. n) n. u. f. posse 3. o) ius 4. 5. p) a 4. 5? q) exigebatur 3. 5. r) curtem 3. *saepius*. s) mitigare 4. t) abcessum 4. 5. u) ad eū 5. v) *ita* 4. *Nic. de S.* potentiae 1. 5? potentiam et patrocinium 3. w) asst. 3. x) corroborent 1. y) exces- 50 serint 3. z) audiendum 4.

74) Ita etiam a. 1074. 75) *ignem gladio scrutari* cf. a. 1071. (1075: *ignem gladio purgare*), Horat. Sat. 2, 3, 276, ubi vid. Heindorf, et symbola Pythagorica e var. scriptor. collecta in Orellii Opuscul. 55 Graecor. vet. sentent. T. I. p. 62. ex Athen. X, 54. et Plutarch. de puerorum educat. c. 17, ubi ita explicatur: Potentium iram tumentemque indignationem non commovendum vel: ira percitum non lacessendum sed cedendum et obsecundandum iratis. 76) cf. a. 1077. 77) *perditum irent*, Sallust. Cat. 36, 4. 78) i. e. cantum incipere et quo vocis sono decantari debeat designare, *anstimmen*.

bantur eos eminus maiores natu, qui sanum aliquid sapiebant, cum tanto luctu atque eiulatu, acsi eos ad sepulturam funebris pompa ultimum vale audituros[79] efferret. Itaque ne rei tam atrocis novitas repente nunciata regi stuporem incuteret, unum ex numero suo, citato quantum poterat equo, praemittunt, qui litteras ad regem tantae calamitatis indices perferat[a], et qua vi, qua necessitate ad haec extrema experienda coacti sint, edoceat. Ipsi paulatim pedestres, servatis ordinibus, subsequuntur. Postquam nuncius eo pervenit lectaeque[b] sunt litterae, horror quidam perculit omnes qui in palatio erant super tam procaci facto, mirabanturque, inter eximios et apostolicae conversationis viros tantum flagitii potuisse reperiri, ut privatas iniurias tam pessimo exemplo[c] ulciscerentur, nec[d] filii patris, in ea potissimum calamitate, misererentur, in qua hostes quoque[e] suos ad miserationem et ad lacrimas provocare potuisset. Placuit itaque omnibus, insigne hoc facinus insigni aliquo exemplo vindicari. Tum rex, consilio usus Coloniensis archiepiscopi et Ottonis ducis Baioariorum, quorum tunc arbitrio res publica administrabatur, praecepit, ut ipse baiulus litterarum cum aliis tribus, qui auctores seditionis fuerant, per diversa monasteria in custodia habendi mitterentur; ad compescendam vero ceteram multitudinem, quoniam[f] nec spiritu lenitatis nec virga monasticae correptionis sanari potuissent, abbas militari manu uteretur. Tunc[g] abbas, missis obviam militibus, sine vi et tumultu eos Fuldam reduci iussit, et extra monasterium custodibus adhibitis suum praestolari reditum. Ipse quoque, regi vale facto, eos e vestigio est subsecutus. Ibi collectos fratres et primos militum Fuldensium diu ea consultatio tenuit, laicorum an monachorum iudicio in eos animadverti oporteret. Vicit ea sententia, quae[h] censebat, eos, qui, excusso iugo regulae, contempto abbate, per contumaciam egressi et necdum in monasterium recepti essent, laicorum potius lege iudicandos[i] fore. Ita abbas laicorum iurisdictionem secutus, duos ex eis, alterum presbiteratus alterum diaconii honore insignes, iussit publice virgis caesos et attonsos expelli; reliquos multis plagis maceratos, per vicina monasteria alium alio transmisit. De singulis tamen non pro modo culpae, sed pro natalium suorum claritate vel obscuritate, mitius vel atrocius sumptum supplicium est. Viderit abbas, an vi doloris impulsus iniurias suas acerbius quam decuit vindicando, modum forte excesserit. Id constat, inustam esse ea tempestate maculam Fuldensi monasterio, quae longa forsitan succedentium temporum serie ablui et extergi[k] non possit.

Bel[80], qui regnum invaserat Ungariorum, obiit. Ioas, filius eius, satius putans moderatis opibus in pace perfrui, quam[l] immoderatas ambiendo calamitatem atque excidium parere[m] genti suae, mandavit[n] regi Heinrico, si sibi apud Salomonem, filium Andreae regis, natalibus et meritis suis condignus honor haberetur, subditum se ei fidelemque futurum, et malle beneficiis cum eo quam armis, fide quam acie dimicare. Eadem Ungarii omnes assidua legatione pollicebantur. Aug. Ita rex Heinricus Ungariam cum exercitu ingressus, Salomonem in solium patris restituit, iuncta ei in coniugium sorore sua; ablatisque omnibus, quae regi scrupulum movere vel regni statum labefactare poterant, in pace remeavit ad Gallias.

Educatio regis atque ordinatio omnium rerum publicarum penes episcopos erat, eminebatque inter eos Mogontini et Coloniensis archiepiscoporum auctoritas. A quibus cum in partem consilii Adalbertus Premensis archiepiscopus assumptus fuisset, tum propter claritatem generis, tum propter aetatis atque archiepiscopatus praerogativam, ille saepius colloquendo, obsequendo etiam atque assentando, ita sibi regem brevi devinxerat, ut, ceteris episcopis posthabitis, totus in eum inclinaretur, et ipse in regno communi pene[o] monarchiam usurpare videretur. Secundas[p] post eum partes agebat Wernheri[81] comes, iuvenis tam ingenio quam aetate ferox[82]. Hi duo pro rege imperitabant; ab his episcopatus et abbatiae, ab his quicquid ecclesiasticarum, quicquid secularium dignitatum est, emebatur. Nec alia cuiquam, licet industrio atque egregio viro, spes adipiscendi honoris ullius erat, quam ut hos prius ingenti profusione pecuniarum suarum redemis-

a) perferret *corr.* perferat 3. b) que *deest* 4. c) *ita* 1. *Nic. de Sygen.* pessimum exemplum *etiam dixit noster a.* 1073. 1076. p. publico 3. 4. 5. d) nec — misererentur *desunt* 4. e) quique 4. 5. *Nic. de Syg.* f) quam 4. g) Item 4. h) qua 4. i) vindicandos 3. k) extingwi 4. l) quia 5. m) parcere 1*. n) mandatum 5. o) *deest* 3. p) Secundus 3.

79) *ultimum vale aud.*, Ovid. Met. 10, 62. 80) cf. Ann. Altah. p. 103. 81) cf. Wenck hist. Hess. III. p. 27. sqq. Rommel I. p. 159. 82) Ita Livius VI, 23. de Lucio Furio tribuno militum: *ferox quum aetate et ingenio.*

set. Et ab episcopis quidem et ducibus metu magis quam religione temperabant. In abbates vero, quod hi iniuriae obviam ire non poterant, tota libertate grassabantur, illud prae se ferentes, nihil minus regem in hos iuris ac potestatis habere quam in villicos suos vel in alios quoslibet regalis fisci dispensatores. Et primo quidem praedia monasteriorum fautoribus suis, prout libitum erat, distribuebant, et quod reliquum erat crebra regalium servitiorum exactione usque ad feces ultimas exhauriebant. Dein[a] convalescente audatia, in ipsa monasteria impetum faciebant, atque ea inter se tamquam provincias partiebantur, rege ad omnia quae iussus fuisset puerili facilitate annuente. Itaque Premensis archiepiscopus duas occupat abbatias, Laurensem[82] et Corbeiensem, praemium hoc asserens esse fidei ac devotionis suae erga regem. Ne id invidiosum apud ceteros regni principes foret, persuaso rege, dat Coloniensi archiepiscopo duas, Malmendren[b] et Endan[c. 83], Mogontino archiepiscopo unam in Selechinstat[d. 84], Ottoni duci Baioariorum[e] unam in Altaha, Ruodolfo[f] duci Suevorum unam in Kenbeten[g. 85]. Igitur Premensis archiepiscopus, ut totam tirannidi suae vacantem redderet Corbeiensem[h] abbatiam, ridiculam commentatur fabulam. Disseminatis per curtem regiam rumoribus, divulgat, episcopum civitatis cuiusdam Transalpinae, cui Pole[86] nomen est, humanis rebus excessisse. Huic successorem, persuaso rege, subrogat abbatem Corbeiensem, iubetque, ut destitutam rectore ecclesiam quantocius eat invisere. Verum inter moras, quibus ille itineri necessaria parabat, dum quidam de Italia venientes episcopum, qui mortuus dictus fuerat, vivum et incolumem nunciassent, irridere omnes et detestari fraudem archiepiscopi coeperunt[i]. Tum Otto dux Baioariorum ad prohibendum tantum nefas divino spiritu animatus, multis conatibus circumquaque explicitis[k], vix et aegre obtinuit, ut tam abbati quam monasterio Corbeiensi suus honor, sua dignitas incolumis servaretur. Porro cum in monasterium Laurense satellites archiepiscopi venissent nunciantes, quod regia donatione locus ipse in ius potestatemque archiepiscopi concessisset, iuberentque, ut abbas ei constituto loco non pigritaretur occurrere, tantus dolor et indignatio omnes invasit, ut nec manibus in legatos ipsos temperassent, nisi ius gentium plus quam ira valuisset. Contumeliose auditi, contumeliosius multo sunt dimissi. Quod postquam regi nunciatum est, missis aliis nunciis, iussit abbati sub interminatione salutis propriae, ut abbatia se abdicaret festinusque monasterio excederet. Ille, comperta, priusquam legati advenirent, regis sententia, benigne eos suscipi iussit, atque in diem posterum eorum quae in mandatis habebant audientiam distulit. Nocte, paucis sibi adhibitis, inde discedens, in loca tutissima, omnibus praeter admodum paucos ignoratus[l], se recepit, cum et prius omnes ecclesiae thesauros clanculo exportatos[m] in tutum locasset. Ita legati die postero cui iussa regis exponerent non habentes, multumque viri prudentiam admirantes, infecta legatione redierunt. Tum milites eius, quos eo tempore et opum gloria et militaris[n] rei industria clarissimos habebat, collatis viribus montem[87] qui proximus adiacet monasterio occupant, castellum exstruunt, praesidium imponunt; parati archiepiscopum ab infestatione monasterii capitis quoque[o] sui periculo arcere.

1064.

Causabantur Romani principes, quod rex eis inconsultis Romanae ecclesiae pontificem constituisset, et ob eam iniuriam defectionem meditari videbantur. Propter quod placuit, Coloniensem archiepiscopum Romam mitti[88]. Qui veniens eo, cum aliud turbatis rebus invenire non posset remedium, iudicavit, ordinationem, quae inscio senatu Romano facta fuisset, irritam fore, et sic amoto Parmensi episcopo, per electionem eorum Anshelmum[p] Luccensem[q] episcopum pro eo ordinari constituit[89]. Verum

a) Deinde 4. 5? b) Milmundren 3. c) Eldan 3. d) Selechinstatt 3. e) Bauarie 3. f) Rudolffo 3. Rodolfo 4. g) Kenbetten 3. h) Gorbeiensem 4. i) cepere 3. k) implicitis 5. l) paucis incognitus 3. m) thezauros (*ita semper*) cl. deportatos 4. n) rei militaris 3. o) *deest* 1*. p) Anselmum 1. 3. *et infra.* q) lucensem 3. *et infra.*

82) Quae hac de re in Chronico Laureshamensi p. 179. sqq. narrantur cum iis, quae noster de ea tradidit, apprime consentiunt. Regis diplomata data sunt Sept. 6. a. 1066, et in tabulario regio Hannoverano extant. 83) Malmundarium et Inda sive Cornelii monasterium. 84) Vid. tabulas imperatoris 18. Kal. Iul. eiusdem anni datas ap. Guden Cod. dipl. I. p. 23. 85) Kempten. 86) Pola Istriae. 87) Cf. Chron. Laur. l. l. p. 182. 88) cf. Ann. Altah. p. 105 et Giesebrecht ibid. p. 179 sqq. 89) Iam a. 1061. electus. Sequentia quoque ad a. 1062. pertinent.

ubi ipse peracta legatione regressus est in Galliam, Parmensis episcopus, armata multitudine non modica, Luccensem episcopum sede apostolica per vim deturbare aggressus est. Econtra fautoribus illius ad arma impigre concurrentibus, congressio facta est, multique hinc et inde vulneribus acceptis corruerunt. Sic depravata ecclesiastici rigoris censura, homines non ut quondam ut praeessent ecclesiae Dei iniecta manu trahebantur, sed ne non praeessent armata manu praeliabantur, fundebantque mutuo sanguinem non pro ovibus Christi, sed ne non[a] dominarentur[b] ovibus Christi. Anshelmus tamen, qui et Alexander[c], et virtute militum et favore principum sedem obtinuit. Alter vero, etsi per contumeliam repulsus, tamen quoad vixit ab iure suo non cedebat; huic semper derogans, hunc adulterum ecclesiae Dei, hunc pseudoapostolum appellans; missas quoque seorsum celebrans, ordinationes facere et sua per ecclesias decreta et epistolas more sedis apostolicae destinare non desistebat. Verum nullus attendebat, criminantibus universis, quod in ultionem privatae contumeliae sedem quoque apostolicam homicidio[d] maculasset.

Heinricus Augustensis episcopus obiit[90], invisus regi, invisus episcopis omnibus, propter superbe administratam regni gubernationem tempore[e] imperatricis. Embricho[f] ei successit, praepositus Mogontinus, vir pontificalis modestiae et gravitatis.

Wernheri comes villam monasterii nostri, quae dicitur Kirhberc[g. 91], inconsulto abbate, a rege petiit et impetravit. Pro qua recipienda diuturnum agonem desudavimus, dimicantes adversus tanti hostis saevitiam non armis carnalibus, sed ieiuniis et crebris orationibus. Unde ille mordaciter magis quam facete[h] iocari solebat, magno munere dignum se esse apud regem, qui monachos eius, languidos prius in[i] opere Dei et tepidos, novis facibus adhibitis, exsuscitasset[k] invitosque ad ieiunia et nudipedalia coegisset.

Sigefridus Mogontinus episcopus et Guntherus Babenbergensis et Otto Ratisponensis et Willehelmus Traiectensis episcopi, item alii quam plures, columnae et capita Galliarum, autumnali tempore Hierosolimam proficiscuntur.

1065.

Mart. 27. Rex nativitatem Domini Goslariae celebravit, pascha Wormaciae. Ubi archiepiscopus Premensis inter sacra missarum solemnia, dum debitum tantae festivitati sermonem faceret, hominem ab infestatione demonis purgavit, fusis pro eo tam suis quam tocius populi qui praesens erat precibus. Ea res grandi miraculo cunctis erat, stupentibus scilicet, quod vir tam pessimae in populo existimationis, qui vitam virtutum non haberet, signa virtutum faceret. Sed aemuli eius invidiose[l] hoc interpretabantur, non meritis eius sed praesentium populorum supplicationi asscribendum esse tantae rei effectum.

Mart. 29. Ibi per concessionem eiusdem archiepiscopi primum se rex arma[m] bellica succinxit, statimque primam susceptae armaturae experientiam[92] in archiepiscopum Coloniensem[n] dedisset et ad persequendum eum ferro et igne[o] praeceps abisset[p], nisi res turbatas imperatrix tempestivo valde consilio composuisset. Inter cetera id potissimum invidiae ei erat, quod ante aliquot annos, dum imperatrici ius regni rerumque gubernacula eripere vellet, ipsum pene regem in ultimum discrimen praecipitasset.

Heceloni Argentorati episcopo paulo ante defuncto, successor substitutus est Wernheri, propinquus Wernheri comitis.

Interea praedicti episcopi Hierosolimam pergentes, dum magnitudinem opum suarum gentibus, per quas iter habebant, inconsultius ostentarent, ultimum sibi periculum consciverant[q], nisi rem humana temeritate prolapsam divina misericordia restituisset. Nam barbaros, qui ex urbibus et agris ad spectandos tam illustres viros catervatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, dein[r], ut fit, non minor praedae spes ac desiderium cepit. Itaque cum transita Licia fines Sarracenorum introissent[s], et iam a civitate cui Ramulo nomen est una vel paulo plus mansione abes-

a) ne *corr.* ut 3. b) nōdeuarentur 4. c) Allexander 4. d) *deest* 5. e) tempore (*superscr.* temporaliter) imperatrici 4. f) Embrichio 3. g) Kirchberg 1. 3. 5. Kirchbergk 4; *cf infra a.* 1066. h) facere 3. i) p. et t. in o. d. 3. k) exsuscitasse 4. l) insidiose 3. m) ad arma 6. n) Coloniensium 3. o) igni 3. p) abijsset 3. q) consciuerunt 1. 5? r) deinde 1*. s) retroissent 4.

90) A. 1063. Ann. August. Mon. SS. III. p. 127. 91) in praefectura Gudensberg; cf. Wenck III. p. 31. n. p. 92) cf. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer p. 415.

sent, proximo parasceue ante pascha, circa terciam diei horam, incursionem passi sunt ab Arabitis, qui comperto tam insignium virorum adventu, undique ad spolia diripienda frequentes armatique confluxerant. Plerique christianorum[a] religiosum putantes, manu sibi auxilium ferre[b] et salutem suam, quam peregre proficiscentes Deo devoverant, armis corporalibus tueri, prima statim congressione prostrati, vulneribus multis confecti, et omnibus quae habebant a filo subteminis[c. 93] usque ad corrigiam caligae exspoliati sunt. Inter quos Willihelmus quoque Traiectensis episcopus, brachio pene plagis debilitato, nudus ac semivivus relictus[d] est. Ceteri christiani iactu lapidum, quod genus teli forte locus ipse affatim ministrabat, non tam periculum propulsabant, quam mortem, quae praesens urgebat, differre conabantur. Pedem etiam paulatim subtrahendo, ad villam declinabant, quae ab ipso itinere spatio mediocri distabat. Capharnaum hanc fuisse, ex similitudine vocabuli coniciebant. Quam ut ingressi sunt, episcopi omnes atrium quoddam occupant, humili septum maceria et tam fragili, ut, etiamsi nulla vis adhiberetur, sola vetustate facile corrueret; in cuius medio domus erat, coenaculum habens satis editum et ad repugnandum quasi ex industria[e] praeparatum. Huius superiora episcopus Mogontinus et Babenbergensis cum clericis suis, inferiora ceteri episcopi sibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hostium et maceriam defendendam impigre discurrunt, et primam quidem certaminis procellam lapidum iactu, ut praedictum est, sustinuere. Dein[f] cum barbari magnam telorum nubem in castra coniecissent, et ipsi plerumque, impressione in eos facta, clipeos et gladios manibus eorum vi extorsissent, non solum iam maceriam tueri sufficiunt, sed portis[g] etiam interdum erumpere et pugnam comminus[h] lacessere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo iam loco, nulla acie sustinere possent, consilium tandem a[i] tumultuaria congressione ad obsidionem vertunt, et inedia atque lassitudine conficere aggrediuntur, quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitudinem, qua[i*] superhabundabant, conglobatis scilicet circiter duodecim milibus, partiuntur, ut alii aliis vicissim ad obpugnationis studium succedentes, nullam illis vel paululum respirandi[k] copiam facerent, suspicantes, quod propter inopiam rerum omnium[l] quibus vita humana sustentari solet, dimicandi laborem non diu toleraturi forent. Ita christiani toto parasceue, toto sabbato[m] sancto usque ad terciam fere horam paschalis diei sine intermissione obpugnabantur; nec eis hostilis improbitas vel modicum temporis punctum, quo saltem somni perceptione corpora recrearent, indulgebat. Nam[n] cibum et potum nec, mortem prae oculis habentes, desiderabant, nec, si magnopere desideraretur, quid sumerent, omnium inopes, habebant[o]. Cumque die tercio, labore et inedia exhausti, ad extremum pervenissent, et fortia plerumque conatos[p] virtus ieiunio infracta frustraretur, quidam ex numero presbiterorum exclamavit, non recte eos agere, quod in armis suis plus quam in Deo spei ac roboris ponerent, et calamitatem, quam eo permittente incidissent, propriis viribus propulsare conarentur; propterea placere sibi, ut se dederent, praesertim cum triduana iam abstinentia militaribus rebus eos inutiles prorsus reddidisset; non esse Deo difficile, ut deditis eis et ab hoste sub iugum missis misericordiam praestaret, qui suos totiens etiam in ultima necessitate conclusos mirabiliter liberasset; ut hoc quoque inferret, barbaros nequaquam propter ipsos occidendos tanto molimine grassari, sed ut pecunias eorum auferrent; quibus si potiti fuissent, liberos eos deinceps intactosque sine vi, sine molestia abire passuros. Placuit consilium omnibus, statimque ab armis ad preces versi, per interpretem, ut in dedicionem acciperentur, orabant. Quo comperto, dux Arabum citato equo in primos advolat, et ceteros quidem longius summovet, cavens, ne, temere admissa multitudine, praeda confuse distraheretur. Ipse decem et septem honoratissimos gentis suae secum assumens, castra ingressus est patentia, relicto ad portas praesidii causa filio suo, ne quis forte praedae avidus[q] post se non vocatus[r] irrumperet. Cumque admotis scalis in coenaculum, ubi Mogontinus[s] et Babenbergensis episcopi latitabant, cum paucis ascendisset, Babenbergensis[t] episcopus, cui, licet iunior aetate esset, tamen propter virtutum praero-

Mart. — Genes. 11,23. — Mart. 25–27.

a) crist. 4. (*ita aut* xpi *semper*). b) referre 3. c) *ita* 1. 3. 4. subtegminis 6. d) derelictus 5. e) ad industriam 1*. f) Deinde 1*. 4. g) portas 4. h) *ita* 4. *semper;* cominus 1. *semper; modo* comminus *modo* cominus 3. i) *deest* 4. i*) quia 5. k) respirendi 4. l) omnibus 4. 5. m) sabbatho 3. sabato 4. n) Non iam c. et p. mortem 4. 5 (*deleto* nec *ante* mortem). o) habebantur 4. p) conatus 3. q) avide 5. r) vocatos 5. s) magontinus 4. t) babenburgensis 4.

93) i. q. interula.

Mart. 27. gativam et tocius corporis admirandam dignitatem praecipuus a cunctis honor deferebatur, rogare eum coepit, ut, omnibus quae[a] haberent usque ad novissimum quadrantem sublatis, nudos se abire sineret. Ille et victoria elatus et praeter ingenitam morum barbariem accepta quoque tot congressionibus clade nimium efferatus, ait, se adversus[b] eos iam triduo non sine grandi dampno exercitus sui ea mente bellum gessisse, ut suis conditionibus erga victos uteretur, non quas[c] ipsi constituissent; ne ergo falsa spe eluderentur, se, omnibus quae haberent sublatis, carnes eorum comesturum et sanguinem bibiturum. Nec moratus, linteum[d], quo caput more gentis[e] obvolverat, expediens, facto vinculo, in collum episcopi iniecit. Episcopus, ut erat vir liberalis verecundiae[f] et maturae admodum gravitatis, ignominiam non ferens, tanto nisu pugnum ei dedit in faciem, ut uno ictu consternatum ad pavimentum usque praecipitem daret, vociferans insuper, prius eum poenas pro impietate daturum, quod impuras manus in sacerdotem Christi profanus et idololatra mittere praesumpsisset. Irruunt protinus alii clerici et laici, et tam huic quam ceteris qui in coenaculum ascenderant adeo artis nexibus manus a tergo constringunt, ut sanguis plerisque rupta cute per ungues proflueret. Perlato audacis facti indicio ad eos qui in inferiori[g] parte[h] consistebant, ipsi quoque his qui apud se erant Arabum principibus idem faciunt. Dein[i] laici omnes, sublato in altum clamore, vocatoque in auxilium sibi omnium rerum opifice Deo, rursus arma capessunt[k], maceriam occupant, praesidium, quod circa portas erat, conserta manu fundunt fugantque, et sic alacres, sic innovatis inopino successu viribus, ubique rem peragunt, ut nihil lassitudinis, nihil incommodi ex triduana eis inedia et labore accessisse putares. Alacritatem tantam, repente ex trepidis rebus et ultima desperatione coortam, nimium admirati Arabes, nec aliam novitatis huius causam suspicati, quam quod de principibus suis sumptum fuisset supplicium, infestissimis animis in pugnam ruunt, et facto grege, per arma, per viros in castra perrumpere[l] parant. Et acta res foret, nisi mature[m] orto consilio christiani vinctos eo loco principes statuerent[n], ubi atrocissima vis hostium et creberrimus telorum imber incumbebat, apposito super capita eorum spiculatore, qui districtum in manibus gladium tenens, clamitabat per interpretem, nisi ab obpugnatione quiescerent, non armis se adversum eos sed principum capitibus dimicaturos. Tum ipsi principes, quos praeter vinculorum acerbitatem imminens quoque cervicibus gladius vehementer angebat, cum magno eiulatu suos obtestabantur, ut moderatius agerent, ne obstinate certamen hostibus inferentes, eos ad supplicium necemque suam, cum incisa[o] spes[94] esset[p] veniae, inflammarent. Patris periculo attonitus filius ducis Arabum, quem ad portam atrii a patre causa praesidii relictum supra memoravi, citato gradu in confertissimos suorum cuneos se dedit, et furentis exercitus impetum voce et manu increpitans retinuit, et tela in hostes iacere prohibuit, quae[q] non hostes, ut ipsi putarent, sed principes sui propriis pectoribus excepturi forent. Per hanc[r] occasionem paululum ab armis et incursione[s] vacatione data, nuncius venit in castra ad christianos, missus ab his qui in parasceue omnibus amissis nudi et saucii usque Ramulo pertenderant. Is amaritudine et metu confectis mentibus magnum attulit refrigerium, indicans, ducem praedictae civitatis, licet paganum, divino tamen, ut putabatur, instinctu animatum, cum ingentibus copiis ad ipsos liberandos advenire. Nec latere potuit Arabitas advenientium hostium fama; statimque omnes, aversis ab aliorum obpugnatione ad se ipsos salvandos cogitationibus, praecipiti fuga, quo quemque[t] spes evadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione dum alii ad alia curanda discurrerent, unus vinctorum evasit, opera usus Sarraceni cuiusdam, quem ducem itineris christiani habebant, tanto omnium dolore, tanto gemitu, ut ab eo, cuius indulgentia dimissus fuerat, vix manus inhiberent[u]. Nec multo post dux ipse, ut nunciatum fuerat, cum exercitu advenit, pacificeque in atrium a[v] christianis susceptus est; suspensis tamen omnibus inter spem et metum, ne forte non sublata calamitas sed hostis[w] tantum mutatus esset, et propter novitatem rei difficile credentibus, quod satanas[x] satanam eicere, hoc est paganus paganum ab infesta-

a) *deest* 3. b) adversos 4. c) quasi 4. quia 5. d) lintheum 3. 4. 5. e) gentium 4. f) verecunde 4. g) inferiori in p. 5. h) p. domus 1. i) Deinde 1*. 4. k) capessant 4. l) prorumpere 3. m) maturo 4. n) staturent 4. stat. princ. 5. o) inscisa 3. 4. 5. p) esset spes 3. 5. q) qui 5. r) *deest* 4. s) incursionibus 1. t) quocumque 4. u) inhiberet 4. v) *deest* 1. w) t. h. 3. x) sathanas 3. 4. 5. *semper*.

94) *incisa spes*. Ita Lambertus saepius dicit, a. 1069. 1070. 1075. 1076. cf. Liv. 3, 18.

tione christianorum cohibere vellet. Primo omnium vinctos sibi praesentari iussit. Quos cum aspexisset et quae facta fuerant ordine audisset, maximas christianis gratias egit pro magnifice gestis rebus et expugnatis rei publicae acerrimis hostibus, qui regnum Babilonium iam per multos annos assiduis populationibus infestassent et magnas plerumque adversum se instructas acies commisso certamine obtrivissent[a]. Traditos eos custodibus, regi Babiloniorum vivos servari praecepit. Ipse, accepta a christianis quanta convenerat pecunia, secum eos Ramulo perduxit. Inde, adhibito eis expeditorum iuvenum praesidio, ne qua denuo latronum incursione periclitarentur, usque Hierosolimam eos perduci iussit. Nihil deinceps difficultatis in eundo, nihil in redeundo perpessi, Liciam pervenerunt, gratias[b] Deo referentes, quod, emensis[c] tot rerum asperitatibus, vivos eos et incolumes in tutum restituisset. Ex hoc per christianorum fines reditum facientibus omnia cedebant ex sententia. Verum posteaquam in Ungariam ventum est, Guntherus Babenbergensis[d] episcopus, heu! immatura morte praeventus, prosperae ac laetae reversionis lugubrem omnibus exitum fecit. Decessit[95] autem 10. Kalendas Augusti, Iul. 23. aetate integra ad[e] perfruendum hoc seculo maxime matura[f], vir praeter morum gloriam et animae divicias corporis quoque bonis adprime ornatus. Natus erat ex primis palatii, privatis possessionibus praeter episcopatum affluentissimus, lingua promptus et consilio, litteris eruditus tam divinis quam humanis, tum statura et formae elegantia ac tocius corporis integritate ita[g] ceteris[h] eminens mortalibus, ut in illo Hierosolimitano itinere ex urbibus et agris spectandi eius studio profluerent, et bene secum actum crederet, cui eum videre contigisset. Unde cum, positis eis in diversorio, plerumque turba intemperans propter eum nimis molesta foret, compulsus est aliquotiens a ceteris episcopis, ut in publicum procederet et obsidentem fores[i] multitudinem suo spectaculo a ceterorum vexatione avocaret. Tantum hunc transitoriae felicitatis splendorem vitae innocentia et morum temperantia clariorem in eo cumulatioremque faciebant. Nam tantam in se utriusque[k] hominis gloriam, quam omnes mirabantur, solus ipse ita[l] propter Deum contempnebat, ut infimae quoque conditionis hominibus popularem se communemque praeberet et a servis suis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri ergo pompa funeris in patriam reportatus, et magnis omnium qui eum noverant planctibus exceptus, in Babenbergensi ecclesia, ubi a puero adoleverat, sepultus est. Successit ei in episcopatu Herimannus vicedomnus[96] Mogontinus, qui in eadem Hierosolimitana peregrinatione constitutus, dum eum invalescente morbo ad exitum urgeri videret, legationem praemisit ad necessarios suos, quibus patria excedens suae rei familiaris dispensationem delegaverat, petens, ut sibi ad episcopatum, quaqua possent ratione, aditum patefacerent. Quod et sedulo fecerunt, profuso in coemptionem eius argenti et auri inaestimabili pondere.

Eilbertus[m] Patavii episcopus obiit; cui Altman cappellanus imperatricis[n] successit, Mai. 27. qui dum ipso tempore cum ceteris principibus Hierosolimam abisset, per interventum imperatricis absens designatus est episcopus. Arnolfus Wormaciae episcopus, vir pontificalis modestiae et sanctitatis, migravit ad Dominum; successitque ei[o] Adalbero[p], monachus ex monasterio sancti Galli, frater Ruodolfi[q] ducis, uno pede omnino debilis, vir per omnia dignus spectaculo. Erat enim fortitudinis magnae, edacitatis nimiae, crassitudinis tantae, quae aspicientibus horrorem magis incuteret quam admirationem; nec ita centimanus gigas[97] aut aliud antiquitatis monstrum, si ab inferis emergeret, stupentis populi oculos in se atque ora converteret.

1066.

Rex nativitatem Domini Goslariae[r. 98] celebravit. Ubi ab ipso iam initio autumni usque ad eam partem hiemis tamquam stativis castris se continuerat, sumptus habens regiae

a) obtinuissent 5. b) grā 5. c) emersis 4. immensis 5. d) babenburgensis 4. e) et ad 1. f) natura 5. g) ita ut 4. h) cunctis 3. i) foris 3. 5. k) h. u. 3. l) *deest* 3. m) Gilbertus Pataui 3. Cilbertus (?) 5. n) imperatoris 5. o) *deest* 3. p) adelbero *omnes*. q) *ita* 4. r) Goslare 5.

95) Albanii sive Albae Regal. (Stuhlweissenburg). 96) oeconomus, syndicus ecclesiae. 97) *centimanus gigas* Horat., Od. II, 17, 14. III, 4, 69. 98) Moguntiae, Ann. Altah. Sed certe autumni tempore regem Goslariae fuisse, diplomata ostendunt ibi data (Böhmer n. 1807—1810).

magnificentiae multum impares. Nam praeter pauca quae ex reditibus[a] regalis fisci veniebant vel quae abbates coactitio[b] famulatu ministrabant, cetera omnia in cottidianos[c] usus eius cottidianis[c] impensis emebantur. Hoc adeo fiebat odio Premensis archiepiscopi, quem omnes criminabantur sub praetextu regiae familiaritatis monarchiam usurpasse manifestae tyrannidis; et ipsi ergo consueta regi servitia detractabant[d]; et ille in alias regni partes regem abducere nolebat, ne scilicet cum aliis principibus communicando principatum consiliorum et familiaritatis, ipse sibi aliquid imminueret[e] de fastigio usurpatae singularitatis. Sed non ultra laturi iniuriam videbantur principes regni. Archiepiscopi Mogontinus et Coloniensis cum ceteris, quibus curae erat res publica, crebra conventicula faciebant, atque omnes in commune, quid facto opus esset, consulere rogitabant. Dein iam adulta conspiratione, diem generalis colloquii omnibus indixere regni principibus, ut Triburiam convenientes, Premensem archiepiscopum, communem omnium hostem, communibus omnes studiis obpugnarent, regique denunciarent, aut regno ei cedendum esse[f], aut familiaritate et amicitia Premensis archiepiscopi defungendum. Perlato Goslariam atrocis rei nuncio, rex ad statutam diem concitus properabat; cum quo et Wernheri comes veniens, in villam Ingilneheim, cuius pars aliqua ad nostrum quoque monasterium pertinet, hospitatum divertit. Ubi dum milites eius ab incolis praedas agerent et illi ad arma conclamantes manu se vindicare niterentur, atrox pugna coorta est. In qua dum Wernheri comes ad ferendum suis opem impigre discurreret, a quodam nostri monasterii vilissimo mancipio, vel ut alii ferunt a femina saltatrice, clava percussus in capite, corruit, atque ad regem semivivus est reportatus. Admonitus ab episcopis qui praesentes erant, ut pro peccatis suis Deo, in extremo iam spiritu constitutus, satisfaceret, seque Herveldensium monachorum precibus interemptum recognoscens, villam Kirhberc[g], quam iniuste invaserat, redderet: nullo modo adquievit, donec episcopi consensu facto minitarentur, se ei sacram communionem morienti non daturos, nisi prius tanti peccati pondere se exonerasset. Sic tandem pudore magis quam religione victus reddidit, statimque vita excessit. Statuta die tristis in regem omnium vultus, tristis erat sententia, ut aut regno se abdicaret aut archiepiscopum Premensem a consiliis suis atque a regni consortio amoveret. Tergiversanti et quid potius eligeret haesitanti archiepiscopus consilium dedit, ut proxima nocte, ablatis secum regni insignibus, clam aufugeret, et Goslariam aut in alium locum se reciperet, ubi ab[h] iniuria tutus foret, donec turba haec conquiesceret. Adveniente vespera, thesauros[i] regios per satellites et socios fraudis suae iam exportare coeperat, cum repente ad ministros regis consilium hoc, nescio quo indicio, permanavit. Qui statim raptis armis curtim regiam circumdederunt, totamque deinceps noctem ducentes pervigilem, ne quid novi accideret, asservabant. Facto mane infensis adeo animis omnes in archiepiscopum coorti sunt, ut nec manibus temperassent, nisi regia maiestas vix et aegre iracundiam cohibuisset. Contumeliose itaque eiectus est de curte regia cum omnibus tyrannidis suae fautoribus, misitque cum eo rex amicorum suorum non modicam manum, ne scilicet ab aemulis suis insidias in via pateretur. Sic iterum[k] rerum publicarum administratio ad episcopos rediit, ut singuli suis vicibus, quid regi, quid rei publicae facto[l] opus esset, praeviderent[99].

(Ianuar.)

April. 16. Rex pascha[m] Traiecti[1] celebravit.

April. 15. Eberhardus Treverorum archiepiscopus dum in sabbato[n] sancto[2] tantae diei misterium solemniter populo exhibuisset, regressus in secretarium[o, 3], caput in sinum archi-

a) retibus *corr.* reditibus 4. redditibus 5. b) coacto 3. c) quottid. 4. 5. d) mittere d. 1. m. detrectabant 6. e) imminuere 4. immineret 5. f) esset 4. g) *ita* 1. Kirchberg 3. 4. 5. h) *deest* 4. i) thezauros 4. *semper fere*. k) dum 5. l) *deest* 4. m) pasche 3. n) sabato 4. o) sacrarium 1.

99) Hic Lamberti locus illustratur ex dipl. Heinrici regis dato Mersburgi 7. Kal. Novembr. a. 1069. ap. Heinecc. l. c. p. 82: *Quare in omne saeculum notum esse volumus, quo pacto nos, submonentibus et consilium dantibus fidelibus nostris, Bertha thori regnique consorte, tum Herimanno Babergensium episcopo, eo tempore in curia, communi principum nostrorum consilio, negotia omnia administrante* etc. 1) Ita etiam Bertholdus. Minus recte, ut videtur, Ann. Altah. Spirae. 2) illud quod pascha praecedit. Wedekind. l. c. t. 2. fasc. 8. p. 408. 3) i. e. diaconarium, sacristia, aedicula s. camera vice exedrae templo seu aedi sacrae adiuncta, in qua sacra ecclesiae ministeria reconduntur et in qua etiam sacerdotes et clerici, antequam ad sacra procedunt, vestes ecclesiasticas induunt.

diaconi reclinavit, circumstantibusque fratribus, spiritum exalavit. Episcopatum eius per interventum[a] Coloniensis archiepiscopi suscepit Cuono praepositus[b] Coloniensis. Graviter et indigne nimis tulit tam clerus quam populus Treverorum, quod ipsi in electionem[c] admissi consultique non essent, seque vicissim hortabantur, ut insignem hanc contumeliam insigni aliquo exemplo eluerent. Erat tunc[d] temporis maior domus[4] ecclesiae Treverorum Dietericus[e] comes, adolescens tam natura ferox quam aetate. Is die, quo episcopus urbem ingressurus sperabatur, cum ingentibus copiis ei obviam[f] processit, atque in ipso lucis crepusculo, priusquam hospitio progrederetur, super eum irruens, paucos resistere temptantes occidit, ceteros inopino terrore perculsos facile fudit fugavitque, opes, quas[g] amplissimas advexerat, diripuit[h], ipsum episcopum captum traditumque in manus carnificum, de rupe altissima praecipitari et sic interfici iussit. Corpus eius a religiosis viris collectum atque in monasterio Doleiensi[5] sepultum est; ubi usque in praesens tempus magnis, ut fertur, miraculis divinitus saepe illustratur. Successit ei in episcopatum Uoto[i], concordante in electionem eius tam clero quam populo.

In festis paschalibus per quatuordecim fere noctes continuas cometa[k] apparebat. Quo in tempore atrox et lacrimabile nimis praelium[l] factum est in partibus aquilonis; in quo rex Anglisaxonum tres reges cum infinito eorum[m] exercitu usque ad internitionem delevit.

Rex Friteslare[n] veniens, gravissimam aegritudinem incidit, ita ut a medicis desperaretur, et principes de regni successione consilia conferre coepissent. *Mai.* A qua infirmitate vixdum plene resumptis viribus, pentecosten Herveldiae celebravit. *Iun. 4.* Nec multo post nuptias in Triburia regio apparatu celebravit, in coniunctione Berhtae[o] reginae, filiae Ottonis marchionis Italorum.

Reginherus Misnensis episcopus obiit; cui Craft[p] praepositus Goslariensis successit. Sed is dum suscepto episcopatu Goslariam venisset, post refectionem in cubiculum, ubi thesauros suos, quorum nimius amator erat, nullo conscio infoderat, quasi paululum requiescere volens, sese inclusit. Cumque iam die vergente in vesperam praeter modum consuetudinemque suam somno indulgere videretur, rem insolitam mirantes cubicularii, pulsare ostium coeperunt. Sed nec pulsantibus nec vociferantibus ullum dabatur responsum. Tandem effractis foribus irrumpentes, invenerunt eum fractis cervicibus, colore tetro, exanimem, ipsis thesauris[q] suis miserabilem[r] in modum incubantem. Episcopatum pro eo suscepit Benno, praedictae Goslariensis ecclesiae canonicus.

1067.

Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum in morte eius omnibus Thuringis[s], eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum[s], ut praedictum est[5*], decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset, et per hoc calamitatem maximam genti suae invexisse videretur. Marcham[t] eius Egbertus, patruelis regis, suscepit.

Einhardus Spirensis episcopus obiit; cui Heinricus successit, Goslariensis ecclesiae canonicus, tantae[u] dignitati vixdum per aetatem maturus, et non tam electione principum ad hanc provectus[v] quam indulgentia regis, cui in puerili aetate fuerat familiarissime assentatus. Benno Osenbruggensis episcopus obiit; cui alius Benno successit. *Nov. 23.*

Rex in nativitate sancti Martini Goslariam veniens, graviter infirmari coepit, atque eadem valitudine per multos dies laborans, lecto recubabat. *Nov. 11.*

1068.

Rex nativitatem Domini Goslariae, necdum sospitate ad plenum recuperata, celebravit; a quo Egbertus[w] marchio, exactis diebus festis, digressus, cum se in sua recepisset, modica febre pulsatus, terminum vitae accepit. Sed marcham adhuc vivens adquisierat filio suo, tenerrimae aetatis infantulo[6], quem ei vidua[7] ducis[x] Ottonis de

a) intercessionem 3. b) Cuno Col. p. 3. c) e. eius 1. d) tum 5? e) Diedericus 1. 4. 5. f) o. ei 3. g) quam 3. 4. 5. h) adduxerat dirupuit 4. i) *ita* 4. k) *deest* 3. l) premium 3. m) *deest* 3. n) friteslarie *corr.* friteslaree 4. o) *ita* 1. berthe *rell.* p) craht 1b. q) thezauris 3. *ut semper* 4. r) miserabiliter in m. incumbentem 4. s) turing. 4. t) marchiam 1*. marchia 1. u) ante 5. v) profectus 1. 4. w) ecbertus 3. x) *deest* 4.

4) advocatus, *stiftsvogt.* 5) Tholey ditionis Trevirensis. 5*) a. 1062. p. 162. 6) cf. F. A. G. Wenck de Henrico I. Misn. et Lus. march. comment. II. p. 19 sqq. et Stenzel I. p. 253. 7) Immula vel Irmingardis, Ann. S.

Swinefurt pepererat[a]; cui tamen ipse paucis diebus antequam vita excederet repudium scribere cogitaverat, et contra leges ac[b] statuta canonum viduam Ottonis marchionis matrimonio sibi iungere[c], quod haec forma elegantior et efferatis moribus suis oportunior videretur; sed mors oportune[d] interveniens nefarios conatus[e] eius intercepit.

Ravenger patriarcha Aquileiensis[f] obiit; cui Sigehardus cancellarius successit; pro quo Bibo cancellarius est substitutus*. 5

1069.

Apr. 12. Iun. 1. Rex nativitatem Domini Goslariae[8] celebravit, pascha Quidelenburg, pentecosten Coloniae[9]. Post pentecosten Wormaciae cum principibus regni colloquium habuit. Ibi primum cum Mogontino[h] rem secreto agit[i], eiusque opem ad perficiendum quod mente 10 machinetur obnixe implorat; si impetret, se deinceps ei subditum et dicto obtemperantem fore; ad hoc Thuringos armata[k] manu, si aliter nequeat, coacturum, ut decimas sine ulla in perpetuum contradictione persolvant. Annuente episcopo, et pactione utrimque firmata, rex ad publicum refert, sibi cum uxore sua non convenire; diu oculos hominum fefellisse, ultra fallere[l] nolle; nullum eius crimen, quo iuste repudium mereatur, 15 afferre, sed se, incertum quo fato, quo Dei iudicio, nullam cum ea maritalis operis 10 copiam habere; proinde per Deum orare, ut se male ominata compede[10] absolvant patianturque aequo animo discidium fieri, ut illa[m] sibi et ipse ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat; et ne quis violatum[n] semel pudorem causetur obstare iterum nupturae, se sub iureiurando confirmare, quod eam ut acceperit[o] sic 20 11 incontaminatam inlibatoque virginitatis pudore conservaverit[11]. Foeda res et ab regia maiestate nimium abhorrens visa est omnibus qui aderant. Negocio tamen, cui rex tam fervide animum adiecisset, detractare, singuli religiosum arbitrabantur. Episcopus quoque tam preciosa pollicitatione redemptus, quantum poterat salva verecundia, haut aegre causam regis tuebatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus, synodum conficiendo 25 negocio indixit Mogontiae, proxima post festum sancti Michaelis ebdomada. Hac expectatione rebus suspensis, regina Loresham, ut statutum tempus ibi praestolaretur, missa est; rex alio, quo regni negocia vocabant, abiit.

Interea Dedi marchio Saxonicus cum viduam duxisset Ottonis marchionis, tercio prius anno defuncti, praedia etiam, quae ille a diversis dominis beneficii loco habuerat, 30 summa vi nitebatur adquirere. Cum nullus daret postulanti, indignitatem non ferens, regi, per quem potissimum stetisset ne darentur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad societatem armorum sollicitabat. Promptum hoc fore sperabat, eo quod rex archiepiscopum adiuvando in exigendis decimationibus, multum a se avertisset animos eorum. Incitamentum tamen[p] illi furoris vel maximum erat uxor saevissima. Haec 35 placido hominis ingenio et per aetatem iam mansuefacto iuveniles animos inspirabat, saepius obtundens, quia, si vir esset, non inultus iniurias acciperet, nec priori marito eius audacia se imparem gereret, quo et virtute et opulentia superior esset. Rex[q] accepto nuncio graviter permotus, ingentes copias et quae pluribus[r] etiam bellis satis essent celerrime contraxit. Tum vero episcopus Mogontinus, tempus se accepisse ratus, quo per occasionem publici belli privatum in Thuringos odium vindicaret, infestissimus 40 aderat, regem quam atrocissime rem agere instigabat; ipse quoque totis amicorum, totis[s] Mogontini episcopatus opibus coepto annitebatur. Non fefellit Thuringos efferatus in se animus episcopi, nec ipsi in eum mitiores spiritus gerentes, legatos ad regem

*) Ecclesia sancti Petri in monte (in m. s. p. 4. 5.) exusta est 18. Kalendas Decembris. *add.* 3. 4. 5.

a) peperat 4. b) et 3. c) coniungere 3. d) inoportune 3. e) conatos 4. f) aquilegiensis 3. h) Maguntino 3. episcopo M. 1. i) habuit 3. k) adarmata 3. l) vallere 5. m) ille s. et ipsa 3. n) vioalatum 5. 45 o) accepit 3. p) *deest* 3. q) Rex — contraxit *desunt* 3. r) plurimis 4. s) *deest* 5.

8) Moguntiae, Ann. Altah. 9) Stenzelius l. c. T. II. p. 251. Lambertum errasse suspicatur, quum extent ap. Wenck hist. Hass. T. III. cod. diplomat. p. 59 sq. literae Heinrici d. 1. Iun. a. 1059. Moguntiae, non Coloniae, ubi rex pentecosten celebrasse dicitur, datae, nostrum tamen scriptorem saepe omnes festos pentecost. dies, non semper primum, hoc nomine intelligere. Sed fortasse in isto diplomate verba: *Data est Kalendis Iunii — et: Actum Mogontie* — ita discernenda sunt, ut res iam ante in hac urbe acta, Kalend. demum Iun. literis consignata sit. 10) Ita Horat. carm. 50 l. III. od. 14. v. 11 sq. *male ominata verba* dixit; cf. l. IV. od. 11. v. 24. 11) Hoc illustrari potest ex ipsius Sigefridi archiep. Mogunt. ad Alexandrum papam epistola, Conc. T. IX. p. 1200. ubi rem prorsus aliter ac hic Lambertus narrat. 55

miserunt, se nihil iniquum, nihil quod secus sit moliri adversus eum, nec arma contra[a] rem publicam suo consilio aut favore sumpta esse; paratos se potius hostem publicum capitis quoque sui periculo expugnare; promptius autem ac devotius id facturos esse, si decimationum leges, priorum regum et episcoporum indulgentia sibi statutas, ratas inviolatasque fore pateretur; quod si episcopus ad eos rem divinam non divinis sed humanis armis expugnatum[b] veniret, et decimas[c] iure belli sibi extorquere vellet, quas nec iure ecclesiastico nec lege forensi potuisset, iam pridem se sacramento obstrictos obligatosque fuisse, ut raptores et praedatores inultos non sinerent; satius sibi[d] esse mori in bello quam amissis patrum legitimis periuros vivere. Rex ad haec benigne respondit, auxiliumque suum, si in fide permanerent, certissimos sperare iussit; dehinc ubi res matura visa est, infesto agmine Thuringiam intravit. Duo ibi castella, quibus marchio praesidium imposuerat, Bichelingun[e. 12] et Scidingen[f. 13], alterum per 12 dedicionem, alterum manu expugnatum recepit. Ceteris ilico admovendus erat exercitus. Sed marchio advertens, nullo loco vel munitione sustineri posse impetum regis, incisa[g] spe resistendi, se suaque omnia dedidit. Thuringi, etsi, ut promiserant, erga regem et causam publicam devoti fidelesque essent, in episcopum tamen Mogontinum hostilia pleraque fecere[h], probris et conviciis in faciem lacessere, milites eius, dum praedas agerent, facto grege saepius incursare, rapinam excutere, fundere, fugare, nonnullos denique ministros eius, nec hos mediocri fortuna vel humili loco natos[i], dum ab exercitu regis paulo longius praedatum abissent[k], comprehensos suspenderunt[l]. Iussum tamen eis est ab rege facile et contemptim, ut decimas darent, non quo recusantibus vim ferre[m] in animo esset, sed ne, non reddito promisso, archiepiscopum offenderet. Dedi[n] marchio aliquamdiu habitus in custodia, tandem, adempta possessionum et redituum non modica parte, dimissus est. Filius eius Dedi iunior patrem ea tempestate infestius acerbiusque quam alius quisquam insectatus est. Ob eam rem, exacto bello, ingenti gloria esse coepit apud regem, egregiae indolis adolescens, nisi ambitionis spiritu et praepropera dominandi cupidine praeceps raperetur. Is non multo post, cum nocte quadam ad necessitatem naturae secessisset, apposito extrinsecus[o] insidiatore, confossus in inguine et occisus est. Quis necis eius auctor fuerit, non satis constat, quamquam dolo novercae interfectum, vulgi sermonibus passim iactaretur. Illud haut dubie liquet, monasteria et ecclesias, moriente eo, magna formidine exoneratas esse, cum mentibus omnium certissima opinio insedisset, eum augendarum opum studio non[p] Deo, non[p] homini[q] parciturum, qui patri proprio non pepercisset.

Imminente iam die, qui scindendo[r] regis coniugio dictus fuerat, rex Mogontiam concitus properabat. Et ecce inter eundum comperit, legatum sedis apostolicae suum Mogontiae adventum praestolari, qui discidium fieri prohibeat[s] et episcopo Mogontino apostolicae animadversionis sententiam minitetur, quod tam nefariae separationis se auctorem promiserit. Consternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidisset e manibus, per iter[t] quo venerat in Saxoniam redire volebat. Vix et aegre tamen amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Mogontiae occurrere iussisset, Franconofurt[u] abiit, ibique eos qui[v] Mogontiae convenerant Oct. statuto die adesse iussit. Quo dum frequentes venissent, Petrus Damianus — is legatus erat sedis apostolicae, vir aetate et vitae innocentia admodum reverendus — mandata exposuit Romani pontificis: pessimam rem et ab nomine christiano, nedum ab regio multum abhorrentem esse, quam moliatur; si minus humanis legibus vel canonum sanctionibus terreretur, parceret saltem famae et existimationi propriae, ne scilicet tam foedi exempli venenum, ab rege sumpto initio, totum commacularet populum christianum, et qui ultor esse[w] debuisset criminum, ipse auctor et signifer fieret[x] ad flagitium; postremo si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum et canonum lege scelus prohibiturum; ad haec[y], suis manibus numquam imperatorem con-

a) *deest* 5. b) expugnaturus 4. c) *deest* 3. d) enim 3. e) bichelingen 3. bichelingum 1* f) seidingen 4. schidingen 1. — scidingun *scribere malim* (W.) g) inscisa 3. h) facere *ed.* (*secunda?*) *tertia rell.* i) ortos 1. k) abijssent 3. l) suspenderent 1. m) inferre 3. *et ed.* II. n) Dedo 1* *et infra.* o) extrinsico 4. p) nec — nec 4. q) hominibus 4. r) scindendi 3. 4. 5. s) prohibebat 3. t) *ita* 3. 4. pariter 1. 5? *cf. infra* p. 178. *n.* k. u) frankonefurt 4. franconefurt 1. v) *deest* 5. w) u. deb. crim. esse 3. x) foret 3. y) hoc 3.

12) Beichlingen. 13) Burgscheidungen.

secrandum fore, qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem christianam prodidisset. Tum vero in eum coorti omnes qui aderant principes aiebant, aequa[a] censere Romanum pontificem, et per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriae suae[b] et regii nominis maiestatem tam turpis facti colluvione[c] macularet; praeterea ne parentibus reginae causam defectionis et iustam turbandae rei publicae occasionem daret; qui 5 si viri essent, cum armis et opibus plurimum possent, tantam filiae suae contumeliam procul dubio insigni aliquo facinore expiaturi essent. Hac oratione[d] fractus magis quam 14 inflexus: *Si id*, inquit, *fixum obstinatumque est vobis*[14], *imperabo egomet mihi*, *feramque, ut potero*, *onus*, *quod deponere non valeo.* Ita efferato magis per studium concordiae odio, annuit quidem, ut in regni consortium regina revocaretur, ipse tamen, ut congres- 10 sum eius conspectumque vitaret, adhibitis sibi vix 40 militibus, in Saxoniam concitus rediit. Regina cum cetera multitudine et regni insignibus paulatim subsecuta est. Cumque ad eum Goslariam venisset, vix compulsus ille a familiaribus suis, ut ei obviam procederet, satis superque pro consuetudine eam benigne suscepit; sed protinus refrigescente amore, ad ingenium suum atque ad pristinum rigorem animi rediit; et quia 15 consilia scindendi coniugii saepe[15] iam temptata non processerant, statuit, deinceps, com- 16 municato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet[16].

Maxima eo anno vinearum omniumque silvestrium arborum sterilitas fuit.

Meginwardus abbas Hildenesheimensis abbatiam suscepit Augiensem, patefacto in eam[e] sibi per multam largitionem aditu. 20

Nov. 2. Rumoldus Constantiensis episcopus, maturae admodum gravitatis vir, obiit; cui Karolus[f] successit, Magadaburgensis, canonicus Is[17] a clericis Constantiensibus primo benigne susceptus est; sed processu temporis dum pro libito suo magis quam ex ratione rem gereret, indignantes clerici, a communione eius se abstinere coeperunt propter simoniacam heresim, per quam episcopatum usurpasse dicebatur; id quoque ei crimini 25 dantes, quod plerosque ecclesiae thesauros furtive abstulisset. Qua accusatione Romam perlata, Romanus pontifex mandata direxit Mogontino archiepiscopo, ne ullo modo ab 18 eo consecraretur, donec in sui praesentia causa diligentius ventilaretur. Tolosae[18] episcopus obiit; cui Bibo cancellarius successit; pro quo Adalbero[g] canonicus Mettensis[h] cancellarius est substitutus[i]. 30

1070.

Rex nativitatem Domini Frisingae celebravit.

Episcopus Mogontinus et Coloniensis et Babenbergensis a domino apostolico evocati, Romam venerunt. Ibi episcopus Babenbergensis accusatus, quod per simoniacam 19 heresim data pecunia episcopatum invasisset, multa et preciosa munera papae dedit[19], 35 et per haec efferatam adversum se[k] mentem eius ad tantam mansuetudinem reduxit, ut, qui non sine periculo honoris et gradus sui evasurus putabatur, non solum impunitatem criminis, quod obiectum fuerat, consequeretur, sed etiam pallium et alia quaedam archiepiscopatus insignia ab[l] sede apostolica pro benedictione perciperet. Mogontinus archiepiscopus ultro se episcopatu abdicare atque in otium privatae conversationis 40 secedere magnopere cupiebat; sed tam Romani pontificis auctoritate quam eorum qui praesentes erant maturioribus consiliis vix et aegre abductus est a sententia. Omnes in commune acerbe obiurgati, quod sacros ordines per simoniacam heresim venderent et ementibus indifferenter communicarent manusque imponerent; tandem, accepto[m] ab eis iureiurando, quod haec ulterius facturi non essent, in sua cum pace dimissi sunt. 45

1069. Dec. 24. Dux Luteringorum[n] Gotefridus, omnibus pene terris magnitudine suarum rerum gestarum compertus et cognitus, obiit, et Verdunis[o] sepultus est; cui filius eius Gozelo[p]

a) eque 3. b) *deest* 4. c) colluvie 1*. d) ratione 4. e) ea 5. f) Carolus 3. g) adelbero 3. 4. 5. h) metensis 3. *saepius.* i) s. est 3. k) *deest* 5. l) a 4. 5? m) ab iis acc. 5. n) lutheringorum 1. 4. o) verdunisse 5. p) Godefridus 1. Gotefridus *superscripto* Gozelo 4. Godefridus qui et Gozelo 1b. 50

14) *Fixum obstinatumque est vobis.* Sic Tacit. Ann. I, 47, 1: *Immotum fixumque Tiberio.* 15) vid. Stenzel I. p. 254. not. 28. 16) His contradicere videntur, quae ad annum 1071. de nato a regina primo filio narrantur. Sed omnem scrupulum tollit Stenzel II. p. 62 sq. 17) cf. Berthold. Constantiens. h. a. 18) Tulli. 19) Ipsum se iureiurando purgasse, Lambertus tradit a. 1075.

successit, praestantis quidem animi adolescens, sed gibbosus. — Udalricus[a] marchio Carentinorum obiit[20]. 20

Rex pascha in Hildenesheim[21] celebravit. (Apr. 4.) Ibi inter milites regis et milites episcopi seditio facta est. Sed milites regis in congressione superiores facti, plerosque ex militibus episcopi peremerunt, captosque[b] seditionis auctores ex edicto regis in vincula coniecerunt[c]. Rex ascensionem Domini Quidelenburc[d], (Mai. 13.) pentecosten Merseburc[e] celebravit. (Mai. 23.)

Augustissimum[f] in Quidelenburc[g] templum cum omnibus attiguis sibi aedificiis, incertum divina ultione an fortuita calamitate, incensum atque in cineres redactum est[22].

Clarus eo tempore in palatio[h] et magnae in re publica auctoritatis erat[i] Otto dux Baioariorum. Sed sicut semper gloriam sequi solet invidia, invidentes ei plerique homines nequam, qui malitiae suae potentiam[k] eius atque[l] immoderatam gloriam obstare querebantur[m], sollicite oportunitatem ad opprimendum eum quaerebant. Itaque quendam, Egenen nomine, hominem ingenuum, sed omni flagitiorum genere infamatum, in necem exitiumque eius subornaverunt. Is crimen adversus eum detulit, quod se ad occidendum regem precibus et pollicitationibus multis saepenumero sollicitasset, atque in[n] argumentum fidei gladium ostentabat, quem sibi ab eo in hos tam sceleratos[o] nefariosque usus[p] datum asserebat; si inficiaretur, paratum se quovis iudicio verbis suis fidem facere. Qua accusatione vulgata, hi, quos ratione communis commodi[q] aliquando offenderat, omnes infensi infestique aderant, et iracundiam regis adversus eum inflammare summa vi, summa ope nitebantur. Igitur rex eum[r] Mogontiam (Iun.) cum ceteris principibus ad colloquium evocavit, quid delatum esset exposuit, negantique inducias in sex ebdomadas[s] dedit, ut Kalendis Augusti Goslariam veniens, obiectum crimen, congressus[t] cum accusatore suo, manu[u] propria refelleret[v]. Cum in haec verba discessum esset, causari principes de iniquitate conditionis coeperunt, nec bonum nec aequum esse dicentes, ut homo nobilissimus, integerrimae apud omnes existimationis, nec ulla umquam sinistri rumoris macula attaminatus, manum conferre iuberetur cum homine sceleratissimo, qui si quid ingenuitatis a parentibus accepisset, id per furta, per latrocinia, denique per omnia[w] vitiorum probra iam dudum oblitterasset. Ille tamen et indignitate rei efferatus et Deo innocentiae suae teste et conscio fretus, cum quovis, etiam indigno, etiam praeter natales suos, pugnare malebat, quam tanti sceleris suspicione teneri. Igitur die statuta ad proxima Goslariae loca cum armata multitudine venit; (Aug. 1.) missis ad regem nunciis mandavit, si sibi[x] tuto venire, si tuto causam dicere liceret, paratum se coram venire, et conditione, quam principes regni aequam iudicassent, crimen, cuius insimulatus fuerat, refellere. Rex ad haec atrociter et acerbe respondit, se ei nec in veniendo nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri; id solum expectare, ut iuxta condictum Goslariam comminus veniret, et si quid de innocentia sua praesumeret, conserta cum adversario suo manu, aequissimo iudici Deo rem committeret; ni id faceret, se, omissa legum dissidentium simultate, relegato sententiarum certamine, pro convicto confessoque eum in tanti[y] sceleris immanitate habiturum. Relato ad ducem hoc responso, nec tutum nec satis honestum eius[z] rationibus visum est his qui recte ei consultum cupiebant, ut sic inflammatae adversum se regis iracundiae illudendum se vexandumque obiceret, cum sibi, integris adhuc rebus et crimine necdum comprobato, tuto coram venire non licuisset; quod tam iure caeli quam iure fori omnibus semper reis, omnibus in causis licuisset. Ita incisa[*] spe veniae, infectis rebus, in sua se recepit, satius putans, quoad posset armis salutem tueri, quam ad[a] exsaturanda hostium suorum odia turpiter more pecudum iugulari. Postera die rex principes Saxoniae, quod ex his oriundus esset et hi propter privatas inimicitias maxime invisum eum haberent, sententiam super eo[b] rogavit. Qui eum tamquam manifesti criminis depre-

a) *ita omnes.* b) captos 4. c) coniceretur 4. d) Quidilenburg 3. Quidelenburg 4. 5. e) Merseburg 3. 4. 5. f) Augusstimum 5. g) Quidelinburg 3. Quidelenburg 5. h) pallacio erat 3. i) *deest* 3. k) *deest* 4. l) eius atque suam i. 4. m) querebant 4. n) *deest* 5. o) celeratos 5. p) *an* ausus? W. q) comodi 3. r) cum 3. *et infra* eum ad c. s) hebdomodas 4. t) *deest* 3. u) p. m. 3. v) reuelleret 1. 3. w) omnium 4. x) ut si 1*. y) tanta 4. z) *deest* 5. *) inscisa 3. 4. a) *deest* 4. b) cum 3.

20) d. 6. Mart. huius anni; cf. Wedekind. Not. fascic. 2. p. 190. annotat. 144. 21) Spirae, Ann. Altah., qui pentecosten Missenae regem celebrasse dicunt. 22) Vid. Ranke et Kugler Beschreibung und Geschichte der Schlosskirche zu Quedlinburg. (Berlin 1838.) p. 60.

hensum reum maiestatis iudicaverunt, et si caperetur, capitali in eum sententia animadvertendum fore, decreverunt. Ilico amici regis ferro et igne[23] persequi eum, singuli pro virili portione, aggrediuntur; plerique etiam nec fide erga regem, nec studio erga rem publicam, nec ultione cuiusquam privatae iniuriae, sed sola[a] rapinarum cupiditate, arma contra eum capiunt. Itaque[b] undique laxatis, immo ruptis irarum habenis, omnes in eum irruunt, praedia eius et possessiones alias diripiunt, vastant, incendunt, ministros eius agrorumque cultores, si quos fors[c] obtulisset, obtruncant, lacerant, iugulant. Sic postremo praeter modum modestiamque ira immoderatior debachabatur, ut nec ab ecclesiis nec templis, quae ille propriis impensis Deo construxerat, hostilis saevitiae impetus temperaret. Deinde rex collecto exercitu egressus, extremam operi manum per se ipsum imposuit; principes, quos ei consanguinitate vel alia necessitudine obnoxios noverat, aut acceptis obsidibus aut iureiurando, ne ad eum deficerent, obligavit. Castellum eius Hanenstein[24], a quo ad primum statim belli terrorem praesidium abductum fuerat, funditus everti iussit. Alii castello, quod Tesenberg[d. 25] dicitur, exercitum iam admoverat. Sed hi qui intus erant, etsi loci situ inexpugnabiles essent, et copiis omnibus, quae administrando bello necessariae erant, affatim affluerent, ultro tamen se dedere quam ancipitem belli fortunam temptare maluerunt. Relicto illic praesidio, rex in ulteriora loca ad demoliendas uxoris quoque eius possessiones[26] exercitum abduxit, villas multas opibus et aedificiis ornatissimas incendit, bona diripuit, in mulieres et pueros — nam viri in montes et in saltus[e] devios se abdiderant — foeda et hostilia multa commisit; tantaque in ea expeditione acerba et crudelia perpessi sunt a rege proprio homines innocentes et nulla saltem suspicione criminis cuiusquam infamati, ut nihil acerbius, nihil crudelius a barbaris perpeti potuissent. Tandem dux Otto perdoluit, et calamitatum pondere superata est constantia patientiae. Itaque assumptis secum ad tria milia viris electis et omni militaris disciplinae studio exercitatis, impetum in Thuringiam fecit, villas regalis fisci, rebus cunctis affluentissimas, incendit, praedam multam abegit, et milites suos, quorum plerosque ad societatem belli sola spes rapinarum allexerat, hac primum mercede inescavit fidosque ac firmos sibi effecit. Ita populabundus ultra Heschenewege[27] pervenit. Ibi confluentibus ad se agrorum suorum cultoribus, quibus milites regis praeter miseram vitam nihil reliquum fecerant, partem aliquam praedae distribuit, verbera[f] divinae animadversionis fortibus animis tolerare admonuit, et pro se quoniam arma ferre non possent[28], suppliciter ad Deum vota facere flagitavit. Interea Thuringi, qui se ante aliquot annos sacramento obstrinxissent, ne latrones aut raptores inultos sinerent, rerum suarum direptionibus exacerbati, ad arma conclamant, conglobatis propere[g] ingentibus copiis, hostes e vestigio insequuntur, inventisque haut procul ab Heschenewege[h] certamen inferunt 4. Nonas Septembris. Nec diu anceps pugna fuit. Nam[i] his qui cum duce Ottone erant impigre occursantibus, vix primam praelii procellam sustinentes in fugam vertuntur, et alii in proximos montes et silvas evadere, alii per iter[k] quo venerant citatis equis reverti[l], summo conamine nitebantur, haut satis auspicato temptatam fortunae aleam detestantes. Ipse denique, qui primo ut res certamini committeretur vehementissimus auctor incentorque fuerat, Ruotgerus[m] comes[29], is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omnique, ut vulgo dicitur, vento

a) solum 4. b) Ita 1. 5? c) sors 4. 5. d) Tesinberg 1*. e) saltos 4. f) verba 5. g) prope 4. h) Heschenwege 3. i) Nas 4. k) *ita* 3. pariter *corr.* per iter 4. pariter 1. 5? l) *deest* 3. m) *ita* 3. 4.

23) Apud alios: *rem flamma et ferro, Marte et Vulcano ducibus, gerere;* cf. Casp. Barth. ad Briton. Philipp. III, 292. p. 269. 24) Non in Baioaria, sed in praediis Ottonis patrimonialibus quaerendum ad Wirraham, non longe a Gottinga dissitum, unde gens Hansteinia nomen traxit, vid. de Gudenus cod. dipl. Tom. I. p. 418. Orig. Guelf. T. III. p. 626. KR. et Schrader die Dynastenstämme etc. Tom. I. p. 185 sqq. et p. 39. n. 47. 25) Procul dubio Desenberg in episcopatu Paderbornensi, olim in patrimonio ducum Brunsvicensium. KR. Cf. Fürstenberg Monument. Paderborn. p. 155. Mascov. l. c. p. 24. not. a. Schrader l. c. p. 186 sqq. 26) In Westfaliam. Uxor enim Ottonis Richinza fuit, vidua Hermanni comitis de Werla. 27) Eschwege ad Werram; cf. Wersebe über die Vertheilung Thüringens II. p. 136. n. 259. 28) cf. de h. l. Schrader in libro laudato Vol. I. p. 69. not. 1. 29) de Bielstein ad Werram; v. Gebhardi hist. gen. Abh. III. p. 102 sqq. Wenck l. l. III. p. 39.

citatior montes et colles modernus[a] Idithun[b. 30] transmittebat. Trecenti plus vel minus[c] in ea congressione ex Thuringis corruerunt; ex parte altera unus occisus, duo sunt vulnerati. Dux Otto, signo receptui dato, cum a caede hostium vix et aegre militem suum revocasset, aliquamdiu in eisdem castris commoratus est, et vergente iam in vesperam die, plerosque principes exercitus sui singulos[d] in sua cum pace dimisit. Ipse, adhibitis sibi quantas res poscere videbatur copiis, in ulteriorem Saxoniam contendit; ibique totam hiemem usque ad nativitatem Domini exegit, partim rapinis et depraedationibus victitans, partim ex possessionibus Magni comitis, quem belli periculorumque omnium socium et innocentiae suae[e] devotissimum assertorem habebat. Is filius erat Ottonis[31] ducis Saxoniae, egregius adolescens, boni[e] et aequi in pace supra annos suos servantissimus, et in bello audacia et virtute militari nulli secundus. Perlato ad regem nuncio acceptae[f] in Heschenewege[g] cladis, omissis rebus aliis, Goslariam concitus remeavit, nec inde usquam[h] ante nativitatem Domini abscessit[i], timens scilicet, ne tam caram tamque acceptam sibi villam, quam pro patria ac pro lare domestico Teutonici[k] reges incolere soliti erant, hostes per absentiam eius, quod minitari et crebris usurpare sermonibus dicebantur, in favillas cineresque redigerent.

Adalbero[l] Wormaciae episcopus, propria, ut fertur[m], crassitudine praefocatus, interiit; cui[n] Adalbertus successit.

Aribo[o] diaconus, frater Willehelmi et Ottonis marchionum, occisus est a propriis servis suis, vir tam divinis quam secularibus litteris adprime eruditus, sed propter lasciviam morumque intemperantiam merito bonis omnibus gravis et invisus.

Silvestrium arborem eadem quae priore anno sterilitas permansit. Sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut plerisque in locis prae multitudine vix colligi vindemia posset.

1071.

Rex nativitatem Domini Goslariae[32] celebravit. Ibi per interventum Ruodolfi[p] ducis Suevorum Welf[q], filius Azzonis marchionis Italorum, ducatum Baioariae[r] suscepit. Is filiam Ottonis ducis Baioariorum uxorem duxerat, et[s] per iusiurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat; quamdiu itaque res tranquillae[t] erant, quamdiu etiam bellum temere coeptum sine grandi permutatione rerum sedari posse sperabat, maritalem uxori[u] affectum et honorem deferebat, et causam soceri, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur[32*]; at ubi animadvertit, datam in eum sententiam[v], et bellum iracundiamque regis magis in dies adversus eum crudescere, leges omnes vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmaverant, abrupit; satius putans, periurii crimen et violatae fidei verecundiam sustinere, quam res suas florentissimas desperatis ac perditis eius rebus admiscere. Et primo in tam trepidis rebus[33] petenti[w] auxilium denegavit, dein[x] filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregavit patrique remisit; postremo ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam intendit, nihil pensi habens[34], quantum auri, quantum argenti, quantum redituum ac possessionum[y] dilapidaret, dummodo quod cupiebat assequeretur. Directus est ergo dolus in manu eius[z. 35], et potuit[*] et invaluit, cunctis detestantibus, quod clarissimam atque opinatissimam in re publica dignitatem tam foeda ambitione[a] polluisset. Noverat rex, haut satis placiturum principibus Baioariae, quod hoc tum[b] contra morem et ius, tum ipsis inconsultis factum fuisset[36], et propterea quantocius ire in Baioariam cogitabat, ut tumultum, si quis forte oriretur, per se ipsum reprimeret. Sed e diverso haut nescius erat, si ipse longius abisset, hostes ilico in Goslariam impetum facturos et clarissimum illud regni domicilium in[c] cinerem redactu-

a) modernos 4. b) idithim 3. 4. c) minusve 1. d) singuli 4. e) *deest* 4. f) percepte 3. accepit 4. g) Heschenwege 3. Heschenenuuege 1. h) usque 4. i) recessit 3. abcessit 5. k) Theutonici 1. 4. 5. l) Adalberus 1. Adelbero Wormatiensis 3. m) ferunt 5. n) c. A. s. *desunt* 4. o) Eribo 3. Kribo 1. p) *ita* 4. q) Wel 3. r) Baioariorum 3. s) et — dixerat *desunt* 3. t) intranquille 3. u) uxoris 5. v) esse s. 1. w) *deest* 3. x) deinde 4. y) p. suarum 1. z) in manu eius *per errorem repetitur* 5. *) potuit *omnes codd. et edit., sed fort.* patuit *scribendum.* a) poll. amb. 4. b) dum 3. c) in c. r. *desunt* 3.

30) cf. 1. Paral. 25, 3 etc. Isidor. Originum l. 7. c. 8, 28: *Idithun interpretatur transiliens eos sive saliens eos. Quosdam enim inhaerentes humo, curvatos in terram, et ea quae in imo sunt cogitantes, et in rebus transeuntibus spem ponentes, transilivit canendo iste, qui vocatur transiliens.* Quod huic dictioni ansam dedisse videtur. 31) Ordulfum alii vocant. 32) Ann. Altah. minus recte: Babenberg. 32*) cf. Stenzel II. p. 105. 33) *in tam trepidis rebus;* cf. Horat. Od. III, 2, 5. Liv. I, 27. 34) *nihil pensi habens*, Sallust. Cat. c. 5. et 12. 35) cf. Daniel 8, 25. 36) cf. Thietmar. V, 8. (ex quo Adelboldus c. 9.)

ros. Accepto a familiaribus suis consilio, quosdam Saxoniae principes illic praesidii causa reliquit; et ipse, sicut instituerat, in Baioariam proficisci parabat. Interea dux Otto videns sibi nihil iam spei reliquum esse, cuius et bona omnia flamma hostilis absumpsisset et ducatum alius in suam potissimum contumeliam invasisset, statuit, rem in extremum discrimen adducere, et cum rege, ubi primum copia fieret, collatis 5 signis dimicare. Itaque montem qui dicitur Hasengun[37] occupavit[a], ut is scilicet militibus suis, quomodocumque res in praelio cecidissent, receptui foret. Eum[b], etsi natura et situ ipso satis munitum, munitiorem tamen manu atque opere fecit, ibique convecta ex circumiacentibus agris praeda, regem praestolabatur. Rex accepto nuncio nihil moratus, quantas in ea trepidatione potuit copias ex Saxonia, ex[c] Thuringia atque[d] ex 10 Hassia celerrime contraxit. Ceteris principibus, qui longius aberant, mandavit, ut, si forte res sine mora et diuturnitate confici non posset, sibi quam citius possent armata manu concurrerent. Plurimum eo tempore rex consiliis utebatur Eberhardi comitis[38], sapientis admodum viri. Is videns, hostes sic ad bellum exercitatos, sic ipsa iam[e] desperatione, quae plerumque timidis[f] etiam virtutem addere solet[39], efferatos, sine 15 magno detrimento rei publicae nec vinci nec vincere posse, abiit ad ducem[g] Ottonem, eumque per Deum obtestari coepit, ne se suosque in tantum discrimen praecipitaret; necdum ei omnem spem veniae, omnem respirandi facultatem ereptam esse; si de monte, quem occupaverat, exercitum abduceret, seque regi iustis conditionibus[h] dederet, sub iuramento se ei promittere, quod et veniam culpae, cuius insimulatus fuerat, et 20 omnium quae iure belli amiserat restitutionem ei[i] a rege impetraret. Annuente eo, rem ad regem detulit, et eum haut difficulter in sententiam adduxit, quippe cum taedere eum iam belli coepisset, quod propter privatum hominis amorem a principibus per ingenium trahi ac segniter geri videbat. Pace per iusiurandum utrimque firmata, induciae datae sunt Ottoni duci usque in pascha, ut Coloniam veniens, dedicionem lege 25 quam principes aequam iudicassent perficeret. Inter has inducias, cum dux Otto exercitum, singulos in sua, dimisisset, Retheri[k] comes[40], partium eius haut leve momentum, occisus est ab hostibus suis propter quasdam[l] privatas simultates.

Ianuar. — 39 — 40

Saricho abbas Corbeiensis obiit; cui Wernheri[m], eiusdem coenobii monachus, successit.

Rex, sicut instituerat, in Baioariam abiit, ibique compositis mediocriter, prout tum 30 copia erat, regni negociis, ad Renum[n] rediit. Castellum Hamerstein[o. 41], quod a superioribus regibus iam olim dirutum fuerat[42], summo nisu instauravit. Pascha Coloniae celebravit, ibique rursus Ottoni duci inducias usque in pentecosten dedit. Exacta solemnitate paschali, Leodium abiit[p]. Ibi ad eum vidua Balduwini[q] comitis venit, regiae maiestatis patrocinium expetens contra violentiam improbitatemque[r] Ruotberti[s], fratris 35 Balduwini[q], qui et fratrem praelio victum vita privasset, et comitatum eius, expulsis uxore et liberis, tirannica crudelitate occupasset.

April. — April. 24.

Non ingratum fortassis lectori fecero, si gestae rei historiam quam paucis potero absolvam. In comitatu Balduwini[q] eiusque familia id multis iam seculis servabatur quasi sancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potissimum placuisset, nomen 40 patris acciperet[t] et[u] tocius Flandriae principatum solus hereditaria successione obtineret, ceteri vero fratres aut huic subditi dictoque obtemperantes[v] ingloriam vitam ducerent,

a) *deest* 3. b) cum 4. 5. c) et 4. d) et 1*. e) *deest* 3. iam ipsa 5. f) eciam tim. 3. g) adducere 5. h) *deest* 4. i) *deest* 3. k) Recheri 3. l) *deest* 4. m) Werenher 5. Vuernher 1*. n) Rhenum 4. o) Hammerstein 3. p) adiit 4. q) Balduini 3. r) *deest* 3. s) Rutberti *omnes*. t) p. p. p. nomen patris placuisset 45 nomen patris acciperet 3. u) et — obtineret *desunt* 5. v) temper. 3.

37) in Hassia, Hasungen am Habichtswalde. Cf. Wenck l. l. III. p. 40. n. h. 38) Ex mente Gebhardi hist. gen. Abh. III. p. 102 sqq. fuit frater Rutgeri comitis de Bielstein ad Werram; cf. Scheidt vom Adel p. 173. Wenck l. l. II. cod. dipl. p. 47. 50. 39) Hanc nobilem sententiam usu saepe probatam illustrat Barth. ad Briton. Phil. V, 525. p. 339 locis similibus Statii Theb. X, 493. Curtii Ruf. V, 4, 31: *ut opinor ignaviam quoque necessitas acuit, et saepe desperatio spei causa est.* Arator. hist. apostol. II, 706: *labor ultimus omnia secum, Si desperat, habet; sola est via vincere victis, Formidare nihil.* 40) Videtur fuisse comes de Insula (Giselwerder). Cf. Guden. cod. dipl. M. I. p. 207, ubi a. 1151. eiusdem nominis comes, Ottonis Brunsv. 50 vasallus, familiam nostri signat. Adde Scheidt ad Moseri ius publ. Brunsv. p. 82. etc. KR. 41) V. Schoepff Ausführung von Marggraf Otten aus dem Nordgau und zugleich von Hammerstein. Laubach 1755. 4. p. 28 sqq. 42) V. Ann. Quedl. a. 1020. 55 SS. III. p. 85. Ruperti vitam S. Heriberti SS. IV. p. 749.

aut peregre profecti, magis propriis rebus gestis florere contenderent, quam[a] desidiae ac socordiae dediti, egestatem suam vana maiorum opinione consolarentur. Hoc scilicet fiebat, ne, in plures divisa provincia, claritas illius familiae per inopiam rei familiaris obsoleret[43]. Igitur cum Balduwinus senior duos genuisset filios, Balduwinum et Ruotbertum[b], Balduwinum omnium quae habebat heredem instituit, Ruotberto[c], ubi primum aetas faciendis stipendiis matura visa est, naves paravit, aurum, argentum et ceteras longinquae profectionis impensas affatim praebuit, iussitque, ut ad gentes exteras iret, et, si vir esset, propria sibi virtute regnum diviciasque pararet. Ille patri adquiescens, assumpta secum multitudine, qua regio praegravari videbatur, navem ascendit, et in Galliciam ire eamque, si votis Deus successum annuisset, sibi subdere cogitavit. Cumque post paucos dies ad ignota quaedam littora applicuisset, et egressus[d] in terram ab incolis loci praedas agere coepisset, illi ex omnibus partibus[e] ad arcendam vim ilico armati conveniunt. Facta congressione, eum[f], cum aliquamdiu pugnam fortiter sustinuisset, in fugam vertunt, fugientem usque ad naves persequuntur, sociosque eius pene ad internitionem prosternunt. Ipse cum paucis vix fuga elapsus, ad patrem tantae calamitatis nuncius rediit. A quo propter male gestas res contumeliose repulsus, alia rursum via, quoniam hac non successisset, fortunam temptare aggreditur, omnia paratus, etiam extrema perpeti, ut maculam veterem factis recentioribus elueret. Reparatis navibus et numero militum instaurato, marinis iterum fluctibus se credidit, in regionem longinquam, ubi sedem vaganti Deus[g] ostendisset, iter facturus. Et ecce post paucos dies tempestate infestissima circumventus, multis suorum naufragio amissis, ipse nudus omniumque rerum egens vix et aegre in littus evasit[44]. Dehinc assumpto plebeio habitu, inter eos, qui Hierosolimam causa orationis pergebant, Constantinopolim ire parabat, vocatus[h] eo crebris legationibus Northmannorum[i. 45], qui sub imperatore[k] Constantinopolitano militabant, quique ei, si illuc veniret, tocius Greciae principatum pollicebantur. Sed imperator Constantinopolitanus, comperto hoc consilio, omnia flumina, per quae transitus[l] in Greciam esse poterat, appositis custodibus, observari fecit, ut deprehensus ilico trucidaretur. Sic conatus coeptumque eius[m] irritum fuit. Tandem advertens, sic infeliciter sibi cedere, quamcumque viam temptasset amplificandae gloriae suae, deinceps in perpetuum[n] ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit, atque in Fresiam[46], quae confinis est Flandriae, cui Thiedericus[o] quondam comes, et post hunc[p] Florentius, frater eius, imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso praelio, victus et[q] fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, cum animum eius vel ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt[47]. Quod ubi frater eius Balduwinus comperit — iam enim pater eius morbo ac senio confectus naturae concesserat — armata multitudine his eum sedibus proturbare[r] magna vi, magno molimine parabat[48]. Cui cum exercitu adventanti Ruotbertus[s] legatos obviam misit, obtestans per Deum, ut se fratrem suum reminisceretur, nec iura germanitatis, apud barbaros quoque semper sacrosancta et inviolata, pollueret; misereretur potius peregrinationis, laborum et calamitatum, in quibus totam aetatem suam detrivisset;

a) *deest* 5. b) Růbertum 3. Rutbertum 4. 5. Rubertum 1. *semper fere.* c) Rutberto 3. 4. 5. *plerumque.* d) ingressus 4. e) *deest* 4. f) c. contra eum al. 4. g) *deest* 5. h) vocatis 3. i) Normannorum 3. k) imparatore 4. l) trans. esse pot. in gr. 3. m) *deest* 3. n) imperp. 4. o) Thidericus 1. 4. p) eum 4. q) ac 5? r) perturbare 1*. 4. s) *ita* 4.

43) Cf. Nachricht von einigen Häusern des Geschlechts der von Schlieffen. (Cassel 1784. 4.) p. 51. not. 1. 2. et: Die Ministerialen. Von Aug. Freih. v. Fürth (Cöln am Rhein 1836. 8.) p. 853. — Hermannus de restauratione S. Martini Tornac. ap. Dachery ed. 2. II. pag. 892. haec rectius ita narrare videtur: *Balduinus, qui Insulae iacet, timens ne post mortem suam seditio nasceretur inter filios suos Balduinum et Robertum, totam terram suam in vita sua Balduino dedit, et optimates suos hominium et fidelitatem promittere fecit, ita ut apud Aldenardam super reliquias sanctorum praesente patre et filio multisque principibus idem Robertus publice iuravit, quod nec ipsi Balduino nec heredibus eius aliquo modo de terra Flandriae noceret; quo iuramento completo, de Flandria exivit et in Frisiam secessit.* W. 44) Quae de his duabus expeditionibus a Lamberto narrantur, in libro egregio: L'art de vérifier les dates T. XIII. pag. 291. ad fabulae romanensis similitudinem quodammodo accedere dicuntur. 45) qui alias Barangi, Waraegi. 46) i. e. Hollandiam. 47) Nupsit Gertrudi, viduae comitis Florentii; cf. Wilhelm. Gemmet. cont. VIII, 14. Albericum ex Guidone a. 1072. W. 48) Haec minus recte Lambertus tradere videtur. Hermannus Torn. l. l. per-

gauderet ipse beatus[a] sorte sua[49], quod totam communis patris hereditatem, quam iure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret; se patriis[b] finibus extorrem, paterna hereditate destitutum, ab summa gloria maiorum suorum ad ultimam egestatem coactum, exteras[c] gentes bello lacessisse, terras ac maria concitasse, nihil denique praetermisisse, ne de portione paternae substantiae, quae se contingeret, fratri molestus esset; nunc laboribus exhaustum, adversitatibus defatigatum[d], vix et aegre parvissimo terrarum angulo insedisse, cuius nullam partem constet ad eius dominium pertinere; postremo id se animo fixum habere, nec ab sententia[e] ulla vi, ulla necessitate abduci posse, ut hic aut instantis iam senectutis requiem aut honestae saltem mortis sepulchrum sit habiturus. Nihil ille his verbis motus, exercitum haut segniter ad Fresiam admovebat. Tum Ruotbertus[f] necessitate compulsus, armata iuventute[g], quam secum lectissimam habebat, obviam ei processit; commissoque praelio, ex parte Balduwini[h] multi occisi[i], plures vulnerati, omnes in fugam versi sunt; quos dum ipse loco pulsos sistere pugnamque restituere summo conamine moliretur, in confertissimos hostium cuneos temere invectus, occiditur. Cuius morte comperta, Ruotbertus ilico in Flandriam irruptionem fecit, eamque sibi tamquam ex iure debitae successionis totam mancipavit. Filius erat Balduwino, impubis adhuc adolescens et necdum armis militaribus maturus. Is repente et perempti patris et hostilis irruptionis atroci nuncio attonitus, ad regem Francorum, Philippum nomine, confugit, auxilium et necis paternae vindictam expetens, eo quod pater eius tam ipsi quam maioribus eius saepe in arduis rebus commodissime[k] affuisset et civitates quasdam ex his quas Ruotbertus occupaverat pro donativo ab eo accepisset. Ille rei indignitate gravissime permotus, statim temere et tumultuario tantum milite collectum[l] exercitum duxit[m] in Flandriam, de magnitudine virium suarum et hostis imbecillitate nimium praesumens. Sed Ruotbertus[n], quo viribus erat impar, eo magis ut rem astu[o] tractaret[p] intentus, simulato aliquamdiu metu et fugiendi[q] studio, ex insperato atque ex insidiis copias suas super exercitum regis effudit, tantumque eis terrorem incussit, ut abiectis armis fugiendo saluti consulere summa ope conarentur. Filius Balduwini[r] cum deinceps parum spei in armis[s] poneret, assumpta matre sua, ad regem Teutonicorum[t] Heinricum, Leodii, ut praedictum est, tum temporis positum, venit, opemque eius adversus patrui violentiam supplex imploravit, atque ut magis eum sibi obnoxium faceret, comitatum Reginheri quondam comitis cum castello munitissimo, Mons nomine[u], quae scilicet praedia mater eius a priore marito suo dotis nomine acceperat[50], sancto Lamperto[51] tradidit; quae rursum episcopus Leodiensis duci Gotefrido, ille itidem ipsi filio Balduwini[v] beneficii loco dedit. Hoc rex quasi precio redemptus, episcopo Leodiensi atque duci Gotefrido, item aliis Lutheringiae[w] principibus praecepit, ut in arduis rebus[52] praesidio[x] illi essent, et Ruotbertum[y], si iniuste invasis sedibus ultro excedere nollet, vi et armis expellerent. Qui protinus coadunato exercitu in Flandriam profecti sunt. Sed comperto, quod Ruotbertus[y] cum rege Francorum iam in gratiam redisset, et expiata veteri contumelia, firmum sibi eum fidelemque fecisset,

a) *deest* 4. b) patris 1. 3. 5. patribus 4. c) ceteras 4. d) fatigatum 5. e) absentem 5. f) *ita* 4. Rutpertus 3. (*et infra*); Rupertus 5. g) vi venture 4. h) balduini 3. *et ita infra. Hinc inde etiam* 1. i) o. sunt 1*. k) commodisve 3. l) *deest* 3. m) in fl. d. 3. n) Rupertus 3. *hoc loco.* o) actu 3. 4. 5. p) tractare 4. q) confugiendi 4. r) Balduini 1. 4. s) a. francorum 1. t) Theutonicorum 1. 4. 5. u) acceperat *add.* 4. v) Balduini 1. 3. 4. w) in Luthoringie 3. in L. 5. x) prelio illi adessent 3. y) Rupert. 3.

git: 13. ***Post aliquot vero annos audiens Balduinum germanum suum defunctum et in coenobio Hasnoniensi sepultum filiumque eius Ernulfum iam Flandrensem comitem factum, quibusdam Flandriae principibus secrete convocatis multisque muneribus promissis, Flandriam intravit, praetermissoque iuramento quod fecerat, bellum contra nepotem suum paravit. Quod audiens Ernulfus, iuncto sibi Philippo Francorum rege, de cuius manu terram susceperat, patruo suo Roberto cum exercitu suo apud Casletum occurrit, ibique praelio conserto et Ernulfo interfecto, Robertus Flandriam obtinuit, et Richeldis, mater Ernulfi, de Flandria pulsa cum altero filio suo Balduino comitatum Hainoensem repetiit.*** Cf. etiam Ordericum Vit. IV, 8. ed. Le Prevost II. p. 234. W. 49) Cf. Horat. Epod. 14, 15. 50) Richildis, uxor Hermanni comitis Hannoniensis. 51) V. Diploma Heinrici regis hac de re datum 5. Idus Maii ann. 1071. quod extat ap. Lunigium in Spicileg. ecclesiast. T. III. p. 494. Chapeavill. l. c. T. II. p. 11 sqq. et in libro, qui inscribitur: ***Annales de la province et comté d'Haynau, recueillies par feu François Vinchant prestre, augmentées et achevées par le R. P. Antoine Ruteau, de l'ordre des PP. Minimes: à Mons en Haynau*** 1648. in fol. p. 191, unde id depromsit Mart. Gerbertus de Rudolpho Suevico p. 17 sq. 52) ***in arduis rebus;*** cf. a. 1073. Horat. Od. II, 3, 1.

infectis rebus in sua rediere[a], temerarium iudicantes, cum rege potentissimo privatis viribus acie confligere. Sic Ruotbertus[b] deinceps[c] Flandriae principatu in securitate potiebatur[53].

Mai. Fratres de monasterio Stabulaus[d.54] cottidie aures regias obtundebant[55] pro repetitione monasterii Malmendrensis, quod abbati ereptum, rex consilio Premensis episcopi, ut praedictum est[55*], dono dederat Coloniensi archiepiscopo. Cumque nihil[e] ille precibus, nihil lacrimis, nihil ipsa perurgentium[f] importunitate moveretur, inito consilio, et, ut fertur, divina revelatione ad hoc faciendum incitati, ossa beati Remacli[g] levant, Leodium deferunt, et rege[h] celebri quodam loco convivium agente, super mensam ipsam apponunt, obsecrantes per Deum, ut si minus filiorum, saltem patris[i] misereretur[k] iam cum Christo regnantis et de iniuriis suis cottidie ad tribunal aeterni iudicis proclamationem facientis; cui nisi sua restitueret, ultra ei propter penuriam rerum necessariarum militaturi non essent. Hoc supplicationis genere, quod ad captandam benivolentiam comparatum fuerat, rex versa vice nimium efferatus, concitus se, relictis epulis, in palatium proripuit, et quo exemplo in abbatem, tam audacis facti incentorem, animadvertere deberet, plenus irarum cogitabat. Sed ecce mensa, cui superpositae erant sacrae reliquiae[56], divina virtute confracta[l] corruit, ministroque regis, haut obscuri nominis viro, crura pedesque contrivit; qui paulo post, exorata per intercessionem beati Remacli pietate divina, ita pristinae restitutus est sospitati[m], ut ne[n] cicatrix quidem in argumentum laesionis abolitae relinqueretur. Atque ita deinceps per totam noctem sequentemque diem tanta circa sanctum corpus coruscabat miraculorum multitudo, ut corporali quodammodo proclamatione videretur beatus Remaclus ius suum expostulare. Attonitis omnibus tantae rei novitate, rex timore vehementissimo correptus, ne forte, si cunctaretur, caelestis in eum protinus[o] ultio procederet, non solum ablata restituit, sed recentibus etiam donis pro munificentia regia magnifice cumulavit. Hinc digressus, pentecosten Halberstat celebravit. (Iun. 12.) Ibi Ottonem ducem ceterosque ingenuos, qui cum eo arma contra rem publicam sumpsisse arguebantur, in dedicionem suscepit, principibusque regni in custodia habendos et statuto die sibi restituendos commendavit.

Iun. 14. Meginwardus abbas Augiensis dignitate sua ultro se abdicavit, offensus tum infestatione quorundam militum suorum, qui eum gravibus contumeliis affecerant, tum importunitate regis, qui frequentibus eum edictis urgebat, ut praedia monasterii, quae tam eius quam priorum abbatum largitione dilapidata vix iam in usus fratrum sufficere poterant, militibus suis[p] in beneficium erogaret. In locum eius non per electionis ostium, sed per simoniacae hereseos cuniculum, protinus irrupit Ruobertus[q] abbas Babenbergensis, cognomento Nummularius, annumeratis in aerarium regis mille pondo argenti purissimi[57]. Hic sordidissimis[r] quaestibus et usuris, quas etiam privatus adhuc in

a) redire 4. b) Rupertus 3. c) *deest* 3. d) proturbati 1. e) ille nichil 3. f) per vrgentum 4. 5. g) Reinardi 3. h) regi 4. i) p. tanti 1. k) miseretur 1. misereatur 1*. l) fracta 4. m) sanitati 4. n) nec 4. o) *deest* 3. p) suum 5. q) *ita* 4. Rupertus 3. r) sordissimis 4.

53) Cf. quae narrat Hermannus Tornac. l. l.: *Robertus autem statim legatos ad Henricum imperatorem direxit, rogans ut si necesse esset sibi adiutor existeret. Ex his legatis fuit unus Balduinus advocatus Tornacensis, qui postea monachus fuit domini Anselmi Cantuariensis archiepiscopi, quique retulit, quod, dum Coloniae propinquassent, obviaverunt cuidam matronae honestae et ignotae, a qua requisiti, qui essent, unde venirent, quo tenderent, cum nollent ei rem sicut erat revelare: „Scio, inquit, vos esse legatos Roberti Flandrensis comitis, qui iuramentum quod patri suo pro germano suo fecerat praetergressus, filium eius interfecit et terram eius invasit; vos quoque nunc ad imperatorem Henricum propter obtinendam gratiam et amicitiam dirigit. Sciatis itaque, vos prosperum iter et gratiam caesaris habituros, ipsumque Robertum cum filio suo Flandriam pacifice possessurum, sed nepotem suum, qui ex filio suo genitus fuerit, sine prole moriturum; cui succedet quidam pulcher iuvenis de Dacia veniens, qui tamen et ipse sine prole morietur; post quem duo alii de Flandria contendent, alterque eorum alterum interficiet et victor Flandriam obtinebit, ipsiusque heredes Flandriam possidebunt usque ad tempus antichristi“. Haec ego adhuc parvulus a praefato Balduino Tornacensi advocato, qui unus ex legatis fuerat, narrari audivi, nunc autem iam in senium vergens vera esse propriis oculis sicut dixerat conspicio.* W. 54) Triumphus S. Remacli de Malmundariensi coenobio ap. Chapeavill. l. c. T. II. pag. 552 sqq. cf. etiam Stenzel I. p. 224. not. 17. 55) Cf. infra h. a. et a. 1075. 1077. Terent. Eunuch. III, 5, 6. Cic. Orat. c. 66. 55*) a. 1063. p. 167. 56) Cf. C. Barth. ad Briton. Philipp. IV, 4. p. 344. 57) Pondo i. q. libra, marca. Libra argenti constabat tunc temporis adhuc 20 nummis sive solidis, quorum unus aequiparandus minimum dimidio thalero; unde patet, tantum argenti

monasterio exercuerat[a], infinitam sibi pecuniam conflaverat, et propterea mortes episcoporum et[b] abbatum anxia expectatione iam dudum suspiraverat. Cumque eos diutius vivendo vota sua et effrenatae ambitionis impetum, quo praeceps rapiebatur, morari graviter et impatientissime ferret, eo vesaniae evasit, ut praeter occulta[c] munera, quibus auriculariorum favor redimendus erat, regi centum pondo auri promitteret, ut, eiecto eximiae sanctitatis viro abbate Widerado, sibi abbatia Fuldensis traderetur. Et profecto, quod nefarie concupiverat, flagitiosissime obtinuisset, nisi pauci, quibus leges ecclesiasticae pecunia cariores erant, in faciem regi, ne id faceret[d], obstitissent. Is pseudomonachus, dicam expressius vi doloris impulsus, is angelus satanae transfiguratus in angelum lucis, ita sanctam et angelicam monachorum professionem infamavit, corrupit, vitiavit, ut monachi nostris temporibus atque in his regionibus non innocentia aestimentur[e] atque integritate vitae, sed quantitate pecuniae, nec quaeratur in abbatibus eligendis, quis dignius[f] praeesse, sed quis carius abbatiam possit emere. Ita proprio huius[g] invento, novo atque infausto huius[g] aucupio, haec in ecclesiam introducta est consuetudo, ut abbatiae publice venales prostituantur in palatio[h], nec quisquam tanti venales proponere queat, quin protinus emptorem inveniat, monachis inter se non de observantia regulae zelo bono, sed de quaestibus et usuris zelo[i] amaro contendentibus. Sed haec ut digne defleri possint, pro magnitudine sua et proprio volumine et prolixiore opus habent tragedia. Ad coeptum potius revertamur. Advocatus Augiensis monasterii postquam pecuniarium hunc abbatem advenire comperit, et quanta largitione aditum sibi in ovile Christi lupus rapax patefecisset audivit, missa obviam legatione, denunciavit ei sub interminatione salutis propriae, ne intra possessiones Augiensis monasterii praesumeret accedere; alioquin occursurum se et armata manu vindicaturum in libertatem, quos ipse tam caro mercimonio emisset in servitutem. His ille auditis, nimium animo consternatus est, tum propter gravem iacturam pecuniarum suarum, tum propter ereptum sibi tamquam de faucibus, cui diu anxie inhiasset, honorem. Et primo quidem animum induxerat, rem armis experiri[58] et, ut dici solet, ignem gladio scrutari[59], hoc est simoniacam[k] heresim homicidiis cumulare; sed asserentibus his qui cum eo erant, supra vires suas esse negocium, confuso, ut dignum erat, et confecto animo abiit in possessiones fratris sui, praestolaturus ibi, quos exitus tam[l] tristibus initiis fors[m] esset allatura. Nam abbatiam Babenbergensem interea susceperat Ekebertus, Gorziensis[n] disciplinae monachus. Ad cuius ingressum omnes protinus fratres, quos prior ille abbas suis, hoc est mercatoriae atque usurariae artis disciplinis instituerat, et quasi filios[o] pater[p] in vitam moresque suos pedibus, ut dicitur, ire[60] docuerat, tamquam folia quae vento raptantur diffugerunt[q].

Karolus[r], cui rex Constantiensem episcopatum dederat, assiduis proclamationibus pro ordinatione sua sedem apostolicam appellabat. Econtra fratres Constantienses obstinata contentione obluctabantur, ne contra canonum instituta is, qui praeter simoniacam heresim furti quoque insimulatus fuerat, sibi episcopus ordinaretur. Papa, cum ei molesti essent, cognitionem causae a se ad[s] archiepiscopum Mogontinum reiecit, iussitque, ut, utrisque vocatis ad sinodum, rem diligentissime ventilaret, et si crimina quae obiciebantur[t] refellere non posset, nulla eum ratione consecraret. Hac de causa sinodum archiepiscopus Mogontiae indixit in mensem Augustum[61]. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat, propter amicitiam Karoli[u] et plurima servitia[v], quibus etiam in re familiari plerumque sibi commodissime affuerat; et idcirco munera[w] sua rata ei[x] manere, cupidissime volebat. Unde Mogontino archiepiscopo graviter succensebat, quod non statim eum, contemptis obstrepentium fratrum simultatibus, ordinasset. Sed ille immo-

a) excreuerat 4. b) et a. *desunt* 4. c) oculta 3. d) regine id facere 4. e) estimantur 4. 5. f) dignus 3. 1*. g) huiusmodi 3. h) pallacio 3. *saepius.* i) scelo 1. k) symonicam 5. l) iam 3. m) sors 3. 5. n) Gorsiensis 4. o) filius 5. p) patri 3. 4. q) fugierunt 4. r) Carolus 3. s) *deest* 4. t) obiciuntur 4. u) Caroli 3. v) *deest* 5. w) uniuersa 5. x) *deest* 3.

abbatiae vel ditissimae acquirendae vix impensum fuisse. Centum pondo auri paullo inferius memorata eandem efficiunt summam; decuplo scilicet plus erat pondo auri quam argenti. KR. Cf. Westenrieder glossar. voc. *pfennig* pag. 424 sqq. et Klotzsch Sächs. Münzgeschichte I. p. 27. sqq. 58) *rem armis experiri*, Terent. Eunuch. 4, 7, 19. 59) cf. supra p. 165. n. 75. 60) *in vitam — pedibus ire*, uti *pedibus in sententiam ire* a. 1073, de qua dictione vid. Herzog ad Sall. Cat. 50, 4. 61) Cf. I. A. Schmidius l. c. p. 291 et Würdtwein de concil. Mogunt. p. 37.

bilis persistebat in sententia, illud prae se ferens, quam[a] terribiliter[b] anno superiore[c] a papa pro simili causa obiurgatus fuisset, et quam vix et aegre sine dampno gradus sui evasisset, et quod postea recentibus litteris sedis apostolicae, ne sine diligentissima discussione manus illi imponeret, commonitus fuisset.

5 Itaque instantibus iam Kalendis Augusti, rex Mogontiam properabat, cupiens ipse in discussione tanti negocii cum archiepiscopo cognitor assidere. Inter eundum Herveldiam venit. Inde digressus, die postera in villam[d] quae dicitur Utenhusen[e. 62] prandendi gratia divertit. Cumque refecti iam ferventissimo accelerandi itineris studio certatim omnes caballos repeterent, accidit, ut Liupoldus de Mersburg[f. 63], quidam regi carissimus, cuius 10 opera et consiliis familiarissime uti solitus erat, caballo forte laberetur, et proprio mucrone transfossus, expiraret[g]. Cuius calamitas intolerabili[h] dolore et moestitia regem confecit, statimque Herveldiam[i] reportatum in medio ecclesiae cum magnifica funebris officii pompa sepelivit; 30 quoque mansos pro anima eius monasterio contradidit[64] in loco qui dicitur Mertenefelt[k. 65]. Notatum autem est, hunc ipsum gladium fuisse, quo 15 famosissimus quondam rex Hunorum Attila in necem christianorum atque in excidium Galliarum hostiliter debachatus fuerat. Hunc siquidem regina Ungariorum, mater Salomonis regis, duci Baioariorum Ottoni dono dederat, cum eo suggerente atque[l] annitente rex filium eius in regnum paternum restituisset; cumque eum dux Otto filio Dedi marchionis Dedi iuniori in argumentum pignusque individuae dilectionis ad tempus praesti- 20 tisset, illo, ut praedictum est[65*], perempto, regi, et per regem Liupoldo huic casu obvenerat. Unde plerique ducis Ottonis fautores, divino hunc iudicio per eum qui ducis Ottonis fuisset gladium occisum interpretabantur, eo quod ad illum persequendum et de palatio eiciendum is potissimum regem instigasse diceretur. Legitur autem de hoc gladio in gestis Getarum[m. 66], qui et Gothi dicuntur, quod Martis quondam fuerit, quem bel- 25 landi praesidem et militarium armorum primum repertorem gentiles mentiebantur, eumque post multa tempora pastor quidam in terra leviter absconsum deprehenderit ex sanguine bovis, cuius pedem, dum in gramine pasceretur, vulneraverat; isque eum[n] Attilae[o] regi detulerit, divinatumque illi fuerit omnium[p] tunc temporis aruspicum responsis, quod gladius idem ad interitum orbis terrarum atque ad perniciem multarum 30 gentium fatalis esset. Quod verum fuisse oraculum, multarum nobilissimarum in Galliis civitatum hodieque testantur excidia, in tantum ut gladius ipse vindex irae Dei sive flagellum Dei a barbaris quoque diceretur. Haec, quoniam gladii huius mentio inciderat, per excessum sint dicta.

Rex magnifice ac regaliter curato funere, Mogontiam, sicut instituerat, properavit, [Aug. 15.] 35 Cumque statuta die in sinodo* cum episcopis assedisset, aderat Karolus, aderant et fratres Constantienses, magnam ei molem criminum obiectantes. Contra quos rex, quantum salva verecundia poterat, dedita opera nitebatur, et modo obiecta purgare, modo[q]

*) *Huius concilii narrationem ex cod. Udalr. n.* 123. *Tengnagel p.* 291. *et Eccardus II. p.* 112. *ediderunt, quam hic ex codd. Zwetlensi* (1.) *et Vindob.* (2.) *emendatam exhibemus:*

40 **Imperante super omnia aeternaliter regum rege domino nostro Iesu Christo et sub eo regnante temporaliter serenissimo Heinrico[r] rege huius nominis IV, venerabili quoque sanctae Moguntinae ecclesiae primate et apostolicae sedis legato aurigante currum Dei anno iam 12, qui tunc volvebatur annus incarnationis verbi 1071, 8. indictione Romani census, celebrata est sancta synodus apud Moguntiam metropolim orientalis Franciae, principalem vero pontificii sedem tocius Ger- 45 maniae et Galliae Cisalpinae, cui praesedit idem memorabilis Sigefridus[s], assidentibus et cooperantibus sibi venerabilibus archiepiscopis, Gebehardo Iuvavensi et Utone Treverensi; considentibus vero et collaborantibus reverendis episcopis, Alberone Wirzeburgensi, Werinhero Argentinensi, Heinrico Spirensi, Guondecharo Eistetensi, Embricone Augustensi, Hermanno Babenbergensi,**

a) quia 5. b) *deest* 5. c) superiori 4. d) uilla 3. e) Vtenhusen̄ 3. f) Mercisburch 4. Luipoldus de Merſeberg 3. Lupoldus quidam de Merspurg 1. de M. *desunt* 5. *ubi* liupuldus. g) illico exp. 1. h) intollerabili *corr.* intolerabili 4. i) Herueldie 4. k) Mertenefeldt 3. l) *deest* 5. m) Getharum 3. n) *deest* 4. o) Attale 3. p) omniumque 3. q) modo — purgare *desunt* 4. r) H. *codd.* s) S. *codd.*

62) Hodie Odenhausen in iudicio Londorf non longe ab urbe Giessen. Stenzel II. p. 255. dicit 55 Vutzhausen apud Schlitz. 63) Mörsburg in Suevia ad lacum Bodamicum. 64) Literae Heinrici IV. Herolfesfelde 3. Kalendas Augusti a. 1071. datae leguntur ap. Wenck cod. diplomat. ad T. III. hist. Hass. n. LX. p. 60. sq. 65) Non procul ab urbe Heiligenstadt; cf. Wenck hist. Hass. III. p. 42. 65*) a. 1069. p. 175. 66) Iordanis de reb. Getic. cap. 35. Cf. Grimm altdeutsche Wälder I. p. 212. not. 10 et p. 319. et Deutsche Sagen II. n. 380 p. 17.

Aug. pondus obiectorum, quae non poterat purgare, callidis sermonibus conabatur[a] attenuare; plerumque etiam instantium ac perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat, ac frontis impudentiam opposita[b] auctoritatis suae maiestate refringere temptabat. Primum et secundum diem in hoc negocio insumpsit. Cumque accusatorum constantiam nec veritate responsionis nec arte dictionis eludere posset, ad ultimum, probatis quae 5 obiecta fuerant criminibus, baculum episcopalem ab eo recepit. Verbis tamen exquisitissimis moestitiam eius consolabatur, promittens, quod, dum primum sibi oportunum fieret, benigna vice hanc calamitatem ei compensaret. Ipsis diebus regina, quae una cum rege Mogontiae aderat, filium peperit. Sed is baptizatus[c] statim obiit, delatusque in Hartesburg, ibi sepultus est. Episcopatum Constantiensem rex Ottoni canonico Gos- 10

Bennone Osniburgensi, Ermenfrido Sedunensi, Herberto Mutinensi; considentibus vero et annitentibus sanctissimis abbatibus necnon inferiorum ordinum quam plurimis magnae auctoritatis et sapientiae viris. Aderant etiam legati reliquorum fratrum, videlicet suffraganeorum eiusdem metropolitani antistitis, epistolas et mandata ferentes, quibus excusati haberentur, quod invitati concilio interesse non possent, certis quibusdam impedientibus causis, alii qui- 15 dem corporeae infirmitatis urgente molestia, alii in quibusdam regni negociis regiae iussionis detinente potentia; qui dum canonice sunt excusati, ipsi legati competenti[d] loco et ordine eorum funguntur, unusquisque vice antistitis sui. Haec denique sancta synodus cum propter multa pastoralis curae negocia pluresque causas, quibus iuste adhibenda erat ecclesiasticae correctionis censura, tum maxime indicta et habita est propter Karolum quendam, qui Con- 20 stantiensis ecclesiae designatus erat episcopus, sed ut post rei exitus docuit, non satis canonice electus et provectus. Hinc, ut sollempne est, accepta a rege pontificialis anuli et pastoralis ferulae investitura et in sede episcopii receptus, regiae potestatis iubente censura, postulabat a primate Mogunciensi eiusdem Constantiensis ecclesiae se episcopum consecrari. Sed venerabilis Sigefridus[e] columbino oculo serpentinae prudentiae omnem praecavens impieta- 25 tem, dicebat, hoc apostolicae benedictionis sacramentum nec debere nec canonice posse in eo sine examinatione celebrari, pro eo quod fidelium graviumque personarum relatione didicerit, quin immo et fama usquequaque vulgaverit, quod non per ostium in ovile ovium vellet intrare, sed per furtivam simoniacae impietatis scalam aliunde niteretur ascendere; se quoque talis introitus eius nolle ostiarium fieri, cui Christus ipse, qui ostium est, videretur obniti; 30 quin ipsam impietatis scalam in lapide offensionis et petra scandali se velle conterere, ipsumque a mercennaria Domini gregis occupatione longe lateque repellere. Ille econtra se huius criminis et hereticae impietatis immunem multis argumentis asserere nitebatur, seque, si ei copia tempusque detur, huius infamiae notam a se propellere velle testatur; indeque petit synodalis concilii audientiam, in qua super hac re suam probare possit innocentiam, ibique 35 consecrationem quam petebat aut canonice sibi dari aut canonice sibi negari. Mittuntur interea ad venerabilem metropolitanum crebrae de palacio legationes, mixtis precibus minas et imperiosa de hac consecratione mandata ferentes; mittuntur et litterae a praesule apostolicae sedis, mandantes, ne ullo modo consecretur sine scrutinio canonicae purgationis; et quod rex potestate iubebat, Romanus pontifex auctoritate prohibebat. Accedunt etiam cano- 40 nici Constantiensis ecclesiae, ex communi tocius cleri et populi legatione unanimiter asserentes, Karolum nulla ratione consecrari debere, quia ex quo eum inviti et sub conditione elegerunt et receperunt, nullam eis pastoralis officii impendisset curam, quin potius tyrannicae dominationis non cessasset super eos exercere pressuram, nec manum continuisset a sacris, nec pepercisset in diripiendis ecclesiae thesauris, et quaecumque rapaci violentia undecumque 45 corradere potuisset, hoc totum ministris magni immo magi illius Symonis, id est suis fautoribus distribuisset, ut quorum annisu adulterinam meruisset electionem, eorum venali mercimonio consequeretur mercennariam pro consecratione execrationem, pro benedictione maledictionem. At metropolitanus antistes[f] inter huiusmodi legationum varietates, velut inter duros tempestatum turbines, laudabili constantia in se ipso fixus haeret et immobilis, et nus- 50 quam favore vel gratia, terrore vel munere inflectitur a statu canonicae institutionis. Multis itaque nunciis et renunciis hinc inde missis et remissis, multis quoque diebus huic audientiae delegatis et, cognitores causae principis occupante praecepto, non impletis, cum ecclesia Constantiensis suo viduata iam fere biennio sacerdotali careret benedictione, tandem miseratione divina potestati praeponderavit auctoritas, et Christi sacerdotibus divina aspiravit volun- 55 tas. Unde eorum communi consensu[g] synodalis concilii certa legitimaque dies denunciatur, et coepiscoporum unanimitas ad concilium invitatur; quorum alii, ut oportebat, sine dilatione affuerunt, alii vero, qui certa de causa adesse non poterant, canonice excusati supparem praesentiam vicaria legatione subpleverunt.

Aug. 15. Primo igitur concilii die, quem sanctae Mariae dormitio tunc celeberrimum exhibebat, 60 cum spiritualis curiae senatores patrocinante Spiritu sancto intra regiam maioris ecclesiae

a) nitebatur 3. 5. b) apposita 4. c) baptisatus 3. d) *deest* 2. e) S. *codd.* f) *deest* 2. g) assensu 1.

lariensi dedit, recentisque calumpniae exemplo conterritus, confestim eum consecrari fecit, ne quis scilicet adversus eum scrupulus denuo per dilationem consecrationis oriretur.

Inter ducem Polenorum[67] et ducem Beheimorum[a.68] infestissima dissensio[b] erat. Propter quod eos rex in civitatem Misene[c] autumnali tempore evocatos, durius corripuit, et ut deinceps suis[d] singuli terminis contenti essent nec se vicissim temerariis incursiobus lacesserent, sub obtentu regiae maiestatis praecepit; alioquin se hostem et vindicem experturus foret, qui prior alteri arma intulisset.

Anno[e] Coloniensis archiepiscopus, expulsis de Salefelt[f] canonicis, vitam illic instituit monasticam[69], missis eo de Sigeberg et de Sancto Pantaleone[g] monachis. Quo in tempore et ego illuc veni, conferre cum eis de ordine et disciplina[h] monasterialis vitae, eo

ante cancellos altaris prothomartiris Stephani, quod in orientali abside consecratum est, convenissent in unum: primo, ut par erat, sanctae et individuae Trinitati debitas referunt gratiarum[i] actiones et pro incolomitate* tocius ecclesiae statu supplices Deo offerunt preces; deinde post mutuam fratrum salutationem et debitam sedium recognitionem iuxta autenticum paternae traditionis synodum, conferunt ad invicem de veritate catholicae fidei, dampnantes Symonem et omnes heresiarchas cum dogmatibus suis et sequacibus suis; pauca pro tempore tractant de qualitate instantis negocii; ac sic demum propter celebranda tantae sollempnitatis officia solvunt concilium, crastino maturius redituri in id ipsum.

Postera vero die certa concilii hora cum iterum apostolici sacerdotes in unum convenissent, et praemissis Deo laudibus et precibus et salutari, consedissent, quod cuique sacerdoti in sua diocesi venit in dubium, rationabili disciplina deducunt ad medium, et prout res postulabat, unumquodque tractatum aut terminatum est synodali iudicio, aut ut melius de eo consuleretur dilatum est sapienti consilio. Illud vero quod maxime in causa fuit, de Constantiensi apposito, inter fratres studiose ventilatur; sed iterum, interveniente principis mandato, in sequentem diem procrastinatur, agentibus internunciis, ut sacerdotes Domini a constantiae suae rigore ad regiam se inflecterent voluntatem, aliis vero instantibus, ut designatus ille male usurpatum sponte dimitteret honorem.

Tertia vero die[k] Christi sacerdotes huius negocii longa exspectatione suspensi, et libera quadam indignatione, immo zelo iusticiae accensi, sacerdotali constantia principem suum adeunt, eumque de salute animae suae, de pace ecclesiarum deque statu regni spirituali disciplina conveniunt, proponentes ei de scripturis et gestis veteris ac novi testamenti congrua doctrinae salutaria exempla, quibus animus eius adhuc cereus et indocilis formaretur ad similia, dicentes et docentes, solium regni eius nullatenus posse stabiliri, nisi firmatur[k*] iusticia et observatione mandatorum Dei. Summus autem ille dominorum Dominus, qui omni potentatui dominatur, ita temperavit animum principis, ita mitigavit eum ad verba sanctae exhortationis, ut nulla iuvenili moveretur acerbitate, et quod in potestatibus difficile est, nulla sacerdotes insolenti laederet responsione, multum tamen se excusans, in hoc suae potestatis dono nullam se exercuisse venalitatem, nullam super hac re cum eodem Karolo[l] se pepigisse conventionem; si quid autem cum domesticis et familiaribus suis propter opem intercessionis ipso ignorante pepigerit, suum non esse[m] accusare vel excusare, hoc ipse viderit; de dextera vero sua, quae illi propter antiquam in praepositura benivolentiam gratiae suae donum porrexit, omnem avaritiae labem dixit se excutere, et quod ipse simpliciter fecit, si ille veneno alicuius malitiae corruperit, se ob id divinae iusticiae nolle contraire. Hac autem salubri sermocinatione cum sacerdotibus habita, cum eis venit in concilium, et ille Constantiensis designatus intromittitur ad audiendum. Adsunt etiam prae[n] foribus Constantienses clerici, postulantes per legatos, ut et ipsi mererentur admitti. Tunc vero videns[o], laetissima sanctae ecclesiae gaudia et vera mundi convenisse luminaria, quando circumfulgebat nobilis corona sacrorum ordinum, vivis gemmata lapidibus christianorum sacerdotum, velut fulgoribus micantium astrorum; tunc caeli enarrabant gloriam Dei, et verbum eructuabat dies diei, quando sacerdos sacerdoti sententiam iusticiae exponebat, et sanctam ecclesiam salutaris eorum doctrina instruebat; tunc vasa electionis supereffluebant ambrosium liquorem Spiritus sancti, et iusti fulgebant sicut splendor firmamenti, quando sacerdotes Domini verba sapientiae velut nubes pluebant, et corda audientium velut terram fructiferam ad germinandum infundebant. His ergo ita dispositis et digito Dei ordinante distinctis, utrique admittuntur ad audien-

a) Bohemiorum 3. b) dissentio 1. c) Missene 3. d) sui 4. 5. e) Hoc anno 1. Anno eodem 4. f) Salefeldt 3. g) Panthaleone 3. 4. h) de d. 3. i) *e corr.* 2. *) incolomi? k) dei 2. k*) firmetur? l) *deest* 2. m) esse non 2. n) pro 2. o) videres?

67) Boleslaum II, Casimiri I. filium, primo ducem, deinde regem Poloniae, ab a. 1058—1083. 68) Wratislaum II, primum Bohemiae regem, ab a. 1061—1092. d. 14. Ian. 69) De tabulis Annonis in Chr. Schlegelii schediasmate de nummis Salefeldensibus impressis v. Mabillon Ann. S. Ben. V. p. 44. — Ecclesia Saalfeld in Thuringia Annoni a Richeza regina Poloniae concessa erat. V. Vitam S. Annonis I. c. 30.

quod magna quaedam et praeclara de illis vulgi opinione iactarentur. Denique, sicut vulgo assiduitate vilescunt omnia et popularium animi novarum rerum avidi magis semper stupent ad incognita, nos, quos usu noverant, nihili aestimabant, et hos, quia novum inusitatumque aliquid praeferre videbantur, non homines sed angelos, non carnem sed spiritum arbitrabantur. Et haec opinio principum[a] quam privatorum mentibus[b] altius 5 pressiusque insederat. A quibus ad populum derivatus rumor, tantum terroris plerisque in hac regione monasteriis iniecit, ut ad ingressum illorum alias 30, alias 40, alias 50 monachi, austerioris vitae metu scandalizati[c], de monasteriis abscederent, satiusque ducerent de salute animae in seculo periclitari, quam supra[d] virium suarum mensuram vim facere regno caelorum. Et revera non immerito Dominus super nostrates monachos 10

tiam, praedictus scilicet Karolus[e] et hi qui accusationibus pulsabant personam. Prima autem actione regularis praelatus[f] Constantiensis ecclesiae protulit libellum accusationis, in quo continebantur causae, quibus indignus haberetur et iudicaretur sacramento apostolicae benedictionis; quarum prima et maxima erat, quod exemplo magistri sui Symonis pestiferi per pecuniam invasisset sedem; cetera omnia, quae ibi legebantur, proclamabant violentam eius- 15 dem ecclesiae devastationem. Ille idem praelatus[f] et fratres eius qui aderant item offerunt suae testificationis libellos, in quibus singuli nomen et officium suum designantes, quicquid accusando vel testificando proposuerant, asserunt se canonice probaturos. Karolus econtra nititur improbare personas, dicens, quod eius infamiae nota essent respersi, quod nec se nec quemquam alium possent canonice accusare; adiungit quoque, se omnia obiecta synodali 20 iudicio purgaturum, et in omnibus, quibus eum inpetebant, se esse innoxium. Longa igitur altercatione hinc inde disceptatum est, et multis tota die in adversum nitentibus, usque in profundam noctem concilium protractum est, dum inter multos ambigitur de numero accusatorum et testium, dum longa deliberatione quaeritur iudicium, utrum isti liceat se excusare adversus accusationem istorum. Dum res inter fratres diutissime disseritur, concilium propter 25 intempestam noctem adhuc sine operae pretio dirimitur. Quid autem ipse Karolus[e] secum illa nocte egerit, quibus retractationum verberibus ream conscientiam flagellaverit, sequens utique dies declaravit. Nam, ut ex ipso effectu gestae rei probari potest, vere credimus, quod Deus, conscientiae iudex et testis, in corde suo sederit pro tribunali et cum eo exercuerit censuram iudicii sui, nisi peccatrix conscientia cogitationum accusantium non excusantium testimonio, 30 ne veritati et aequitati resisteret, dampnata est et constricta. In crastinum namque, quando sperabamus, quod iuxta promissum suum obiecta purgaret, et consecratione dignum, innocentiam suam monstrando, se probaret, ille iam mente confusus, non ultra ferens aspectum concilii, et interius iudicatus, non extra sustinens pondus imminentis iudicii, ultroneus ipse in se sententiam tulit, et anulum et ferulam pastoralem ei, a quo iniuste acceperat, resignans, 35 sacerdotum spem et metum, quem pro eo gerebant, labore longioris quaestionis absolvit, culpam suam uno tegens pallio excusationis, quod iuxta decretalia Celestini papae episcopus dari nollet invitis. Videntes autem sanctissimi sacerdotes magnalia quae fecit Dominus, et fideli ammiratione retractantes, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius, corde et ore et omnimoda devotione benedicunt Deo altissimo, qui longos eorum 40 labores tam inopino terminavit compendio, orantes et deprecantes, ut de regno suo eliminet omnem apostasiam et omnia scandala, nec ultra sathan eiusque apostolos in sua sancta regnare sinat ecclesia; sed in omnibus consiliis et operibus eorum dignetur servos suos consolari et clementer implere, quod ecclesiae suae se promisit affuturum omnibus diebus vitae usque ad consumationem seculi. Communi autem decreto praecipiunt, ea, quae in hac 45 synodo gesta sunt, ecclesiasticis inseri gestis et in archivis sanctae Moguntinae ecclesiae servari, ad perpetuam memoriam et eruditionem venturae posteritatis, ut hoc maiorum exemplo minores instructi non timeant resistere, si in huiusmodi negocio se viderint praegravari, certissime scientes, nullo modo gratiam sancti Spiritus fidelibus defuturam, si in sanctitate et iusticia restiterint iniusticiae usque ad perseverantiae coronam. Decernunt prae- 50 terea ex antiqua patrum traditione et autentica priscorum conciliorum rectitudine, ut haec omnia Romano pontifici seriatim litteris inserta nuncientur, ut cuius mandato et hortatu coepta et perfecta sunt, eius apostolica auctoritate roborata firmentur, et omnipotenti Deo, qui omnium bonorum auctor est, Romae et Moguntiae, et ubicumque terrarum haec lecta vel audita fuerint, debitae gratiarum actiones fideli devotione solvantur. 55

Acta sunt autem haec apud Moguntiam metropolim orientalis Franciae, anno ab incarnatione Domini 1071. ind. 8. 18. Kal. Septembr. regnante serenissimo Heinrico rege huius nominis IV. anno regni eius 13. ordinationis vero eiusdem 17. apud Moguntiam vero praesulante reverentissimo primate Sigefrido anno ordinationis eius 12. super omnia autem regnante domino nostro Iesu Christo, cui non accedit cras futurum nec recedit heri praeteritum, sed permanet 60 sempiternum hodie in secula seculorum. Amen.

a) tam pr. 3. b) *deest* 3. c) scandalisati 3. 4. d) super 4. e) K. *codd.* f) *supra scriptum* procurator 2.

despectionem effundere videbatur[a]. Nam quorundam pseudomonachorum privata ignominia nomen monachorum vehementer infamaverat, qui, omisso[b] studio divinarum rerum, totam operam pecuniis et quaestibus insumebant[c]. Hi pro abbatiis et episcopatibus aures principum importune obtundebant, et ad honores ecclesiasticos non via virtutum, ut maio-
5 res nostri consueverant, sed per ambitionis praeruptum et male partarum pecuniarum profusionem grassabantur. Denique in coemptionem exigui honoris aureos montes cottidie promittebant[70] secularesque emptores largitionis suae immoderantia excludebant, nec venditor tantum audebat exposcere, quantum emptor paratus erat exsolvere. Mirabatur mundus, unde tantus pecuniarum scateret fluvius, unde Cresi et Tantali opes in priva-
10 tos homines congestae fuissent, et eos potissimum homines, qui crucis scandalum et paupertatis titulum praeferrent et praeter simplicem victum et vestitum nihil rei familiaris habere se mentirentur. Ista dominici agri zizania, haec vineae Dei arida sarmenta et stipula aeternis ignibus praeparata totum sacri gregis corpus quasi tabo quodam infecerant, et secundum apostolum modicum fermentum totam corruperat massam, ita
15 ut omnes similes aestimaremur, nec esse in nobis putaretur, qui faceret bonum, non esse usque ad unum. Propter hoc principes regni ad instituendam in Galliis divini servitii scolam Transalpinos monachos evocabant, nostrates autem, quicumque in illorum instituta ultro concedere noluissent, de monasteriis cum ignominia eiciebant. Ego tamen, ut praedixi, ad eos veniens, et per 14 ebdomadas[d] apud eos partim in Salefelt[e], par-
20 tim in Sigeberg commoratus, animadverti, nostras quam illorum consuetudines regulae sancti Benedicti melius congruere, si tam tenaces propositi[71] tamque rigidi paternarum nostrarum traditionum aemulatores vellemus existere.

Matth. 13,30.40. — 1. Cor. 5, 6. — Ps. 14, 1.

Archiepiscopus Mogontinus a festivitate sancti Michaelis usque in pentecosten mala valitudine laborabat, ita ut etiam desperaretur a medicis et de successione eius plerique
25 intentissimis studiis satagerent.

Karolus[f], quem ab episcopatu Constantiensi deiectum supra diximus, regressus ad Magadaburgensem diocesim, 6. Kalendas Ianuarii obiit.

1072.

Rex nativitatem Domini Wormaciae celebravit. Inde peragrata aliquanta regni parte,
30 Goslariam regressus, totam ibidem[g] quadragesimam exegit.

Burchardus, camerarius archiepiscopi Mogontini, episcopus ordinatus est in Basilea.

Primus tunc in palatio erat Adalbertus[h] Premensis archiepiscopus, qui, triumphatis aemulis suis, qui eum ante aliquot annos de palatio eiecerant, solus nunc rege fruebatur, receptus non modo in gratiam et familiaritatem sed pene in regni consortium et
35 omnium quae publice vel privatim agenda erant societatem. Ita regem callidis subreptionibus suum fecerat. Sed is morbo et aetate exhaustus, cum diu per exquisitissimas medicorum operas morti obluctatus fuisset, quasi naturam arte eludere posset, mediante quadragesima, 16. Kalendas Aprilis debitum conditioni persolvit, et pertinacibus odiis hominum, quod numquam potuerat vivendo, tandem aliquando satisfecit moriendo. Erat
40 plane vir admirandae cumpunctionis, et potissimum dum salutarem Deo hostiam immolaret totus in lacrimas effluebat. Virgo quoque, ut ferebatur, ab utero matris permanebat. Sed has in eo virtutes nimium in oculis hominum morum insolentia et iactantiae levitas obfuscabant. Corpus eius ex Goslaria in sedem episcopatus sui delatum atque sepultum est.

Mart. 17.

45 Rex palmas Coloniae, pascha Traiecti[i] celebravit. Ubi dum ei populus vehementer obstreperet pro iniuriis et calamitatibus, quibus passim per totum regnum innocentes opprimebantur, pupilli et viduae diripiebantur, monasteria et ecclesiae vastabantur, et ruptis iniquitas habenis in omne quod voluisset facinus impune bachabatur: permotus tandem vel ipsa rei acerbitate vel proclamantium importunitate, annitentibus in hoc ipsum
50 cunctis regni principibus, exoravit Coloniensem archiepiscopum, ut post se rerum publicarum administrationem susciperet. Diu ille restitit petenti, partim memoria veterum iniuria-

Apr. 1. Apr. 8.

a) nitebatur 4. b) obmisso 3. c) insummebant 3. d) hebdomedas 4. e) Salefeldt 3. f) Carolus 3. g) ibi 5. h) Adelbertus 3. 5. i) Traecti 5.

70) *aureos montes promittebant;* ita Terent. Phorm. 1, 2, 18: *montes auri pollicens.* 71) Horat.
55 Carm. III, 3. init.

Apr. rum, partim quia homo totus in Deum suspensus divinis quam secularibus negociis implicari maluisset. Superatus tamen unanimitate [a] postulantium, privatum commodum publico postposuit. Tum [b] primum res publica in pristinum statum dignitatemque reformari coepit, frenaque iniecta sunt vaganti usque ad id tempus licentiae [72]. Nam cum rex omnem causarum cognitionem a se ad archiepiscopum tamquam ad patrem ac [c] salutis suae tutorem reicere soleret, ille nec gratia cuiusquam nec odio ab iure ad iniuriam umquam abduci poterat, sed iudicabat omnia, sicut scriptum est, sine personarum acceptione, nec considerans personam pauperis in iudicio, nec honorans vultum potentis. (1. Petr. 1,17. Levit. 19,15.) Divites, si qui per potentiam pauperes oppressisse delati fuissent, severissima animadversione castigavit; castella eorum, quae male agentibus perfugium erant, funditus everti iussit; plerosque ex ipsis, et genere et opibus clarissimos, in vincula coniecit. Inter quos illum nostra aetate nominatissimum Egenen, qui duci Baioariorum [d] Ottoni calamitatis tantae causa extiterat, cum plurimi adversus eum pro privatis iniuriis et depraedationibus faciem regis interpellassent, teneri fecit, eumque catenis oneratum plerumque ad spectaculum vulgi deduci iussit, ad gratificandam scilicet popularium animis regiam severitatem Postremo eo moderamine, ea industria atque auctoritate rem tractabat, ut profecto ambigeres, pontificali eum an regio nomine digniorem iudicares, atque in rege ipso, qui in cultu atque socordia pene praeceps ierat, paternam virtutem et [e] paternos mores brevi exsuscitaret.

Rex Aquisgrani [f] profectus, sanctum Speum [73] confessorem et brachium iusti Simeonis, cuius mentio est in euangelio, et caput Anastasii monachi et martiris aliorumque sanctorum reliquias ibi accepit atque in Hartesburc [g] transtulit. Treveris quoque apud Sanctum Paulinum 13 corpora sanctorum Thebeae, ut putatur [h], legionis reperta sunt, quorum [i] haec nomina, in tabulis plumbeis [74] conscripta, ibidem reperta sunt: Palmatius, Tirsus [k], Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Soter [l], Hormista [m], Papirius, Constans, Iovianus. Dumque ex cripta, ubi sancti pausabant [75], terra portaretur, os quoddam incaute proiectum, sanguinem fudit non modicum, et usque hodie permanet sanguinolentum [76]. De passione eorum haec ad nos ab ipsis Treverensibus scripta perlata sunt: „Rictiovarus [n], Maximiani imperatoris praefectus, legionem Thebeam iussu ipsius circumquaque persecutus, Treverim propter ipsos 4. Nonas Octobris est ingressus, et eadem die occidit ibi [o] ducem eiusdem legionis Tirsum [p] cum omnibus comitatibus suis. Sequenti autem die Palmatium, Trevericae civitatis consulem et patricium, cum omnibus eiusdem civitatis principibus interfecit. Tercia vero die caedem exercuit in plebe sexus utriusque. Horum autem martirum corpora innumerabilia in sancti Paulini archiepiscopi iacent ecclesia."

Mai.17. Mai.27. Rex ascensionem [q] Domini Goslariae, pentecosten Magadaburg [r] celebravit [77]. Ubi Adalberto [s] Premensi archiepiscopo, in quadragesima, ut praedictum est, defuncto, successorem constituit Liemarum, optimae spei iuvenem et omnium liberalium artium peritia adprime insignem. Ibi quoque Otto dux Baioariorum post integrum annum dedicionis suae gratiam regis recepit, data vel regi vel his qui regi pro eo suggesserant non modica portione praediorum suorum.

Iul.25. Rex in nativitate sancti Iacobi Wormaciae occurrit matri suae Agneti imperatrici, de Transalpinis partibus redeunti; ubi sex aut [t] eo amplius annos iam demorata fuerat, sub nimia austeritate vitam instituens, adeo [u] ut communem humanarum virium mensuram excederet ieiuniorum ac vigiliarum patientia. Reversionis autem eius in Galliam haec causa erat. Ruodolfus [v] dux Sueviae [78] ab his qui ei male consultum cupiebant accusatus apud regem fuerat, quod iniquum aliquid contra regem contraque rem publicam

a) immanitate 4. immanite 5. b) Tunc 4. c) et 3. d) boioar. 4. e) atque 3. f) aquasgrani 1. 5? g) Hartesburg 3. 5. hartespurg 1. h) putant 3. i) quorum — sunt *desunt* 4. k) Tyrsus 1. 3. l) Sother 1. 4. m) Hormisda 1*. n) Rictiouarius 4. o) ibidem 3. p) Tyrsum 1*. q) ascendens de Goslaria 5. r) magadeburg 3. s) *ita* 1. t) et 5. u) *deest* 4. v) *ita* 4.

72) Cf. a. 1076. Horat. Od. 4, 15, 9. 73) S. Speus confessor, cuius dies anniversarius incidit in d. 28. Ianuar. 74) Tabulam, cuius fragmentum infra legitur, indicantem situm corporum S. Paulini archiep. et SS. martyrum qui sub Maximiano Treviris passi sunt, exhibet Hontheim Histor. Trevirens. dipl. P. I. p. 221. sqq. cf. eiusd. Prodrom. hist. Trev. P. I. p. 70. sqq. 87—124. 75) Cf. Barth. animadv. ad Briton. Philipp. III, 783. p. 348sqq. 76) De hoc miraculo vid. Hontheim Prodr. l. c. p. 120—125. 77) Cf. Wedekind Not. T. 2. fasc. 8. p. 407. 78) Vid. Gerbert de Rudolpho Suevico p. 18. sqq.

moliretur; propter quod assiduis legationibus ad curtim regiam, ut causam diceret, accersiebatur. Sed ille, licet ab culpa remotissimum se sciret, conterritus tamen ducis Baioariae Ottonis recenti exemplo et aliorum quorundam, quos rex praecipitata sententia absque discussione legitima dampnaverat, temere in periculum se dare nolebat. Cumque esset imperatrici ob vetus meritum suum acceptissimus, propinquitate etiam devinctus propter filiam eius, quae[a] ei, ut praedictum est[78], nupserat, sed intra[b] paucos dies celebratae coniunctionis decesserat, misit, eamque obnixis precibus in Galliam evocavit, ad sedandam quae oriebatur intestini belli tempestatem. Nam firmiter apud se statuerat, si pax non convenisset, armata potius manu, quoad posset, salutem tueri, quam probris et contumeliis deformandum regiae se tradere potentiae. Imperatrix, quamquam cuncta seculi negocia religionis obtentu in perpetuum abiurasset, nec a proposito tamen suo nimium[c] abhorrere nec ab ecclesiastica functione alienum fore iudicavit, si viro optime erga se merito in angustis rebus opem ferret et filio iuveniliter tumultuanti modum imponeret. Venit itaque Wormaciam, amplissimo stipata numero abbatum et monachorum, et praedictum ducem, cum interposita fide Coloniensis et Mogontini[d] archiepiscoporum coram venisset, omni[e] criminis suspicione absolvit, statimque compositis propter quae venerat, a filio abscessit[f], ut non tam carnali affectione quam communis commodi ratione ad hanc secularis negocii administrationem se adductam liquido cunctis patefaceret[g]. Dux quoque a rege dimissus in pace, protinus se in sua recepit, certum tenens, non ex integro abolitas ab animo regis inimicitias, sed ademptam interim nocendi facultatem esse. Ibi etiam Hugo Cloniacensis[h] abbas, qui cum imperatrice eo advenerat, Ruoberto[i] Augiensi abbati Romani pontificis mandata et litteras detulit, quod scilicet apostolicae sedis anathemate de corpore ecclesiae praecisus[k] esset, quod omne ei divinum officium praeter psalmodiam interdictum esset, quod omnis ei in perpetuum[l] ad abbatiam Augiensem vel ad aliquam dignitatem ecclesiasticam accessus occlusus esset; propterea quod de simoniaca heresi insimulatus, et ut obiectum crimen purgaret ad sinodum secundo ac tercio vocatus, venire distulisset. Ita ille compulsus a rege, baculum pastoralem, quem non ut pastor sed ut mercennarius usurpaverat[m], multa cum amaritudine reddidit.

Clara et celebris valde his temporibus per Gallias erat memoria sancti Sebaldi[n] in Nurinberg[o] et sancti Heimeradi[p] in Hasengun[q. 79], et magno populorum concursu[r] cottidie frequentabantur, propter[s] opitulationes, quae divinitus illic languentibus saepenumero conferebantur[t].

Archiepiscopus Mogontinus in nativitate sanctae Mariae Mogontia egressus, cum in Galliciam quasi orationis causa profectionem simulasset, in Cloniacense[u] monasterium secessit[80]; dimissisque his qui una venerant, abdicatis[v] etiam omnibus quae habebat, statuit ibi deinceps privatus aetatem agere atque ab omni secularium negociorum strepitu sub voluntariae paupertatis titulo in perpetuum feriari. Sed brevi perstitit in proposito. Revocante eum tam clero quam populo Mogontiacensi[w], vix[x] et aegre abstractus de monasterio, in natalem sancti Andreae apostoli Mogontiam rediit, atque opus arduum quam praecipitanter arripuerat, tam praecipitanter, quoniam communi omnium sententiae obluctari non poterat, deseruit.

Ruothardus[y] abbas Herveldensis mense Ianuario[z] aegrotare coepit, et sic per annum continua aegritudine decoctus, cum evasurum se desperaret, abbatia et pastorali dignitate, quam per infirmitatem administrare non poterat, 3. Idus Decembris ultro se abdicavit, anno postquam abbati Meginhero successerat[*] decimo tercio iam exacto. Successitque ei protinus secundum ipsius postulationem H.[81] eiusdem coenobii monachus.

Adalbero[a] Mettensis[b] episcopus obiit; cui Herimannus Leodiensis praepositus successit[c].

a) quam 4. b) inter 4. c) *deest* 3. d) Maguntinensis 3. e) cum 3. f) abcessit 5. g) patefeceret 4. h) Cluniacensis 3. 5. i) *ita* 4. Ruperto 3. k) prescisus 3. l) perpetuam 4. m) occupaverat cum multa 4. n) Seboldi 1. 4. o) Nurnberg 1. Nurmberg 3. p) Hemerad 1. Hemeradi 3. q) Hasegůn 5. r) magna pop. concursione 3. s) propter — conferebantur *desunt* 4. t) frequentabantur 3. u) Cluniacense 3. 5. Clun. *corr.* Clon. 4. v) abdicans 4. w) Mogontiē 3. x) vix — Mogontiam *desunt* 3. 4. 5. *et ap. Nic. de Sygen.* y) *ita* 4. Ruthardus *rell.* z) mense vno aū 3. ianuarii 4. *) successit 4. a) Adelbero 3. 4. b) Metensis 1. 3. *saepius.* c) *In* 4. *linea expleta est his verbis:* Succurre gloriose Ieronime doctorum flos.

78) a. 1058. p. 159. 79) Cf. Vitam S. Heimeradi ap. Leibn. I. p. 565. Hanc ob causam Sigefridus Mogont. archiep. anno 1074. praeposituram „*in loco qui vocatur Hasungun, ubi sanctus Heimeradus requiescit,*“ constituit. Vid. dipl. ap. Wenck l. c. cod. diplomat. ad T. II. n. XXXVIII. p. 48. sq. 80) Vid. Ioann. l. l. p. 504. 81) Hartwigus; cf. Lamberti librum de coenob. Hersveld. lib. II. supra p. 141.

1073.

82 Rex nativitatem Domini Babenberg celebravit. Ibi Berhtoldo[a] duci Carnotensium[82] ducatum sine legitima discussione absenti[b] abstulit, et Marcwardo[c] cuidam propinquo suo tradidit. Ruodolfus[d] quoque dux Suevorum tumultum aliquem rei publicae machinari formidabatur. Sed discurrentes utrimque frequentes legati, et illum, ne praecipitanter in arma prorueret[e], et regem, ne cunctantem obstinata importunitate lacesseret, salubri moderamine retinebant. Ibi quoque Coloniensis archiepiscopus, offensus his quae plurima praeter aequum et bonum fiebant in palatio, petiit a rege, vacationem deinceps dari[f] sibi ab rerum publicarum administratione[g], causatus in senium iam vergentem aetatem et laboriosis regni negociis minus minusque in dies sufficientem. Quod rex haut difficulter annuit, quia pravis libidinibus suis et iuvenilibus ineptiis[h] iam dudum animadverterat eum graviter offendi et plerumque, quantum salva regia[i] dignitate poterat, pro virili portione obniti. Is ergo ubi se in sua recepit, rex[k] tamquam severissimo pedagogo liberatus, statim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modestiae et temperantiae frenis, praecipitem se dedit.

Montes omnes colliculosque Saxoniae et Thuringiae castellis munitissimis extruxit 83 praesidiumque imposuit[83]. Quibus cum victui necessaria minus sufficerent, permisit, ut ex proximis villis et agris hostili more praedas agerent, et ad ipsa castella munienda circumquaque manentes cogerent, et impensas affatim convectare et per se ipsos servili[l] manu desudare[m]. Verum ne manifestae tirannidis notaretur, si contra innocentes atque in regnum proprium tam barbara crudelitate grassaretur, ut impietatem suam quadam religionis specie palliaret, archiepiscopum[n] Mogontinum modis omnibus instigavit, ut decimationes Thuringiae, sicut ante plures annos instituerat, exigeret; pollicens, se[o] ei in exigendo summa ope affuturum et[p] dicto obtemperare nolentes regia maiestate coacturum; ea tamen pactione, ut ipsarum decimationum partem sibi, quae et regiae magnificentiae et tanto labori suo digna foret, tribueret. Ita episcopus vanissima spe animatus, sinodum indixit in Erphesfurt 6. Idus[q] Martii[84]. (Mart. 10.)

Statuto die aderat rex, aderat archiepiscopus, stipatus uterque magno grege philosophorum[r], immo sophistarum, quos ex diversis locis summo studio consciverant, ut canones sibi non pro rei veritate, sed pro episcopi voluntate interpretarentur, et causam eius, quoniam[s] veris non poterant, sophisticis[t] allegationibus roborarent. Assidebant ergo cum rege et archiepiscopo Mogontino Herimannus Babenbergensis episcopus, Hecel Hildenesheimensis episcopus, Eppo Citicensis episcopus, Benno Osenbruggensis[u] episcopus; qui non ad discutiendam iuxta ecclesiasticas leges causam fuerant evocati, sed ut id quod rex volebat arte dictionis et sententiarum pondere, postremo quaqua possent ratione et consilio obtinerent; quamquam plerique eorum id quod rex moliebatur vehementissime improbarent; sed ne libere quod sentiebant eloquerentur[v], et regis terrore et privata archiepiscopi amicitia inhibebantur[w]. Habebat praeterea rex circa se armatorum copias non modicas, quibus eos, si qui forte negocium interturbare conarentur, militari manu coherceret. Thuringorum spes et fiducia potissimum in abbate Fuldensi et abbate[x] Herveldensi nitebatur, quod hi ecclesias decimales plurimas et praedia infinita haberent in Thuringia, et hi si[y] causa cecidissent, sibi una cadendum esset[z]. Qui publica discussione interpellati pro decimarum[*] redditione, primo per Deum rogabant archiepiscopum, ut antiquitus tradita monasteriis suis legitima rata inconvulsaque manere sineret, quae et[a] sedes apostolica et[b] veteribus et recentibus scriptis crebro sibi firmasset et

a) Bertholdo 3. 5. Bertoldo 1. b) *deest* 3. c) marewardo 4. d) *ita* 4. e) rueret 3. f) dare 4. g) ammin. 2b. h) inceptis 4. i) regia dign. salva 3. s. regia maiestate vel dignitate 4. k) *deest* 3. l) vili 4. m) desiderare 5. n) archiepiscopus Mogontinus 4. o) *deest* 3. p) *bis scriptum* 3. q) VI. idus m. *desunt* 3. r) philozophorum ymmo zophistarum 3. s) quam? 2b. t) zoph. 3. u) Ossenbruggensis 3. 5. v) loquerentur 3. w) prohibebantur 3. x) in a. 3. y) in *superscr.* 2b. *legitur* 3. 4. 5. z) esse 3. 4. 5. *) decimationum 1*. a) etsi 5. b) *deest* 3.

82) i. e. Carantanorum. 83) Has Saxonum querelas nimias neque omnino veras fuisse, contendit Delius, Untersuchungen über die Geschichte der Harzburg. (Halberst. 1826. 8.) p. 56. sq. not. 71, inter alia monens, sex tantum castra a Lamberto a. 1073. nominari, quorum quinque in Thuringia, unum modo in Saxonia sita fuisse videantur. 84) Vid. de hac synodo tertia Erfordensi Ios. Heine collectio synodorum Erfordiensium historico-critice elucubrata. (Erf. 1792. 8.) p. 35—59.

praecessores eius Mogontini pontifices, summi ac sanctissimi viri, usque ad Liupoldum episcopum[85] numquam[a] infringere temptassent. Id atroci responso archiepiscopus repulit, scilicet praecessores suos sua aetate pro suo arbitratu ecclesiae Dei moderatos fuisse, eosque rudibus in fide auditoribus et pene adhuc neophitis[b] lac potum dedisse, non escam, 5 et sapienti dispensatione multa indulsisse, quae processu temporis, dum in fide convaluissent, successorum suorum industria resecari vellent; se autem, iam adulta vel potius[c] senescente ecclesia, spiritualia comparare spiritualibus, nec iam parvulis lac, sed perfectis solidum cibum ministrare, atque a filiis ecclesiae leges ecclesiasticas exigere; proinde esse eis aut ab unitate ecclesiae secedendum aut legibus ecclesiae aequanimiter 10 adquiescendum. Tum illi rursus per Deum orare, ut, si in Romani pontificis auctoritate, si in Karoli[d] aliorumque imperatorum privilegiis, si in praecessorum eius Mogontinorum pontificum indulgentia nihil sibi praesidii aut spei reliquum esset, ipsarum saltem decimarum eam ipse[e] partitionem[f] fieri sineret, quam et canonum scita aequam iudicassent et ceterae per orbem terrarum ecclesiae usitatam haberent, scilicet ut quarta parte ipse 15 pro suo suorumque missorum servitio contentus, tres reliquas portiones ecclesiis, quibus antiquitus attitulatae fuissent, permitteret. Econtra episcopus, non ea mente se, ait, tantum laborem trivisse et iam per decem ferme annos laboriosum hoc saxum volvere[86], ut tandem aliquando voti compos effectus, ultro iure suo cederet et tanto molimine extortas eis decimas ipsis pro libitu[g] suo partiendas addiceret[h]. Primus ac secun-20 dus dies in hac concertatione iam fluxerat, ancipiti adhuc fortuna, utra pars utri cessura foret. Iamque in eo res vertebatur, ut Thuringi, improbata sinodo, sedem apostolicam appellarent. Sed rex sub attestatione nominis divini affirmabat, se in eum, si quis id praesumpsisset, capitali sententia animadversurum, et omnia quae eius essent usque ad[i] internitionem dissipaturum, clademque eius diei[k] multis postea seculis non abolendam. 25 Ita abbas Herveldensis suorum periculo conterritus, quoniam aliud, in artum conclusis rebus, non patebat effugium, rem consilio regis permisit, quatenus, prout ipse bonum et aequum iudicaret, causam inter se et archiepiscopum terminaret. Diu igitur habita deliberatione, in hanc tandem pactionem mediante rege abbas et archiepiscopus consenserunt, ut abbas in decem suis decimalibus ecclesiis duas partes decimarum, terciam 30 archiepiscopus acciperet, in reliquis vero eius[l] ecclesiis dimidia abbati, dimidia archiepiscopo contingeret; ubi vero ecclesia decimalis propria archiepiscopi esset, tota illic ei decima cederet; praeterea ut omnes dominicales[m] archiepiscopi curtes, in quacumque essent parrochia, ob omni penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub iugum misso abbate Herveldensi, statim Thuringi, omni spe adempta, eo quod in illius pruden-35 tia et eloquentia plurimum fiduciae sibi posuissent, non ultra restiterunt, sed decimas in reliquum absque retractatione dare professi sunt. Fuldensis abbas aliquantis postea diebus obstinatus in proposito perstitit. Sed cum nec regis gratiam recipere nec ad sua redeundi licentiam impetrare posset, nisi in communem sententiam concederet, tandem rerum difficultate superatus, ad hanc conditionem non tam consilio quam imperio 40 et metu regis coactus est, ut in cunctis decimalibus ecclesiis suis partem dimidiam decimarum ipse[n], dimidiam archiepiscopus acciperet, dominicales autem curtes suas, sicut archiepiscopus, omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Tum[o] rex, sciens haut bene placitura Romano pontifici quae gesta fuerant, sub interminatione gratiae suae utrique abbati praecepit, ut neque per se ipsos neque per nuncium neque alio quovis 45 modo pro insimulanda sinodo apostolicam sedem interpellarent[87].

Hebr. 5,12.

Atque ita omnibus[p] quae intenderat pro voluntate exactis, concitus Ratisponam contendit, sanctum pascha ibi celebraturus. Cumque in civitate Augusta[88] diem palmarum ageret, Ruodolfum[q] ducem Suevorum et alios quosdam, qui sinistrum aliquid contra rem publicam moliri iam pridem[r] delati fuerant, in gratiam recepit. Dein[s] sanctum pascha, 50 sicut instituerat, Ratisponae, pentecosten in Augusta celebravit[89].

Mart. 24. Mart. 31. Mai. 19.

a) iniqua 5. b) neofitis 3. c) *deest* 4. d) Caroli 3. e) sibi 3. f) participacionem 4. g) libito 1. 2b?. 5?. h) adyceret 3. i) *deest* 1. 2b (?). k) *deest* 3. l) *deest* 3. m) decimales 4. n) *deest* 3. o) Tunc 4. p) in o. 3. q) *ita* 4. r) del. iam pridem 3. s) Deinde 4.

85) v. diploma ab hoc a. 1059. impetratum ap. Gudenum C. dipl. I. p. 373. 86) Terent. Eunuch. 5, 8, 55. 87) Ipse vero Sifridus ad Alexandrum II. sub id tempus dedit litteras, e quibus locum huc spectantem affert Ioannis ad Serar. T. I. p. 507. 88) Eichstet, Ann. Altah. p. 117. 89) Cf. Wedekind l. c. T. II. fasc. 8. p. 408.

April. 21. Alexander papa, qui et Anshelmus, decessit. Cui Romani protinus inconsulto rege successorem elegerunt Hildebrandum, sacris[a] litteris eruditissimum et in tota ecclesia, tempore quoque priorum pontificum, omni[b] virtutum genere celeberrimum. Is quoniam zelo Dei ferventissimus erat, episcopi Galliarum protinus[c] grandi scrupulo permoveri coeperunt, ne vir vehementis ingenii et acris erga Deum fidei districtius eos pro negligentiis[d] suis quandoque discuteret. Atque ideo communibus omnes consiliis regem adorti[e], orabant, ut electionem, quae eius iniussu facta fuerat, irritam fore decerneret; asserentes, quod nisi impetum hominis praevenire maturaret, malum hoc non in alium gravius[f] quam in ipsum regem redundaturum esset. Statim rex a latere[g] suo Eberhardum comitem misit, qui Romanos proceres conveniens, causam ab eis sciscitaretur, quare praeter consuetudinem maiorum rege inconsulto Romanae ecclesiae pontificem ordinassent, ipsumque, si non idonee satisfaceret, illicite accepta dignitate abdicare se praeciperet. Is veniens Romam, benigne a praedicto viro susceptus est. Cumque illi mandata regis exposuisset, respondit, se Deo teste honoris huius apicem numquam per ambitionem affectasse, sed electum se a Romanis, et violenter sibi impositam fuisse ecclesiastici regiminis necessitatem; cogi tamen nullo modo potuisse, ut ordinari se permitteret, donec in electionem suam tam regem quam principes Teutonici regni consensisse certa legatione cognosceret; hac ratione distulisse adhuc ordinationem suam, et sine dubio dilaturum, donec sibi voluntatem regis certus inde veniens nuncius intimaret. Hoc ubi regi est renunciatum, libenter suscepit satisfactionem, et laetissimo suffragio ut ordinaretur mandavit; quod et factum est anno sequente in purificatione sanctae Mariae[90].

Interea hi, qui in castellis supra memoratis erant, graviter nimis imminebant populo Saxoniae et Thuringiae. Omnia quae in villis et agris erant, in dies eruptione facta diripiebant, tributa et vectigalia silvarum et camporum importabilia[h] exigebant, et plerumque sub praetextu decimarum totos simul greges abigebant. Ipsos provinciales, et plerosque ex his honesto loco natos et re familiari florentissimos, vilium mancipiorum ritu servire[i] sibi cogebant; filias eorum et uxores, consciis et pene aspicientibus maritis, violabant; nonnullas etiam, vi[k] in castella sua raptas et quanto tempore libido suggessisset impudicissime habitas, ad ultimum maritis cum ignominiosa exprobratione remittebant. Quorum si quis inter tanta mala suspirare et internum animi dolorem levi saltem querimonia solari atque evaporare ausus fuisset, statim, velut qui gravem iniuriam regi fecisset, in vincula coniciebatur, nec inde exire poterat, nisi tocius suppellectilis suae distractione vitam salutemque suam redemisset[l]. Cumque ex omnibus locis catervatim cottidie[m] pro his regiam maiestatem interpellarent, quae unicum antehac omnibus afflictis refugium esse consueverat, cum gravi contumelia reiciebantur, dicente rege, ista eos pro iniusta decimarum retentione[n] pati, seque, tamquam vindicem causae Dei, necessario armata manu eos cohercere, qui legibus ecclesiasticis sponte nollent adquiescere[o]. Itaque videns rex, omnes circumquaque manentes metu attonitos et ad suscipiendas quascumque imposuisset conditiones patientissimos, magnum quiddam[p] et a nullo maiorum suorum antehac temptatum machinari coepit, videlicet ut omnes Saxones et Thuringos[q] in servitutem redigeret et praedia eorum fisco publico adiceret[91]. Cavebat tamen, ne consilium hoc immature vulgatum, et effectu careret, et principibus regni iustae murmurationis occasionem praeberet. Itaque secreto cum rege Danorum colloquium[92] facit, et cum eo magna quadam parte Saxoniae, quae Uotoni[r] marchioni pertinebat[93], paciscitur, ut in conficiendis rebus, quas animo agitabat, auxilio

a) H. virum sacris 1. b) omnium 4. 5. c) *deest* 4. d) negligentissimis actibus suis 3. negligentiae *(Versäumnisse) in numero plurali apud scriptores ecclesiasticos, ut* negligentiae cogitationum *ap. Salvianum adversus avarit.* I, 12, *ubi vidend. Baluz. (ed.* IV. *Pedeponti* 1742. 4. *p.* 225.*)* e) *ita* 1. adorsi 3. 4. 5. *et ita etiam infra p.* 200 *n.* i, *sed aliis locis omnes* adorti. f) *deest* 4. g) altare 5. h) importibilia 3. i) sibi serv. 3. k) *deest* 3. 4. l) redemisse 5. m) quotidie 4. *hoc loco.* n) pati pro i. d. detentione pati 3. retentatione 4. 5. o) acq. 3. 4. 5. *hoc loco.* p) quoddam 4. q) tur. 4. r) Vtoni *omnes.*

90) De tempore ordinationis paululum aliter acta Vaticana quae affert Mascov. p. 51. not. 8. Eam factam esse d. 29. Iun. ann. 1073. probavit Stenzel II. p. 258 sq. 91) vid. Schaumann hist. Saxon. infer. p. 190, sqq. 196. W. 92) Bruno Bardovici habitum colloquium cum Suenone II. scribit, Adamus l. IV. c. 26. Luneburgi. 93) Wedekind in Not. fasc. 3. p. 215. not. 170. hanc Saxoniae partem tantum de comitatu Ditmarsico (Ditmarsen) intelligendam esse credit.

sibi foret, et se Saxonibus ex uno latere bellum inferente, ipse eos ex alio latere adoriretur. Id ipsum aliis, qui Saxoniae[a] contigui erant, regibus et gentibus iniungit.

Ubi satis adminiculorum visum est, cunctis regni principibus expeditionem indixit in Polenos[b], id causae praetendens, quod Boemos[c] contra vetitum suum bello impetissent et fines eorum ferro et igne infestassent. Hanc, ut dixi, causam in promptu habebat. Ceterum[d], ut fama vulgatior postmodum loquebatur, sub occasione Polenorum volebat in Saxoniam exercitum ducere, et deletis usque ad internitionem Saxonibus, loco eorum gentem Suevorum constituere. Haec enim illi gens erat acceptissima, et eorum plerosque, obscuris et pene nullis maioribus[e] ortos[94], amplissimis honoribus extulerat et primos in palatio fecerat; et ad eorum nutum cuncta regni negocia disponebantur. Quae res eum[f] valde exosum invisumque principibus reddiderat; et eorum plerique indignitatem rei non ferentes, nisi pro responso necessario evocati, in totum palatio abstinebant. Igitur exercitum suum in expeditionem adunari constituit, septimo die post assumptionem[g] sanctae Dei genitricis Mariae. Qua expectatione suspensis et intentis omnibus, ipse iam[h] ferocius[i] solito atque infestius agebat, posthabitis principibus, solos circa se Suevos assidue habebat[k], ex his[l] sibi auricularios a secretis, ex his tam familiarium quam publicorum[m] negociorum procuratores instituebat. Tum[n], Saxones omnes servilis[o] conditionis esse, crebro sermone usurpabat, nonnullos etiam ex eis, missis nunciis, obiurgabat, çur sibi iuxta conditionem natalium suorum, ut ipso verbo utar, serviliter non servirent, nec de[p] reditibus[q] suis fiscalia sibi obsequia impenderent. Contradicentes, quasi qui maiestatem regiam violassent, totis regni viribus persequi et de regno proturbare[r] minabatur.

His atque huiusmodi indiciis principes Saxoniae malum, quod cervicibus suis impendebat, animadverterunt[s], statimque graviter ancipiti periculo permoti, clandestina[t] conventicula crebro faciebant, et se vicissim, quid facto opus esset, in medium consulere hortabantur. Una omnium voluntas, eadem erat sententia, eamque dato et accepto vicissim sacramento confirmabant, malle se mori atque extrema omnia prius[u] experiri[95], quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amittere. Huius coniurationis auctores ac signiferi quidam[v] erant Bucco Halberstatensis[w] episcopus, Otto dux quondam Baioariae, atque Herimannus[x] frater Ottonis Saxonici ducis, qui superiore anno decesserat[96]. Sed Bucco, licet frequentibus iniuriis a rege lacessitus fuisset, tamen quia vir eximiae sanctitatis erat et optimae in ecclesia Dei existimationis, credi nullo modo potest aliter in hanc audaciam prorupisse nisi zelo Dei et sola communis commodi ratione. Ceteri duo praeter publicam gentis suae causam etiam privato odio iam pridem a rege desciverant, propter Magnum, Ottonis ducis Saxonici filium, quem rex in dedicionem acceptum, iam per biennium in custodia tenebat[97]. Huic veniam admissi non alias impetrare poterant, nisi ducatu et aliis, quae sibi ex defunctis[y] parentibus hereditario iure competebant, in perpetuum se abdicaret. Quod ille nulla ratione[z] se facturum protestabatur, etiamsi sibi quicquid aetatis reliquum esset in custodia et in vinculis exigendum, etiamsi per omnes cruciatus et per omnia suppliciorum genera anima ponenda esset. Cumque nihil[*] supplicando, nihil pecuniam atque infinita praedia offerendo, nihil sua utrique[a] erga ipsum regem atque erga rem publicam multa saepe bene merita commemorando, proficerent, ad ultimum Otto dux quondam Baioariae se ipsum regi obtulit, quamdiu vellet in vinculis habendum, et omnia sua, tamquam priori conventione nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda, dummodo propinquum suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem devenerat, dedicione absolveret. Ad haec fertur rex atrox nimis dedisse responsum, ipsum et omnia quae ipsius essent iam pridem dedicionis iure in potestatem

a) contigui erant Sax. reg. 3. b) Polonos 3. *et ita infra.* c) Bohemos 3. *ut semper.* d) Certum 4. e) *deest* 5. f) cum 4. g) assumptionis 4. h) *deest* 4. i) ferocis 5. k) se habebat 5. l) *deest* 5. m) puplicorum 4. n) Tunc 4. o) *deest* 4. 5. *in marg. post* esse *suppl.* 3. p) *deest* 3. 5. q) redditibus 3. 4. 5. *hoc loco.* r) perturbare 4. s) animadvertere 4. t) clamdestina 3. u) *deest* 3. v) *ita omnes;* quidem? w) Halbestatensis 5. x) Hermannus 4. Heremannus 3. y) *deest* 5. z) se r. 3. *) erga ipsum regem *add.* 4. a) uterque 1.

94) *pene nullis maioribus ortos,* Horat. Sat. I, 6, 40.
95) *extrema omnia experiri,* Sallust. Cat. 26, 5.
96) Anno 1071. Mart. 28; Wedekind Hermann Herzog v. Sachsen p. 66. Eiusd. Not. II. fasc. 8. not. LXXVII. p. 404 sq. 410 sq., secundum Stenzel II. p. 256. anno 1072.
97) cf. Zepernick analect. iur. feud. T. I. p. 253.

regiam cessisse, nec eum[a] obiecto quondam crimine adhuc ita purgatum, ut sui vel[b] suarum rerum iure gentium traditionem ullam liberam haberet. Ea vox acerbe prolata acerbius est accepta, magnumque odii seminarium irarumque fomitem ministravit.

His auctoribus orta seditio, ita brevi totum Saxoniae populum quasi rabie quadam infecit, ut omnis dignitas, omnis conditio, omnis aetas, quae modo faciendis stipendiis idonea foret, uno animo, pari voluntate, ad arma conclamaret, et se sub sacramento promitteret, aut obstinate morituros, aut gentem suam in libertatem vendicaturos. Erant in ea coniuratione principes isti: Wezel Magadaburgensis archiepiscopus[c], Bucco Halberstatensis[d] episcopus, Hecel Hildenesheimensis[e] episcopus, Wernheri Merseburgensis[f] episcopus, Eilbertus[g] Mindensis episcopus, Immet Podelbrunnensis[h] episcopus, Friderich Mimegardefurdensis[i] episcopus[98], Benno Misinensis[k] episcopus, Otto dux quondam Baioariae, Uoto[l] marchio[99], Dedi marchio[1], et omni marchione animosior atque implacatior uxor eius Adela, Egbertus marchio Thuringorum, puer adhuc infra militares annos, Friderich palatinus comes, Diedericus[m] comes[2], Adalbertus[n] comes[3], Otto comes, Counradus[o] comes[4], Heinricus[p] comes; tum vulgus promiscuum supra 60 milia erat, qui ad asserendam[q] libertatem patriae legesque tuendas promptissimo animo manus operamque suam promittebant. Et vere divinitus oblatam sibi esse[r] occasionem dicebant, qua iugum iniquissimae dominationis a cervicibus suis excuterent. Dux Saxoniae necdum aliquis constitutus[s] fuerat, quia, sicut supra memoratum est, dux Otto paulo ante humanis rebus excesserat et filius eius[t] Magnus, cui ducatus legitima successione debebatur[5], adhuc in castello Hartesburg[u] deditus servabatur. Et quia rex in bona eius inhiaverat, id praestolari putabatur, ut malorum pondere ac longae dedicionis taedio fatigatus ultro iure suo cederet et ducatum cui rex[v] voluisset dandum permitteret[w]. Liemarus Premensis archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[x] episcopus, quia in communem sententiam gentis suae concedere nolebant, de finibus Saxoniae effugati, ad regem se contulerunt, eique toto belli huius tempore individui comites adhaeserunt.

Igitur circiter[y] Kalendas Augusti, adulta iam satisque roborata coniuratione, legatos mittunt ad[z] regem, tum[*] temporis[a] Goslariae constitutum, postulantes, ut expeditio, quam in Polenos[b] instituerat, sibi remitteretur; se adversum acerrimos hostes Luticios[c] die ac nocte in procinctu atque in acie stare, et si paululum manus remittant, ilico finibus suis insultantes adversarios et omnia caede atque incendio depopulantes aspicere; ad horum vim arcendam vix sibi satis copiarum esse; proinde stultum fore, ut exteris ac longe positis gentibus arma inferant, qui domesticis ac pene intestinis sine intermissione bellis quatiantur. Praeterea[d] postulant, ut castella, quae ad eversionem Saxoniae per singulos montes colliculosque extruxerat[e], dirui iuberet; ut principibus Saxoniae, quibus sine legitima discussione bona sua ademerat, secundum principum suorum iurisdictionem satisfaceret; ut relicta interdum Saxonia, in qua iam a puero residens, otio atque ignavia pene emarcuisset, etiam alias regni sui partes inviseret; ut vilissimos homines, quorum consilio seque remque publicam praecipitem dedisset, de palatio eiceret[f], et regni negocia regni principibus, quibus ea competerent, curanda atque administranda permitteret; ut abdicato grege concubinarum, quibus contra scita[g] canonum attrito frontis rubore incubabat, reginam, quam sibi secundum ecclesiasticas traditiones thori sociam regnique consortem delegisset, coniugali loco haberet[h] et diligeret; ut cetera flagitiorum probra, quibus dignitatem regiam adolescens infamaverat, nunc saltem maturato sensu

a) cum 1. 4. b) ut simul 4. 5. c) episcopus 5. d) Halberstadensis 3. e) Hildeßenehmensis 3. f) Merspurgensis 1. g) Gilbertus 3. h) Podenbr. 4. 5. Poderbr. 1. i) Mimig. 3. k) Misßenensis 3. l) Vto *omnes*. m) Dithericus 1. n) Adelb. *omnes*. o) Cunradus 1. 3. Conr. 4. 5? p) Henr. 3. q) ad serendam 3. r) *deest* 3. s) fuerat const. 3. t) *deest* 5. u) Harttesburg 3. v) v. rex 3. w) prom. 3. x) Osßenbruggensis 3. Osenbrugensis 4. 5. y) circa 3. z) ad regem *desunt* 5. *) tunc 4. a) *deest* 3. b) Polonos 3. c) Luitticios 3. d) *codd.* 3. *et* 4. *conditiones singulas numeris in margine vel super lineam positis indicant.* e) *deest* 3. f) deijceret 3. g) iura *superscr.* scita 4. h) diligeret et haberet 3.

98) Ex Brunone c. 27. 50. colligas potius, in regis partibus hunc Fridericum fuisse. 99) V. supra a. 1057. 1) V. supra a. 1069. 2) de Katelenburch; vid. Gebhardi hist. gen. Abh. II. p. 213 sqq. Schrader Dynasten p. 97. n. 78. p. 184. 3) Esse videtur comes senior de Ballenstide, sator gentis Anhaltinae. 4) Forsan Cuono de Bichelingen, Ottonis quondam Baioariae ducis filius. KR. 5) cf. Wedekind Hermann Herzog von Sachsen p. 47 sq.

et aetate abdicaret. Postremo per Deum rogant, ut iusta postulantibus sponte annueret, nec sibi magni cuiusquam atque inusitati facinoris necessitatem imponeret. Si ita faceret, se promptissimo animo ei sicut actenus[a] servituros, eo tamen modo, quo ingenuos homines atque in libero imperio natos regi servire oporteret; sin autem, christianos se esse, nec velle hominis, qui fidem christianam capitalibus flagitiis prodidisset, communione maculari. Quod si armis cogere instituisset, sibi quoque nec arma deesse nec militaris rei peritiam. Sacramento se ei fidem dixisse; sed si ad aedificationem, non ad destructionem ecclesiae Dei, rex esse vellet, si iuste, si legitime, si more maiorum rebus moderaretur, si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges tutas inviolatasque manere pateretur. Sin ista prior ipse temerasset, se iam sacramenti huius religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste et christiani nominis oppressore iustum deinceps bellum gesturos, et quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro ecclesia Dei, pro fide christiana, pro libertate etiam sua dimicaturos. Vehementer regem permovit haec legatio. Verum consiliariis eius dicentibus, quod ad primum belli terrorem tanti motus irarum deflagraturi essent, paululum resumpto spiritu, leviter et contemptim legatis respondit, nihilque certi reportantes dimisit. Quod ubi suis nunciarunt, atrox omnium mentibus ira incanduit, seque mutuo sermone, ut contemptum sui manu vindicarent, hortabantur. *Obstinatum*, inquiunt, *in malis ingenium*, *nisi acrior vis adhibeatur*, *emolliri non poterit*, *et nisi ad vivum propiusque*[b] *medullas mucro adigatur*, *sensum doloris non admittet*[c].

Aug.

Igitur armati instructique Goslariam contendunt, ibique mediocri a villa intervallo castra locant; statimque efferato animo in eum irruissent et ius suum non iam rethoricis allegationibus sed bellicis terroribus expostulassent, nisi Bucco Halberstatensis episcopus et pauci admodum, qui sanum aliquid sapiebant, impetum tumultuantis turbae salubri moderatione inhibuissent. Rex, accepto nuncio vicini iamque instantis periculi, graviter mente consternatus, propere in Hartesburc[d] se contulit, eoque secum regni insignia et thesaurorum suorum quantam in ea trepidatione potuit partem convexit. Erant tunc temporis cum eo Eppo Citicensis episcopus et Benno Osenbruggensis[e] episcopus, eorumque consilio et prius tranquilla et nunc turbata re publica omnia faciebat. Casu quoque nuper advenerat, nescio quid privatae[f] causae acturus in palatio, Bertoldus dux quondam Carentinorum. Huic rex quam sanctis obtestationibus se purgabat, quod ducatum eius nulli alii tradidisset; sed Marcwardum[g] privata praesumptione fines alienos invasisse, nec ei quicquam de iure suo propterea[h] imminutum esse, si, suo iniussu, sine consulto principum, honores publicos homo ineptissimus temerasset. Ille licet haec ficta esse sciret[6] et regis malitiam non tam voluntate quam fortunae violentia correctam esse, tamen suscepit satisfactionem, promisit[i] operam suam rei publicae utilitatibus nusquam[k] defuturam. Hunc itaque, quia vir[l] erat summae prudentiae et popularis eloquentiae, cum duobus[m] supra memoratis episcopis rex legatum misit ad Saxones. Ad quos cum venissent, rogabant eos per Deum, ut ab armis, quae, honesto licet nomine, pessimo tamen exemplo, sumpsissent, mature discederent, nec rem supra modum supraque vires suas temptarent, quae a ceteris regni principibus nimium improbanda foret, utpote quam nec sua nec maiorum suorum memoria umquam[n] gens ulla temptasset; iustam eorum esse causam, quos summis saepe iniuriis regis inclementia ad haec extrema experienda coegisset[o], honori tamen suo magis consulendum quam iracundiae, et deferendum regiae maiestati, quae apud barbaras etiam[p] nationes semper tuta inviolataque fuisset[q]; proinde remisso armorum strepitu, pacatis animis, sopitis simultatibus, tempus locumque constituerent, quo rex tocius regni principes evocaret, ut iuxta communem sententiam et obiecta purgaret et quae correctionis egere viderentur corrigeret. Ad haec illi: *Non eadem*, inquiunt, *ceteris regni principibus et nobis incumbit necessitas rebellionis. Ceteris enim gentibus vacatione data, et pene feriatis omnibus, nos solos sibi peculiariter elegerat, quos secundum prophetae*[r] *elogium in plaustris ferreis*[s] *trituraret*[t]; *quorum regionibus post initum semel principatum numquam excederet; quibus post erepta patrimonia liberta-*

Amos 1, 3.

a) hactenus 4. 5. b) proprius 1*. c) admittit 3. d) Hartesburg 1. 3. 4. e) Ossenbruggensis 3. f) *deest* 3. g) Marchwardum 3. h) *deest* 5. i) promisitque 1. 5? k) nūquam 3. l) erat vir 3. m) ducibus 4. n) iniqua 5. o) coegissent 4. p) *deest* 3. 5. q) *deest* 5. r) prophecie 5. s) consternatus 5. t) *deest* 1. *habet* 6. *cum* 3. 4. 5.

6) V. supra p. 192.

Aug. *tem quoque eriperet, et natalibus omnium infamatis, durissimae servitutis iugum iniceret; ad quorum oppressionem singulis montibus colliculisque praesidium imponeret, ut aquas nostras pecunia bibere et ligna nostra precio comparare cogeremur; quorum uxores et filias militibus suis, publicae libidinis victimas, prostitueret; quorum terram — quod omnium quae passi sumus gravissimum ducimus — inauditis adinventionibus*[a] *nec christiano ore nominandis criminibus incestaret. Si cum ceteris regni principibus haec nobis communis esset iniuria, merito ad illorum cognitionem communemque audientiam nos reiceret; nunc autem, cum nobis aut privata calamitate cadendum aut privata virtute iniuriis sit*[b] *obviam eundum, nihil nostra interest super nostris miseriis aliorum expectare sententiam. Quapropter si eum malefactorum tandem aliquando piget poenitetque, in argumentum non fictae poenitentiae castella, quae in perniciem nostram extruxit, absque procrastinatione diruat; patrimonia nobis per vim seu per calumpniam erepta restituat; postremo iusiurandum det*[c], *quod legitima, genti nostrae a primis temporibus constituta, numquam deinceps infringere moliatur. Si hoc facit, licet saepe elusi, saepe verbis pacificis in dolo irrisi, tamen utcumque adhuc credimus bona pollicenti; sin autem, omni dilatione relegata, nec expectatis aliarum gentium aut aliorum principum decretis, iugum, quod cervicibus nostris impendet, excutere conabimur, liberosque nostros nostra vel morte vel victoria in libertatem asseremus.* In haec verba legatos dimiserunt. Qui iterum missi, iterumque remissi, in eadem eos sententia obstinatos invenerunt. Itaque omnes vias, per quas descensus esse poterat de castello, adhibitis custodibus, observari statuerunt, summa ope id praecavendum aestimantes, ne[d] qua ei copia fieret effugiendi et in alias regni partes bellum transferendi. Et profecto, si id rite curassent, facili dispendio et paucis admodum diebus res conficeretur, quae postmodum tanto tempore tracta, in extremum pene discrimen cunctas regni provincias attraxerat. Neque hoc ipsum regem latebat. Idcirco modis omnibus intentus agebat, qualiter hostium custodias falleret[e], et de angustiis Saxoniae in latissimam regni aream bellum traiceret, maximeque ad episcopos Reni, quos sibi ob crebra sua merita fidos firmosque in adversis fore sperabat.

Castellum in altissimo colle situm erat, et uno tantum itinere ipsoque difficillimo[f] adiri poterat. Cetera montis latera vastissima silva inumbrabat, quae exinde per multa milia passuum continua vastitate in latum extenditur usque ad confinium Thuringiae, et ideo[g] nulla obsidentium diligentia conclusis egressum[h] vel ingressum eripere poterat. Rex, collato cum suis consilio, frequentes ad eos legatos mittebat, pacem postulans[i] et omnium quae illos[k] offenderant emendationem pollicens. In quam[l] actionem intentis suspensisque omnibus et iam propter res bene gestas immatura securitate torpentibus, Aug. 9. nocte quadam, cum nihil minus suspicarentur, ipse Bertoldum ducem et duos supra memoratos episcopos et alios plerosque familiares suos secum assumpsit, et praemissis ante se in sarcinis regni insignibus et quanta tempus et res patiebantur parte thesaurorum, clam egressus est de castello, dato negocio his qui intus remanebant, ut postera die quanta possent arte praesentiam sui simularent, et hostium[m] animos a suspicionibus fugae suae avocarent. Triduo per vastissimam silvam ieiuni, ut fertur[n], gradiebantur, angustissimo et paucis antehac comperto tramite, quem venator quidam, dux itineris, qui venandi studio sollertius silvarum abdita rimaretur, deprehenderat, undique circumspectantes gladium, et ad quemlibet perstrepentis aurae sonitum incursus hostium iamque Aug. 12. iugulo incumbentem interitum formidantes. Quarto die inedia, vigiliis ac longi itineris labore usque ad extremam lassitudinem confecti, Eschenewege[o] pervenerunt. Ubi cibo Aug. 13. somnoque paululum recreati, postero die, id est[p] Idibus Augusti[7], cum iam miles frequentior ad regem confluere coepisset, Herveldiam contenderunt. Quatuor deinceps diebus ibidem commoratus est, operiens exercitum, quem in expeditionem contra Polenos[q] de toto regno suo evocaverat.

Iam enim dies instabat, quem coadunando militi constituerat. Adalbero[r] Wircibur-

a) inventionibus 3. b) sit obviam eundum iniuriis 1*. c) nobis det 1. d) nec 4. e) *deest* 4. f) difficilimo 4. g) ide 4. h) *bis scripsit* 4. i) *deest* 4. k) illum 4. l) qua 4. m) animos hostium 2b. n) ferunt 1. 2b(?) o) Eskenewege 2b. p) i. e. *desunt* 1. 2b(?) q) polonos 3. *semper*. r) adelbero *omnes*.

7) d. 13. mens. Augusti. Egressus igitur est castello Hartesburg d. 9. (secundum Stenzel. II. 259. d. 8.) Aug. Quae de huius fugae molestiis a nostro narrantur, non tam verisimilia sunt, quam quae Bruno tradit.

gensis[a] episcopus et Herimannus Babenbergensis episcopus et alii plerique principes, qui ad militiam proficiscentes in vicina[b] loca iam devenerant[c], audito quod acciderat, propere ad regem, adhuc Herveldiae constitutum[8], concurrerunt. Ruodolfus[d] dux Suevorum cum episcopis Reni[e], Sueviae[f] atque Baioariae, circa Mogontiam castris positis, nuncium regis praestolabatur, per quem certius edoceretur, quonam in loco ei occurrere deberet. Audierat[g] enim, eum ab hac expeditione ad alia regni negocia animum revocasse, sed quaenam mutandae sententiae necessitas repente incidisset, certo non compererat[h]. Plerique tamen iactitabant, eum coniurationis huius conscium participemque extitisse, ideoque tam lento gradu ad militiam procedere, ne aut regi in tanto discrimine contra propositum suum pudore victus auxilium praeberet, aut, si negaret, defectionem suam consiliumque immature prodere cogeretur. Rex itaque missis nunciis mandavit, ut tam ipse quam ceteri qui cum eo erant principes, citato quantum possent itinere, sibi occurrerent in villa quae dicitur Capella[i, 9] haut procul ab Herveldia. Quo cum venissent, pedibus eorum provolutus[10], orabat per respectum Dei, sub cuius testificatione sibi fidem dixissent, ut super infelicibus eventis[k] suis misererentur pariter et indignarentur; communia ipsorum beneficia praerepta sibi esse paucorum malignitate, qui immemores iurisiurandi, immemores beneficiorum, quibus eos saepenumero et privatim et publice sibi obligasset, cum regno etiam vitam sibi eripuissent, nisi fugae praesidio periculum declinasset; violatae regiae maiestatis iniuriam non ad se solum pertinere, publicam esse contumeliam omnium eorum, qui se regem creassent, et quorum auxilio ab improbis hominibus tutus esse debuisset; proinde omnes pro virili portione satagerent, ne regia dignitas, quam a maioribus suis honestissimam atque praeclarissimam acceperant, sua ignavia fuscaretur[l], neve[m] tam pessimum exemplum suorum temporum ad posteros suos inultum transmitterent. Haec[n] memorando, tam deformitate casuum suorum quam miserabilis querimoniae prosecutione omnibus qui aderant lacrimas excussit. Erant qui censerent, quoniam in expeditionem contra Polenos armati instructique venissent, ut protinus in Saxoniam exercitus duceretur, et recentis contumeliae vulnus recentis vindictae antidoto curaretur. Alii decernebant, non esse rem praecipitanter aggrediendam; gentem Saxonum esse robustissimam et bellorum usu propter ingenitam feritatem exercitatissimam, quae insuper frequentibus iniuriis efferata, ruptis iam omnibus iuris et legum retinaculis, aut mori aut vincere sit obstinata; propterea dandas sibi esse inducias[o], quibus domum redeant, copias instruant, impensas augeant, ut multiplicatis sumptibus ad protrahendum in quaslibet moras bellum durare valeant. Horum sententia ab omnibus comprobata, decrevit[p] rex, ut septimo die post festum sancti Michaelis miles in expeditionem adunaretur[q] in villa Herveldensis monasterii quae dicitur Bredingen[11]. Ita, assumptis secum qui advenerant principibus, abiit, Triburam et cetera circa Renum loca invisere. Missis etiam circumquaque nunciis, obnixe non solum principibus, sed et popularibus, ne a se deficerent, supplicabat, multa largiendo, plura pollicendo, nonnullis etiam sua restituendo, quae superioribus annis, dum prosperis successibus immoderatius indulgeret, per calumpniam abstulerat.

Saxones, comperto, quod elusis custodibus suis rex in alias regni partes evasisset, vehementer sunt contristati[r], arbitrantes, id quod res exigebat, nihil sibi deinceps otii aut remissi habendum, nec[s] pestem hanc, ut hactenus, intra[t] domesticos parietes cohibendam, sed revelata facie bellum publicum cum hoste publico gerendum; ideoque sibi expedire, ut quantascumque possent gentes et regna adversus regem concitarent. Protinus legatos miserunt ad Thuringos, auxilium petere et rogare, ut ipsi pro sua quoque

a) Wirciburgensis 3. b) vicinia 4. c) advenerant 5. d) *ita* 4. *plerumque.* e) rheni 4. 5. *saepius, alibi etiam* 3. f) Swevie 1. g) Auderat 4. h) comperat 4. i) Cappella 3. k) eventibus 4. l) *ita* 1. frustraretur 3. 4. 5. m) ne 3. n) Hoc 3. o) *deest* 1. p) *ita* d. 3. q) vniretur *corr.* adunaretur 3. r) tristati 3. s) ne 3. 5. t) inter 4.

8) Commoratus esse videtur Heinricus Hersfeldiae usque ad 17. aut 18. d. mens. August; Stenzel l. c. p. 259. 9) hodie Spiescappel in vicinia civitatis Ziegenhain. 10) Haec non ad verbum intelligenda esse, sed nonnisi instanter, humiliter petere significare, monuit Stenzel II. p. 106. Cf. a. 1075: *prorsus in terram* et Liv. 34, 11. Curt. Ruf. 3, 12. Iustin. 11, 9. 11) Herren-Breitungen ditionis Hennebergicae. KR. Sed Wenck hist. Hass. III. p. 45. (cf. II. p. 402. n. p.) rectius habet pro pago Breidenbach ad Fuldam prope Hersfeld supra Rothenburg.

Aug. libertate et frequentibus contumeliis, quibus lacessiti fuerant, arma sumere non pigritarentur. Thuringi, celeberrimo conventu habito in loco qui dicitur Triteburc[a. 12], ubi legationem Saxonum audierunt, promptissime assensi sunt, nec ulla umquam legatio laetioribus acclamationibus excepta[b] est. Nec mora, iusiurandum dant, nusquam se defuturos negocio, communem sibi esse cum eis rebellandi[c] necessitatem, et ideo commune periculum, communem etiam, si Deus annueret, victoriam futuram, seque usque ad extremum spiritum pro communi utilitate dimicaturos. Denunciant praeterea abbati Fuldensi et abbati Herveldensi et ceteris principibus, qui in Thuringia praediorum aliquid haberent, ut ad ferendum genti suae auxilium die statuto coniuraturi venirent; nisi[d] id facerent, se bona eorum protinus omnia direpturos. Legati etiam regis supervenerunt, ingentia eis beneficia pollicentes, si foedus Saxonum bellique societatem respuerent; sed cum gravi contumelia sunt repulsi, in tantum ut[e] nec manibus in eos furor populi temperasset, nisi paucorum sapientum moderatio propter ius gentium, quo legatis est deferendum, intercessisset[f]. Archiepiscopus Mogontinus Erphesfurd[g] eo[h] tempore morabatur. Hunc adorti[i], in communem sententiam concedere urgebant, nec prius regionibus illis excedere passi sunt, donec datis obsidibus fidem suam firmaret, nihil se adversum[k] eos armis aut consilio moliturum; quamquam nonnulli existimarent, tam eum quam archiepiscopum Coloniensem et alios plerosque Reni principes iam a principio coniurationis huius conscios participesque[l] extitisse. Id tamen, dum incertus adhuc rerum eventus pendebat, summa ope dissimulabant.

Igitur quoniam in exteras gentes regem persequi consilium non erat, omnem operam suam ad expugnanda castella eius verterunt. Haec autem sunt castella, quae ipse, postquam pater eius decesserat, extruxit, quae tamen ad praesens memoriae occurrunt, Hartesburg[m], Wigantestein[n. 13], Moseburg[14], Sassenstein[15], Spatenberg[16], Heimenburg[p. 17], Asenberg[18]. Vocenroth[q. 19] Friderici palatini comitis fuerat, idque ei rex quadam legum violentia eripuerat, praesidiumque suum imposuerat. Liuniburc[r. 20] quoque, oppidum[s] maximum Ottonis ducis Saxonici, situm in confinio Saxonum et Luticiorum, occupaverat, militesque lectissimos cum Eberhardo, filio Eberhardi comitis de Ellenburc[t. 21], imposu-

a) Treteburc 3. b) accepta *corr.* excepta 4. c) rebellendi 2b. d) ni 1. 5? e) quod *superscr.* ut 4. f) *deest* 2b. g) Erpesfurd 1. Erphesphurd 4. Erphesfurdt 3. h) morabatur eo tempore 2b. i) adorsi 3. 4. 5. *cf. p.* 194. *n.* e. k) aduersus 4. l) participes consciosque 3. m) Hartespurg 1. 5? Hartespurgk 4. (-burc *hic et infra contra codicum fidem corrigere nolui.* W.) n) Wiganstein 5. Wigantenstein 1. p) Hennenburg 3. 4? *Ita etiam poeta de bello Sax.* I. *v.* 75: Sex ibi castellis multo munimine firmis Praesidia imposuit, victum quoque largiter addit. — — Hennenberg primum — — aggressi. *(Sed etiam in Ann. Sax. ubi olim a.* 1115. Hermenburg *legebatur iam ex cod. autographo* Heimenburg *ut a.* 1123. *restitutum est.* W.) q) Volcenroth 3. Vockenroth 4. 5. Vokenroht 1. r) Lunuburg 4. Luniburc 3. s) opidum 3. *et ita infra.* t) Ellenburg 4. 5.

12) Trettenburg, collis haud ita procul a Gebesea, Herbsleben et Tennstadio dissitus. KR. Cf. A. Toppius Gebesee und Tretenburg. Erfurt 1661. 4. In hoc colle placita sive iudicia celebrabantur; cf. dipl. Heinrici IV. (4. Non. Ian. 1089.) in Thuringia sacra p. 59. 13) Cuius situm quantum scio nemo umquam indagavit. KR. Wenck hist. Hass. III. p. 96. n. f. existimat, hoc nomine significari castrum Giebichenstein ad Halam, quae opinio non improbabilis esse videtur. — (Prorsus a vero abhorrere videtur, quum Gibekestein sub hoc nomine Lamberto bene notum esset; v. a. 1045. W.) 14) Putatur fuisse illud in principatu Luneburgico (Moisburg) KR. (qua de re dubitarim. W.) 15) Sita erat olim eiusdem nominis arx ad oppidulum Sachsa in comitatu Hohnstein, cuius hodienum rudera exstant, quod nostrum fuisse vero simillimum. KR. 16) olim iuxta Sondershusam situm, de quo vid. I. F. Müldener Nachrichten von einigen Bergschlössern in Thüringen (Leipz. 1752. 4.) p. 33 — 43. 17) Heimburg prope Blankenburg. KR. Quod non tam certum esse videtur, quoniam Thuringi hoc castrum obsident. Sed vide Gebhardi hist. gen. Abhandl. IV. p. 34. 18) Ex a. 1075. apparet, Asenberg nullo modo esse Asseburg in ditione Guelferbytana, sed Thuringiae castellum. Aliud in Mansfeldiae comitatu situm saec. XVI. finiente demum exstructum est. KR. F. L. Iahn opinatur, Asenburg fuisse antiquius nomen castri Kiffhausen in inferiori principatus Schwarzb. Rudolstad. tractu. Vid. Archiv des henneberg. alterthumsforschenden Vereins, herausgeg. v. F. Chr. Kümpel. 2. Lief. (Hildburgh. 1837. 8.) p. 78 sq. Förstemann vero (Mittheilungen V, 1. p. 20 n.) Hasenburg prope Nordhausen. 19) Volkerode ditionis Gothanae esse plures putarunt. Aliud Volkerode visitur haud longe a monte Hülfsberg in Eichsfeldia. Mihi certum est, neutrum horum esse hoc castrum. KR. Sed vide Grashofii comm. de originibus atque antiquitat. liberae civitatis Muhlhusae (Lips. et Gorlic. 1749. 4.) p. 19 sqq. n. ††. 20) Vid. Wedekind Not. fasc. 3. p. 215 sqq. 224 sqq. et eiusd. Hermann Herzog von Sachsen. p. 22 sq. not. 20. 21) i. q. Nellenburg; cf. Ann. Einsidl. Mon. SS. III. p. 146.

erat, non aliam ob rationem, nisi quod, omnia quae praedicti ducis fuerant in potestatem regiam iure dedicionis per Magnum, filium eius, venisse, argumentabatur. Alia praeter haec quam plurima extruere aggressus fuerat, sed eum ab incepto repente oborta bellorum tempestas revocavit.

Herimannus, frater ducis Saxonici, iam pridem antequam rex Saxonia effugaretur Liuneburc[a] obsederat, militesque regis, quoniam temere ingressi alimenta non habebant, paucis diebus ad dedicionem coegit; nec tamen dimittere victos aut punire volebat, sed intra oppidum diligenti custodia ne effugerent observatos, secundum prophetam[b] pane arto et aqua brevi sustentabat, mittensque ad regem, mandavit, ut, si suos qui obsidebantur vivos incolumesque recipere vellet, Magnum, fratris sui filium, dedicione absolveret sibique remitteret; ni id faceret, se de his, tamquam de hostibus qui fines alienos contra leges invasissent, iuxta leges gentis suae capitale supplicium sumpturum. Diu rex quid ageret ambigebat; inhumanum scilicet fore sciebat, si suis, extrema necessitate circumventis, non consuleret; sed reputabat econtra, quantum rationibus suis deperiret, si eum, de cuius interitu sibi tocius Saxoniae dominatum pollicitus fuerat, dimitteret suique compotem faceret, praesertim cum propter recentes iniurias, quibus eum iam triennio in custodia habitum afflixerat, gravius ceteris omnibus[c] rem publicam vexaturus timeretur. Non paucis diebus[d] haec deliberatio eum incertum suspensumque tenebat. Et profecto vicisset avaritia, privatisque utilitatibus salutem militum posthabuisset, nisi principes regni, crebris legationibus fatigati ab his qui obsidebantur, unanimi consilio eum adorirentur et non tam supplicando quam comminando et terrendo ab sententia deducerent. Itaque in assumptione sanctae Mariae, cum adhuc Herveldiae esset, misit, qui Magnum custodiae exemptum suis restituerent[22], et eos qui in praedicto castello iam[e] iam puniendi servabantur obsidione et periculo liberarent.

Esai. 30, 20.

Aug. 15.

Thuringi quoque, conglobata ex vicinis locis multitudine, Heimenburc[f] castellum obsederunt, paucisque diebus vi et armis oppugnatum ceperunt atque succenderunt. Eos qui intus[g] erant, castello everso, dimiserunt impunitos, ut scilicet se probarent non hostili odio adversus regem arma sumpsisse, sed tantum ut iniurias, quibus regio eorum per calumpniam opprimebatur, propulsarent. Protinus alii[h] castello quod Asenberc[i] dicebatur exercitum admoverunt, et quia propter difficultatem locorum militari manu capi posse desperabatur, castris circumquaque positis, satagebant, ne cui ingrediendi vel egrediendi copia fieret, ut quos humana vis non poterat, alimentorum inopia expugnaret; haut dubie scientes, quod cibaria, quantumvis copiose congesta, multitudini quae intus erat in longum tempus sufficere non possent.

Interea rex, videns coniurationem magis magisque in dies convalescere copiasque hostium augeri, conterritus etiam dampno castellorum suorum, quorum alia iam capta, alia summo molimine oppugnari audiebat, rogavit Mogontinum et Coloniensem archiepiscopos[k], ut Saxones convenirent et turbatis rebus aliquod remedium invenire conarentur. Qui dicto obtemperantes, mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi in monasterio Corbeiensi[l] 9. Kalendas Septembris occurrerent, de communi commodo tractaturis. Episcopus Coloniensis, casu nescio an per industriam remoratus, die statuto non venit; nuncios tamen misit, qui pro se causam dicerent, promittens, omnibus, quae ipsi de suis reique publicae utilitatibus rationabiliter statuissent, se promptissime assensurum, et pro communi salute quantum posset operam daturum. Mogontinus archiepiscopus residens cum Saxonibus qui occurrerant, sedulo nitebatur pacare eos[m] regique reconciliare[n]; sed illi econtra, praeter vulgatas ubique iniurias suas, quibus ab eo vehementer attriti fuerant, graves causas afferebant, quibus probarent, eum sine magna christianae religionis iactura non posse ulterius regnare, ea scilicet in familiarissimos amicos, ea in uxorem, ea in sororem propriam abbatissam de Quidelenburc[o], ea in alias personas naturae necessitate sibi coniunctissimas facinora patrasse, quae si secundum ecclesiasticas leges iudicarentur, et coniugium et militiae cingulum[23] et omnem prorsus seculi usum, quanto

Aug. 24.

a) Luneburg 3. Luineburg 4. 5. b) propheciam 5. c) *deest* 3. d) *deest* 4. e) iam *deest* 1. 5? f) Henneburc 1. Hennburg 4? g) intro 5. h) alio 2b. i) Asenberg 2b. 3. 4. 5. k) episcopos 2b. l) Corbiensi 4. m) eosque regi 4. n) conciliare 4. o) Quidelenburg 3.

22) Vid. Wedekind. Not. fasc. 2. p. 187. not. 140. 23) cf. Zepernick Sammlung auserlesener Abhandl. vom Lehnrechte II. p. 35.

Aug. 24. magis regnum, abdicare censeretur. Longis itaque contentionibus ad hunc finem res postremo deducta est, ut decernerent 12 ex sua gente, 12 ex parte regis obsides dari, quorum fide interposita, ipsi tuto ad colloquium venire possent cum ceteris principibus regni, ut causae, quas adversus regem afferrent, eorum iudicio discuterentur et terminarentur, ipso rege, si ita expedire videretur, praesente et crimina quae obicerentur, si 5 posset, refellente. Dandis accipiendisque obsidibus dies statutus est Idus Septembris infra Thuringiam in loco qui dicitur Hoenburg[24]. Habendo autem cum principibus colloquio dies statutus est 13. Kalend. Novembris in confinio Thuringiae et Hassiae in villa quae dicitur Gerstengun[a. 25]. In hanc conditionem discessum est. Saxones tamen de apparatu belli et oppugnandis regis castellis nihil propterea remittebant. Cumque regi 10 quae gesta fuerant nunciata fuissent, visum est his qui partes eius adiuvabant, multum abhorrere a maiestate regia, ut ipse Saxonibus pro se obsides daret, nimiumque gravari nomen regium foedissimae conditionis iniuria. Quapropter Mogontinus et Coloniensis Sept. 13. episcopi statuta die Hoenburg profecti, obtinuerunt[b], ut omissis[c] ex utraque parte obsidibus, ipsi tantum pro pace firmanda fidem suam interponerent, et hoc pignore venturis 15 ad colloquium principibus omnem periculi metum adimerent.

Interea rex legatos misit ad Luticios, gentem Saxonibus infestissimam, eisque infinitam pecuniam promisit, ut Saxonibus bellum inferrent, asserens, eos nunc intestinis simultatibus occupatos, facili externorum bellorum impulsu posse usque ad internitionem deleri. Quod ubi Saxonibus compertum est, ipsi quoque nuncios ad eos miserunt, et 20 multo copiosiorem eis pecuniam promiserunt, ut ab infestatione sua tam iniquo tempore quiescerent; quod si non facerent, ne inani opinione fallerentur[d], se utrique hosti, si ea necessitas incumbat, et multitudine et virtute militum posse sufficere. Barbarorum alii regis, alii Saxonum foedus pecuniamque suscipiendam[e] clamitabant. Unde orta per imperitae multitudinis intemperantiam seditione, tanta se caede dilaniaverunt[f], ut multa milia 25 hominum in ea congressione interfecta referantur. Atque ita deinceps multis diebus in se ipsos et in sua viscera hostili gladio debachantes, externis bellis necessario supersedere cogebantur. — Rex quoque Danorum, memor firmatae iam pridem cum rege pactionis, cum exercitu navali applicuit ad Saxoniam, et tractis per longa terrarum spacia navibus in fluvium, qui administrando negocio oportunus videbatur, igne et ferro regio- 30 nem infestare parabat. Sed miles eius vehementer detrectabat[g] militiam, obiciens, quod sibi, quotiens externorum hostium incursionibus quaterentur, Saxones pro muro fuerint, nec ullis umquam, cum facultas suppeteret, lacessierint iniuriis; postremo si calamitatem, quae ad praesens urgeret, quandoque propulsarent, graves poenas iniustae huius infestationis a populo Danorum exacturos. Cum haec privatim et publice iactitarent, rex 35 veritus, ne in eo discrimine a milite desertus ludibrio fieret hostibus, naves retrahi iussit, et nulla regioni clade illata, Saxonia excessit. Ita tantus ille bellici apparatus fervor impune deflagravit.

Oct. 20. Principes Saxoniae 13. Kalendas Novembris iuxta condictum venerunt in Gerstengun[h], cum 14 milibus armatis, cetera multitudine ad custodiam regionis atque in obsi- 40 dione castellorum derelicta. Aderant ex[i] parte regis Mogontinus archiepiscopus, Coloniensis[k] archiepiscopus, Mettensis episcopus, Babenbergensis episcopus, Gozelo Luteringorum[l] dux[m], Ruodolfus Suevorum dux, Berhtoldus[n] Carentinorum dux, missi a rege, ut causam, quam adversum se afferrent, discuterent. Ipse eo venire noluit, sed in civitate[o] Wirceburg[p] exitum rei praestolabatur, praecavens scilicet, ne tumultuantis populi 45 furor sua magis praesentia efferatus, aliquid forsitan in se quod secus esset admitteret. Igitur principes Saxoniae principum qui a rege venerant pedibus provoluti, rogabant per Deum, ut ad ventilandam causam suam intenti cognitores et iusti iudices adessent, nec perpenderent, quantum quamque in re publica inusitatum opus aggressi essent, sed quae calamitas eos ad haec extrema coegisset. Accepta deinde dicendi copia, suas singuli 50

a) Gerstengen *omnes hoc loco*. b) obtinuere 4. c) obmissis 3. d) fallerent 4. e) cl. s. 3. f) laniauerunt 1. g) detractabat 1. h) Gerstengen 3. 4. i) etiam ex 1. k) col. ar. *desunt* 4. l) Lutheringorum 4. 5. Lutther. 1. m) et 3. n) Bertholdus 1. 4. 5. Bertoldus 3. o) *deest* 3. p) Wirczeburg 3.

24) Hohenburg, Homburg, olim monasterium ad Unstrutam, inter Langensaltzam et Thomasbrück, de quo infra ad a. 1075. KR. 25) Thuringiae antiquum oppidum, ditionis Isenacensis; cf. Wenck hist. Hass. II. p. 472. 55

iniurias exposuerunt, quae in ipsos singulos, quae etiam in gentem[a] rex nefanda facinora commisisset, quibus[b] praeterea inauditis criminibus ipsam regii nominis maiestatem polluisset. Obstupuerunt[c] principes qui a rege venerant, et prae immanitate scelerum secundum prophetam[d] tinniebant aures omnium, nec eos, quod pro libertate sua, pro coniugibus, pro liberis arma sumpsissent, sed quod intolerabiles contumelias muliebri[e] patientia tam diu supportassent, culpandos censebant. Cumque toto triduo consilia contulissent, et quid facto opus esset communi sollicitudine perquirerent, haec postremo cunctis sententia convenit, ut, reprobato rege, alium, qui gubernando regno idoneus esset, eligerent. Id tamen haut temere publicari placuit, donec, rege per occasionem pacis in remotiores partes regni abducto, cum ceteris regni principibus consilium hoc communicarent. Propter hoc vulgari iubent in plebem, in hanc sententiam utriusque partis principes consensisse, ut Saxones regi pro admissa in eum atque in rem publicam temeritate[f] satisfactionem congruam proponerent, rex autem eis et facti impunitatem et iniuriarum, quibus ad defectionem eos coegisse insimulabatur, de cetero securitatem sub iureiurando promitteret. His rebus conficiendis tempus statutum est in nativitatem[g] Domini, rege eam festivitatem Coloniae celebraturo. Et profecto Ruodolfum ducem ibidem absque dilatione regem constituissent, nisi ille pertinaciter resistendo iuraret, numquam se in hoc consensurum, nisi a cunctis principibus conventu habito, sine nota periurii, integra existimatione sua, id facere posse decerneretur.

Oct.20. — Ierem. 19, 3. — Oct.22.

Saxones in sua cum pace redierunt. Ceteri principes Wirceburc[h] profecti sunt, regi quae gesta fuerant nunciaturi. Qui protinus nihil haesitans, pedibus, ut dici solet, in sententiam abiit, et dummodo pax conveniret, quascumque conditiones imposuissent, se promptissime laturum, spopondit[i]. Celebrata ibidem omnium sanctorum festivitate, Ratisponam ire instituit, animadvertens, quod principes Reni aliquantula Saxonici furoris labe iam infecti, minus minusque in dies[k] ad exhibenda sibi obsequia[l] devoti[m] ac benivoli essent. Cumque inter eundum aliquot diebus Nurenberg moraretur, quidam qui lateri eius iam diu familiarissime obversatus fuerat, Regenger nomine, incertum aliorum instinctu an privato in eum[26] odio suscitatus, repente prorupit in medium, et ducibus Ruodolfo ac[n] Berhtoldo grave adversus eum crimen detulit. *Ego*, inquit, *et alii plerique, quos pessimae machinationis suae rex idoneos fore administros speraverat*[o], *nuper multis precibus magnisque pollicitationibus ab eo sollicitati sumus, ut, vobis ac ceteris regni principibus Wirceburg*[p] *convenientibus et secretioris colloquii gratia paululum a multitudine remotis, armati in vos irrueremus, et trucidatis seditionis auctoribus, ipsum periculo, rem publicam perturbatione*[q] *liberaremus. Et ceteri quidem satis impigre susceperunt negocium. Solus ego tam iusticiae respectu quam futuri iudicii metu detrectabam opus nefarium, et quantum obluctari obstinatae sententiae audebam, dehortari eum conabar a proposito. Quapropter tanta in me incanduit indignatione, ut a contubernio suo, quo me hactenus ceteris*[r] *familiarius perfruitum optime nostis, protinus me amoveret, et iugulandum apparitoribus suis obiecisset, nisi periculum imminens, penetralibus propere*[s] *excedendo, declinassem.* His dictis, in argumentum fidei locum expressit, conscios nominavit, et si rex inficiaretur, paratum se ait, cum ipso, si id leges paterentur, vel cum quovis homine conserta manu, rem divino iudicio committere. Vehementer haec verba permoverunt praedictos duces, cum esset is qui deferebat homo haut obscuri nominis in palatio et apud suos inviolatae existimationis. Praeterea ea res potissimum dictis fidem conciliabat, quod rex et aliis quibusdam principibus suis simili modo necem paravisse et plerosque ex familiaribus suis etiam occidisse iam pridem infamatus fuerat. Itaque legatos ad eum mittunt, mandantque, se iam nulla religione teneri sacramenti, quo ei fidem subiectionemque firmassent, cum ipse prior fidem prodidisset et de salute sua tractantibus insidias machinatus fuisset; proinde, nisi obiecta diluisset, nullam deinceps a se vel in tranquillis rebus fidem vel in perturbatis auxilium sperare debere. Aegre nimis id passus rex, statim ad populum retulit de importunitate Ruodolfi ducis, qui ut invadendi regni occasionem inveniret, cum verum sibi crimen impingere non posset, falsis suspicionibus et arte compo-

Oct.27. — Nov. 1.

a) g. suam 1. b) quibus — polluisset *desunt* 4. c) Obstupuere 4. d) propheciam 5. e) mulibri 4. f) temeritatis 3. g) natiuitate 3. nat. 5. natale 1. h) *ita* 1. Wirczíburg 3. Wirceburg 4. 5? i) respondit 3. k) in d. *desunt* 4. l) exh. colloquia 3. m) deuota 4. n) et 5. Bertholdo *omnes*. o) sperabat *superscripto* sperauerat 4. p) Wirczburg 3. q) *deest* 4. r) *deest* 3. s) propie 5.

26) regem.

Nov. sitis rumoribus impeteret[a] et obruere conaretur[b] innocentiam suam. *Sed procul*, ait, *facessant verborum pugnae, cessent callida*[c] *argumentorum fantasmata*[d]. *Ego non verbis, sed manu mea refellam mendacium, et neglecta interim regii nominis maiestate, cum ipso duce Ruodolfo congressus, detegam cuniculos fictae huius criminationis, qua malitiam suam palliare conatur, ut, si regnum amisero, non mea culpa, sed per illius supplantationem periuriumque intelligar amisisse.* Tunc[e] Oudalricus[f] de Cosheim, unus ex his qui consilii participes et sceleris administri destinati fuisse accusabantur, lenibus verbis dolorem regis mitigare studebat, rogabatque eum, ne aliquid, quod infra regiam magnificentiam esset, vi doloris impulsus, profiteretur; se melius multoque rectius, cum Regingero vel cum quolibet homine collata manu, et suam et ipsius innocentiam asserturum. Statimque ad ducem Ruodolfum abiit, seque paratum dixit, quocumque modo ipse aequum iudicasset, mendacium Regingeri refellere. Ille satisfactionem nec suscepit nec aperta fronte abnuit, sed ait, se super hac[g] deliberatione ceterorum principum sententiam expectaturum. Nov. 26. Rex, sicut instituerat[h], Ratisponam contendit, omnibus invisus, omnibus suspectus, nec ipse iam cuiquam hominum satis fidei habens, cum hi quoque, quos intima familiaritate sibi devinxerat, ad primam ingruentis tempestatis nubeculam a se defecissent.

Interea Saxones crebris legationibus urgebant principes Reni, ut vel sibi constituendi regis potestatem facerent, vel ipsi, quoniam et dignitate et multitudine superiores essent, quemcumque vellent, Saxonibus suffragium ferentibus, eligerent et constituerent, nec sinerent rem publicam unius hominis ignavia ad extremam usque vastitatem deperire. His accensus[i] archiepiscopus Mogontinus, cui potissimum propter primatum[k] Mogontinae sedis eligendi et consecrandi regis auctoritas deferebatur, principes de toto regno Mogontiam evocavit, ut communi consilio Ruodolfum ducem regem[l] constitueret. Quod ubi regi compertum est, assumptis secum quoscumque donis vel promissis ad studium suarum partium allicere potuit, concitus de Baioaria remeavit, ratus ante omnia impediendae tantae rei curam agendam. Cumque prope Wormaciam in locum qui dicitur Dcbr. 1. Lovendeburg[m. 27] venisset, gravissima aegritudine correptus, multis diebus lecto decubabat, spemque maximam hostibus suis fecerat, tantos irarum motus sine sanguinis effusione posse confici. Sed ab infirmitate vixdum plene recreatus, Wormaciam festinavit; ubi cum magna pompa a civibus in urbem susceptus est, qui et paulo ante, ut sua erga eum studia clariora facerent, milites episcopi, ingressum eius prohibere temptantes, urbe expulerant[n], et ipsum episcopum, nisi mature fuga lapsus civitate excessisset, comprehendissent et vinctum ei misissent. Venienti ergo ei armati instructique obviam procedunt, non ad vim faciendam, sed ut, conspecta eorum multitudine, armorum apparatu, expeditorum iuvenum frequentia, animadverteret, in arduis rebus suis quantum spei in eis ponere debuisset. Operam suam benigne spondent, iusiurandum dant, sumptus ad bellum administrandum ex sua re familiari singuli pro virili portione offerunt, et quoad vivant[o] pro honore eius devote se militaturos confirmant. Ita rex civitate munitissima potitus, hanc deinceps belli sedem, hanc regni arcem, hanc, utcumque res cecidissent, tutissimum asilum habere coepit, eo quod esset et civibus frequens et murorum firmitate inexpugnabilis et ubertate circumiacentium regionum opulentissima et omnibus quae in bello usui esse solent copiis instructissima. Porro hi qui ab archiepiscopo Mogontino ad colloquium Mogontiam evocati fuerant, audito quod rex concitus adventaret, plures metu perculsi, eo venire dissimulaverunt; pauci qui venerunt, cum de tantis rebus sine aliorum principum discussione sententiam ferre non auderent, irriti frustratique discesserunt. Ad quos rex legatos mittens, multis precibus eis vix et aegre extorsit, ut sibi familiaris colloquii gratia in Oppenheim[p] occurrerent. Quo dum, datis utrimque obsidibus propter periculi suspicionem, venissent, pedibus eorum provolutus, suppliciter orabat, ut memores iusti iudicis Dei, memores sacramenti, quo se Deo mediante obligassent, fidem sibi servarent in adversis; si quid antehac excessisset, iuvenilibus animis[q] et aetati in vicium pronae veniam darent; deinceps et malo correctum et annorum sensusque maturitate roboratum, quae parvuli sint[r], evacuaturum, et quae virtutis,

a) impetraret 4. b) niteretur 3. c) calida 5. d) *ita* 3. phant. *rell.* e) Tum 3. f) Vdalr. *omnes hic et infra.* g) hac re d. 1. 5? h) constituit 3. i) ascensus 5. k) *deest* 4. l) *deest* 3. m) louendoburg 1. n) expulerunt 1*. o) coad iuuant 5. p) Oppenhein 3. q) annis *ed.* II. r) sunt 3.

27) Hodie Ladenburg ad Nicarim.

quae honoris, quae regiae dignitatis, quae postremo virum deceant, cogitaturum et amplexurum. Ad haec illi responderunt, frustra eum a se fidem expetere, quam ipse nec Deo umquam nec homini praestitisset, de quo ambigerent, in pace an in bello, amicis an inimicis infestior suspectiorque esset, quique ante paucos dies, positis sibi in Wirceburg[a] et de salute eius tractantibus, clanculo carnifices mortemque praeparasset; sin aliquid haberet obtendere aut per quorundam factionem[b] falsis criminibus se impetitum putaret, sineret Oudalricum de Cosheim, sicut professus fuisset, manum conferre cum Regingero, ut, si vicisset, eos deinceps fidos sibi obnoxiosque sine omni in perpetuum[c] contradictione haberet. Libenter rex suscepit conditionem, statuitque, ut certo[d] die post octavam[e] epiphaniae congressi prope Mogontiam in insula Reni quae dicitur Marowa[28], utriusque partis allegationem iusto iudici Deo decernendam[f] permitterent.

Ea tempestate hi qui in Hartesburg erant, multa et praeclara militaris audaciae facinora fecerunt. Nam saepenumero erumpentes, praedas in vicinis regionibus et strages hominum non modicas agebant, et priusquam Saxones ad vim arcendam frequentes confluere possent, se in castellum receperant. Maxime autem Goslariensibus propter viciniam[g] exitiales erant. Plurimos enim eorum peremerunt, et bona eorum, quae extra villam reperta fuissent, crebra incursione populabantur, et mercatores exterarum gentium, ne consuetas merces eo conferrent, metu vitae amittendae inhibebant. Cumque tempore quodam ad modicum inter eos pax convenisset, quidam ex castello Goslariam, privatae rei aliquid[h] ibi acturi, venerunt; ubi cibo potuque distenti, dum nimia potione incaluissent, sicut ebrietas mater esse[i] solet iurgiorum, coeperunt adversum eos cum quibus accumbebant ineptos inconditosque sermones iactitare, et Saxonibus ignaviam exprobrare[k], quod non militari sed ovina mente adversus regem arma sumpsissent. Indignati qui aderant Saxones, seditione concitata, eos trucidaverunt forasque proiecerunt. Quod ubi his qui in Hartesburg erant[l] compertum est, dedita opera se in ultionem sociorum suorum accinxerunt; et quia villam, viris fortibus, vallis et seris undique[m] munitam, incursare haut satis tutum putabatur, dolo eos circumvenire parabant. Erat quidam Goslariae praefectus, Bodo[n] nomine, regi tempore pacis acceptissimus, nunc quoque turbata re publica fidem inviolatam ei servans, occulte tamen metu Saxonum, ne deprehensus factione vulgi omnia sua amitteret. Is[o] edoctus ab his qui in castello erant, pastores, qui Goslariensium pecora servabant, precio corrupit, ut gregem paulo longius a villa in pastum eicerent. Missi de castello equites, ea protinus abegerunt. Ceteri in montibus et silvis armati se abdiderunt. Perlato Goslariam rumore abactorum pecorum, unanimiter ad arma conclamant, summis omnes viribus in certamen ruunt, nec quisquam alterum operiebatur, sed citato quisque quantum poterat equo, prior hostem insequi praedamque excutere contendebat. Illi paululum fuga simulata cedebant insequentibus, donec eos ultra locum insidiarum incautos protraherent. Tunc sublato undique clamore, tam hi qui in castello remanserant, quam hi qui in vicinis montibus se occultaverant, impetum in eos fecerunt, et tam diu palantes fugientesque prosternebant, donec non ratio sed fusi sanguinis horror ac satietas occidioni[p] finem facerent. Propter haec et alia huiusmodi placuit Saxonibus, proximum castello collem occupare, militesque imponere, qui contra excursiones hostium sine intermissione intenti sollicitique excubarent. Nec sic tamen audaciae eorum modum imposuerunt, sed ubicumque oportunitas se praebuit, multa et in eos a quibus asservabantur et in alios provinciales hostilia fecerunt.

Interea instante iam natali die[q] Domini, milites regis qui[r] in[s] Asenberg obsidebantur assidue legatos ad regem mittebant, rogantes per Deum, ut ad ereptionem eorum aliquod consilium exquireret, quoniam deficientibus alimentis extrema iam inedia tabescerent, et nisi mature periclitantibus consuleretur, aut moriendum sibi esse aut in hostium potestatem concedendum. Rex Mogontinum et Coloniensem archiepiscopos ad colloquium evocans, obnixe rogavit, ut Saxones convenirent agerentque cum eis, ut ab oppugnatione castellorum, datis saltem ad modicum tempus induciis, recederent. Illi quamquam laborem hunc in irritum cessurum haut dubie scirent, tamen, quia molestus eis erat, facturos

a) Wirczeburg 3. b) quorum damnacionem 5. c) perpertuum 5. d) in c. 5. e) octauas 3. f) discernendam 3. g) vicinia 5. h) ibi rei al. 3. i) solet esse 5. k) exprobare 4. l) *deest* 3. m) m. u. 5. n) fortasse comes Stolbergi Ottonis filius 1*. *annotat in margine*. o) Hic 3. p) occisioni 3. q) *deest* 4. r) *deest* 4. s) *deest* 1.

28) fortasse hodie die Marsaue.

Debr. se quod rogabantur promiserunt, statimque missis legatis mandaverunt principibus Saxoniae, ut sibi proxima ebdomada[a] post epiphaniae[b] Corbeiae ad colloquium occurrerent.

Hoc anno post exortum bellum Saxonicum nulla deinceps exactio facta est decimarum in Thuringia, gaudentibus Thuringis, quod occasionem invenissent, ut traditas sibi a patribus leges manu militari tuerentur, et dolente rege, quod, dum decimis immoderatius inhiaret, pene regnum cum vita amisisset[c].

Hoc etiam anno famosissimus ille Egen, qui duci Baioariae Ottoni capitale illud crimen intenderat, comprehensus in quodam latrocinio, a popularibus caecatus est, et ad tantam egestatem redactus, ut deinceps ostiatim circueundo[d] stipem publicam peteret. Giso[e. 29] quoque comes et Adalbertus[f] cum quatuor filiis suis, quibus incentoribus idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat, ab hostibus suis ob privatas quasdam inimicitias occisi sunt in castello ipsius Gisonis Hollenden[g. 30], Deo vindicante innocentiam ducis Ottonis.

1074.

Rex nativitatem Domini Wormaciae[h] celebravit, longe aliter ibi victitans quam regiam magnificentiam deceret. Nam neque ex fiscis regalibus quicquam servitii ei exhibebatur, neque episcopi aut[i] abbates vel aliae publicae dignitates consueta ei obsequia praebebant, sed in sumptus cottidianos necessaria ei vili precio coemebantur. Erant tamen cum eo nonnulli ex principibus; sed hi neque cum eo servitiorum apparatu neque cum ea militum aut apparitorum frequentia qua soliti fuerant, sed cum paucis et pene privato habitu, ad salutandum eum venerant, ne scilicet manifestae defectionis notarentur, si evocati ad curtem venire detrectarent. Quos tamen ille nullo modo a se abscedere permittebat, reputans, quod, si minus auxilii sibi, hostibus tamen multum terroris allaturi essent, dum tam illustres in regno personas adversus se congregatas audirent.

Ian. 12 | 18. Mogontinus et Coloniensis archiepiscopi die statuta Corbeiam iuxta condictum venientes, sicut in mandatis a rege habebant, rogabant Saxones qui ibidem occurrerant, ut ab oppugnatione castellorum exercitum abducerent. At illi nulla ratione hoc se facturos responderunt. Praeterea vehementer eos obiurgarunt, quod, dum deliberando et modo colloquia modo inducias expetendo tempus tererent[k], et regi audaciam auxissent et sibi maximas commoditates vindicandae libertatis corrupissent; proinde recederent, nec sibi ultra[l] verbis pacificis in dolo illuderent; se in eum locum progressos esse, ubi iam non muliebribus[m] colloquiis sed militaribus armis res expedienda[n] sit. Vix tandem sedata multitudine ab his qui sapientiores erant, unanimi consensu statuerunt, ut[o] proxima ebdomada post purificationem sanctae[p] Mariae Friteslar[q] convenirent, ibique communicato cum ceteris regni principibus consilio, periclitanti rei publicae rectorem, qui omnibus placuisset, constituerent. Regi quoque mandaverunt, ut, si ita sibi expedire iudicaret, die statuta[r] praesto adesset et ius suum non per epistolas aut per internuncios sed praesens ipse viva voce[31] expostularet.

Postquam in hanc sententiam digressi sunt, Thuringi tercia dehinc die eos qui in[s] Asenberg erant inedia expugnatos, in dedicionem acceperunt impunitosque dimiserunt, castellum succenderunt, statimque alii castello quod Spatenberc[t] dicebatur exercitum admoverunt. Castellum Vokenrot[u] paucis ante diebus coeptum fuerat obsideri. Et quia regina in eo toto tempore belli huius servabatur, iussu regis profectus eo abbas Herveldensis, consentientibus Thuringis, eam inde accepit atque Herveldiam adduxit, praegnantem et iam de partus vicinitate in dies anxiantem. Cumque ibi diebus multis moraretur — nesciente scilicet rege propter perturbationem rei publicae, quo eam mittere posset servandam —, pridie[v] Idus Februarii feria 4. peperit filium. Is[w] quoniam infirmari et

Febr. 12.

a) ebdomoda 4. b) *ita* 3. 4. 5. epiphaniam 1. 2b. c) amississet 2b. d) circuiendo 4. e) Gißo 3. f) Adelbertus 3. 4. Adebertus 5. g) Hollonden 3. h) wormacie c. 2b. i) neque 5. k) tererent 5. tererant 1. 3. l) vltro 3. m) mulieribus 2b. 5. muliebribus *e corr.* 4. n) experienda 2b. 3. o) in 4. p) beate 4. q) Friteslarie 4. r) statuto 3. 4. s) *deest* 4. t) *ita* 2b. Spatenberg *rell.* u) Volkenrot 3. v) secundo 3. w) Hic 3.

29) Cf. Gebhardi l. l. II. p. 91. — Wenck l. l. III. p. 75. (coll. 39. 90.) cum comitem de Gudensberg dicit. Cf. Rommel hist. Hass. I. p. 164. et ann. ad l. 2. n. 149. p. 146. 30) sive Holinde (Hohenlinden), secundum Wenck l. l. p. 76. castrum in regione montana et silvosa inter Biedenkoph et Wetter in Hassia. 31) cf. Plin. Epist. 2, 3. Quintilian. Inst. orat. 2, 2.

iam iam expiraturus putabatur, tercio die baptizatus est ab Ezzone[a] Altenburgensi episcopo, qui tunc forte apud abbatem hospitabatur, et nomine atavi[b] sui Counradus[c] est vocatus. Et quoniam alii non aderant, qui digne[d] eo munere fungerentur, abbas et alii plerique fratres Herveldensis[e] coenobii eum de sacro fonte susceperunt. [Febr. 14.]

Reginger, qui ad suggillandum regem contra Oudalricum[f] de Cosheim proposuerat, ante paucos dies ineundae[g] congressionis dirissimo demone arreptus, horrenda morte interiit.

Interea rex cum videret, quod paulatim a se principes deficerent et hostium ferocitas sua magis patientia incrudesceret, pudore compulsus pariter et necessitate, statuit extremam fortunae aleam temptare et cum Saxonibus, ubi primum copia fieret, collatis signis dimicare, magis eligens vitam honeste quam regnum per dedecus amittere. Multum enim animos militum ab eo avocaverat[h], quod suis, qui cottidie oppugnabantur, expugnabantur, expellebantur, non subveniebat[i], et aliis pro salute eius anxie desudantibus, ipse intra[k] muros Wormaciae inerti otio torpescebat. Ut hoc crimen elueret, vel morte pacisci[l] cupiebat. Igitur misit ad omnes principes regni, eosque[m] per Deum obsecrabat, ut sibi auxilio venirent, multa sua erga eos in praeteritum bene merita commemorans, plura in futurum pollicens. Et multi quidem episcoporum protinus ad eum convenerunt, sed hi consiliis praebendis paratiores quam stipendiis faciendis. Nam militibus suis domi relictis, ipsi cum paucis et pene privati aderant, ea[n] scilicet mente, ut et de inobedientia apud eum excusarentur, et causam eius, quam vehementissime omnes improbabant, non multum adiuvarent. Sed archiepiscopus Mogontinus, archiepiscopus Coloniensis[o], episcopus Argentorati, episcopus Wormaciensis, quem civitate sua supra expulerat, praeterea duces omnes Baioariae[p], Sueviae, Lutheringiae, Mosellae regionis, Carentinorum, milites etiam Fuldensis et Herveldensis abbatum, constanter ei contradixerunt, nolle se ad oppressionem innocentium arma ferre, qui si etiam aliquid, quod gladio vindice plecti debeat, admisissent, ad hoc eos gravis et facile excusabilis necessitas impulisset.

Rex Wormacia egressus, 6. Kalendas Februarii Herveldiam cum exercitu venit. [Ian. 27.] Eo die visum est in caelo signum mirabile. Oriente sole duae simul columpnae aurei coloris, splendidissimi fulgoris dextra[q] laevaque oriebantur, quae, usquequo sol aliquantis lineis in altum excresceret, eodem iubare rutilantes permanebant. Praecedenti quoque nocte caelestem arcum circa gallorum cantum serenissimo caelo plerique viderunt. Frigus erat validissimum, et hiberna siccitate arebant omnia, in tantum ut flumina non superficie tenus glacie constricta, sed tota praeter solitum in glaciem conversa viderentur. Unde panis inopia vehementer laborabat exercitus, eo quod, propter rigorem fluminum ubique cessante molarum usu, ipsum quod forte invenissent frumentum comminuere non poterant. Rex pridie quam Herveldiam veniret[r], misit abbatem Herveldensem ad Saxones, [Ian. 26.] qui in ulteriore ripa Wirrae fluminis ad 40 milia congregati residere ferebantur, investigare ab eis, an nuncii sui tuto ad eos ire ac redire possent. Ipse transgressus Herveldiam, in proximis villulis reditum abbatis praestolabatur duobus ferme milibus[s] a praedicto fluvio; [Ian. 28.] nec ulterius castra movere voluit, donec miles frequentior conveniret, et ipse diligentius perquireret, an aliqua spes recuperandae pacis reliqua esset. Siquidem audierat, Saxonibus placuisse, ut ei ingressum Thuringiae non concederent, sed statim in ipsa ripa fluminis praedicti, quod Hassiam Thuringiamque dirimebat, instructa acie exciperent venientem. Fluvium glacies pedestri itinere commeabilem fecerat. Ea res maiorem ei metum incutiebat, ne forte, dum adhuc imparatus imparque tantae multitudini esset, hostes super eum[t], nulla itineris difficultate praepediti, repente irruerent; ideoque consiliariis suis graviter succensere dicebatur, quod eum Wormacia egredi et in tantum discrimen ultro se praecipitare permisissent. Saxones enim in tantum habundare multitudine ferebantur, ut undecim milia plebis, quoniam subito clamore in expeditionem evocata cibos secum non sumpsissent, in domos suas[u] tamquam minus

a) Essone 4. b) attaui 4. c) *ita* 4. Cunradus 1. Conradus 3. 5? d) digni 3. e) hervelden eum 3. f) Ůdalricum 4. Vdalr. 1. 3. g) in eūdem 5. h) euocauerat 3. euacauerat 1. i) subveniret 4. k) inter 4. in muris 3. l) pascisci 3. 4. m) que *deest* 3. n) ea — adiuvarent *desunt* 3. o) Coloniensis episcopus. Argentorati episcopus. Wormatiensis 4. p) Baiorie 4. q) dextera 4. r) venit 3. venirent 4. s) miliaribus 1*. t) *deest* 3. 4. 5. u) suos *superscr.* a 4.

Ian. 28. | Febr. 1. sibi necessaria remitterent. Inter has moras exercitus regis, praedae quam pugnae avidior, per contiguas Herveldiae villas longe lateque discurrebat, easque hostiliter depopulabatur, et sub praetextu necessarii victus, quo in militiam aleretur, praeter miseram vitam nihil reliquum faciebat innocentibus. Neque rex prohibebat iniuriam, ut militem hoc precio redemptum devotiorem sibi faceret. Qua clade ita attritae atque exhaustae 5 sunt possessiones Fuldensis monasterii atque Herveldensis, ut ingravescente alimentorum inopia, magna cum difficultate fratres retinerentur in monasteriis. Abbas Herveldensis reversus a Saxonibus, retulit, eos praeter omnium opinionem mitia atque pacifica respondere, quod scilicet non ita expertes rationis, ita sint immemores vulgati etiam apud barbaras nationes iuris gentium, ut nesciant ab iniuria legatorum etiam inter atrocissimas 10 inimicitias temperandum; se extrema necessitate compulsos[a] in aciem processisse, nec ad persequendum quemquam, sed ad se protegendos iniuriasque propulsandas arma sumpsisse; si ea necessitas adimatur, etiam nunc pacem quam bellum[b] malle, et districtos iam gladios libenter in vaginam remittere. Grata admodum erat his qui cum rege erant responsio. 15

Tunc missi sunt quatuor ex episcopis, agere cum eis de pace et promittere ex nomine regis, quod omnibus, quae rationabiliter postulassent et quae electi ex utraque parte iudices aequa[c] censuissent, promptissime annueret, dum ipsi quoque vicissim iustis conditionibus adquiescerent et mansuetudinem eius quam manum militarem experiri mallent. Ad haec illi responderunt[d], nihil aliud se postulare quam quod multis 20 iam[e] saepe legationibus postulassent, scilicet ut castella, quae ad oppressionem eorum per Saxoniam et Thuringiam extruxerat, sine dilatione dirui iubeat; ut sua singulis patrimonia, per vim seu per[f] calumpniam erepta, restituat; ut duci Ottoni, ad quem extinguendum falsa criminatione et pessimo nefarii[g] hominis artificio impudenter abusus sit, ducatum Baioariae reddat; ut episcopo Mogontino, episcopo Coloniensi, duci Ruodolfo, 25 postremo omnibus qui in hac dissensione ab eo defecissent aut aliquid quod eum laederet aliarum partium studio admisissent, impunitatem tribuat, nullasque[h] in perpetuum[i] offensae huius poenas exigat; ut libertatem genti suae et legitima a primis temporibus statuta rata atque inviolata manere sinat; ut totam in sola Saxonia aetatem, inerti otio deditus, non transigat, sed interdum Goslaria decedens, regnum suum, quod 30 maiorum eius industria latissimum sit, circueat; ecclesiis et monasteriis, viduis et orphanis, et ceteris qui calumpniam patiantur, iusta faciat; et regiam dignitatem, quam nomine praeferat, regalium morum et operum claritate exornet; si haec se facturum fidelissime polliceatur et ad firmamentum indubitatae fidei fideiussores sibi det eosdem, quos nunc habeat recuperandae pacis intercessores, principes regni: paratos se arma 35 deponere, pacem suscipere, et deinceps dicto obtemperantes vivere; sin autem, sacramento se obstrictos esse, ut, quamdiu sibi vitalis caloris ultima scintilla supervivat, pro libertate, pro legibus, pro patria sua indefessi dimicent. Dura nimis regi visa est exactio, coepitque huc et illuc anxius tergiversari fidemque principum suorum appellare, ne se sub iugum tam foedae conditionis ad sui omnium ignominiam mitti paterentur; 40 illud prae ceteris intolerabile iudicans, quod castella sua destruere et hostibus suis praemia pro suppliciis reddere cogebatur. Cumque, spreta pace quae offerebatur, sequenti die exercitum recenseri aciemque ad pugnam instrui placuisset, misit circumquaque ad habitacula principum, iubens, ut suos singuli ad aciem instruendam producerent. Omnes promptissime se dicto parere spoponderunt; sed redeuntibus nunciis, nullus castris est[k] 45 egressus; detrectantibus cunctis opus nefarium, ut eis, quorum causam iustissimam aestimarent, certamen inferrent. Ex alia quoque parte castra Saxonum non minima seditione quatiebantur; plebs universa tumultuabatur contra principes, quod se frustra in tantas bellorum procellas impulissent. Cum enim nunc victoriam omnia spondeant et oportunitas ad votum arrideat, ad quam ab exordio belli anhelantibus semper animis 50 suspiravissent, ipsi repentina poenitudine correcti, manus supplices tendant, pacem petant, et ei, a quo totiens elusi sint, iterum se eludendos muliebri socordia et puerili levitate tradant. Duci quoque Ottoni vehementer insistebant[l], ut, accepto super se regno, ducatum sibi praeberet ineundi certaminis, et prospera omnia promittenti Deo manus suas operamque non negaret. 55

a) compulso 5. b) bella 4. c) *deest* 5. d) respondere 4. e) *deest* 3. s. iam 4. f) *deest* 3. g) h. n. 4. h) nullamque 3. i) imp. 4. k) *deest* 4. l) instabant 3.

Feb. 1? Tunc circumstantes regem hi quorum consilio familiarius uti consueverat, cum subterfugiendae conditionis studio divina atque humana omnia sollicitantem viderent: *Nullum*, inquiunt, *o rex, habemus diverticulum: aut aequanimiter suscipienda est conditio quam imposuerint, aut regnum cum magno etiam vitae periculo amittendum. Acie vis confligere periculumque*[a] *armis propulsare; sed qua virtute, putas, is miles hostem congressus proteret, qui modo ad recensendum exercitum nomen dare iussus, ne castris quidem exire voluit*[b]*? Parvulo intervallo abest hostium infinitus exercitus; sed cunctis hostibus plus tibi formidandi sunt hi*[c] *qui lateri tuo familiariter obversantur, qui interim tibi simulata fide blanda loquuntur, quamdiu eos quibus se sacramento obligaverunt*[d] *praelio lacessere non coguntur. Quod si classica insonuerint, et pressius posito pede aut*[e] *feriri aut ferire angustia loci coartabuntur, nimirum aut dicto citius diffugient, aut te deserto ad partes hostium transibunt. Unde satius*[f] *fuerat, Wormaciam*[g] *non excedere, quam in extremum discrimen progressum, fidei principum tam iniquo tempore experimentum quaerere. Unum tamen patet incisae*[h] *spei et undique impeditis rebus effugium, si facturum te quae postularis incunctanter promittas. Ita et iuveniliter exultantium hostium ferocitatem eludere, et periculum, quod faucibus urget, evadere, et regnum deinceps, sopitis in perpetuum cunctis simultatibus, poteris obtinere.* Tum[i] ille non tam ratione victus quam necessitate, cum omnia prius incassum pertemptasset diverticula, tandem, accitis ad[k] concilium principibus, permisit[l], ut pro suo arbitratu tantos motus componerent; promittens, se indubitata fide omnibus[m] annuere, quae ipsi conficiendis tantis rebus competere iudicassent. At illi responderunt[n], non aliam prorsus patere viam subterfugiendi, quod stricto[o] iam mucrone comminus intentaretur, praelii, quam ut faceret quae Saxones postulassent. Quod cum sub testificatione nominis Christi spopondisset, profecti sunt ad eos 15 episcopi[32] et quicquid principum in castris erat, referre illis regis voluntatem. Multae ibi dictae sententiae, multa sunt conquisita argumenta, cum propter suspectam regis ferocitatem et saepenumero spectatam fidem nulla Saxonibus viderentur satis tuta consilia. In longum protracta[p] deliberatione, ad ultimum hoc pacto recuperandae paci consenserunt[q], ut, si quando rex, acceptae laesionis memor, sententiam revocare aut aliquid eorum, quae modo suprema necessitate compulsus statuisset, in irritum ducere conaretur, omnes eodem quo nunc sacramento obstricti arma repeterent, iniuriae obviam irent, et tamquam evidentis periurii reum, cunctis regni principibus suffragium ferentibus, de regno proturbarent. In haec verba omnes ut erant conglobato agmine ad videndam faciem regis processerunt, ipso die purificationis sanctae Mariae, praeeuntibus (Febr. 2.) his qui reparandae pacis mediatores fuerant episcopis et aliis principibus. Quos ille venientes honorifice suscepit[r], osculum praebuit, et pacis conditiones, quas per internuncios significaverat, vivae vocis auctoritate roboravit.

Ita compositis omnibus ex sententia, his qui partes suas impensius curaverant dona iuxta magnificentiam regiam largitus est, dimissisque singulis in locum suum, ipse iunctus Saxonibus Goslariam perrexit. Destinatis etiam circumquaque nunciis mandavit, ut ab oppugnatione castellorum exercitus abduceretur, et hi qui in castellis erant nihil deinceps hostile in provinciales facerent, sed ubi primum cibaria, quae in[s] diutinam belli administrationem affatim congesta fuerant, consumpsissent, ipsa castella provincialibus traderent funditus diruenda. Nec Saxones magnopere curabant has inducias, quamvis non minimum haberent suspectas, cum in potestatem suam redactum scirent communi sententiae non posse refragari. Igitur cum venisset Goslariam, iuvenes qui in Hartesburg fuerant quique propter res bene gestas in magna apud eum admiratione habebantur, vehementer improbabant conventionem pacis, et quia secundum prophetam[t] (Dan. 8, 25.) dolus directus fuerat in manibus eorum, multa et supra mensuram suam magnifica ei promittebant de viribus suis, si in procinctu perstitisset. Ostentabant etiam ad experimentum virtutis suae titulos[33] interfectorum Goslariensium, dispositos per omne illud

a) periculum 5. b) voluerit 4. 5? c) *deest* 3. d) obligauere 4. e) aut feriri *desunt* 3. 4. 5? f) satis 3. g) Wormacia 1. 5? h) inscise 3. i) Tunc 4. k) in 4. l) promisit 4. m) *deest* 3. n) respondere 4. o) districto 4. p) protracti 5. q) consensere 3. r) excepit 1*. s) ad 4. t) propheciam 5.

32) de numero dubitavit Stenzel I. p. 311. n. 23. 33) monumenta sepulcralia; puta cruces ad viam. KR. Denksteine. Ita apud Iuvenalem *titulus sepulcri* est inscriptio sepulcralis.

Febr. spacium, quod a Goslaria usque in Hartesburg duobus ferme milibus[a] interiacet. Haec[b] audiendo, malis assuetus animus et per aetatem gloriae militaris avidus paulatim reformabatur ad ingenium suum atque ad[c] rigorem pristinum, factique iam non[d] mediocriter poenitebat. Cumque a Saxonibus promissa sua reposceretur[e], coepit rursum callidis responsionibus tergiversari et petere, ut ad conventum principum regni commu- 5 nemque audientiam res integra differretur, quatenus eorum iudicio de singulis, quod honori, quod utilitati rei publicae conduceret[f], statueretur. Illis annuentibus, praecepit, Mart. 10. ut 6. Idus Martii principes de toto regno Goslariam convenirent.

Statuto die ceterorum principum nullus eo venit. Saxones et Thuringi cum infinita multitudine de tota Saxonia et Thuringia, sacramento evocati, aderant, et haut procul a 10 Goslaria castra metati, legatos ad regem miserunt, agere cum eo de conditionibus, quibus Mart. 12. inter se et eum pax convenisset. Triduo integro et hi, modo supplicando, modo terrorem bellicum intentando[g], acriter instabant, et ille sedulitatem instantium lubricis responsionibus eludere conabatur, et modo de absentia principum causabatur, ad quorum iudicium ea res potissimum spectaret, modo obnixe flagitabat, ut, ceteris omnibus 15 iuxta condictum manentibus, sola castella, quae summis impensis ad munimentum[h] regni extruxisset, sibi condonarentur. His scilicet salvis, facilem ducebat ceterarum rerum iacturam, eo quod speraret, se in his, utcumque res cecidissent, semper refugium habiturum, et perpetuas a Saxonibus eius[i] quam nunc intulissent contumeliae poenas exacturum. Iamque spretis legatorum supplicationibus, reprobatis familiarium suorum 20 consiliis, fixus obstinatusque persistebat in proposito, cum subito nunciatur, quod Saxones, omissis[k] internunciis per quos antehac res agebatur, armati instructique ad palatium tenderent, nec iam promissa reposcere, sed ei valefacto, regem, quem deinceps belli ducem habeant, constituere vellent. Praeterea archiepiscopus Premensis, episcopus Citicensis, episcopus Osenbruggensis, et ceteri, qui propter impensius studium 25 partium eius[l] Saxonia effugati, possessionibus nudati, pluribus ignominiis deformati fuerant, unanimiter circumsteterunt eum, per Deum obsecrantes, ut si minus propriae, saltem eorum calamitatis misereretur, qui propriis sedibus odio nominis eius expulsi, anno iam ferme integro per omnes miserias vitam traxissent; fidem se ei in adversis[m] intemeratam servasse, et quaecumque praeter voluntatem accidissent, communicato labore 30 34 tolerasse; nunc quoniam Deus tantas rerum procellas benigna vice in sedem reduxisset[34], gauderet sorte sua[35], et ne deinceps tale naufragium incideret, tuta nunc statione locatus provideret. Quod si res tranquillas et propicia Divinitate iam ad honorem eius ex sententia compositas rursus interturbare atque implicare vellet, quos exitus habiturus esset, ipse prospiceret; se superioribus malis iam usque ad extremam lassitudinem 35 defatigatos, necessario deinceps loco et tempori concessuros, et genti suae, ne denuo patria expellantur, obnoxios futuros. Inter haec verba cum Saxones iam armata multitudine atrium palatii replesse[n] et ad vim faciendam paratos inconditis motibus perstrepere cerneret, tandem ancipiti periculo permotus, consensit, ut duci Ottoni, ducatum Baioariae reposcenti, intra[o] anni spacium iuxta principum iurisdictionem satisfaceret, 40 castella vero sua omnia sine dilatione destrueret, sed ea conditione, ut Saxones et Thuringi sua quoque castella, quae tempore regni eius extructa fuissent, pari modo diruerent, cetera etiam omnia, quae in Gerstungun[p] pollicitus fuerat, fide integra exsolverentur[q]. Nec perficiendis quae promiserat improbitas Saxonum ullas indulsit inducias. Unde continuo missis circumquaque nunciis, Vokenrot[r] et Spatenberg et cetera 45 castella, de quibus quaestio promulgata fuerat, succendi ac penitus dirui fecit. In Hartesburg muri tantum sunt diruti, quantum ad infirmandam munitionem difficultatemque loci[s] adimendam sufficeret. Ceteris aedificiis status mansit incolumis, eo quod ecclesia illic constructa et canonicorum congregationi instituendae locus attitulatus fuisset. Ita Mart. April. pacatis Saxonibus, rex Goslaria decedens, Wormaciam abiit, ibique totam quadragesi- 50 mam, ab omni deinceps belli apparatu feriatus, exegit.

Porro vulgus Saxoniae, id potissimum quod contiguas castello Hartesburg villulas

a) miliaribus 1*. b) Nec 4. c) *deest* 5. d) *deest* 3. e) reposcerentur 1*. f) condeceret 3. g) intemptando 3. h) monimentum 3. 4. 5. i) omnibus 1. k) obmissis 3. l) *deest* 5. m) aduersus 3. n) implesse *superscr.* re 3. o) inter 4. p) Gerstengun 1. 4. 5? q) exoluerentur 1. 4. r) Volkenrott 3. s) loca *superscr.* loci 4. 55

34) cf. Horat. Epod. 13, 7, 8. 35) cf. supra a. 1071. p. 182.

incolebat, vehementer offenderat, quod in Hartesburg ullae servatae essent reliquiae; nec quicquam tantis laboribus actum putabant, stante atque incolumi castello, quod omnium cladium quas acceperant caput principiumque extitisset, et quod circumiacentis regionis opulentissimas quondam villas nunc in horrorem vastamque solitudinem redegisset; non detulisse regem cultui divino, sed sub praetextu religionis crudelitatis suae patrocinium[a] quaesisse, ut scilicet, instaurato post modicum bello, cum haec ira Saxonibus deferbuisset, locum habeat[b], ubi milites suos rursus ad eversionem Saxoniae tuto emittat, tuto recipiat, et tunc tanto victis incumbat infestior, quanto nunc discedat Saxonum laetis successibus efferatior. Haec vicissim intemperatis clamoribus serendo, in magnam se ferocitatem inflammarunt[c]. Igitur tercio die[35] postquam rex abscesserat[d], insciis inconsultisque principibus, facto grege in Hartesburg irruunt, quod residuum erat murorum a fundamento deiciunt, lapides longe lateque dispergunt. Ceteris aedificiis, quae indulgentia principum integra servaverat, idem faciunt, ecclesiam, quae[e] accelerandi operis studio interim lignis elegantissime constructa fuerat, incendunt[f], thesauros diruunt, altaria confringunt. Postremo, ne qua regi instaurandi castelli occasio reliqua esset, filium eius et fratrem, quos ille ad gratificandum popularibus locum ibi tumulaverat, effodiunt, aguntque omnia, quantum possunt, ne administrando bello deinceps mons complanatus ullam praestare possit[g] oportunitatem. Reliquias sanctorum, quae effractis altaribus erutae fuerant, et effossa defunctorum corpora abbas ex vicino coenobio[36], oportune superveniens, furenti vulgo eripuit atque in suum monasterium cum honore transvexit.

Perlatus ad principes Saxoniae rumor admissi facinoris grandi eos formidine perculit, ne rex tanta iniuria exacerbatus, causaretur, ab ipsis foedus esse violatum, et iustam exinde occasionem instaurandi belli nactus, cunctas adversus eos regni vires concitaret. Id consulto praevenire cupientes, graviter in eos qui tale flagitium admiserant animadvertunt[h]. Deinde legatos ad regem mittunt, obsecrantes per Deum, ut se habeat excusatos; nec conscios se tanti sceleris nec incentores extitisse, patratumque non secus quam ipsum graviter et iniquo animo ferre; quod si minus fidei habeat negantibus, paratos se quovis genere satisfactionis dictis fidem facere et violatae pacis a se suspicionem amovere. Ille vehementer efferatus, quod dolorem pristinum, qui necdum in cicatricem cutem obduxisset, recentibus iniuriis exulcerassent: *Quandoquidem*, inquit, *nec forenses leges contra violentiam Saxonum quicquam proficiunt, nec iniurias meas, desertus a milite, armis persequi*[i] *valeo: ad leges ecclesiasticas, iam necessitate coactus, confugiam, et ubi humana cessant auxilia, divinam opem implorabo.* Protinus legatos Romam misit, sedem apostolicam contra eos[k] interpellare, qui ecclesiam incendissent, altaria confregissent, sepulchra violassent, et odio viventis in sepultos cineres barbara crudelitate debachati fuissent. Pascha[l] Babenberg celebravit, erantque cum eo archiepiscopus Mogontinus, dux Carentinorum Bertoldus, et alii quam plures ex his qui bello Saxonico ab eo defecerant. Cum enim crimen rebellionis Saxonibus donasset, aliis regni principibus, qui coniurationis socii fuerant, quod iuste succenseret, non habebat.

Ipso tempore Coloniae res accidit digna omnium bonorum miseratione et lacrimis, incertum levitate vulgi an factione eorum qui vicem regis in archiepiscopum ulcisci cupiebant. Id magis venit in suspicionem, quod, cum celebre apud omnes esset nomen Wormaciensium pro eo quod regi[m] fidem in adversis servassent et episcopum rebellare temptantem civitate expulissent, Colonienses pessimum exemplum aemulati, suam quoque devotionem insigni aliquo facinore regi gratificare vellent. Ad[n] patrandum quod nefarie machinabantur, casus idoneam attulit occasionem. Archiepiscopus pascha Coloniae celebravit, eratque cum eo episcopus Mimigardefurdensis[o], ad communicanda tantae solemnitatis gaudia familiaris amicitiae obtentu evocatus. Cumque, exactis ex parte feriis paschalibus, abscedere pararet, hi qui archiepiscopi domestica[p] negocia curabant

Mart. — April. 20. — April. 23.

a) quesisse p. 3. b) haberet 4. c) inflammare 4. d) abcesserat 5. e) quam — construxerat 3. f) accendunt 3. g) posset 4. h) animadverterunt 1*. i) prosequi 3. k) eo 5. l) Rex pascha 4. m) regis 4. n) *sequentia exscripsit Vita S. Ann. l.* II. *c.* 21. (1b.) o) Mimigarden 3. Mimigardeuurdensis 1. 1b. *et infra.* p) *deest* 4.

35) Hoc non ante d. 17. Mart. sed paucos dies post factum esse, putat Delius in libro de castro Harzburg. p. 85 sq. 36) abbatem monasterii Ilsenburgensis fuisse, suspicatur Delius l. c. p. 86 sq.

April. 23. iubentur ad evectionem eius navem[a] idoneam providere. Lustratis perspectisque[b] omnibus, unam mercatoris cuiusdam praedivitis navim, quia in eos usus competens videbatur, occupant, eamque in ministerium archiepiscopi, eiectis mercibus quas habebat, ocius expediri iubent. Negantibus famulis[c] qui navim servandam susceperant, vim, nisi mature[d] iussa capessant, minitantur. Illi quantum poterant citato cursu ad dominum navis rem deferunt, et quid facto opus sit, consulunt. Habebat ille filium adulta aetate, non minus audacia quam viribus excellentem, et tum propter generis affinitatem tum ob merita sua primoribus civitatis maxime[e] carum et acceptum. Is, assumptis famulis suis et iuvenibus ex civitate, quantos in ea trepidatione in auxilium suum consciscere potuit, concitus ad navem[f] evolat, et ministros archiepiscopi, acriter ut navis exoccuparetur insistentes, cum iniuria proturbat. Dehinc advocatum urbis[37], in idem opus succedentem tumultusque instaurantem, simili constantia repellit, fundit et fugat. Iamque et his et illi, sui singulis[g] amici armati subsidio accurrunt, et ad magnum[h] discrimen pugnamque ancipitem res spectare videbatur. Perlato nuncio ad archiepiscopum, quod atrocissima seditione confunderetur civitas, misit festinanter ad sedandos motus populi, irarumque plenus minabatur, se proxima sessione seditiosos iuvenes merita poena coherciturum. Erat quippe vir omni genere virtutum florentissimus et in causis tam rei publicae quam ecclesiae Dei spectatae saepius[i] probitatis; sed unum in tantis virtutibus vicium tamquam tenuis in pulcherrimo corpore naevus[k. 38] apparebat, quod, dum ira incanduisset, linguae non satis moderari poterat, sed in omnes sine personarum acceptione rixas et convicia amarissima rotabat. Hoc in se, cum iram paululum digessisset, vehementer et ipse reprehendebat. Vix ad modicum dirempta[l] est concertatio. Sed ferox animis et elatus primo successu iuvenis non cessabat interturbare omnia, percurrensque civitatem, varios sermones per populum serebat[m] de insolentia et austeritate archiepiscopi, qui totiens iniusta praeciperet, totiens innocentibus sua adimeret, totiens honestissimos cives procacissimis verbis incesseret. Nec difficile fuit, id hominum genus in omne quod velles, tamquam folium quod vento rapitur, transformare, quippe qui ab ineunte aetate inter urbanas delicias educati, nullam in bellicis[n] rebus experientiam habebant, quique post venditas merces inter vina et epulas de re militari disputare soliti, omnia quae animo occurrissent tam facilia factu quam dictu putabant, exitus rerum metiri nesciebant[o]. Praeterea in mentem veniebat Wormaciensium insigne praeclarumque facinus, quod episcopum suum, insolentius agere incipientem, urbe expulissent, et cum ipsi multitudine opibus armisque instructiores sint, dedignantur[p], quod inferiores aestimentur audacia, et archiepiscopum, tirannico sibi fastu imperitantem, tam diu muliebriter patiantur. Conferunt primores inepta consilia, saevit vulgus intemperans novarum rerum studio, et per totam civitatem spiritu diabolico raptatum, ad arma conclamat[39]; nec iam archiepiscopum urbe expellere sicut Wormacienses, sed per omnes cruciatus trucidare, si copia detur, conspirat[q]. Natalis erat beati Georgii martiris, qui eo anno 4. feria ebdomadae paschalis obvenerat[40]; et archiepiscopus, celebrata missarum solemnitate apud Beatum Georgium, cum sermonem faceret ad populum, praesagio quodam futurorum, nescius ipse mali quod imminebat, contestatus fuerat audientibus, quod civitas diabolo in potestatem tradita esset et propediem peritura, nisi iam iam impendentem iram Dei per poenitentiam inflectere maturarent. Igitur post meridiem, inclinata iam die in vesperum, cum igni oleum[r. 41], iracundiae accessisset ebrietas, ex omnibus partibus urbis ruunt ad curtim archiepiscopi, et eum[s] celebri quodam loco cum episcopo Mimigardefurdensi[t] coenantem adorti, tela contorquent, saxa iaciunt, nonnullos ex assistentibus interficiunt, ceteros plagis et vulneribus confectos in fugam vertunt. Inter haec conspicantur quam plurimi ipsum talium furiarum incentorem demonem[u] praecurrere

a) navim 1b. *codd. hic* navem *mox* navim. b) prosp. 3. c) *deest* 3. 4. 5. d) i. mat. 3. e) per maxime 4. f) navim 1b. g) singuli 3. 4. 5. h) magnam 4. i) sepe 4. k) neruus *corr.* naeuus 4. l) direpta 3. m) serencia 5. n) ibecillis 5. o) nescientes 1b. p) indignantur 3. q) conspirant 1b. r) ol. acc. ir. ebr. 3. s) cum 4. t) Mimigardfurdensi 5. Monasteriensi 1b. u) dyabolum 3.

37) Advocati urbium dicebantur praetores, qui nomine regum ius dicebant, quales in plerisque imperialibus urbibus prisci imperatores habuerunt. 38) cf. Horat. Sat. I, 6, 66: *velut si Egregio inspersos reprendas corpore naevos.* 39) *vulgus — ad arma conclamat.* Exempla huius dictionis vid. ap. Mitscherlich et Orell. ad Horat. Od. I, 35, 16. 40) cf. Wedekind Not. T. II. fasc. 8. p. 408 sq. 41) v. supra a. 1063. p. 156.

April. 23.

insanienti populo, galeatum, loricatum, igneo mucrone terribiliter fulgurantem, nec ulli
quam sibi similiorem. Cumque militari quodam classico cunctantes, ut se in pugnam
sequerentur, concitaret, in ipso impetu, quo portarum seras effracturus vociferando
irruebat, repente ex oculis sequentium disparuit. Archiepiscopum sui, inter cuneos hostium
5 nubemque iaculorum[42] vix et aegre expeditum, in templum sancti Petri abripiunt[a], fores- 42
que non modo seris et vectibus, sed admotis etiam magnis molibus obfirmant. Saeviunt
foris, et instar inundantis aquae rugiunt vasa diaboli, plena vino furoris Dei, et per
omnia episcopii[b] penetralia discurrentes, fores infringunt, thesauros[c] diripiunt, vasa
vinaria concidunt, et dum vina in diutinos[d] usus summa ope congesta praecipitantius
10 effundunt, repletum subito cellarium ipsos — quod dictu quoque ridiculum sit — inopi-
nis fluctibus periclitatos pene suffocaverat. Alii capellam archiepiscopi irrumpentes, altare[e]
spoliant, sacra vasa pollutis manibus contrectant, vestimenta pontificalia diripiunt, dumque
omnem suppellectilem sacri ministerii curiosa, immo furiosa, diligentia evertunt, repe-
rientes illic quendam prae timore se in angulo[f] occultantem, et putantes quod archi-
15 episcopus esset, interficiunt, non sine gratulabunda exprobratione[g], quod petulantissimae
linguae tandem aliquando modum imposuerint[h]. Sed cognito, quod decepti similitudine
essent, et archiepiscopus[i] intra[k] templum sancti Petri et loci religione et murorum fir-
mitate se tutaretur, undique conglobati ipsum templum obsident, muros perfringere
dedita opera moliuntur, postremo, nisi ocius sibi tradatur archiepiscopus, ignem quoque[l]
20 se[m] adhibituros, minitantur. Tum[n] hi qui intus erant, videntes, obstinatos esse ad necem
eius animos populi, nec ebrietate sola, quae tempore digeri solet, sed pertinacibus[o]
etiam odiis et frenetico quodam furore homines agitari, suadent ei, ut mutato habitu
effugere conetur de ecclesia et fallere obsidentes, hoc facto et sacras aedes incendii[p]
et se mortis periculo liberaturus[q]. Oportunum fugae patrocinium tempus pollicebatur.
25 Seditione in mediam noctem protracta, horrebant omnia tenebris et caligine, ut haut
facile cuiquam esset vultus occursantium discernere. Angustus aditus patebat de templo
in dormitorium, item de dormitorio in atrium domumque canonici cuiusdam, adhaeren-
tem muro civitatis. Isque ante paucos dies ortae seditionis impetraverat ab archiepi-
scopo, Deo ad salutem archiepiscopi hoc ipsum misericorditer providente, ut rupto muro
30 civitatis parvulum sibi posticum facere sineretur. Ibi eductus archiepiscopus, applicitis
propere in evectionem eius et comitum eius[r] quatuor equis, abiit, opacae noctis tene-
bris, ne ab obviantibus agnosceretur, commodissime usus; repertoque post modicum April. 24.
episcopo Mimigardefurdensi, sociis iam pulchre pro ea tum calamitate constipatus, in
locum cui Noussen[s.43] nomen est pervenit. Interim hi qui circa templum erant crebris
35 arietum ictibus muros quatiebant, eratque confusa vox tumultuantium et fidem Dei omni-
potentis testantium[t], quod non evasurus esset manus suas, non decepturus obsidentium
diligentiam, etiamsi in minima terrae reptilia se transfiguraret. Econtra hi qui[u] obside-
bantur, nunc supplicando, nunc pollicendo, quod diligentissime quaesitum, si inveniretur,
ipsis tradituri essent, callide ludebant operam perurgentium, usque quo archiepiscopum
40 longius evectum atque in tuta iam[v] loca progressum esse arbitrarentur. Tum demum
reclusis foribus, ipsos ingredi et pro libitu suo quaerere sinunt, adiciuntque, frustra
eum quaeri intra septa templi, quem certo comperissent, primo incursu concitatae multi-
tudinis clara adhuc die urbe egressum, iam in longinquas partes transire potuisse; idque
magis suspicandum, quod contractis undique per moram nocturni temporis copiis, primo
45 mane ad occupandam armis civitatem sit adventurus. Igitur ingressi, cum omnia templi
penetralia diligentius investigando evertissent, vix tandem admissa fide quod falli potu-
issent, deinceps ab inquisitionis studio ad tuendam urbem animos vertunt, armatamque
multitudinem circumquaque per propugnacula dispertiunt. Inter haec arreptum quendam
de turba, super portam urbis ad ignominiam archiepiscopi[w] suspendunt; magis in hoc
50 furori[x] suo, quo praecipites raptabantur, satisfacientes, quam quod crimen ullum suspen-
dio dignum misero obtendere possent[y]. Mulierem etiam quandam de summitate muro-

a) arripiunt 3. 4. 5. b) episcopi 4. *ed.* 2. c) thezauros 3. 4 (*semper*). d) diuinos 3. e) altaria 3. f) angulo
altaris occ. 1b. g) gr. exultatione et expr. 4. h) imposuerunt 3. i) episcopus 1b. k) inter 4. l) *deest* 3.
m) *deest* 4. n) Tunc 1b. o) *deest* 1b. p) incendio 1b. q) liberaturos 3. r) *deest* 4. s) nōse 1b. nus-
55 sen 1. 3. t) attestancium 3. u) *deest* 5. v) *deest* 1b. w) episcopi 1b. x) furore 3. y) Alteri crura
succiderunt. *add.* 1b. 42) *nubemque iaculorum.* Ita Liv. 21, 55, 6: *velut nube iaculorum.* 43) Neuss.

April. 24. 25. rum praecipitant fractisque cervicibus interficiunt; hoc ei crimini[a] dantes, quod homines plerumque magicis artibus dementare infamata fuisset. Sed hoc scelus commodiori[b] tempore et pacatiore animo vindicare debuerant. Induxerant etiam in animum, nisi Deus consulens servis suis breviasset dies amentiae eorum, ut monachos de Sancto Pantaleone[c] omnes trucidarent, pro eo quod, expulsis ab archiepiscopo prioribus monachis, novum illic inusitatumque[d] religionis genus instituissent. Praeterea iuvenes impigros, citato quantum possent gradu, ad regem ire iubent, nunciare ei quae gesta fuerant, et suggerere, ut quantocius veniat, vacantem expulso archiepiscopo civitatem occupare; in eo verti salutem civitatis et ipsius utilitatem maximam, ut grandia molientem de vindicanda iniuria sua archiepiscopum anticipare[43] conetur. Talibus furiis toto triduo agitabantur. Postquam auditum est per provinciam et celebri rumore vulgatum, quod Colonienses archiepiscopum, probris[e] et contumeliis affectum, urbe fugassent, exhorruit omnis populus novitatem rei, atrocitatem sceleris, spectaculum humanarum rerum, quod vir tantarum in Christo virtutum tam indigna perpeti Deo aspiciente potuisset. Magna eius in pauperes liberalitas, multa in divinis rebus devotio, multa in humanis moderatio, vehemens in corrigendis legibus studium, libera in corripiendis qui male agerent severitas, omnium ore celebrabantur, earumque rerum commemoratio non minimum ei gratiae apud populares conciliabat. Exclamant omnes, ad suam magis iniuriam pertinere violatam pontificalis nominis maiestatem, et mori sibi satius esse quam ut tantum flagitium suorum temporum inultum patiantur. Igitur per quatuor vel quinque miliaria circumquaque ad arma conclamant; multa hominum milia dicto citius concurrunt, nullo qui per aetatem arma ferre posset tam religiosam militiam detrectante; conglobatique in unum, rogant archiepiscopum et cunctantem vi[f] impellunt, ut ad recuperandam civitatem quantocius festinet; se pro eo dimicaturos, et si ea necessitas incumbat, oves pro pastore, filios pro patre libenter mortem excepturos; quod nisi Colonienses maturent venientem suscipere et pro ipsius arbitratu satisfacere offenso, se aut ingesto igne populum[g] cum civitate consumpturos, aut dissipato muro eum super congeriem occisorum in cathedram pontificalem reducturos. April. 26. Ita archiepiscopus quarto die postquam exierat, magno vallatus agmine, ad urbem accessit. Quod ubi Coloniensibus compertum est, et se tantae tamque efferatae multitudinis impetum nec muro nec acie sustinere posse animadvertunt, tum primum furor deflagrare, ebrietas vanescere[h] coepit; magnoque terrore concussi, obviam legatos de pace miserunt, se reos confitentes et omnem quam[i] vita incolumi iuberentur poenam pendere paratos. Archiepiscopus, digne poenitentibus se veniam non negaturum, respondit. Tum[k] celebrata missarum solemnitate apud Sanctum Georgium, eos, qui pontificem sede propria expulissent, qui ecclesiam homicidio polluissent, qui templum sancti Petri hostiliter impetissent, qui cetera religionis iura ausu barbaro temerassent, episcopali banno ad satisfactionem vocavit. Protinus omnes nudis pedibus, laneis ad carnem induti, processerunt, vix et aegre impetrata pace multitudinis quae circa episcopum erat, ut hoc tuto facere sinerentur. Nam et vehementer ei succensebant, quod, dum immoderatius clementiam ostentando popularis fieri vellet, nefarios homines ad audenda nequiora huius sceleris impunitate animaret. Archiepiscopus eos postero die ad suscipiendam secundum canonum scita poenitentiam tam immanis flagitii ad Sanctum Petrum praesto esse iubet. Ipse progressus ad Sanctum Gereonem, ibi extra urbem pernoctare statuit; veritusque[l], quod tradita civitate vis concitatae multitudinis inhiberi non posset, sed partim iniuria partim praedae cupidine accensi acerbius saevirent in populum, obnixe rogat provinciales qui secum erant, ut singuli in sua cum pace recederent[m]; satis se opera eorum usum, et evidens tulisse documentum, quid animi oves erga pastorem, filii erga patrem gererent; asperrimam partem negocii multa eorum virtute exactam esse; cetera quae restent facile iam privata ac domestica manu posse confici; proinde, quod bonum felix faustumque esset, abirent in domos suas, hanc reportantes spem, quod huius beneficii gratia apud eum, seu vivum seu defunctum, per-

a) criminis 1b. b) commodociori 4. c) Panthaleone 3. 4. d) que *deest* 3. e) probro 3. f) *deest* 3. 5. g) populus 4. h) evanescere 1b. i) que 3. k) Tunc 4. l) que *deest* 4. m) recederant 3.

43) *archiepiscopum anticipare* (cf. a. 1077.). Ita absolute Lucret. V, 658. Varro ap. Non. 70, 13. Plin. Hist. nat. 2, 47.

petuo mansura foret. Hoc vix impetrato, milites suos, quantos ad comprimendos urbanos motus, si qui forte levitate vulgi instaurarentur, sufficere putabat, praecedere in civitatem iubet, secuturus ipse proxima luce, cum eorum qui praecessissent diligentia, ne quid forte insidiarum lateret in civitate, praecavisset. Ea nocte sexcenti[a] aut eo amplius mercatores opulentissimi, ex urbe profugi, ad regem se contulerunt, intercessionis eius opem adversus archiepiscopi[b] saevitiam imploraturi[44]. Ceteri ingresso archiepiscopo civitatem, et toto triduo iuxta condictum expectanti, minime se praesentaverunt ad proponendum aliquod satisfactionis genus. Unde indignitatem rei non ferentes episcopi milites, inscio, ut plurimi asserunt, atque inconsulto archiepiscopo, arma rapiunt, domos incursant, possessiones diripiunt, occursantes partim sternunt, partim captos in vincula coniciunt, et prorsus, ut veritati vel coacto[c] assentiamur, multo ferocius quam tanti pontificis existimationi competeret iustae ultionis negocium executur[d]. Sed gravior morbus acriori indigebat antidoto. Filius supra memorati mercatoris, qui primus seditione inflammaverat populum, et pauci alii luminibus sunt orbati, nonnulli virgis caesi ac detonsi, omnes gravissimo rei familiaris dampno[e] multati atque iusiurandum dare compulsi, quod deinceps archiepiscopo civitatem contra omnium hominum violentiam, quantum consilio et armis possent, vindicaturi essent, et eos qui ex urbe profugerant, quoad digne archiepiscopo satisfecissent, semper pro infestissimis hostibus habituri. Ita civitas, paulo ante civibus frequentissima et post Mogontiam caput et princeps Gallicarum urbium, subito pene redacta est in solitudinem; et cuius plateae vix capiebant stipata viantium examina, nunc rarum ostendit hominem, silentio et horrore omnia desiderii quondam ac deliciarum loca possidentibus. Nec futurum hoc dubia significaverant praesagia. Peregrinus quidam ad celebrandam[f] palmarum festivitatem illuc ipso anno devenerat. Is vidit[g] per somnium[h] corvum quendam horrendae magnitudinis per totam volitare Coloniam, et terribiliter crocitando populum, tali spectaculo attonitum, huc et illuc agitare; supervenire post haec[i] virum tam veste quam forma praecellentem, qui et corvum horrifico sonitu perstrepentem urbe expelleret, et populum, mente consternatum iamque[k] extrema omnia formidantem, cassa formidine absolveret. Cumque a circumstantibus interpretationem somnii horrore concussus quaereret, audivit, quod civitas propter peccata populi diabolo in potestatem tradita fuisset, sed interventu Georgii[l] martiris liberata, instantis iam atque a Deo praedestinati interitus necessitatem evasisset[m].

April. 26. — April. 27-29.

Rex, celebrata in[n] Babenberg paschali solemnitate, in Nourenberg[o] perrexit obviam legatis apostolicae sedis[45]. Erant autem hi: mater eius imperatrix, episcopus Ostiensis[46], episcopus Praenestinus[47], episcopus Curiensis[48], episcopus Cumensis[49], missi a Romano pontifice, componere, si possent, multo iam tempore vacillantem statum Galliarum. Nec tamen cum rege sermonem communicare saepius rogati consenserunt, donec secundum ecclesiasticas leges poenitentiam professus, per iudicium eorum anathemate absolveretur, pro eo quod propter venditas ecclesiasticas dignitates simoniacae hereseos insimulatus fuisset apud sedem apostolicam. Itaque petierunt verbis Romani pontificis, ut sinodum tenere intra[p] Gallias pace episcoporum sinerentur. Vehementer hoc[q] abnuerunt omnes episcopi tamquam inusitatum longeque a suis rationibus alienum, nec se huius auctori-

April. Mai.

a) sexcenta 4. b) episcopi 1b. c) coacti 1. 5? d) exsecuntur 1. 4. exequuntur 1b. exsequuntur 3. e) *deest* 5. f) celebrandum 3. g) videt 4. h) somnum 1. i) hoc 4. k) que *deest* 3. 4. l) sancti Georgii 4. m) euasit 3. n) *deest* 3. o) *ita* 4. Nurmberg 3. Nurenberg 1. p) inter 4. q) hec 3. 4. 5.

44) Quos postea anathemate punivit; cf. epistolam ab Annone ad Uotonem Trevirensem scriptam in cod. regio Hannoverano f. 248. W. 45) cf. Gerbert de Rudolpho Suev. p. 35. Legationis huius ipse meminit rex Heinricus in dipl. dato 6. Kal. April. a. 1076, quo donationem facit ecclesiae Ruggispergensi in Helvetia: *iubente matre mea Agnete, quae cum apostolici Gregorii legato Geroldo Hostiensi episcopo et cardinalium primo praesens aderat.* Vid. Schoepflin Hist. Zaringo-Bad. T. V. p. 22. Marianus Scotus ad ann. 1074. legatos indicat tantum duos. Ipse Gregorius etiam duos modo commemorat in epist. ad Germanos ap. Brunonem c. 72. Cf. Mascov commentar. de reb. imper. R. Germ. sub Henrico IV. et V. p. 52 sq. not. 3. Stenzel I. p. 352 sqq. 46) Geroldus (Gerardus) Ratisbonae in Germania natus, factus Ostiensis episc. a. 1072, captus est ab Heinrici militibus, quum legatus ad illum Mediolanum missus esset a Gregorio. Obiit Romae d. 6. Dec. a. 1077. 47) Humbertus (Hubertus, Ubertus) cardinalis Praenestinus creatus fuit ab Alexandro II. 48) Heinricus. 49) Rainaldus.

April. Mai. tatis privilegium ulli alii praeterquam ipsi Romano pontifici umquam delaturos affirmabant[50]. Siquidem intenderat Romanus pontifex, ut omnes episcopos et abbates, qui sacros gradus precio redemissent, discussione habita, deponeret; iamque hac de causa Babenbergensem episcopum et alios nonnullos ab omni divino officio suspenderat, donec coram venientes inustum sibi crimen hereseos digna satisfactione purgarent. Et rex quidem 5 cupide [hoc[a]] volebat odio Wormaciensis episcopi et quorundam aliorum, qui eum bello Saxonico offenderant; quos hac calumpnia involvendos et dignitatis suae detrimenta passuros, spe certissima praesumpserat. Sed quia per legatos res tanta confici posse desperabatur, consulto in audientiam ipsius Romani pontificis dilata est.

Rex, dimissis legatis, non solemni more indictam expeditionem, sed repentino ac 10 51 tumultuario milite[51] collectum exercitum ducere [parabat[b]] in Ungariam, comperto, quod Salomon rex Ungariorum a Ioiade, Beli filio, bello[c] impetitus[d] et tribus iam praeliis victus, amisso exercitu, vix de regno effugisset. Ut eius miseriae subveniret, et affinitati praestabat, quam tradita illi[e] in coniugium sorore sua contraxerat, et utilitatibus propriis, quia magnam ei partem regni sui pollicitus fuerat, si eius beneficio[f] expugna- 15 tis hostibus in regnum restitueretur. Cumque Ratisponam venisset, insecuta est eum legatio familiarium eius, nunciantium, quod Willehelmus cognomento Bostar[52] rex Anglorum ab[g] archiepiscopo Coloniensi vana pollicitatione illectus, cum magno exercitu adventaret, regni sedem Aquisgrani occupare paratus. Territus rex tam atroci nuncio, ac privatae rei curam externis negociis antehabendam ratus, omissa[h] in Ungariam expe- 20 Iun. 8. ditione, ad Renum concitus remeavit. Pentecosten Mogontiae celebravit, splendide ac populariter ab archiepiscopo Mogontiacensi acceptus atque habitus. Inde cum Coloniam ire instituisset, multum spirans irarum et comminationis in archiepiscopum Coloniensem, ille missis in occursum eius nunciis mandavit, falsam omnino ac scenicis figmentis similem esse fabulam, quam in eum aemuli sui composuissent, hi nimirum qui eum 25 paulo ante urbe expulissent, et nunc ad opprimendum eum, quoniam armis non possent, mendaciis grassarentur; se non ita rationis expertem vel communis commodi negligentem esse, ut in ultionem privatae iniuriae patriam suam barbaris prodere velit, nec ea levitate a puero vitam[i] instituisse, ut quisquam sanum aliquid sapiens tam inepta de se suspicari possit[k]. Impetrata per legatos coram veniendi copia, in Andernachin[l] 30 regi occurrit. Cumque rex de his quae compererat[m] severissime quaestionem promulgaret, proditae quidem rei publicae crimen, quod obiciebatur, sacramento purgavit. Cetera quae delata fuerant, ait rex, se veteri amicitiae ac pontificali nomini[n] condonare, nec pro iure suo expostulare velle. Ita non extincto sed interim cohibito furore, Coloniam processit. Ibi postero die ad iudicandum populo assedit, sperans, per accu- 35 sationem[o] eorum, quos archiepiscopus propter iniurias suas[p] poena affecerat, occasionem sibi futuram, ut eum, seditione concitata, rursus civitate exturbaret, vel propter oppressos per calumpniam innocentes saltem reum maiestatis faceret. Sed ille omnes accusa- 53 tionum[q] strophas[53] responsi veritate[r] ac sententiarum gravitate tamquam aranearum telas dirupit[s]. Postquam rex innocentia[t] eius ac vitae integritate consiliis quoque omnia 40 septa vidit, nec ullum patere locum calumpniae, ad aliud se vertit genus iniuriarum. Exegit ab eo, non precibus quidem ut oportuit, sed imperiosa quadam auctoritate, ut Coloniensibus admissae in se temeritatis veniam daret excommunicatosque ecclesiae reconciliaret, praeterea ut ad firmamentum conservandae erga se in perpetuum fidei sex sibi ex militibus suis obsides daret. Utrumque ille cum magna constantia negavit, obsi- 45 des quidem, quod nullus regum priorum tale quid ab aliquo praecessore[u] suo postu-

a) *deest* 3. 4. 5. b) *deest* 3. 4. 5. c) *deest* 3. d) impetus 5. e) sibi *superscr.* illi 4. f) beneficiis 3. g) *deest* 5. h) obmissa 3. i) *deest* 4. vitam a puero 1b. k) posset *corr.* possit 4. l) Andernachen 1. 4. 5. Andernaco villa 1b. m) comperat 4. n) nomine 1*. o) occasionem 4. p) *deest* 4. q) occasionum 4. r) ueritati 4. s) diripuit 1*. disrupit 1b. t) innocentie 4. u) predecessore 3. 50

50) Insignis hic locus est propter veterem libertatem ecclesiae Germanicae, et excuti diligentius meretur, quod iam tentavit Schilterus de libertate eccles. Germ. L. IV. c. 2. Mascov. l. c. p. 54. not. 5. 51) *tumultuario milite,* Liv. 1, 37. 35, 2. 52) i. e. Bastardus. 53) *accusationum strophas* (i. e. fraudes, dolos, nequitias) *tanq. aran. tel. dirupit* (cf. a. 1076. 1077). Ita Plin. Ep. 1, 18, 6: *Ego aliquam stropham inveniam.* De similitudine cf. Plaut. Stich. 2, 2, 25: *Deiiciamque earum omnis telas.* 55

lasset, excommunicatorum[a] autem reconciliationem, quod sine digna poenitentiae satisfactione excommunicatos in ecclesiam recipi leges ecclesiasticae vetarent. Imminebat ille vehementer, comminans omnia se incommoda[b] illaturum et cuncta quae illius sint ferro et igne demoliturum. Perstabat hic fixus in proposito, dicens, se mori[c] quidem paratum, si ipse cum Coloniensibus conspirasset ad eum interficiendum, sed numquam retinendae vitae studio ab iure[d] ad iniuriam declinaturum. Diu anceps erat pugna, et utrorumque milites magna concusserat sollicitudo expectatione tam tristis spectaculi. Tandem evictus rex ab his quorum consiliis plurimum tribuebat, flexit sententiam, et ait, malle se cum eo beneficiis certare quam maleficiis, et si eum fidum sibi devotumque in causis rei publicae experiretur, primum deinceps inter amicos habiturum. Hoc modo reconciliatus archiepiscopo, Aquasgrani[e] perrexit, et adversus ea, quae de irruptione barbarorum fama vulgaverat, eam regni partem, quantum poterat, communivit[f]. (Iun.)

Ruothardus[g], abbas Herveldensis monasterii, 5. Idus Iunii decessit, vir in sacris scripturis adprime eruditus et sic ad loquendum[h] expeditus, ut nemo illa aetate verbum Dei copiosius, nemo subtilius, nemo elegantius tractaret. Alias in observatione sanctae regulae paululum quam mores et tempora expeterent remissior erat. Is miro iudicio Dei, qui quos diligit corripit et flagellat omnem filium quem recipit, ante diem mortis suae sensu defecit, et per continuos duos annos et sex menses frenesi pariter et epilempsi[i] gravissime vexabatur. Defunctus est autem anno[k] integro et sex mensibus exactis posteaquam abbatia se abdicaverat. Quod tamen factum adeo poenitens deflebat, quotiens a stupore atque hebetudine mentis paululum respiraverat, ut ambiguum esset, morbo[l] an moerore gravius acerbiusque tabesceret. (Hebr. 12, 6.)

Mediante Iulio regressum regem de Luteringia[m] Wormaciam iterum adierunt legati regis Ungariorum, orantes obnixe, ut memor affinitatis, memor actae simul a puero aetatis, maturius[n] subveniret expulso. Et quia preces tardius movebant privatis occupationibus intentum, datis 12 obsidibus fidem[o] ei firmabant[p], quod, si eius beneficio in regnum restitueretur, deinceps ei tributarius dictoque obtemperans foret, et sex ei munitissimas Ungariae civitates in argumentum numquam irrumpendae fidei traderet. Hac mercede redemptus, ilico, missis circumquaque nunciis, principes in expeditionem solemni indictione evocavit. Sed alii temporis angustias, alii rei familiaris inopiam, plerique quod opes suae bello Saxonico nimium attritae fuissent, item alii aliud excusationis genus obtendentes, omnes pariter militiam detrectabant. Ipse tamen, ne tantum rei publicae commodum, casu[q] oblatum, sua ignavia corrumperetur, gregario[54] tantum ac privato milite contentus, infesto exercitu ingressus est Ungariam, et nonnullas eius regiones hostiliter peragravit. Porro Ioas, qui Ungariam occupaverat, comperto eius adventu, summa industria id operam dedit, ut in locis, in quibus irruptio hostium timebatur, nihil homines alimentorum, nihil animalia pabulorum reperirent, et sic ipse cum omnibus[r] in quandam insulam, propter locorum difficultatem omnino hostibus inaccessibilem, se contulit. Exercitus regis, qui ad tanti[s] belli administrationem nihil sumptuum praeparaverat, gravissima statim laborabat inedia, adeo ut homines plerosque, animalia pene omnia brevi pestilentia et fames consumerent. Qua[t] necessitate compulsus rex, nullo insigni facinore perpetrato, Ungaria excessit, et post festum sancti Michaelis Wormaciam reversus, ordinatis ibi pro tempore et copia regni negociis, Ratisponam rediit; dispositum habens, id quod reliquum erat temporis usque ad nativitatem Domini in peragrandis[u] Baioariae atque Alemanniae[v] civitatibus insumere. (Iul.) (Octbr.)

Hildebrandus papa cum episcopis Italiae conveniens iam frequentibus sinodis, decreverat, ut secundum instituta antiquorum canonum[55] presbiteri uxores non habeant, habentes aut[w] dimittant aut deponantur, nec quisquam omnino ad sacerdotium admittatur, qui non in

a) exc. — satisfactione *desunt* 3. b) incomoda 4. c) quidem mori 3. d) iune 4. e) Aquisgrani 3. f) conmuniuit etc. 4. *et ita saepius in fine lineae.* g) *ita* 4. h) alloquendum 4. i) ephilempsi 4. 5. k) *deest* 5. l) an m. an 5. m) luther. 1. 4. n) maturius — privatis *desunt* 3. 4. 5. o) fidei 4. p) firmabat 1*. q) casum 4. r) o. suis 1. s) tantam 3. t) Quia 5. u) peragendis 5. v) alemanie 3. 4. w) autem 4. 5.

54) i. e. forsan conductitius. KR. cf. Adelung Directorium p. 66. 55) Concil. Ancyr. can. 10, Neocaes. cap. 1, Nicaeni I. can. 3, Carth. II. can. 2, Carth. V. can. 3, African. can. 37, Arelat. II. c. 2, Aurelian. III. c. 2, Aquisgran. I. c. 6, Wormaciens. c. 9, Moguntin. c. 10, utrumque lib. I. cap. 33, Serar. ap. Ioann. l. l. p. 510.

perpetuum continentiam vitamque coelibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras litteras ad episcopos Galliarum transmittebat, praecipiens, ut ipsi quoque in suis ecclesiis similiter facerent, atque a contubernio sacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate resecarent. Adversus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota[a] factio clericorum; hominem plane hereticum et vesani dogmatis esse clamitans, qui oblitus sermonis Domini, quo ait: *Non omnes capiunt hoc verbum; qui potest capere, capiat*, et apostolus: *Qui se non continet, nubat; melius est enim nubere quam uri*, violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, et dum consuetum cursum naturae negaret, fornicationi et immunditiae frena laxaret; quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam coniugium deserere, et tunc visurum eum, cui homines sorderent, unde gubernandis per ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset. Nihilominus ille instabat, et assiduis legationibus episcopos omnes socordiae ac desidiae arguebat, et nisi ocius iniunctum sibi negocium exequerentur, apostolica se censura in eos animadversurum, comminabatur. Archiepiscopus Mogontinus sciens, non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret[b] atque ad rudimenta nascentis ecclesiae senescentem iam[c] mundum reformaret, moderatius agebat cum eis; et primo eis in dimidium annum inducias et deliberandi copiam dedit, hortans eos, ut quod necessario faciendum sit, sponte faciant, et tam sibi quam Romano pontifici necessitatem adimant, aliquid in eos quod secus sit decernendi. Ad ultimum congregata sinodo in Erphesfurt[d. 56] mense Octobri, pressius iam imminebat, ut relegata omni tergiversatione, in praesentiarum aut coniugium abiurarent aut sacri altaris ministerio se abdicarent. Multas econtra illi rationes asserebant[e], quibus instantis perurgentisque improbitatem eludere sententiamque cassare niterentur. Cumque adversus apostolicae sedis auctoritatem, qua se ille ad hanc exactionem praeter voluntatem propriam compulsum obtendebat, nihil argumenta, nihil supplicationes precesque[f] proficerent: egressi tamquam ad consultandum, consilium ineunt, ut in sinodum non redeant, sed iniussi omnes in domos suas discedant. Nonnulli etiam confusis vocibus clamitabant, melius sibi videri, ut in sinodum regressi, ipsum episcopum, priusquam execrabilem adversum[g] eos sententiam promulgaret, cathedra episcopali deturbarent, et merita morte multato, insigne monimentum ad posteros transmitterent, ne quis deinceps successorum eius talem sacerdotali nomini calumpniam struere temptaret. Cum ad episcopum relatum esset, hoc eos machinari, commonitus a suis, ut tumultum qui oriebatur matura moderatione praeverteret, misit ad eos foras, rogavitque, ut sedato pectore in sinodum regrederentur; se, cum primum oportunitas arrisisset, Romam missurum et domnum apostolicum, si qua posset ratione, ab hac sententiae austeritate deducturum. Postero die admissis in auditorium[h] communiter laicis et clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat[i], et quasi nihil bello Saxonico, nihil actum sit conditionibus, quibus paulo superius in Gerstingun[k] pax convenerat, de integro Thuringos[l] omnes de iniusta decimarum retentatione[m] reos addicere molitur, nec recogitat, hanc causam originem seminariumque extitisse omnium calamitatum, quibus per plures iam annos res publica incommodissime vexabatur. Indigne nimis tulerunt[n] hoc Thuringi, utpote qui propter recentem belli successum tumidos adhuc spiritus gerebant, sibique vanissime[o] persuaserant, quod post triumphatum regem et acceptum gustum audaciae eorum, nullus deinceps futurus esset episcopus, qui eis aliquam super hac re movere molestiam auderet. Primo tamen temperatis responsionibus ei suggerunt, non alia[p] se ratione in Gerstingun recuperandae paci consensisse, quam ut legitima sua a primis diebus statuta rata[q] sibi in perpetuum atque inconvulsa manerent. Cum haec replicando surdis auribus fabulam narrare[57] viderentur, subito efferata mente se foras proripiunt, ad arma conclamant, et ad momentum contracta ingenti[r] multitudine, in sinodum prorumpunt; et nisi maturius milites episcopi intercessissent et blandiendo rationemque reddendo potius quam repugnando, quoniam

Matth. 19, 11. 12. — 1. Cor. 7, 9. — Octob. — 57

a) omnis *superscr.* tota 3. b) refelleret 3. c) iam *deest* 2b. d) Erpesfurht 1. Erphesfurdt 4. e) afferebant 3. f) que *deest* 2b. g) adversus 3. *et Nic. de Sygen.* h) adiutorium 5. *corr.* auditorium 4. i) repetit 1*. k) Gerstungun 3. Gerstingim 4. *et ita infra.* l) Thuringis 4. m) detentione 3. n) hoc tul. 3. o) *deest* 2b. p) *deest* 3. q) *deest* 4. r) mult. ingenti 3.

56) Cf. Heine coll. synodorum Erford. p. 60 sqq. 57) cf. supra p. 160. n. 51.

viribus impares erant, ferocientis turbae impetum inhibuissent, in ipsa cathedra episcopali episcopum oppressissent. Ita soluta est sinodus, tam episcopo quam cunctis qui assederant clericis ultima formidine consternatis et passim per omnes ecclesiae angulos latebras sibi quaerentibus. Statim episcopus ab Erphesfurt[a] discedens, reliquam partem 5 anni usque ad epiphaniam in Heiligenstat[b. 58] exegit, et per omnes festos dies inter 58 sacra missarum solemnia eos qui sanctam sinodum turbaverant ad poenitentiam sub episcopali banno evocavit[59].

1075.

Rex nativitatem Domini Argentorati celebravit. Cumque adessent quam plurimi ex 10 principibus, quos ille dedita opera de toto regno ad diem festum evocaverat, habuit cum eis misterium consilii sui, et eos modis omnibus ad instaurandum bellum Saxonicum sollicitabat. Multa in praesens largiebatur, plura in futurum pollicebatur, nullum postremo vel infimae conditionis, qui modo conficiendis tantis rebus commodus putaretur, relinquebat, quem non dato vicissim et accepto iureiurando fidum sibi et obnoxium 15 faceret; cum ea potissimum pollicitatio omnes ad consentiendum inflecteret, quod sub testificatione iurisiurandi singulis promittebat, si eorum auxilio Saxoniam Thuringiamque recuperasset, quod ipsis utramque provinciam pro arbitratu suo inter[c] se partiendam et perpetuo iure possidendam traditurus esset. Ita ira aestuans, nihil quam sanguinem eorum qui se offenderant malebat. Quod tamen anno[d] integro quam maxime dissimu- 20 laverat, adeo ut principes Saxoniae, quotiens ad eum venissent, magnifice susciperet, et ad absentes pacifica saepenumero atque honorifica mandata destinaret.

Paucis post diebus Mogontiam venit, ibique occurrit ei Ruzenorum[e] rex, Deme- Ianuar. trius[60] nomine, deferens ei inaestimabiles divicias in vasis aureis et argenteis et vestibus[61] valde preciosis, petiitque, ut auxilio sibi foret contra fratrem suum, qui se per 25 vim regno expulisset et regnum tirannica immanitate occupasset. Missus est protinus a rege Burchardus[f. 62], Treverensis ecclesiae[g] praepositus, agere cum illo de iniuriis quas 62 fratri intulerat, et commonere, ut regno, quod iniuste[h] invasisset, ultro decederet; alioquin auctoritatem et arma Teutonici regni propediem experturum[i] fore. Is legationi huic propterea oportunus videbatur, quod ille ad quem mittebatur sororem eius in 30 coniugio habebat, et ipse hac de causa apud regem, ne quid in illum interim gravius decerneretur, summis precibus obtinuerat. Ruzenorum rex Dedi[k] marchioni Saxonico, cuius ductu eo advenerat, a rege commissus est servandus, donec legati reverterentur.

His diebus contigit gravi scandalo Babenbergensis ecclesiae statum labefactari. 35 Herimannus episcopus[63] ecclesiam in honorem[l] beati Iacobi Babenberg foris murum 63 propriis impensis extruxerat, ibique clericos 25, scientia moribus et canonicae conversationis disciplinis haut obscuros, congregaverat, et eis quae ad victum vestitumque sufficerent affatim providerat. Cumque is quem congregationi praefecerat morbo praeventus diem clausisset extremum, nactus oportunitatem temporis, clericos expulit, 40 et locum ipsum cum omnibus appendiciis suis Egberto[m] abbati de Sancto Michaele tradidit ad[n] instituendum illic ordinem monasticum; non offensus crimine aliquo clericorum, cum, ut dixi, honestissime iuxta ecclesiasticas[o] leges vitam instituerent; sed

a) Erpesphurt 1. Erphesfurd 4. b) Heilegenstat 4. Helingenstadt 3. Helegenstat 1. Heiligenstait *Nic. de Sygen.* c) intra 3. d) a. iam i. 1. e) Ruzzenorum 3. Russenorum 4. *et ita infra.* f) Burghardus 3. g) *deest* 3. 45 h) *deest* 3. i) experiturum 4. k) Dedoni 1*. l) honore 3. m) Egbertho 1. Egberdo 4. 5. n) et ad 5. o) l. eccl. 3.

58) Heiligenstadt in Eichsfeldia. 59) *evocare* videtur nostro fuisse vocabulum solenne in hac re, quum saepius eo usus sit, sicut hac ipsa pa- 50 gina paulo inferius et a. 1075. (bis), 1076. 1077. 60) Demetrius Dluglosso et Theodosio Kiovensi Izaslaus, maior natu frater Wsewolodi, audit. Cf. Gebhardi aquilonales marchiones p. 56 sqq. hist. gen. Abh. IV. p. 133 sqq. Mascov. l. c. p. 43. et 55 Karamsin hist. Russ. vers. germ. II. p. 64 sqq. et Ann. p. 44 sqq. ann. 88. et 89. 61) cf. a. 1175. Vestes utroque loco commemoratas Karamsin in hist. Russ. T. II. p. 45. annot. 89. explicat: Stoffe, non Gewänder. 62) frater Odae quae nupsit Swentoslao, Demetrii fratri; cf. Albert. Stad. p. 260. Gebhardi aquilon. march. p. 58. hist. gen. Abh. IV. p. 134. 63) Quum multum discrepet Lamberti narratio ab iis, quae in Gregorii papae hac de re epistolis (1. et 3. libri III.) leguntur, illius fides suspecta videtur Ussermanno. Vid. eiusd. Episcopat. Bamberg. p. 41 sq.

monasticae conversationis munditia delectatus, in toto episcopatu suo, si fieri posset, hanc solam esse vitam cupiebat; zelo quidem Dei, sed non secundum scientiam, sic aemulatus Rachelis pulchritudinem, ut Liae fecunditatem in thalamum caelestis sponsi non crederet admittendam. Clerici qui expulsi fuerant, graviter ferebant, sine causa destitutos se esse stipe[a] ecclesiastica, qua alebantur. Clerici quoque maioris ecclesiae Babenbergensis tam illorum quam suam vicem dolebant, quod scilicet non sine magna sui ordinis iniuria[b] tantum episcopus deferret ordini monastico. Igitur iunctis[c] precibus adorti[d] sunt eum, obsecrantes per Deum, ne his, quibus nullum crimen impingeret, sine legitima discussione et audientia eriperet canonice suscepta ecclesiasticae sustentationis beneficia, nec sineret eos, destitutos spiritualis militiae stipendiis, quibus praeterea nihil amplius esset rei familiaris, probro et ostentui fieri secularibus; episcopatum Babenbergensem paucas habere congregationes clericorum, et ideo non tam monachis sibi opus esse quam clericis, quorum ipsi solatio diebus solemnibus in processionibus, in susceptione hospitum uterentur[e]; praeterea ecclesiam, quam noviter ipse extruxisset[f], loco celebri in mediis huc et illuc diversantium turbarum fluctibus sitam, nec a maiore ecclesia Babenbergensi plus 30 passibus disparatam, multo clericis oportuniorem esse quam monachis, qui scilicet monachi, cum abhominationes[g] Aegiptiorum immolare iubeantur Domino Deo suo, secerni a multitudine, et sicut scriptum est, viam trium dierum ire debeant in solitudinem, ne, si ea, quae colunt et prima ducunt, seculares immolent coram oculis eorum, scandalizati[h], lapidibus irrisionum suarum obruant et infament sanctam et apostolicam vitam; si Deo familiarius adhaereant monachi tamquam honestior et sublimior portio corporis Christi, non idcirco clericos tamquam membra putrida penitus abscindendos esse ab ecclesia, quia, licet stellae ab stellis differant in claritate, unam tamen caeli faciem decentissime distinguant sua varietate, et licet membra disparia sint et suis singula functa officiis, concordi tamen licet dispari famulatu necessitatem expleant unius eiusdemque corporis. Episcopus nec ratione movebatur nec supplicatione, asserens, honorem, quem deferret monachis, in nullo praeiudicare clericis, bona autem, quae in usus pauperum proprio labore congessisset, sui iuris, sui arbitratus esse, utrum clericis attitularet[64] an monachis. Clerici et inopia familiari et indignitate rei vehementer exacerbati, regis et omnium principum regni aures cottidiana proclamatione obtundebant[i] [65] pro iniuria sua. Cumque nihil usquam opis[k], nihil spei esset, versi ad validissimum illud, quod in sancta[l] ecclesia ultimae semper necessitatis unicum esse praesidium consuevit, Romam pergunt, et[m] recitata Romano[n] pontifici per ordinem suae calamitatis historia, apostolicae sedis patrocinium contra tanti calumpniatoris violentiam suppliciter implorant. Adest simul tocius cleri Babenbergensis legatio, querelam ingeminant et Romani pontificis patientiam vehementer incusant, cur ecclesiam Dei tam diu sinat hominis heretici communione[o] maculari; qui non ut pastor per ostium, sed ut fur et latro per simoniacam heresim et ingentium pecuniarum profusionem irrepserit in ovile ovium; qui apud praedecessorem eius Nicolaum[66] papam tanti criminis insimulatus, ut dici solet, ignem gladio[67], hoc est heresim periurio purgaverit; qui cathedram episcopalem et sanctae praedicationis ministerium, expers ipse omnino litterarum, contra sacros canones impudenter occupasset; qui ante episcopatum cunctis capitalibus criminibus atque omni probrorum genere Mogontinae civitati, in qua nutritus sit, celebrem se spectabilemque fecerit; qui pecuniariam atque usurariam artem, qua a puero sit institutus, postquam caelestium talentorum negociator constitutus sit, multo sollicitius exerceat, ita ut abbatias et ecclesias intra[p] diocesim suam sitas, quas foede comparaverit, foedissime vendat, et familiam[68] Babenbergensis ecclesiae, paulo ante opulentissimam ac bonis[q] omnibus florentissimam, ad summam redegerit paupertatem; qui nunc super omnia mala sua, ut in vestimentis ovium liberius lupinam exerceat feritatem et facilius illudat simplicium innocentiae, transfiguratus in angelum lucis angelus satanae, clericos absque ulla discussione de ecclesiis suis eiciat, atque omnibus in

Genes. 29, 17. 31. — Exod. 8, 26. 27. — Matth. 7, 15. — 2. Cor. 11, 14.

a) stipa 4. b) iactura 3. c) cuncti 3. d) adorsi 3. 4. 5. e) niterentur 3. f) extrussisset 4. g) abhominaces 5. h) scandalisati 3. 4. i) obtendabant 1. k) operis 5. l) ecclesia sancta 5. m) *deest* 5. n) summo 5. o) communicione 4. p) inter 4. q) o. bonis 3.

64) i. e. in titulum tradere, beneficio dare. KR. 65) vid. supra p. 183. n. 55. 66) Alexandrum potius; vid. Usserm. l. c. p. 41. 67) vid. supra p. 165. n. 75. 68) cf. Fürth Ministerialen p. 59.

quibus possit locis vitam monasticam, non tam amator religionis quam subdolus[a] simulator, instituat. Postremo per Deum omnipotentem exorant, ut tandem aliquando expergefactus Simon Petrus, baculum pastoralis zeli exerat contra lupum improbe rapientem et dispergentem oves Dei, et Simonem magum, iterum in ecclesia Dei nummulariorum mensas et aera proponentem, cum pecunia sua mittat in perditionem. Romanus pontifex iam pridem eum a sacri altaris ministerio suspenderat. Praesenti autem relatione efferatus, absque dilatione excommunicavit eum, ea scilicet ex causa, quod de gravissimis criminibus iam olim accusatus et ut causam diceret crebro per biennium Romam evocatus, venire contempsisset. Clericis quoque, qui se per calumpniam expulsos querebantur, ecclesiam suam restitui praecepit, et destinatis ad clerum Babenbergensem litteris, mandavit, ut se a communione illius abstinerent, contestatus quam sancte, quod, si[b] communionem aliquando, at[c] pontificatum, quem contra ecclesiasticas leges invasisset, numquam deinceps se vivo recepturus foret[69]. Quod ubi clericis Babenbergensibus legati sui retulerunt, et iram veterem armavit tantae pollicitationis fiducia. Occultata interim apostolicae sedis legatione, mittunt ad episcopum, qui tunc temporis Babenberg consistebat, eique denunciant, ut quantocius de urbe discedat; non posse eum ultra sibi episcopum esse, quoniam et episcopatum per simoniacam heresim contra ecclesiasticas sanctiones coemisset et eum administrare, ignarus omnino litterarum, non posset. Atrocissimae per se legationi adiecta est gravis contumelia. Adolescens quidam ex numero clericorum, et animis ferox et aetate, versiculum brevem ex psalterio proposuit: *Huius*, inquit, *capituli non misticum sensum, non allegoricam significationem, sed verbum ex verbo fidus interpres si mihi recte explicaveris, ego te omni quaestione liberatum, cunctis criminibus, quibus te impetimus, absolutum, dignissimum plane episcopatu pronunciabo.* Ille insolita re attonitus, cum, quid hoc esset, unde nova haec et inusitata mitium antehac clericorum asperitas procederet, turbulentus sciscitaretur, et dictis atrocibus responsa atrociora redderet, repente in medium procedunt legati sedis apostolicae, et praeter litteras, quas manibus praeferunt, viva voce ei ex nomine Romani pontificis denunciant, ut nullum deinceps pontificalis officii ius potestatemque habeat, sciatque, se apostolicae excommunicationis gladio de corpore universalis ecclesiae praecisum[d] esse, propterea quod obiectum sibi crimen simoniacae hereseos, totiens apostolicis epistolis Romam evocatus, purgare distulisset. Praecipiunt etiam clericis Babenbergensibus, ut nullum ultra ei tamquam episcopo honorem reverentiamque deferant, sed ab eius communione omni modo[e] se abstineant, ne deprehensi tamquam ecclesiasticae sanctionis transgressores, similem cum eo sortiantur[f] excommunicationis vindictam. Ibi primum episcopus circumventum se fraude clericorum suorum advertit. Quibus acriter insistentibus, ut quantocius episcopatu abdicatus abscederet, cum nulla ratione satisfacere posset, assererentque sub testificatione nominis divini, nullum se in ecclesia opus Dei acturos fore, ipso in ea persistente: incertus confususque animi misit ad episcopum Mogontinum, fidissimum sibi amicum, quem multis saepe beneficiis privatim et publice sibi devinxisset, quique omnium, quae in adquirendo vel administrando episcopatu gessisset, conscius sibi particepsque extitisset, rogavitque, ut quam citissime veniret et tumultuantem intestinis simultatibus clerum quoquo posset modo compesceret. Ille nihil moratus affuit, egitque, ut rogabatur, cum clericis, ne obliti pudoris ac modestiae suae, in episcopum suum, quem propter Deum patris loco venerari debuissent, sine causa exardescerent, cum eos nec dicto nec facto, quod iuste in querelam vocare possent, sciens provocasset, vel si quid quod eos laederet forte inscius admisisset, se cognitore atque arbitro paratus esset quovis modo satisfacere offensis; parcerent, si minus eius innocentiae, at honori atque existimationi propriae, ne ad contempnendos episcopos suos ceteri per orbem terrarum clerici hoc animarentur exemplo, et rebellionis atque contumaciae pestilens hic morbus, sumpto a Babenbergensibus initio[g], totum inficeret corpus gregis dominici. Nihil illi placationis, nihil laxamenti admittentes, gravissimis eum conviciis confutarunt, iustissime[h], dicentes, in eum quoque apostolicae excommunicationis anathema[i] procedere debuisse[k], qui hominem omnibus probris infa-

Iohann. 10, 12. Act. Ap. 8, 9. 18sq. Matth. 21, 12.

a) sudolus 5. b) *deletum* 3. c) aut 3. d) prescisum 3. e) omnino 4. f) exc. sort. 4. g) exemplo vel i. 3. h) i. d. *desunt* 3. i) pena 3. k) debuisset 1.

69) Litteras ipsas exhibent Harduini Concil. T. VI. p. 1. Epist. Gregor. VII. Lib. I, 84. II, 75. III, 1. 3.

matum et nihil in moribus, nihil in scientia dignum sacerdotio afferentem, per simoniacam heresim episcopum ordinasset; nec ad excusandas accusationes[a] in peccatis obtendere posse ignorantiam, cum actus eius omnemque vitae institutionem, tamquam qui in laribus suis diu familiarissime obversatus sit, optime cognovisset, et omnibus quae in coemendo episcopatu acta sint medius ipse atque intimus interfuisset. Videns archiepiscopus, obstinatos in contentione clericos nulla ratione mitigari[b] posse, ne quid pro amico suo intactum intemptatumque relinqueret, assumpto eo, Romam ire statuit, sperans, Romanum pontificem vel pecunia vel supplicatione expugnari posse, ut eum crimine atque anathemate absolveret. Sed inter eundum reputans, haut satis[c] tutum esse, ut eum, non prius explorato Romani pontificis animo, Romam perduceret, suasit ei, in extrinsecis ecclesiae Babenbergensis possessionibus reditum suum praestolari; et ipse cum paucis, ut instituerat, concitus Romam contendit. Quo dum venisset, vix et aegre, ut a Romano pontifice in communionem susciperetur, obtinuit, et qui alienis[d] criminibus patronum se paraverat, ipse de propriis insimulatus, quod Babenbergensem[e] episcopum per simoniacam heresim sciens ordinasset, pene gradus sui periculum incurrerat. Ad ultimum discedenti iussum est, ut ab eius communione omnino[f] abstineret et promulgatam adversus eum apostolicae excommunicationis sententiam omnibus Teutonici regni principibus notam faceret, et cum primum conficiendae rei temporis oportunitas arrisisset, alium pro eo Babenbergensibus episcopum ordinaret. Quod ubi Babenbergensi episcopo compertum est, nullam deinceps spem sibi reliquam nisi in clementia Romani pontificis fore ratus, conductis qui causam suam apud sedem apostolicam dicendi arte tuerentur, Romam perrexit. Sed Romani pontificis constantia et invictus adversus avariciam animus omnia excludebat argumenta humanae fallaciae. Multis lacrimis, multis supplicationibus, multis[g] rethorica arte compositis disceptationibus, vix hoc solum obtinuit, ut ea conditione anathemate absolveretur, quatenus, ubi primum[h] in patriam redisset, monasterium ingrederetur, atque ibi deinceps a cunctis in perpetuum seculi actibus feriatus, scandalizatam sua ambitione ecclesiam digna satisfactione defleret[70]. Ita regressus in patriam, cum iussa Romani pontificis retulisset ad milites suos, quibus se multa largitione admodum popularem acceptumque fecerat, vehementer restiterunt[i], indignissimum fore dicentes et nulla retro maiorum memoria in ecclesiis Galliarum hoc accidisse, ut sine publica audientia et canonica discussione, quod nec infimis quidem gradibus competeret, episcopus deponeretur; non hanc privatam illius esse iniuriam, ad communem pocius spectare contumeliam omnium, qui tuendae Babenbergensis ecclesiae dignitati operam suam deberent et eius episcopo sub iureiurando fidem dixissent; et ideo extrema omnia prius se[k] experturos esse, quam servatum ad sua tempora illius ecclesiae honorem sinerent foedissimo hoc exemplo contaminari. His ille promissis animatus, neglecto Romani pontificis decreto, Babenberg rediit, ibique 4 vel 5 ebdomadas commoratus, praeter altaris officium in ceteris omnibus, quae scilicet ad exteriorem episcopii administrationem pertinebant, nullo modo iure suo cedebat, irritam reputans excommunicationem, quam non canonice in se promulgatam cavillabatur. Quibus diebus in civitate Babenbergensi nullum publice actum est opus Dei, clericis refugientibus atque omnino execrantibus communionem eius. Ceteram[l] eius anni partem in extrinsecis Babenbergensis ecclesiae possessionibus, mili-

a) *ita* 1*. excusationes 1. 3. 4. 5. b) mitigare 4. c) *deest* 3. d) in a. 1. e) babengersem 5. f) omni modo 1. 5? g) multis r. a. c. d. *desunt* 3. h) *deest* 4. i) restituere 4. k) *deest* 4. l) Certam 3.

70) Scilicet Hermannum Bambergensem anno superiori Gregorius officio ad tempus abstinere iussit. Hoc vero, qui post Domini natalem 1075. fuit, variorum capitum a clero Bambergensi accusatum gravibus anathematum religionibus involvit, et ipsa muneris gerendi potestate in perpetuum exuit; de quo praeter Lambertum vide literas, quas ad clerum ille Bambergensem 12. Kalend. Maii et 13. Kalend. Augusti dedit, in diplomatum Bambergensium codicillo appendice n. 34. et 33. Sacrorum interdicto subditum ac dignitate depulsum literis Laurenti 13. Kalend. Aug. datis (quas l. d. n. 35. legas) Sifrido significavit, simulque praecepit, ut id sedis Moguntinae suffraganeis notum faceret, ac ecclesiae Bambergensi alium praeficeret ordinaretque pastorem. Hermanno hac pontificis sententia perculso aedis cathedralis canonici reverentiam denegabant, ac ut quantocius urbe et episcopio excederet, acriter satis exigebant. Quo factum, ut has deiectus in angustias Sifridum rogaret, ne miserum sua destitueret ope, sed quam primum Bambergam veniret; quod et ille sine mora fecit.

tum suorum praesidio fultus, exegit. Verum neque rex neque episcopus, neque alius quisquam qui sanum saperet, ei communicare volebat.

Rex pascha Wormaciae celebravit. Quo dum ad salutandum eum quidam ex principibus Saxoniae pergere instituissent, missi obviam eis legati denunciaverunt, ut ocius in sua redirent; alioquin haut tuto visuros esse faciem regis, quem post tam graves contumelias digna adhuc satisfactione non placassent[a]. Ibi primo malum, quod cervicibus impendebat, adverterunt. Rex, omnibus quae bello administrando necessaria erant affatim provisis[b] iam et instructis, solemni edicto cunctis qui in regno suo erant expeditionem indixit in Saxoniam; diemque et locum statuit coadunandi exercitus, videlicet 6. Idus Iunii, in possessione Herveldensis monasterii in loco[c] qui dicitur Bredingin[d]. Misit etiam legatos ad Saxones, qui tunc ineundi consilii gratia frequentes Goslariam convenerant, dicere eis, memorem se gravium iniuriarum, violatae regiae maiestatis et turpis fugae, qua extremo in periculo vitae consulere coactus fuisset; nec se cunctis generaliter Saxonibus crimen hoc intendere; paucos fuisse principes, qui imperitam multitudinem et naturali levitate semper novarum rerum avidam hac[e] rabie inflammassent; ab his concitatae seditionis et turbatae rei publicae poenam se, quoniam legibus non potuerit, armata manu exacturum[f]; proinde rogare se ceteros et sub interminatione gratiae suae[g] praecipere, ne hostes publicos armis aut opibus tueantur; si obediant, veniam se eis dare veteris culpae, quod tam inusitati facinoris socii participesque antehac extitissent; sin autem, excusationem deinceps non habituros esse peccati, quod scientes praemonitique admisissent. Ad haec Saxones: *Gratissimam*[h], aiebant, *habemus legationem; et nisi principes nostri de omnibus quae obiciuntur iuxta magnificentiam regiam ei satisfacere spondeant, eos sine mora vel captos et in vincula coniectos*[i] *eius examini reservabimus, vel in favillam redactis omnibus quae ad eos pertinent, Saxonia procul effugabimus. Quod si iustis et regio nomine dignis conditionibus parati sunt, vel obiecta purgare vel quae peccaverunt expiare, oramus et per Deum obtestamur, ut honori pocius suo quam iracundiae consulat, nec ante publicam principum ceterorum audientiam et legitimam discussionem aliquid in eos, quod se non deceat, decernat; diem pocius statuat, locum designet, copiam det, tuto coram veniendi et tuto causam dicendi, ut secundum palatinas leges*[71] *iusta examinatione habita, vel puniat convictos vel absolvat innocentes. Quod si ira immoderatior nullam admittit satisfactionem, nec alio pacto quam sanguine principum nostrorum restingui poterit, quid prodest ambiguis responsionibus sententias involvere? Extremae*[k] *impietatis fore iudicamus, ut principes nostros deseramus et eos pro nobis iugulandos obiciamus, quos haut dubie scimus nullo privato odio vel gratia, sed sola*[l] *tuendae salutis nostrae et vindicandae libertatis nostrae causa, contra regem arma sumpsisse. Quapropter id supplices petimus, ut eadem nobis et illis venia concedatur admissae praesumptionis, aut si nulla supplicationum victima expiari potest quod fecimus, eodem in nos et illos supplicio animadvertatur*[m]. Tunc Bucco Halberstatensis episcopus, Wecel[n] archiepiscopus Magadaburgensis, Magnus dux Saxoniae, Otto dux quondam Baioariae, et ceteri principes quos rex specialiter tam truculenta comminatione impetebat, dixerunt, nequaquam se sibi conscios esse, quod pacem, quae anno priore in Gerstingun[o] convenerat, facto aliquo vel dicto violassent. Nam si rex instinctu eorum vel consilio factum suspicaretur, ut ecclesia in Hartesburc[p] incenderetur, thesauri[q] diriperentur, corpora sepulchris eicerentur, aut aliud aliquid contra statutum illius conventionis perpetraretur: paratos se esse, ut quavis[r] conditione, quam modo ceteri principes regni aequam iudicassent, crimen refellerent et innocentiam suam assererent; insuper ipsam ecclesiam propriis impensis ambitiosius quam fuerat instaurarent[s], amplioribus ornamentis excolerent; omnia etiam, quae ineptum vulgus, maligno spiritu suscitatum, ausu nefario infregisset, diripuisset, temerasset, multiplicius restituerent; super haec omnia auri et argenti et praediorum suorum, quantum salvo pudore suo et regni[t]

Apr. 5.

71

a) placuissent 4. b) promissis 5. c) iocum 3. d) Bredingen 1. 4. 5. e) ac 4. f) coacturum 4. eos acturum 5. g) sua 3. h) gravissimam 1. 4? i) *deest* 4. k) Extrema 3. l) sole 4. m) animaduerterat 4. n) Wecil 3. o) Gerstungun 3. *semper*. p) Hartesburg 1. 4. 5. q) thes. — eicerentur *desunt* 3. r) quavis 5. s) insuper ipsam ecclesiam *repetit* 4. t) regia 3.

71) Mihi quidem non tam leges scriptae esse videntur, quam receptae consuetudines usus fori, in diiudicandis causis principum, quod in palatio sive coram rege iudicio parium ex legibus fieri debuit. KR.

April. Mai.

maiestate accipere vellet, prompta mente darent, dummodo in gratiam rediret, et gladium, quem in cervices eorum et in eversionem tocius Saxoniae iratus extenderat, placatus remitteret in vaginam. Quod si obstinatum adversus omnes preces et supplicationes animum gereret, se deinceps contra eum nec arma laturos nec aciem instructuros, sed nudis pedibus venienti obviam processuros, et sententiam, quamcumque vel iratus dictasset, porrecto iugulo excepturos. In haec verba nuncios regis dimiserunt, et ipsi protinus suos eadem ad eum[a] responsa deferentes destinarunt. Quos ubi rex advenire comperit, praecepit, ut nulla ratione in conspectum suum admitterentur, mandavitque eis per occultos indices[b], ut quantocius recederent, nec se oculis eius, cui contumeliam fecissent, sic temere ingererent; alioquin regia censura coherciturum se hostes publicos et insidiatores regni, qui sub praetextu legationis mendacia sua per populum sererent ad sollicitandos animos principum et expeditionem suam impediendam. Ita legati sine effectu reversi sunt. Iterum alios atque alios miserunt; sed eodem omnes rigore obfirmatas contra se tam fores quam aures regias invenerunt. Semel cum unus legatorum, captata loci et temporis oportunitate, se improvisus in conspectum regis proripuisset et quae in mandatis habebat proloqui coepisset, vix ad primum sermonis exordium dato silentio statim cum gravi indignatione reiectus est, et cum ab Oudalrico[c], quodam regio satellite, in crastinum servandus abductus vel pocius abreptus fuisset, proximo[d] mane, elusis custodibus, vix vita comite effugit.

Dehinc crebris legationibus adorti ducem Ruodolfum[e], ducem Berhtoldum[f], ducem Gozelonem et ceteros principes, quos superiore bello coniurationis socios habuerant, fidem implorant, foederis quod pepigissent[g. 72] admonent, obtestanturque[h] per Deum, per cuius nomen in unius eiusdemque[i] militiae sacramenta iurassent, ut[k] assint periclitantibus, et sicut prius gerendo bello favorem suum, ita nunc reparandae paci, quoniam eos belli poeniteat, auxilium consiliumque suum non subtrahant. Sed regis prudentia, qua supra[l] aetatem suam mirum in modum callebat, omnia sepserat, omnes vias, omnes aditus obstruxerat. Siquidem a cunctis principibus suis iusiurandum acceperat, quod nullas eorum legationes se inconsulto susciperent, quod eos nec armis publice nec consiliis secreto tutarentur, nec sibi pro eis preces aliquando supplicationesque deferrent, donec se acceptae ab eis ignominiae maculam digna animadversione eluisse[m], ipse iudex testisque fateretur. Ita quocumque intendissent, quamcumque viam pertemptassent, omnia obfirmata, implicata, impedita repererunt.

Exin[n] crebra per Saxoniam Thuringiamque conventicula faciunt, quid[o] facto opus sit, consulunt; discussis et eventilatis omnibus, quae tanto malo remedium aliquod polliceri videbantur, cum nulla usquam humani auxilii spes eluceret, statuunt unanimiter, a Deo sibi deinceps quaerendum esse subsidium, qui solus tam obstinatam regis ferocitatem emollire et rem implicitam expedire queat[p]. Iubent ergo, ut per totam Saxoniam et Thuringiam, depositis cultioribus indumentis[q], sacco et laneis vestiantur[r], cibo et potu statutis diebus abstineant, sumptus[s] in pauperes pro sua quisque re familiari conferant, et per ecclesias nudis pedibus discurrentes, Deum communi lamentatione deprecentur, ut manum suam, quae[t], humano ubique cessante adiutorio, sola iam possit opitulari, undique conclusis ad ereptionem eorum extendat. Praeterea placet, ut die, quo regis exercitus iuxta publicam indictionem in Bredingen[t*] coadunandus[u] conveniret, ipsi in loco qui dicitur Lupezen[v. 73], sex milibus ab eis disparati, castra locarent, et iterum atque iterum repetitis supplicationibus aures eius et principum eius obtundentes, si evincerent, gratias Deo; sin autem, in eodem loco venientem praestolati, collatis signis, aequissimo iudici Deo rem committerent.

Superveniunt etiam hinc Luticiorum, hinc Polenorum[w] nuncii, suam utrique operam, socias manus et pares ad cuncta, quae belli artibus transigenda sint, animos pollicentes; et quod parati sint, die quem[x] Saxones designaverint, armatorum copias quam maximas

a) r. ad eum 3. b) iudices 4. c) Vdalr. *omnes.* d) primo 3. e) Rudolfum *omnes.* f) Bertholdum 1. 3. 4. g) pepegissent 3. h) que *deest* 3. i) que *deest* 4. k) at 4. l) super 4. m) eluisset 4. n) Exinde 4. o) quod 5. p) queant 5. q) vestimentis *superscr.* indu 3. r) induantur *superscr.* vestiantur 4. s) sumptos 3. t) quam 3. qui 5. t*) *ita h. l. omnes.* u) coadunatus 1*. v) Lupesen 4. w) Polonorum 3. x) quam 3.

72) Virgil. Aen. X, 902. 73) Gross- et Wenigenlupniz (Luppeniz) inter Eisenach et Langensalza; cf. Wersebe über die Vertheilung Thüringens etc. II. p. 140 sqq. n. 262. 263.

in Saxoniam mittere, vel[a], si hoc malint, contra Danos et alias gentes, quas vulgatum erat ad irruptionem Saxoniae a rege sollicitatas esse, stationes[b] iugesque excubias agant, ut hac parte sollicitudinis exonerent alias occupatos. Hoc nuncio paululum recreatis animis, digressi, quantum temporis supererat usque ad diem coadunandi exercitus, in 5 ieiuniis et vigiliis exigunt, ecclesias indefessi obsident, in cinere volutantur et cilicio, noctes perinde ac dies precibus insumunt, nullum postremo religionis genus, quod ad placandum Deum ecclesiastica traditione comparatum sit, praetermittunt. Sed ira Dei, quae in eos exarserat, maior erat quam ut lacrimis restingui, hostiis et muneribus mitigari posset[c].

10 Rex pentecosten Wormaciae cum paucis celebravit, principibus in praeparationem militiae singulis privata sollicitudine occupatis. Statuta[d] die venit in Bredingen cum infinita multitudine, planeque omnium unanimi consensu constitit, nulla umquam retro maiorum memoria tantum exercitum, tam fortem, tam militariter instructum, in regno Teutonico a quoquam rege contractum fuisse. Quicquid in regno episcoporum erat, 15 quicquid ducum, quicquid comitum, quicquid ecclesiasticarum aut secularium dignitatum, omnes summa vi, summa ope in hoc bellum enisi convenerant. Nemo prorsus, nisi quem forte gravis admodum et omnino inexplicabilis necessitas excusasset, aberat. Episcopus Coloniensis causatus[e], impium fore, si calamitatis, quae oppressura esset fratrem suum Magadaburgensem episcopum et consobrinum suum Halberstatensem[f] episcopum, 20 spectator adesset, vacationem impetraverat, haut gravate hoc concedente rege, eo quod post primam defectionem invisum semper eum suspectumque[g] habuisset. Leodiensis[h] episcopus, vir praeter decrepitam aetatem longa etiam aegritudine exhaustus, reginam interim servandam susceperat, et hac occasione ipse quoque militia defungebatur. Uterque tamen milites suos amplissimo numero transmisit. Dux quoque Boemorum aderat, 25 tanto stipatus agmine, ut se solum bello Saxonico sufficere posse, vana spe elusus, arbitraretur. Wideradus abbas Fuldensis, praeter quod ab ineunte aetate uno pede graviter claudicaverat, iam per biennium ita paralisi dissolutus erat, ut nisi baculo aut ministrorum humeris innixus nusquam progredi posset. Eum tamen nec tam molesta valitudo excusare poterat a militia, id potissimum curante rege, ut omnium principum suorum 30 titulis ac fascibus quam maxime insignem faceret expeditionem. Cumque ad locum coadunandi exercitus ferventissima aestate vehiculo sedens pergeret, strepitu circumfusae multitudinis et vi concitati pulveris suffocatus, pene spiritum exalaverat. Relatus in monasterium, a stupore quidem mentis post paululum respiravit, nullum tamen ultra verbum proloqui potuit, atque ita deinceps per 6 ebdomadas gravissima corporis mole- 35 stia decoctus, 17. Kalendas Augusti humanis rebus exemptus est. Vir plane ferventis in Deum fidei, suis tamen omnibus admodum invisus, propterea quod in diebus eius Fuldense nomen multis calamitatibus vehementer attritum et pene omnino oblitteratum fuisset. Sed ad coeptum, unde digressi sumus, redeamus.

Mai. 24. Iun.

Missi a rege exploratores speculari exercitum Saxonum[i], retulerunt, eos multitu- 40 dine et armis haut impares, cetero belli apparatu etiam superiores esse; opes multas et sufficientes in longum quoque tempus sumptus convexisse; nihil permotos tantorum hostium adventu, in proximo castra locasse; post laborem itineris otioso iam animo, fixis[k] tentoriis, recreando corpori indulgere; hoc statuisse, ut legatos supplices de pace mittant, si non impetrent, aequo certamine adoriantur venientes. Facile et contemptim[l] 45 hoc auditum est ab his qui cum rege erant, passim iactantibus, nec ferreas vel[m] adamantinas acies multitudini[n] et virtuti suae inexpugnabiles fore; secum esse militem lectissimum, qui in faciendis stipendiis aetatem exegisset, et quem singuli principes, diligenti delectu[o] habito, de toto orbe exquisissent; illinc vulgus esse ineptum, agriculturae pocius quam militiae assuetum, quod non animo militari sed principum terrore 50 coactum, contra mores et instituta sua in aciem processisset, et ideo non expectaturum, ut commisso certamine comminus stricto ense feriret et feriretur, sed ante commissum praelium solo concurrentis exercitus strepitu et clamore terrendum, fugandum et fundendum esse[p]. Rex non tam metuebat, ne praelio, quam ne supplicatione vinceretur,

a) Sed 4. b) *deest* 3. c) potuisset *superscr.* posset 4. d) Statuta — multitudine *desunt* 3. 4. 5. e) causatur 5.
55 f) Halberstadensem 4. 5. g) susceptumque 5. h) Lediensis 5. i) Saxonum tum 4. Saxonicum 5. k) suis 3.
l) Facile in contemptum hoc 5. m) nec 4. n) m. sue et v. 3. o) dilectu 4. p) esset 1.

Iun. neu principes sui eis bellum inferre irreligiosum[a] ducerent, qui se ad quascumque conditiones pacatissimos[b] praeberent, et ignominiae suae vindicta, qua nihil ardentius cupiebat, e manibus sibi raperetur. Hoc praecavens quam maxime satagebat, ut ante exercitus committerent, quam legati Saxonum pacem postulaturi venirent; plurimum in hoc ipsum annitente[c] duce Suevorum Ruodolfo, propterea quod anno priore regnum affectasse infamatus, suspicionem hanc novis erga regem studiis abstergere cupidissime volebat[74].

Iun. 8. Profectus rex de Bredingin[d], die prima venit in Elenen[75]. Sequenti die praecipitato Iun. 9. nimium gradu duorum pene dierum iter confecit[e], atque in Beringe[76] castra posuit, haut multo a Saxonibus intervallo. Iam fixis[f] tentoriis singuli, quae exhaustis lassitudine corporibus necessaria forent, circumquaque dispersi providebant, rex etiam refrigerandi gratia se in lectum reclinaverat, cum subito dux Ruodolfus ingrediens nunciat, Saxones brevissimo spacio abesse, et incertum negligentes an ignaros advenientium hostium, inter epulas et pocula ineptis lascivire lusibus, quasi[g] vel ad punctum temporis inultum habeant, quod sumpta contra rem publicam et leges maiorum arma sic improbe conspectibus regis[h] invexissent; ignominiam hanc Teutonici regni nullis deinceps seculis abolendam esse; placere sibi, cum adhuc maior pars supersit diei, ut acies instruatur, praelium committatur, vel si praelium detrectantes intra[i] castra se tutentur, ipsa castra admoto exercitu expugnentur. Rex ei pronus in terram gratias agit, et huius beneficii quoad[k] vivat numquam se immemorem futurum, Deo in testimonium ascito, pollicetur. Ita ambo se tentorio proripiunt. Dato ad pugnam signo, ocius omnes assunt; longe lateque [patentes[l]] campos occupant; singuli duces suas seorsum[m] legiones instruunt. Et quia nec situs loci nec multitudo patiebatur, ut uno eodemque tempore omnibus una fieret manus conserendi copia, datum negocium est duci Ruodolfo, ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari scilicet Suevorum privilegio[77], quibus ab antiquis iam diebus lege latum est, ut in omni expeditione regis Teutonici ipsi exercitum praecedere et primi committere debeant. Ceteris iussum, ut propter[n] assistentes pugnantibus, prout res[o] posceret, auxilio concurrerent. Rex in quinta erat legione, quam ex lectissimis et erga se admodum spectatae fidei iuvenibus stipatam ornatissimamque instituerat[78]. Ita paulatim servatis ordinibus ad castra Saxonum procedunt[p].

Saxones, qui sibi stultissime persuaserant, spacium illud, quo a rege aberant, vix ab equite expedito, nedum ab exercitu, sarcinis aliisque impedimentis implicato, uno die transmitti posse, nihil minus quam regem eo die ad se perventurum suspicabantur; ideoque[q] vana securitate resoluti, omne studium ab armis ad curam corporum verterant; cum repente conspicantur caelum pulvere obtenebratum, exercitum, super arenam maris innumerabilem, totam adiacentis campi latitudinem instar locustarum occupasse, et fere iam emenso[r] quod in medio erat spacio, ad ipsa castra opprimenda, nisi maturent egredi, citato paululum gradu properare. Inopinata re trepidi, et se invicem inertiae, quod hostem non praevidissent, incusantes, protinus sublatis in caelum vocibus concla-

a) religiosum 1. b) paratissimos *ed.* 2. *Krause.* c) annuente 4. d) Breidingen 3. Bredingen 1. 5. e) fecit 4. f) suis 3. g) qui si 1. h) regis sic inv. 5. i) inter 4. k) q. v. n. *desunt* 3. l) *deest* 3. 4. m) deorsum 4. n) prope 3. o) *deest* 3. 4. 5. p. necessitas 3. p) procederet 4. q) ideo quod 4. r) emerso 4.

74) cf. Gerbert de Rudolpho Suev. p. 30. 75) Oberellen est pagus in praefectura Meiningensi Salzungen, ubique a ditione Isenacensi cinctus; Unterellen pagus ad praefecturam Isenacensem spectans. 76) Grossen-, Wolfs- et Oester-Behringen in praefectura Gotha ducatus Sax. Goth. sed ultimi etiam pagi pars ad ducatum Isenacensem pertinet. 77) In iure provinciali Alemannico (in Senckenberg. corp. iur. German. T. II. p. 330 sq.) cap. 276. (Gold. c. 272. Berg. p. 55. Schilt. c. 31.) n. 4. haec leguntur: *Indulsit etiam Suevis hoc* (Karolus M.)*, quod si imperii causa pugna esset suscipienda, ipsis ius esset, prima in acie ante omnes nationes pugnare eorumque ductor esse deberet Sueviae dux* etc. Suevorum enim ope Karolus Romam a. 799. expugnavit. Alii hunc honorem Suevis tributum a proelio in Hispania ad Roncevallim, alii ab expugnatione Mediolani repetunt. Poeta de bello Saxon. l. III. v. 141—143. canit:

Suevi, Boiarii, qui regis in agmine primo
Extant, quos celebrat numerosis fama triumphis,
Praecurrunt celeres primique feruntur in hostes.

Cf. Berthold. Const. a. 1075. Stenzel l. c. I. 328. Eiusd. Gesch. der d. Kriegsverfassung p. 227. — Koenigshofen Elsass. chronic. p. 327. et loc. poetar. vet. German., quos exhibent: Deutsche Sagen herausgeg. von den Brüdern Grimm. T. II. p. 125. N. 450. 78) Vid. Widukind. III, 44. SS. III. p. 458. et Hist. belli Sax. l. III. v. 69—74.

mant, arma rapiunt, portis prorumpunt. Pauci[a] loricis corpora muniunt, ceteri, dum Iun. 9. morarum impatientes ruunt, nec vestes, quibus se paulo ante largiori otio indulgentes exuerant, resumere meminerunt. Nullus alterum cunctantem operitur, sed singuli passim, prout ocius seriusve arma expedierant, accurrunt. Quam plurimi etiam trans fluvium
5 Unstrut longius metati, prius infeliciter gestae rei quam committendi certaminis nuncium acceperunt. Nec legiones ordinare angustia temporis sinebat, nec militem adhortari, nec castra consuetis stationibus munire, nec aliud quicquam facere, quod militaris disciplinae solemnitas exigebat. Repentinus regis adventus omnia praeverterat. Vix tandem ex illa trepidatione resumpto spiritu, cum in globum densissimum tumultuaria se statione
10 stipassent, non expectato signo, ut consuetudo est pugnaturis, equis subdunt calcaria, et summo nisu praecipites feruntur in adversarios, haut procul ab Hohenburg[b. 79]. Nec impetum sustinere vel ad horam Suevi potuissent, nisi loco motis iamque pedem retro ferentibus dux Welf cum exercitu Baioarico concurrisset[c]. Prima certaminis procella hastas et lanceas consumpsit; reliquam partem gladiis, qua pugnandi arte[d] plurimum
15 excellit miles Saxonicus, peragunt, praecincti singuli duobus vel tribus gladiis; tantaque vi, tanta ferocitate, tanta feriendi calliditate grassantur, ut hostibus etiam non minus admirationi quam terrori essent. Ibi Ernost marchio Baioariorum, vir in regno clarissimus et multis saepe adversum Ungarios victoriis insignis, graviter vulneratus est, et cum in castra semivivus relatus fuisset, postero die expiravit Ibi Engilbertus comes,
20 ibi duo filii Eberhardi comitis de Ellenburg[80], ibi quam plurimi nobiles ex Suevis, quam 80 plurimi ex Baioariis corruerunt; paucique admodum sine vulneribus praelio excesserunt. Ruodolfus dux multis saepe gladiis impetitus, quamquam tenacissimae loricae praesidio ictus omnes frustraretur, multis tamen ex assidua contusione membrorum affectus est incommodis[81]. In exercitu Saxonico praeclarissime enituit virtus Ottonis, ducis quondam
25 Baioariae. Is fortissimis[e] iuvenibus septus, modo in prima acie pugnam lacessere[82], ubicum- 82 que acrior vis hostium incubuisset comminus adesse, insistentium vultus gladio ferire, per hostiles cuneos quaquaversum viam sibi ferro[f] parare, modo in postremis cessantes adhortari, causae qua arma sumpserant admonere, et ut nunc, quod saepe quam sancte iurassent, libertatem suam manu vindicarent, omnes in commune per Deum obsecrare.
30 Strenue profecto et egregii militis et optimi ducis officio fungebatur[83]. Protractum a media die usque in horam nonam certamen iam in eo erat, ut duo duorum regnorum exercitus, Sueviae et Baioariae, terga verterent; et regi frequentes nuncii salutem suorum in extremo sitam nunciabant: cum repente ex uno latere Herimannus comes de Glizberg[g. 84], ex[h] alio latere Babenbergenses milites signa inferunt. Tum dux Boemorum, 84
35 tum Gozelo dux Luteringorum[i], multis prius periclitantium in praelio legationibus et supplicationibus fatigatus, suas uterque copias, incitatis ad cursum equis, immittit. Non ultra Saxones vim multitudinis sustinere poterant; paulatimque cedentes, cum inclinatas iam[k] ad fugam acies dux Otto restituere, obsecrando, increpando, inertiam desidiamque exprobrando, diu multumque conatus fuisset, tandem versis frenis omnes diversas in
40 partes aufugerunt. Tum[l] vero — ut semper in fuga hostium ignavissimis et fortissimis par solet esse audacia, par gloria — omnes in exercitu regis legiones confusis ordinibus, omnes etiam plebei ac rustici, qui castrorum usibus servilem operam dependebant, ocius se ad persequendos fugientes expediunt, equos calcaribus enecant, latissimos campos dicto citius transvolant, obstantia quaeque conculcant, fugientes, cum in
45 castra tamquam illic latibulum habituri se recepissent, captis castris et direptis exagitant, loca omnia, per quae fuga est, per miliaria duo vel tria circumquaque caedibus cruentant, cadaverum acervis exaggerant, et quia concitatus ungulis equorum pulvis oculis prospectum, rebus discrimen eripuerat, ut haut facile socios ab hostibus visu caligante secernere possent, quam plurimos ex sociis suis, dum hostes arbitrantur, interficiunt.

50 a) Paucis 5. b) Hoenburg 3. c) concurisset 4. d) *deest* 4. e) fortissimus 1. 4. f) *deest* 3. g) Glisberg 4. h) et 3. i) Lutoringorum 3. Lutteringorum 1. k) i. ad f. *bis scriptum* 4. l) Tunc 4.

79) Vide supra a. 1073. et cf. Stenzel I. p. 328. n. 14. Delius l. l. p. 88. n. 119. 80) Heinricus et Eberhardus dicuntur in Ann. Einsidl. SS. III. p. 146.
55 cf. Gerbert de Rudolpho p. 32. 81) cf. Bruno c. 46. 82) *pugnam lacessere*, cf. Virgil. Aen. V, 429. XI, 254. 83) cf. Sallust. Catil. c. 60. 84) V. Gebhardi hist. gen. Abh. II. p. 107. Wenck hist. Hass. III. p. 217.

Iun. 9. Principes Saxoniae et nobiles, praeter duos mediocri loco natos[85], omnes vivi integrique evadunt, tum peritia locorum, tum obtenebrati aeris densitate, tum equorum velocitate commodissime usi. Porro in vulgus pedestre, quod, congressis equitibus, adhuc in castris resederat, ita ultra modum omnem modestiamque debachata est hostilis feritas, ut christianae verecundiae obliti, pecudes sibi, non homines iugulare viderentur. Plurimam etiam partem fluvius Unstrut, dum metu gladii imminentis praecipitantius irruunt, obsorbuit. Caedi nox finem fecit, et quod ultra fluvium persequi fugientes haut satis tutum putaretur. Conversi milites ad spolia diripienda, tantam in castris hostium invenerunt ciborum affluentiam, tantam auri et argenti vestiumque preciosarum multitudinem, ut non ad bellum inferendum, sed ad epulum praebendum regis exercitui et ostentandam opum suarum magnificentiam, occurrisse viderentur.

Rex paulo post occasum solis inter faustas, ut solemne est, militum acclamationes in castra revertitur, laetus et aestuans gaudio[a], quod hostes infestissimos insigni victoria subegisset, maxime iactantibus passim militibus, quod illos et illos de primis principibus Saxoniae manu propria peremissent. Cumque ad locum congressionis reversi, alius dominum suum, alius patrem, alius fratrem, alius cognatum, aut alia quavis necessitudine sibi devinctum, in acie corruisse reperissent, laetitia omnis in moerorem, cantus versus est in vocem flentium; planctu et ululatu castra universa perstrepebant.

Iun. 10. Sequentem diem in eisdem castris agentes, occisos terra obruunt; qui clariores inter eos ditioresque extiterant, in patriam, unde quisque oriundus erat, sepeliendos remittunt; vulneratis curam adhibent; quos militiae in reliquum inutiles vulnera reddiderant, suis in patriam curandos destinant. Nec facile aestimari poterat, quot hac, quot illa in acie caesa essent milia; hoc tamen palam constante, plus hic nobilium, plus illic cecidisse plebeiae multitudinis, et propter amissionem clarissimorum virorum maius victores quam victos tulisse dispendium[86]. Moerore et luctu affectis omnibus, gravior accessit dolor et facti poenitentia, comperto, quod principes Saxoniae, quos ad unum interfectos pridie vano rumore vulgaverant, omnes integro numero viverent atque ad iterandum praelium novas denuo copias pleni animorum contraherent. Graviter nimis ferebant et inter se haut obscuris musitationibus fremebant, quod maximo sui piaculo, minimo rei publicae emolimento, manus suas[b] innoxiae plebis sanguine polluissent.

Rex ipse quam plurimum verebatur, ne miles in irritum fusi tanti sanguinis poenitens, religionis obtentu deinceps militiam detrectaret, quam sine peccato et gravi offensa Dei administrare non posset. Pessimae rei pessimum Mogontinus archiepiscopus remedium adhibuit. Collato cum paucis familiaribus regis consilio, repente processit in publicum, et principes Thuringiae, nec canonice ad sinodum evocatos, nec sinodali audientia secundum ecclesiasticas leges discussos, praecipiti sententia excommunicavit; ea scilicet causa, quod eum anno priore Erphesfurt[c], cum ad exigendas decimas assedisset, districtis gladiis intra[d] ecclesiam impetissent. Et ne quis ei forte hoc crimini daret, quod contra canonum scita miseros homines, tam inexplicabilibus negociis ad praesens implicitos, tam iniquo tempore adortus fuisset, quando tantis undique bellorum procellis iactati, non causis dicendis vacare, sed vitam suam fuga vel armis servare necesse haberent: ait, a Romano pontifice[e] sibi hoc permissum esse, ut absque legitimis induciis, absque legitima discussione, die quo sibi occurreret, eos iusto anathemate ab ecclesia recideret. Nullum tamen sapientem latere potuit, quo potissimum spectaret hoc factum, eo scilicet ut exercitus regis promptior deinceps fidentiorque adversum eos bellum gereret, de quorum occisione, si post excommunicationem occisi fuissent, putaret, se nec peccatis[f] obnoxium fore nec poenis quas leges ecclesiasticae statuunt homicidis.

Igitur movit exercitus de loco certaminis, et transita Thuringia[g], ingressus est Saxo-

a) gladio 1*. b) *deest* 4. c) Erphesfurdt 4. d) inter 4. e) sibi h. p. 3. f) se peccatis nec o. 4. g) turingia 1 (*semper*). 4.

85) Gebehardus, pater Lotharii imp., et Ernestus, pater Alberti marchionis. KR. Cf. Delius in diss. de comitibus Velthemio-Osterburg. (ap. Ledebur Archiv. T. V. fasc. 1. p. 53. annot. 44.), qui secundum Brunonem ex mediis Folcmarum et Liudgerum cecidisse monet, et fortasse in Lamberti chron. unam lineam excidisse putat, in qua mentio facta esset Gebhardi et Ernesti nobilium. — *Mediocri loco natus* infra quoque h. a. et a. 1076. legitur.

86) Ex Saxonibus ferme ad octo millia, ex regis exercitu quinque millia cecidisse, auctor est Berthold. Const.

niam, omnia circumquaque ferro et igne depopulans, tantasque in villis singulis reperit opes, fecundissima scilicet regione et nullis antehac bellis attacta[a], ut avidissimae plebi castrorum, quae sola spe rapinarum exercitum sequebatur, copia pareret fastidium. Rex tamen assiduas ad principes Saxoniae legationes tum suo tum principum suorum nomine destinabat, hortans eos, ut se dederent atque in clementia eius pocius quam in armis suis, quae semel infeliciter temptassent, spem sibi deinceps ponerent. Sed illi haut dubiis indiciis compertum habentes, quanto in eos odio aestuaret, extremae[b] dementiae esse iudicabant, ut ei praecipitanter sanguinis sui ius potestatemque facerent, cuius iram tantis ante expeditionem supplicationibus mitigare nequivissent. Tamen mandaverunt ei verbis supplicibus, se pacem quam bellum, clementiam eius quam indignationem[c] semper maluisse, et eam si alio precio quam proprio sanguine redimere potuissent, numquam ad haec extrema audenda experiendaque processuros fuisse; quod si vel nunc saltem post illatam cladem cor eius tetigisset Deus, ut calamitatibus eorum condoleret, quos pene usque[d] ad internitionem prostravisset, se hoc gratanter amplecti, et oblitteratis a corde suo omnibus malis, quibus in eos iram odiumque suum explesset, deinceps ei fidos devotosque futuros; si autem hoc aliter quam per dedicionem fieri non posset, consultius sibi esse, ut salva existimatione sua, incolumi libertate sua, in congressione publica morerentur, quam dediti ritu pecudum iugularentur, vel diu in custodia habiti, insuper fame et siti aliisque cruciatibus macerati, omni morte tristiorem vitam exigerent. Ad ultimum iussu regis profectus est episcopus Mogontinus et alii quidam ex principibus, et haec eadem viva voce cum eis egerunt, obsecrantes eos per Deum, ut, postquam male auspicato rem certamini commisissent et cladem multis posthac seculis non abolendam accepissent, nunc saltem, malo suo coacti, resipiscerent a stultitia, nec se gentemque[e] suam obstinata desperatione omnino perditum irent; se in conspectu omnia cernentis Dei fidem[f] interponere, quod, si se ultro dedidissent, aut eadem die aut brevissimo post tempore dedicione absolvendi essent, salvis sibi dignitatibus, beneficiis, praediis et aliis facultatibus suis. Econtra illi satis sibi aiebant re ipsa cognitam et spectatam esse et principum fidem et regis atrox atque implacabile[g] ingenium, cum post illas conditiones pacis, quas priore anno in Gerstingun[h] rex, principibus suffragium ferentibus, quam[i] sancte firmasset, tam crudeliter in eos culpae, quam tunc condonaverat, vindictam exercuisset, nec principum fides periclitantibus quicquam opis praesidiique contulisset; proinde frustra eos rogare, ut fidem suam nunc experiantur quasi incognitam, quam in campis Thuringiae luce clarius multo suo incommodo experti fuissent. Ita defixi in sententia persistentes, haut procul a Magadaburg locis munitissimis se continebant, quia, licet multitudine habundarent, congressionibus tamen deinceps abstinendum, nisi inevitabilis necessitas incidisset, decreverant. Tamen Uodo[k] marchio [pro se[l]] et episcopus Merseburgensis et pauci alii nobiles Saxoniae dedicioni consenserunt. Ex quibus Uodo[k] marchio, dato pro se obside filio suo, statim dedicione absolutus est; episcopus in monasterium Loressan[m] missus; alii diversis principibus, ut ad tempus servarentur, commendati sunt.

Rex usque Halberstat[n] cum exercitu venit, omnia, ut coeperat, circumquaque ferro et igne depopulans. Goslariam quoque cum paucis perrexit, parcens loco ditissimo et sibi semper gratissimo, ne[o] quam admissa multitudine sentiret depraedationis iniuriam. Cumque exercitus in dies fame et siti deperiret, veteri frumento partim igne, partim tantae multitudinis usibus absumpto, novo autem necdum maturo; cumque spes nulla esset, sine largioribus induciis et maioribus impensis bellum hoc confici posse: exoratus rex a principibus, Saxonia excessit, et transitis finibus Thuringiae, ubi Eschenewege[p] pervenit, exercitum dimisit, accepta a principibus firmissima sponsione, quod ad[q] iterandam expeditionem 11.[r] Kalendas Novembris maiores et ambitiosius instructas sibi in Gerstingun[s] copias adducturi essent.

Quo in tempore nunciatum est regi, Dietwinum Leodiensem episcopum, virum multis ornatum virtutibus et per plures iam annos sacerdotio perfunctum, ab hac luce migrasse[87].

a) tacta 3. b) e. d. e. i. *desunt* 4. c) indignitatem 1. d) ad internicionem usque 4. e) gentem 1. f) f. suam 1. 5? g) implicabile 4. h) Gerstungen 3. Gerstingin 4. i) tam 3. quas 4. k) Vdo *omnes*. l) *ita* 3. 4. 5. *sed verba* pro se *ex seqq. huc translata esse verisimile est.* m) Laressan 3. n) Halberstad 4. o) ne — iniuriam *desunt* 4. p) Eschenwege 3. q) *deest* 3. 4. 5. r) XVI. 4. s) Gerstungun 3.

87) Obiit d. 24. Mai.

Iul. Cui protinus rex per interventum Gozelonis ducis, propter eius excellens in militia meritum, successorem constituit Heinricum quendam Vertunensem[a] canonicum, ipsi duci consanguinitate proximum[88]. Quo ille beneficio regi devinctus, operam suam futurae expeditioni quam maximam pollicebatur.

Rex, dimisso exercitu, concitus Wormaciam venit. Nec multo post Burchardus praepositus[b] Treverensis ecclesiae, qui ad regem Ruzenorum[c] legatione regia functus ierat, reversus est, tantum regi deferens auri et argenti[d] et vestium preciosarum, ut nulla retro memoria tantum regno Teutonico uno tempore illatum referatur[89]. Qua regem mercede ad hoc tantum redimere volebat rex Ruzenorum, ut fratri suo, quem regno expulerat, adversum se non praeberet auxilium. Quod certe gratis etiam impetrare potuisset, quia intestinis ac domesticis bellis occupatus[e], ad externa tamque remotis gentibus inferenda bella nullo modo vacabat. Per se magno muneri magnum addidit[f] precium temporis oportunitas. Nam ingentibus[g] recentis belli expensis aerarium regis exhaustum fuerat, et miles vehementer instabat, nuper exactae militiae praemium efflagitans[h]; cui nisi ad votum regia largitione satisfecisset, haut dubie constabat, quod eum ad reliquam negocii partem, quae profecto maior restare timebatur[i], minus devotum habiturus esset.

Mogontinus archiepiscopus, efferatus in Halberstatensem[k] episcopum, pro eo quod per eum potissimum stetisse videretur, ne Saxones dedicioni consentirent, spirituali armatura debellare parat, quem militari manu non potuerat[l]. Legatum ei mittit, eumque ad sinodum evocat, intentans ei crimen periurii, ea de causa quod contra rem publicam et regem, cui sub iureiurando fidem spopondisset, instructam aciem dux ipse belli direxisset[m]; et hac occasione[n] episcopatu eum deturbare, si vota sequatur effectus, machinatur; parum recolens, se ipsum eadem noxa teneri, quia et ipse et cuncti principes regni, qui nunc partium regis erant, in haec eadem contra regem bella a principio coniuraverant. Sed nuncius metu hostium, per quorum terras transeundum erat, retardatus est, ne ad legitimas inducias, sicut solemne est, ei diem diceret; atque ita ineptum consilium eadem levitate evanuit, qua coeptum fuerat. Sinodum tamen eodem

Octob. anno mense Octobri Mogontiae[90] congregavit; ubi inter alios[o] qui convenerant aderat Curiensis episcopus, apostolicae[p] sedis litteras et mandata deferens, quibus ei sub interminatione gradus et ordinis sui praecipiebat, sicut antea quoque multis legationibus praeceperat, ut presbiteros omnes, qui intra suam diocesim essent, cogeret, aut in praesentiarum coniugibus renunciare, aut se in perpetuum sacri altaris ministerio[q] abdicare[r]. Quod dum facere vellet, exurgentes, qui undique assidebant, clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus et tocius corporis gestu in eum debachabantur, ut se vita comite sinodo excessurum desperaret. Sic tandem rei difficultate superatus, statuit, sibi deinceps tali quaestione omnino supersedendum, et Romano pontifici relinquendum, ut causam, quam ipse totiens[s] inutiliter proposuisset, ille per semet ipsum, quando vellet et quomodo vellet, peroraret.

Heinricus Spirensis episcopus cum iam thesauros ecclesiae Spirensis pene omnes puerili levitate dilapidasset et praedia militibus suis in beneficium erogasset, in tantum ut vix in dimidium annum sumptus ei ex reditibus ecclesiae ministrari possent, inopinata morte subtractus est. De cuius obitu dignam memoria visionem vidit clericus quidam, qui ei defuncto protinus in episcopatum successit, nomine Huzmannus[u]. Putabat se in choro Spirensi cum episcopo et ceteris clericis stare; et ecce ingrediebantur chorum tres viri, unus exacta[v] aetate, canicie veneranda, duo iuvenes, tamquam in obsequium senioris destinati. Cumque in medio chori aliquamdiu taciti constitissent, ait senior his qui circa se erant iuvenibus: *Quid tardatis, quod vobis iussum est explere?* At illi: *Tuum,* inquiunt, *pater, est, primo adversus eum dictare sententiam, et nos sine dilatione quicquid iudicaveris exequemur.* Et ille: *Propter multa*, inquit, *mala, quae in locum hunc et in*

a) *ita omnes.* b) Tr. ecclesiae p. 3. c) Rusenorum regia l. 4. d) def. regi argenti et auri 3. e) implicatus 3. f) adidit 4. g) ingentis 1*. h) exagitans 4. i) videbatur et tim. 4. k) Halberstadensem 4. l) poterat 4. m) dixisset 1. duxisset *ed.* 2. n) et h. o. *bis scriptum* 4. o) alios episcopos 1. p) *Hoc loco in* 3. *alia manus incipit.* q) misterio 3. r) abdicaret 4. s) timens 4. u) Husmannus 4. v) exacte 3. exucta (?) 1*.

88) Filium Friderici comitis Tullensis. 89) cf. supra p. 219. et vid. Karamsin hist. Russ. II. 65. et Stenzel I. 334 sq. 90) Vid. I. A. Schmid l. c. p. 291 sq.

sanctam Dei genitricem operatus est, egressa est a Deo sententia, ut interficiatur. Ad hanc vocem corripientes episcopum, decollaverunt, et truncum in ligno crucis, quod in eadem ecclesia in sublime elatum stabat, suspenderunt. Cumque mane facto clericus, nimio horrore concussus, episcopo somnium retulisset, visus est ei quasi deliramenta loqui, et
5 propter sospitatem corporis sui optimeque constantem omnibus membris vigorem suum, nullum tam e vicino imminentis exitii sensum admisit. Et ecce septimo dehinc[a] die, cum ad vespertinalem sinaxim cum fratribus in choro staret, sensit repente, parvulam sibi instar[b] puncti pustulam in collo excrescere, qua paulatim in immensum intumescente, ante mediam noctem defunctus est[91].

10 Post abductum de Saxonia regis exercitum, iterum Saxones et Thuringi crebra conventicula faciebant, in quibus plebs contra principes, et principes contra plebem gravissima simultate tumultuabantur. Succensebat plebs principibus, quod eam ad sumenda contra regem arma importunis suasionibus impulissent, et nunc, cum ad certamen ventum esset, ipsi fuga elapsi, plebem prosternendam, conculcandam et ritu inertium pecu-
15 dum iugulandam hostibus exposuissent. Irascebantur principes plebi, quod, ipsis in aciem progressis et pro numero suo satis impigre rem gerentibus, plebs intra castra inerti otio desedisset, et periclitantibus plurimum irritae spei, nihil opis praesidiique diu expectata contulisset. Tum[d] vero omnes in commune Saxones omnes Thuringos infestissime aversabantur, et cum his iustius quam cum rege bellum sibi fore dicebant,
20 quod, in fugam verso Saxonico exercitu, Thuringi per omnes vias et compita[e] oppositi, fugientes invaderent, raperent, lacerarent, et ignominiosa nuditate foedatos de suis finibus effugarent. Iam in eo erat, ut ad vim[f] magnumque aliquod malum iurgia spectare viderentur. Sed episcopus Halberstadensis[g] et Otto dux quondam Baioariae, quorum potissimum consilio bellum Saxonicum administrabatur, efferatae multitudinis animos
25 salubri moderatione mitigabant; orantes eos per Deum, ne arma, quae pro vindicanda libertate sua concorditer sumpsissent, nunc diabolico furore raptati, in propria viscera retorquerent[h], neu hostibus suis, qui luctuosam a se victoriam reportassent, per intestinam hanc seditionem animos audaciamque repararent. Praeterea cernentes, quod infractam prima adversitate plebem vehementer iam belli poeniteret pariter et taederet,
30 veriti etiam, ut semper varium et instabile est plebis ingenium[92], ne ipsos principes captos regi traderent et suam salutem eorum sanguine redimerent, retulerunt ad eos de pace instauranda, suaseruntque, ut, quoniam semel accepta clades belli eis[i] taedium horroremque incussisset[k], omnem nunc operam verterent ad placandam regis adversum se indignationem. Gratanter nimis hoc auditum acceptumque est ab omni plebe. Sta-
35 timque episcopum Premensem et Uodonem[l] marchionem, collato consilio, ad regem miserunt, orare per Deum, ut saltem nunc sanguine eorum exsaturatus, iracundiae suae modum poneret, nec exiguum gentis Saxonicae, quod atrocissimae caedi superfuerat, usque ad internitionem deleret; diem pocius locumque constitueret, quo tuto venire, tuto causam dicere liceret; se iuxta iurisdictionem omnium regni principum de omni iniuria,
40 qua se laesum diceret, paratos ei ad votum satisfacere, omnem postremo satisfactionem proponere, omnia, salva modo vita et libertate, libenter passuros fore, si tantum expeditionem, quam adversum se omnibus regni principibus indictam comperissent, ad tempus inhiberet. Ad haec rex ait, se nec eis nec cuiquam iustam satisfactionem de culpa proponenti veniam negaturum, de tanto autem tamque[m] atroci negocio praecipitanter
45 sententiam ferre nec velle nec debere, donec principes regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam laesae regiae maiestatis iniuria redundaret, et quorum tam virtute bellum transigendum quam consilio pax reparanda esset, praesertim cum iam saepenumero bona et pacifica promittentes fefellissent; se principibus suis in expeditionem coadunandi exercitus diem II. Kalendas Novembris constituisse in Gerstingun;
50 si eos patrati facinoris revera poeniteret, eo venirent, accepturi illic, quamcumque[n] regni

Iul. Aug.

92

a) die hinc die *deleto primo* die 3. b) puncti instar 4. d) Tunc 4. e) competa 3. f) adm̄ 3. g) *ita omnes hoc loco.* h) retorte querent 5. i) eius 1. 5? k) incusisset 4. l) Vdonem *omnes.* m) tanquam 3. n) quecumque — equa 3.

91) Cf. Bertholdi Const. chron. et Bernoldi opusc. III. epist. 3. ad Alboin. n. 22. ed. Usserm. T. II.
55 p. 268, qui tamen in nonnullis a Lamberti narratione recedunt. 92) Virgil. Aen. IV, 569. Sall. Cat. c. 5.

Aug.? principes aequam iudicassent pro admissa temeritate sententiam. Hoc ubi Saxonibus nunciatum est, ingens eos metus invasit; omnesque certatim animi conatus intendunt ad placandam[a], quoquo modo possint, regis iracundiam, ea prae omnibus cura habita, ut expeditionem, quae tam atrociter indicta fuerat, praeverterent; recolentes, quantum calamitatis superiore expeditione accepissent, et haut dubie scientes, quod infestiorem nunc hostem instaurata post fugam bella sibi redditura essent. Itaque supra memoratos nuncios et cum his[b] Hildinisheimensem[c] episcopum mittunt, nec regi solum sed cunctis etiam principibus pro recuperatione pacis obnixius supplicare iubent; omnem admissi facinoris satisfactionem, etiam supra leges et natales suos, promittunt. Et ne verbis minus fidei sit, obsides ipsis legatis, quantos accipere velint, tradunt, quibus se obligent, nulla umquam levitate, nulla necessitate, nulla ingruentium casuum mutabilitate, promissionibus suis defuturos fore. Sed rex, comperto per occultos indices quod id molirentur, omnibus modis satagebat, ne qua deinceps ante instructam expeditionem legatis Saxonum copia fieret colloquendi secum; praecavens scilicet, ne forte principes regni, supplicationibus eorum et satisfactionis humilitate evicti[d], clementiorem in eos animum acciperent. Quin immo tam honori quam iracundiae suae hoc consultius[e] fore iudicabat, ut, si fieri posset, novis occasionibus veteres inimicitiae instaurarentur, et vulnus, quod praepropere in cicatricem obduci metuebat, recentibus plagis exulceraretur. Ad hoc efficiendum novo et exquisito utitur artificio. Simulat se a Salomone, viro sororis suae, rege Ungariorum, in Ungariam evocatum, ut lites, quae inter ipsum erant et Ioiadam[f], qui eum regno expulerat, habito cum utrisque familiari colloquio, componeret.

Septbr. Huius itineris praetextu, elusis omnibus regni principibus, in[g] Boemiam proficiscitur; nullum secum habens ex principibus praeter Herimannum comitem de Glizberg[h], equites autem expeditos et tanto negocio allectissimos[i] pene quingentos, qui, reiectis sarcinis et ceteris bellorum impedimentis, itineri tantum et certamini se expedierant. Assumpto in Boemia duce et exercitu Boemico, per occultos ac difficillimos[k] tramites in Saxoniam contendit, sperans, se eos, ut dici solet, inter oscitantes[93], cum inopinatus irrueret, facile oppressurum, aut si rebellare temptarent, iustam deinceps adversum eos belli et satisfactionis non suscipiendae causam habiturum. Igitur usque Misenen pervenit urbem, sitam in confinio Boemiae et Saxoniae. Ibi a civibus pacifice in civitatem susceptus, episcopum[94] civitatis ipsius comprehendit, omnia quae eius erant diripuit, hoc solo reum maiestatis eum adiudicans, quod toto tempore belli Saxonici nullos ad eum servatae erga rem publicam fidei indices, nuncios vel litteras destinasset. Ceterum homo ecclesiasticae paupertatis, et nihil aut parum habens pompae militaris, vota forsitan contra rem publicam facere, arma ferre non poterat, nec magnum vel his vel illis partibus momentum amicus sive inimicus extitisset. Paulo ulterius progressus, villas nonnullas incendit, homines plerosque ingenuos in dedicionem accepit, cum repente praemissi exploratores retulerunt, iam dudum consilii[l] huius famam ad Saxones praevenisse, eosque, contractis plus quam 15 milibus armatorum, haut procul castra posuisse, paratos cum eo proxima die, nisi satisfactionem eorum pacisque conditiones ultro susciperet, collatis signis confligere; postremo de eius suorumque omnium salute actum esse, si vel ultra progredi vel in eisdem castris posteram diem operiri vellet, praesertim cum nullum undique conclusis effugium pateret, nec periculum manu propulsare multitudine impares possent. Ingens omnes qui cum rege erant metus perculit, vehementerque eius ineptiam incusabant, quod, cum successus suos nimium ipse urgeret et morarum impatiens multorum annorum bella uno impetu conficere immoderata praesumptione festinaret, se suosque hostibus puerili levitate prodidisset. Eorum monitis obtemperans, citato quantum poterat reditu, in Boemiam, unde eruperat, se recepit. Quem abeuntem

a) placandum 4. b) *deest* 4. c) Hildinishemensem 3. Hildinesheimensem 4. d) deuicti 4. e) et stultius *post corr.* consultius 3. f) Ioiadem *superscripto* a 4. g) in — principibus *desunt* 4. h) Glisberg 4. i) elect. *corr.* alect. 3. k) difficilimos 1. 4. l) consili 3.

93) *interoscitantes* in ed. I. uno voc. typis exscriptum videtur, quod praeferrem, si scriptores medii aevi *interoscitare* dixisse exemplis probari posset. — Cf. Terent. Andr. 1, 2, 10. (7.): *Sperantes iam amoto metu, interea oscitantes Opprimi*, ubi oscitans, auctore Donato, securum et nihil providentem significat. Fort. Lambertus Terentium sequutus scripsit: *interea oscitantes.* 94) Bennonem.

quidam ex Saxonibus expediti equites, insciis principibus insecuti, priusquam Saxonia excederet, oppressissent, nisi Boto comes[95], qui ad Saxones a rege orator ierat provocare eos ad dedicionem vel, quod verius est, vana pollicitatione veniae implicare eos, ne persequerentur abeuntem, hac arte eos fefellisset. Digrediens a castris Saxonum, cum eos paulatim vestigia sua insequi cerneret, iter unius diei, quo ad regem redire poterat, longos anfractus[a] et longa viarum dispendia legendo, vix triduo confecit, ut per hanc scilicet moram rex, elusis hostibus, in tutum evadere potuisset. Ita periculo liberatus rex, militem suum, labore et vigiliis, tum potissimum fame ac siti pene usque ad defectionem spiritus confectum, post paucos dies Ratisponam reduxit, e vicino iam imminente die, quo in expeditionem exercitus adunandus erat; invenitque ibi legatos Saxonum, multo iam tempore reditum eius praestolantes. Quos responsum differendo diu suspensos tenuit, ut redire ad suos, nisi sub ipso imminentis iam expeditionis articulo et pene incumbente iam cervicibus eorum hostili gladio, non possent. Cumque sub idem fere tempus Dedi[b] marchio, longa aegritudine absumptus, decessisset, marcham eius Boemico duci in praemium exactae militiae dedit[96], tametsi uxor marchionis Adala filium suum, cui hereditaria successione marcha debebatur, ei paulo ante pro se obsidem misisset, et ipse marchio post recuperatam pacem in Gerstingun[c] intemeratam semper erga regem remque publicam fidem servasset.

Interea Saxones et Thuringi inter spem et metum, inter pacem et bellum, inter comminationes et supplicationes, vario curarum aestu fluctuabant[97], nec quid agerent, quo se verterent, quibus modis impeditam rem explicarent, crebra conventicula facientes, deliberare poterant. Censebant alii, quoniam rex ad internitionem[d] tocius Saxonicae gentis animum obstinasset, ut quicquid Saxoniae vel Thuringiae hostilis exercitus reliquum fecisset, id ipsi[e] iniecto igne absumerent, et sic cum omnibus suis ultra fluvium Albim commearent; alii, ut[f] Luticios[g], infestissimam nomini christiano gentem, finibus suis excirent, et barbaro milite adversus barbarum atque[h] implacabilem hostem uterentur; alii, ut castella, quae rex per Thuringiam et Saxoniam dirui iusserat, instaurarent, et locorum difficultate, quoniam armis non possent, salutem suam, quoad indignatio domini deflagraret, tutarentur. Sed plebs omnem spem suam ab armis ad preces verterat; quae si non proficerent, incunctanter animo fixerat[i], omnia foeda etiam atque crudelia potius tolerare, quam se certamini committere et ancipitem fortunae aleam, quam semel infausta congressione experta fuisset, denuo temptare. Econtra principes, quibus primum auctoribus ea rabies inarserat, sedulo instabant, obsecrantes, ut pristinae virtutis memores crimen non inferrent gloriae suae nec optime coepta foedissime nunc desererent; quod prima congressione res secus cessisset, id causae extitisse, quod nec regem nec principem habuissent, cuius ductu et auspicio bellum gerere, ad cuius imperium castra locare, in aciem procedere, manum cum hostibus conferre, et cetera militaris disciplinae munia observare, sacramenti militaris religione cogerentur; si is[k] scrupulus ademptus esset, nullum regem, nullum deinceps exercitum virtuti Saxonicae insuperabilem fore; proinde malae rei, pessimae spei, unicum hoc remedium et adversus insolentiam hostium vehemens telum esse, si regem sibi[l] crearent et in eius verba iurarent[98], se pro patria, pro coniugibus, pro liberis, [pro[m] legibus], pro libertate sua, usque ad mortem militaturos esse. In his et huiuscemodi deliberationibus cum saepe septem, saepe 14 dies continua consultatione trivissent, incertiores semper quam venerant domum revertebantur. Ita cum omnia[n] deliberando pertemptassent, omnia discussissent, propter acceptae cladis recentem memoriam nihil rationibus suis satis tutum, satis firmum putabant.

Rex 11. Kalendas Novembris iuxta condictum venit in Gerstingun[o]. Venerunt omnes Teutonici regni episcopi et comites; aderat Tiodericus[p] dux Mosellae regionis; aderat

a) anfractos 4. *et ed.* 2. b) Dedo 1*. c) Gerstimgun 3. d) internecionem 4. *iam saepius.* e) ipso 5. f) *deest* 4. g) luiticios i. nomino 5. h) et 4. i) fuerat 3. k) his 3. l) vel 3. m) p. l. *desunt* 3. 4. 5. n) *deest* 4. o) Gerstimgun 3. p) Theodericus 3. Diodericus 1.

95) Idem videtur qui supra a. 1073. 96) Vid. Wenck de Henrico I. Misniae march. commentat. II. p. 7. 97) cf. Virg. Aen. IV, 532. 564. VIII, 19; *magno curarum fluctuat aestu.* 98) *et in ei. verba iurarent,* Horat. Epod. 15, 4. Epist. I, 1, 14. et ap. Livium.

Oct. 22. Gozelo[a] dux Luteringiae[b], tantas habens copias, ita militaribus armis instructas, ita de tota cui praeerat regione, severissimo delectu[c] habito, exquisitas, ut solae ceterum regis exercitum et numero et bellici apparatus gloria praecellere ac supergredi viderentur. Alii duces, Ruodolfus scilicet dux Suevorum, Welf dux Baioariorum, Bertoldus dux Carentinorum, regi auxilium suum petenti denegaverant, poenitentes, ut aiebant, superiori expeditione in irritum fusi tanti sanguinis; offensi etiam regis immiti atque implacabili ingenio, cuius iracundiae incendium nec lacrimae Saxonum nec inundantes campis Thuringiae rivi sanguinis restinguere potuissent. Ceteri tamen principes, qui frequentissimi convenerant, magnum satis ac validum exercitum fecerant, ei tamen longe ac longe imparem, quem prior illa expeditio contraxerat. Saxones et Thuringi, ultima iam necessitate exciti, amplissimo numero convenere, et positis castris haut procul a curte regia Northusun, archiepiscopum Premensem, episcopum Hiltinisheimensem[d], Uodonem[e] marchionem regi obviam in Gerstingun miserunt; obnixe postulantes, ut a latere suo principes quos vellet ad eos transmitteret; paratos se, collato cum eis consilio, omnibus quae iusta sint[f] promptissime assensum praebere. Abnuit rex, nec principes suos de tam remotis regni partibus ad sententias dicendas confluxisse, sed ut manu militari ab hostibus communes rei publicae iniurias expostularent. Sed cum ei hoc vix et aegre supplicatio legatorum extorsisset, nullus erat ex principibus, qui eo munere fungi consentiret; singulis videlicet timentibus, ne vel apud regem perfidiae notarentur, si quid in Saxones clementius agerent, vel apud Saxones mendacii crimine infamarentur, si veniam eis admissi pollicerentur[g], quam incunctanter scirent nullam eos a rege conse-
Oct. 24. cuturos. Triduo in hac cunctatione cessatum est, legatis assiduo euntibus ac redeuntibus atque in eadem verba regis et omnium principum aures obtundentibus. Nec propterea rex profectionem distulit, sed instructo exercitu, praelatis militaribus signis, lento cottidie gradu, in ulteriora populabundus contendebat. Tandem placuit mitti ad eos Mogontinum archiepiscopum, Salzburgensem archiepiscopum[99], Augustensem episcopum[1], Wirciburgensem[h] episcopum[2], et cum his ducem Gozelonem[i], cuius potissimum in ea expeditione auctoritas valebat, et in eo omnium quae agenda erant summa et cardo vertebatur, pro eo quod, licet statura pusillus et gibbo deformis[k] esset, tamen opum gloria et militum lectissimorum copia, tum sapientiae et eloquii maturitate, ceteris principibus quam plurimum eminebat. Hos quinque nominatim ad colloquium suum Saxones expetierant, quod hos constantissimae fidei et veritatis esse compererant, et quicquid hi spopondissent, ratum fore haut dubio credebant. Cumque in castra Saxonum venissent, provoluti pedibus eorum principes Saxoniae[l], obtestabantur per Deum, ut calamitatis eorum misererentur, quos regis inclementia et primo ad audendum[m] hoc immane facinus coegisset et nunc victos et pene usque ad internitionem deletos ad exitiales cruciatus insatiabili odio deposceret. Quod si legibus, si iudiciis, si more maiorum innocentiam suam asserere permittantur, facile crimen refellant, et se acceptas in Gerstingun pacis conditiones nullo deinceps ausu temerario violasse probent, vel si probare nequeant, poenas, quas leges et scita maiorum in similium criminum reos sanxerint, persolvere non abnuant. Nunc[n] vero novo crudelitatis genere innocentibus refellendi criminis copiam non dari, placationem non recipi, satisfactionem non admitti, sed semel conceptae indignationis virus ita penitus imis insedisse visceribus, ut non alio medicamine quam tocius Saxonicae gentis exterminio sedari valeat. Proinde videant ipsi, memores humanarum rerum, ne forte pestilentis huius exempli contagium, sumpto ab Saxonibus exordio, ceteros etiam quandoque regni principes inficiat; et ita nunc infelicibus eventis Saxonum moderentur, ita[o] calicem hunc fellis et absinthii misceant et propinent Saxonibus, ut sibi quoque paulo post eundem meminerint esse bibendum. Se iam, incisa spe, omissa deinceps salutis propriae cura, hoc firmiter animo statuisse, ut, quicquid illi agendum censeant, suadeant, iubeant, incunctanter agant, nec suarum partium studio patiantur ulterius tocius rei publicae statum periclitari. Ad haec illi responderunt, se causam, qua primum adversus regem arma sumpserint, non admodum improbare, nec placere

Ierem. thren. 3, 19.

a) Gozzelo 1. b) Lauteringie 3. Lutteringiae 1. 4. c) dilectu 3. 4. 5. (*quod Lambertum scripsisse putarim; cf. supra p. . W.*) d) Hiltinishemensem 3. 5. Hildenesheimensem 1. e) *ita* 3. f) sunt 4. g) pollicitarentur 4. h) Wirzeb. 3. Werzeb. 1. 4. 5. i) Goselonem 4. k) difformis 4. l) saxonice 3. m) audiendum 3. n) Nec 5. o) ita ut 4.

99) Gebehardus. 1) Embricho. 2) Adalbero.

sibi obstinatum ad perniciem eorum regis animum et pertinax odium; consensisse tamen in hoc omnes regni principes, de usurpato in re publica novo hoc et multis retro seculis inaudito facinore non aliter regi vel rei publicae posse satisfieri, quam ut se absque ulla exceptione dedant; sibi autem, quorum hoc[a] consilio agant[b], curae futurum, ut nihil ex hac dedicione, quod saluti eorum, quod honori, quod rei familiari officiat, experiantur. Adversus hanc vocem vehementer infremuit vulgus Saxonicum; durumque omnibus visum est et intolerabile, ei[c] sanguinis sui ius potestatemque facere, cuius[d] crudelitatis tam clara cepissent experimenta; qui post depopulationes Thuringiae et Saxoniae, post multa hominum milia[e] caesa, adhuc spirans minarum et caedis, omnia adversum eos mundi regna concitasset; cuius iracundiae in secundis rebus non pietas, non miseratio, non Dei, non hominum respectus umquam modum fecissent; satius[f] sibi fore, ut aequo certamine congressi, more virorum fortium moriantur in bello, quam ut in exiliis et carceribus ritu pecudum[g] iugulati, ridiculum hostibus suis spectaculum praebeant. Econtra illi sedulo instabant deprecantes, ut salutaribus monitis adquiescerent, neque exiguum Saxonici nominis, quod caedi ac depopulationi superfuisset, vana desperatione perditum irent; se, si minus salutis eorum, at propriae existimationis curam permaximam habere, qui profecto maculam sibi et crimen, nulla deinceps aetate, nulla virtute abolendum, contraherent, si[h] fidei suae creditos adversitatis cuiusquam vel levis aura perstringeret; proinde ituros se ad regem, et si tuto fidem dicere, tuto veniam polliceri possent, comperturos, et quae comperta fuissent, die postera renunciaturos. Rex gratissime amplexus pacis conventionem, promisit, et sicut vulgata in plurimos fama loquebatur, etiam iusiurandum dedit, nihil se in eos, si dediti fuissent, praeter voluntatem et sententiam acturum eorum, quorum opera et beneficio incruenta sibi haec victoria obtigisset. Saepe itum ac reditum est. Saepe Saxones, refutato dedicionis consilio, arma expediri atque in aciem signa efferri conclamaverant, dum omnia fide regis tutiora sibi arbitrarentur. Sed Gozelo[i] dux et qui cum eo erant[k] satis impigros se exibuerunt negocio, et ferocientis multitudinis tumultum nunc minis nunc blandimentis comprimebant; pollicentes, et quia verbis parum fidei erat, etiam sub iureiurando confirmantes, non salutis, non libertatis, non praediorum, non beneficiorum, non ceterae suppellectilis suae ullam eos iacturam sensuros, sed postquam faciem regis et regni maiestatem momentanea satisfactione magnificassent, statim dedicione absolvendos et patriae libertatique, in nullis imminuto sibi conditionis suae statu, restituendos esse. Non verba, non iuramenta, non promissiones ullae principibus Saxoniae metum ademerant; sed quia nec utiliter hostibus congredi, numero ac virtute impares, valebant, nec bellum diutius trahi, plebe[l] iam olim taedio affecta et pacis recuperandae cupidissima, poterat: post longas deliberationes, post multas tergiversationes, lacrimantes atque alta suspiria ab imis trahentes visceribus, tandem dedicioni consenserunt, et fidem principum regisque clementiam propriae salutis periculo experiri statuerunt. Quod ubi protinus per exercitum regis celebris rumor vulgaverat, ingens gaudium, vehemens erat gratulatio, omnique triumpho illustriorem, omnibus spoliis opimiorem aestimabant victoriam, quod adempta sibi fuisset necessitas cum his manum denuo conferendi, qui prima congressione, extinctis pene omnibus Sueviae ac Baioariae luminibus, luctuosam victoribus victi cladem intulissent.

Oct. 25. Postera die rex ad suscipiendos eos in media[m] late patentis campi planicie, in loco qui dicitur Spiraha[3] assedit, toto exercitu ad hoc spectaculum solemniter evocato, latissimo inter constipatam multitudinem vacante spacio; ubi dum procederent, tocius exercitus oculis conspicui forent. Igitur introducuntur per ordinem Saxoniae ac Thuringiae primo principes[4], Wezil[n] archiepiscopus Magadaburgensis, Bucco episcopus Halberstadensis, Otto dux quondam Baioariae, Magnus dux Saxoniae, Herimannus comes, patruus

a) *deest* 4. b) agatur 3. c) eis 5. d) *deest* 5. e) multa milia h. 5. f) satis 4. g) pecodum 3. h) si — perstringerent *desunt* 4. i) Goselo 4. Gezelo 5. Gozzilo 1. k) e. episcopi 1. l) plebi 4. m) medio 3. n) Wezum 3.

3) Vicus est ditionis Sondershusanae, prope Helbam fluvium inter oppida Greussen et Kindelbrücken; cf. Stenzel I. p. 341. 4) Sub *principibus* Schraderus l. c. p. 77. not. 20. et p. 83 sq. not. 40. intelligit episcopos, duces et comites, sub *ingenuis* eos qui et natalium splendore aut opum et divitiarum magnitudine inter ceteros eminebant.

Oct. 25. eius, Fridericus palatinus comes, Diedericus comes de Cadalenburg[a. 5], Adalbertus[b] comes de Thuringia[5], Ruodeger[c. 6], Sizzo[7], Berenger[d. 8], Bern, comites, deinde ingenui omnes, qui generis vel opum claritate aliquantulum eminebant in populo; et sicut convenerat, absque ulla exceptione regi se dediderunt. Rex eos principibus suis, singulis singulos, donec de eis communi consilio deliberaretur, servandos commisit, et paulo post, rupto foedere, contemptis omnibus quibus se obligaverat iurisiurandi vinculis, eos per Galliam, Sueviam et Baioariam, per Italiam et Burgundiam deportari fecit. Beneficia quoque eorum militibus suis, quorum praecipue opera in bello Saxonico usus fuerat, distribuit. Commoratus etiam paucis diebus in Thuringia, castellum in Asenberg instauravit, praesidiumque imposuit, praecavens, ne quid post digressum suum instabilis vulgi levitate novaretur. Praeterea ingenuis omnibus, qui vel casu abfuerant vel metu se subtraxerant, diem statuit, ante quem si in dedicionem non venissent, tamquam hostes publici ab omnibus, quibus res publica curae esset, ferro et igne infestarentur. Atque ita, Nov. 10. dimisso exercitu, victor rediens, natalem sancti Martini Wormaciae celebravit.

Interea Romanus pontifex crebris legationibus et Babenbergenses clerici assiduis supplicationibus vehementer regi imminebant, ut iam diu vacanti ecclesiae[f] Babenbergensi rectorem provideret. Siquidem prior episcopus, licet extrinsecis ecclesiae possessionibus, militum suorum, ut supra dictum est[9], praesidio fultus, contra vetitum incubaret, nullam tamen pontificalis officii administrationem usurpabat, apostolici anathematis religione absterritus. Cumque regi in pace et in bello, tranquilla seu turbata re publica, semper commodissime affuisset, et scandalizatis in eo ceteris regni principibus, solus ille numquam scandalizatus fuisset, sed in cunctis quae ei accidissent calamitatibus pondus diei et aestus cum eo inconcussa fide portasset: (Matth. 20, 12.) numquam tamen rex vel levi verbo calumpniatoribus eius obstitit, quin immo haut gravate adversus eum accusationem recipere videbatur, eo videlicet[g], ut plerique interpretabantur, intendens, ut per huius deiectionem via sibi patefieret[h] ad Wormaciensem episcopum et alios nonnullos, quibus in ultionem pristinae defectionis iam pridem summa ope calumpniam struere sentiebatur. Igitur profectus Babenberg, Ruopertum[i] Goslariensem praepositum in nativitate sancti Nov. 30. Andreae apostoli pro eo ordinari fecit episcopum, virum pessimae existimationis in populo, eo quod regi familiarissimus et omnibus eius secretis semper intimus fuisset, et omnium, quae rex perperam et praeter regiam magnificentiam in re publica gessisset, potissimus incentor extitisse putaretur. Et milites quidem[k] acerrime factum improbabant, quod scilicet, vivente priore episcopo nec canonice ad sinodum evocato nec canonice adiudicato, alius ad adulterandum ecclesiae Babenbergensis castitatem superordinatus fuisset episcopus. Clerici autem, etsi eos quam maxime offenderet persona ordinati, haut sane bonum testimonium habens ab his qui foris erant, malebant tamen qualemcumque habere, quam eum, adversus quem sedem apostolicam appellaverant, et cuius vitae institutionisque lugubrem tragediam toto mundi[l] huius theatro decantandam vulgaverant, recipere.

Dec. 1. Postera die, cum ad eligendum Fuldensem abbatem rex cum principibus assedisset, grandis erat inter abbates et monachos, qui ex diversis locis frequentes confluxerant, concertatio. Tamquam solemniter indicto agone, singuli pro virili portione currentes, alius aureos montes, alius ingentia beneficia ex agro Fuldensi, alius solito impensiora in rem publicam servitia promittebant, nec prorsus in promittendo modum aut modestiam ullam servabant. Et ó mores, ó tempora[10]! o abhominationem desolationis stantem in (Dan. 9, 27.) loco ubi non debet, et mammonam nostris temporibus publice sedentem in templo Dei et extollentem se supra[m] omne quod dicitur Deus aut quod colitur! Abbates et monachi ita ambitionis spiritu praecipites rapiebantur, ut eos a cupiditate sua non pudor nominis christiani, non habitus artioris propositi, non ipsum denique deterreret recens exemplum Babenbergensis episcopi; quem pridie viderant non aliam ob causam et episcopatu privatum et communione, quam quod ad sacrum ordinem illicita largitione aditum sibi

a) Cadelenburg 4. b) Adelbertus *omnes*. c) Růdegerus 3. Rudeger *rell.* d) Berrenger 3. f) e. b. ecclesie 4. g) scilicet 1*. h) fieret 4. i) *ita* 3. 4. k) quidam 4. l) mundo 5. m) super 4.

5) v. supra a. 1073. p. 196. n. 2. 3. 6) a. 1070. Ruotgerus occurrit. 7) de Kevernburg? 8) de Sangerhausen, filius Ludewici Barbati comitis in Thuringia. 9) p. 223. 10) Cic. I. orat. in Catil. c. 1.

affectasset. Horum impudentiam rex vehementissime, ut dignum erat, detestatus, cum hinc inde importune[a] obtundentium precibus urgeretur, repente divino, ut creditur, spiritu actus, monachum quendam Herveldensem, Ruozelinum[b] nomine, qui pro causa monasterii iussu abbatis sui ad curtem venerat, in medium evocat, et nihil minus suspicanti, etiam inopinatae rei miraculo pene exanimi, baculum pastoralem offerens, primus ipse abbatem eligit, dein[c] ceteros tam monachos quam milites, ut in electionem eius consentiant, obnixe efflagitat. Ita cunctis qui aderant laetissima acclamatione suffragium ferentibus, abbatiam suscipere iubetur; et cum diu[d] nunc imperitiam suam, nunc malam valitudinem, nunc abbatis sui absentiam causatus restitisset, vix tandem aliquando, praesentium episcoporum obtestatione adiuratus, suscipere consensit. Similiter, defuncto nuper Oudalrico[e] abbate de Loressan, cum monachi et milites in electionem praepositi concorditer adunati ad curtem venissent, neque rex aliter sensurus putaretur propter multa servitia, quibus ille, dum praepositus monasterii esset, gratiam dilectionemque eius officiosa admodum sedulitate redemerat: rex alium quendam[f] eiusdem coenobii monachum, Adalbertum[g] nomine, qui cum ceteris fratribus nihil tale opinatus advenerat, repente iniecta[h] manu in medium protrahit, et rei novitate attonito baculum pastoralem, cunctis stupentibus, tradit[i].

Herimannus Babenbergensis episcopus, comperto quod alius in locum eius subrogatus esset[10] episcopus, cum omnis iam ei[k] spes adempta esset recuperandae deinceps dignitatis suae, nec ad eludendam Romani pontificis sententiam ullum ultra pateret diverticulum, in monasterium cui nomen est Suarza[11] secessit, ibique sub Egberto[l] abbate sanctae conversationis habitum suscepit. Statimque assumpto secum eodem abbate suo, Romam profectus[m], cum de inobedientia sua humiliter apud sedem apostolicam poenitentiam egisset, et anathemate liberatus, et sacerdotalis ministerii, praeter pontificalem dignitatem, denuo licentiam est consecutus[n].

Annum[o] hunc, multis cladibus insignem, potissimum lugubrem fecit obitus Annonis[p] Coloniensis archiepiscopi, qui post longam aegrotationem, qua Dominus vas electionis suae in camino tribulationis[q] transitoriae purius auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, pridie Nonas Decembris beato fine perfunctus, ad angelos ex hominibus, ad immortalia ex mortalibus transmigravit. Testantur hoc signa et prodigia, quae cottidie circa sepulchrum eius Dominus ostendere dignatur, ad confutandam[r] impudentiam eorum, qui paulo ante vitam eius sanctissimam atque ab omni huius mundi labe quantum ad hominem integerrimam, livido dente carpebant[12], et preciosam margaritam, iam olim caelestis regis diademati destinatam, falsis rumoribus obfuscare conabantur. Is in Babenbergensi ecclesia in ludo tam divinarum quam secularium litterarum enutritus, postquam adolevit, nulla commendatione maiorum — erat quippe loco mediocri natus[13] — sed sola sapientiae ac virtutis suae praerogativa, imperatori[s] Heinrico[t] innotuit. A quo in palatium assumptus, brevi apud eum prae omnibus clericis, qui in foribus palatii excubabant, primum gratiae et familiaritatis gradum obtinuit, hoc praecipue diligentibus in eo omnibus bonis, quod iusti ac recti admodum tenax erat atque in omnibus causis, pro suo tum[u] statu, non adulando ut ceteri, sed cum magna libertate obloquendo, iusticiae patrocinabatur. Erat autem praeter virtutes animi et morum gloriam corporis quoque bonis ornatissimus, statura procerus, vultu decorus[v], lingua promptus, vigiliarum et inediae patientissimus, postremo ad omne boni operis exercitium naturae muneribus affatim instructus. Exactis in palatio haut multis annis, magna imperatoris, magna omnium qui eum noverant expectatione, adeptus est Coloniensem archiepiscopatum[w], atque ita deinceps in omnibus tam ecclesiasticis quam rei publicae negociis haut imparem se acceptae dignitati gerebat, et sicut editioris loci insignibus, ita cunctis virtutum

a) oportune 4. b) *ita* 3. c) deinde 4. d) *deletum* 3. e) V̊dalr. 3. 5. Vdalr. *rell.* f) quandam 3. g) Adelb. *omnes.* h) iniectu 5. i) tradit etc. sancta anna 4. k) spes ei 4. l) Eggeberto 1. Egeberdo 5. Egberdo *Nic. de Sygen.* m) p. est 1. n) consecratus 4. o) *Hic incipit Lamberti fragmentum a Iunio exscriptum* (7.). p) Aimonis 3. q) transitoriae tribul. 1a. *ubi haec exscripta sunt* (III, 15.). r) confundendam 7. s) imparatori 4. t) Henrico 3. u) tamen 3. 4. v) venerandus 1a. (I, 2.) w) episcopatum 1.

10) cf. Liv. II, 7. XXXIX, 39. 11) Schwarzach. 12) *livido dente carpebant*, Horat. Od. IV, 3, 16. Epod. 6, 15. Epist. I, 18, 82. Serm. II, 1, 150. et al. loc. cf. Cic. pro Balb. c. 26. §. 57. 13) Eum ex comitum Veltheimensium familia originem duxisse, probare studet Delius ap. Ledebur Archiv V. p. 55 sqq.

generibus inter ceteros regni principes conspicuus incedebat. Reddebat sollicitus quae sunt cesaris cesari, et quae sunt Dei Deo, quia Coloniensis[a] nominis maiestatem et secularem pompam ambitiosius pene quam aliquis ex praecessoribus eius ostentabat ad populum, nec propterea tamen invictum inter tantas occupationum procellas spiritum umquam relaxabat a studio divinarum rerum. Crebris ieiuniis corpus suum macerabat et in servitutem redigebat. Pernoctabat plerumque in orationibus, et per ecclesias, uno tantum puero contentus comite, nudis pedibus discurrebat; et diem quidem in disponendis privatis seu publicis negociis, noctem vero totam in opere Dei[b] expendebat. Multa illius in pauperes, in peregrinos, in clericos, in monachos benignitas, mira liberalitas erat. Nullam intra diocesim suam congregationem praetermisit, quam non praediis, aedificiis, stipendiis, sua specialiter[c] donatione auctam, vita decedens relinqueret. Et plane apud[d] omnes indubia fide constitit, ex quo Colonia fundata est, unius numquam episcopi studio tantum opes et gloriam crevisse Coloniensis ecclesiae. In iudicandis causis subditorum nec odio nec gratia cuiusquam a vero abducebatur, sed semper in omnibus propositam indeclinabiliter sequens aequitatis[e] lineam, ad evertendum iudicium nec accipiebat personam pauperis, nec honorabat vultum[f] potentis. Tum vero verbum Dei ita luculente[g], ita magnifice disserebat, ut saxeis etiam cordibus sermo eius[h] lacrimas excutere posse videretur, et semper ad exhortationem eius planctu et ululatu compunctae multitudinis ecclesia tota resonaret. Duas Coloniae congregationes clericorum ex integro propriis impensis instituit, unam in loco qui dicitur Ad gradus, titulo sanctae Mariae, alteram foras murum, titulo sancti Georgii martiris. Tres etiam congregationes monachorum diversis in locis ex suo construxit, unam in monte qui a praeterfluente fluvio cognominatur Sigeberg[14], aliam in regione Sclavorum[i] in loco qui dicitur Salefelt[k, 15], terciam in regione Westfaal in loco qui dicitur Grascaf[l, 16]; quas omnes et augustissimis[m] aedificiis excoluit et exquisitissimis ecclesiae ornamentis illustravit et amplissimis atque in multorum fratrum usus sufficientibus praediis locupletavit. Cumque in omnibus Teutonici regni monasteriis cerneret antiquum illum regularis disciplinae fervorem admodum refrixisse, et monachos a vita communi ad rem familiarem curam omnem studiumque convertisse, gravi taedio angebatur animus[n] eius, quod ingentibus expensis nihil Deo dignum confecturus putaretur. Interea contigit, ut pro causa rei publicae Romam pergeret. Cumque aliquas Italiae regiones peragraret, principes eius regni ne a rege deficerent suis exhortationibus confortaturus, ad monasterium quoddam, cui Fructuaria[17] nomen est, causa orationis divertit. Ibi admiratus monachorum artissimam et secundum regulae instituta conversationem, nonnullos eorum, in opere Dei probatissimos, secum rediens abduxit, et eos ad tradendam[o] Galliis eiusdem disciplinae formulam in Sigeberg constituit; prioribus monachis, quos ex Sancto Maximino asciverat, quoniam in horum instituta concedere noluerant, honorifice in locum suum remissis. Quod eius factum imitati ceteri Galliarum episcopi, alii ex Gorzia[p], alii ex Cloniaca[q], alii ex Sigeberg, alii ex aliis monasteriis monachos evocantes, novam divini servitii scolam in suis singuli[r] monasteriis instituerunt; adeoque brevi convaluit felicis huius facti aemulatio, ut pauca intra[s] Galliam monasteria videamus, quae non iam novae huius institutionis iugum subacta receperint[t]. Ipse vero monachos suos, iuxta quod in Fructuaria compererat, cernens artissimis vivere disciplinis, et conversationis eorum[u] opinione longe lateque vulgata, multos ad mundi contemptum inflammari et eorum magisterio se in via Dei erudiendos tradere: magnas Deo gratias referebat, quod non confudisset eum ab expectatione sua. Omnem quoque diligentiam adhibebat, ne quam earum rerum[v], quibus corporis[w] imbecillitati consulendum sit, penuriam sustinerent. Honorabat ac venerabatur eos ut dominos suos, nec solum abbati, sed decanis etiam monasterii ita subditus dictoque obtemperans erat, ut ad primum eorum imperium, quantumlibet gravibus publicae seu privatae rei negociis implicitus[x] teneretur, ilico

a) Colloniensis 3. b) dei opere 1a. (I, 5.) c) speciali 3. d) *deest* 5. e) etatis 5. f) multum 4. g) *ita* 1. 3. 4. 5. h) etiam *add.* 7. i) in confinio Duringorum et Sclavorum 1a. (I, 28.) k) Salevelt 1a. l) Grafscaf 5. m) angustissimis 5. n) animum 3. o) tradendum 1a. (I, 23.) p) Gorzaa 3. q) Clomaca 3. r) singulis 3. s) inter 4. t) receperunt 4. 5. susceperunt 7. u) optime opinione 4. v) rerum earum 3. w) corpori 4. x) implicatus 3.

14) cf. vitam S. Annonis I, 18—23. 15) V. supra a. 1071. p. 187. 16) hodienum Grafschaft ditionis Coloniensis. 17) in Italia in episcopatu Taurinensi situm.

exoccupatis manibus surgeret et omne quod iussissent instar vilis mancipii exequeretur. Cibos summa industria confectos cottidie, dum adesse potuisset, ipse eis inferebat, ipse apponebat, ipse potum miscebat, ipse reficientibus ad omne obsequium quolibet famulo promptior paratiorque assistebat[a]. Silentium quoque ac ceteras monasterii consuetudi-
5 nes, dum inter eos diversaretur, ita attentus sollicitusque servabat, acsi pro excessibus suis ipse quoque cottidie in capitulo eorum causam dicturus et sententiam accepturus foret. Hoc eius in Sigeberg, hoc in Salefelt[b], hoc in Grascaf[c] studium, haec institutio erat. — Porro a rege gravissimis saepenumero inimicitiis dissidebat, et eum acerrimis increpationibus obiurgabat propter multa, quae praeter[d] aequum et bonum eius iussu
10 vel permissu cottidie admittebantur in re publica. Unde rex plerumque efferatus, omnia quae illius erant ferro et igne[e] demoliturum se comminabatur, plerumque autem supplex ei factus, amplissimis promissionibus iratum demulcebat; et tam sui quam tocius regni ius potestatemque ei se facturum pollicebatur, si modo fidum eum sibi nec adeo cunctis voluntatibus suis adversum experiretur. Ad[f] haec ille, in cunctis, aiebat, quae
15 recte et iuxta regiam magnificentiam conaretur, nusquam ei defuturam esse operam suam; si quid vero perperam et contra leges ac scita maiorum, nequam hominum suggestionibus depravatus, agere vellet, ut his consensum auctoritatemque suam accommodaret, nullo se[g] vel[h] precio redimi vel terrore compelli posse. Et nunc quidem in summam familiaritatem et pene in regni consortium a rege assumebatur, nunc vero,
20 quoniam ea quae in regno perperam gerebantur vehementer detestaretur et acerrime impugnaret, cum contumelia de palatio eiciebatur[i], et ad extinguendum omnino nomen eius totum regni robur concitabatur. His vicissitudinibus per plures annos eius[k] concertatio cum rege trahebatur. Neque enim lasciviae regis vel ratio modum faciebat vel aetatis accessus vel amici cuiusquam obiurgatio, sed cottidie se ipso deterior efficieba-
25 tur, et ruptis omnibus humani, ne[l] dicam christiani, pudoris frenis, in omne quod animus suggessisset flagitium praecipitantior ruebat; et oppressis iam terrore principibus, nullus erat, qui peccantem et divina atque humana omnia absque discrimine permiscentem vel levi verbo auderet redarguere. Ad ultimum considerans archiepiscopus, completam esse malitiam eius, et obstinatum in malis ingenium nec tempore iam corrigi
30 posse nec ratione, anno pene ante exortum bellum Saxonicum petiit, vacationem deinceps[m] sibi dari ab exterioribus rei publicae negociis; et sic impetrato commeatu, in Sigebergense monasterium secedens, illic in vigiliis et ieiuniis, in orationibus et elemosinis quod supererat aetatis exigebat; nec inde uspiam, nisi summa forte ac inevitabili necessitate extractus, abscedebat[n]. Cetera, quae circa rei publicae administrationem
35 vel egit vel passus est, si quis plenius scire voluerit, superiora libelli[o] huius revolvat, et singula eo quo gesta sunt ordine et tempore copiose[p] descripta inveniet. Sed pius Dominus, qui quos amat arguit et castigat, hanc quoque dilectam sibi animam ante diem vocationis suae multis temptari permisit incommodis, ut scilicet ab eo[q] omnem scoriam terrenae conversationis excoqueret[r] caminus transitoriae tribulationis. Primum,
40 moto[s] bello Saxonico, fratrem eius Wecel Magadaburgensem[t] archiepiscopum, et consobrinum eius Bucconem Halberstadensem episcopum, tempestas involvit gravissimae persecutionis. Contra hos cum non satis impigre regi, tocius Saxonicae gentis exterminium anhelanti, opem ferret, naturae profecto legibus et carnali affectione inhibitus, invisus ei suspectusque efficitur, periurii ac perfidiae insimulatur; cives Colonienses, qui-
45 bus paulo ante unice carus acceptusque fuerat, ad interficiendum eum donis ac[u] promissionibus sollicitantur. Sopito utcumque hoc malo, duo ministri eius, qui in laribus eius familiarissime obversabantur[v], insidias ei tendunt, et nisi Dei misericordia malum hoc praevertisset[w], nihil tale suspicantem trucidassent. Alii cuidam, quem beneficiis suis maxime fidum sibi obnoxiumque fecerat, familiares litteras, a se ipso in tabulis propter
50 maiorem secreti cautelam[x] conscriptas, dedit episcopo Halberstadensi[y] perferendas, qui-

a) asistebat 5. b) Saleuelt 1a. (I, 23.) c) Grafscaf 5. Grascaff 1a. d) propter 4. e) igne et ferro *Nic. de Sygen.* f) At 4. g) *deest* 7. h) igitur 5. i) eicebatur 4. k) *deest* 1a. (I, 24.) 4. l) nec 4. 5. *corr.* ne 3. m) sibi deinceps 7. n) abcessit 7. o) huius libelli 4. p) copiosa *post corr.* copiose 3. q) ea 1a. (II, 20.) r) exquoqueret 3. s) mota 5. t) Magadabergensem 3. u) et 4. v) seruabantur 1a. (II, 23.) w) pervertis-
55 set 3. x) *verba* cautelam — nepotem *desunt* 1. 1*. *exstant etiam* 1a. — *supplevit ea Struve ex exemplari edit.* 1. *ubi calamo adiecta erant.* y) Halverstatensi *Struve.*

bus nepotem suum[18], tantis undique adversitatum procellis iactatum et pene naufragantem, consolaretur et instrueret. At ille ex ipsa tam operosa secreti communitione coniciens, aliquid regi reique publicae adversum his[a] litteris contineri, regi eas detulit. Quas ille deinceps in argumentum laesae fidei archiepiscopo improperans, necem ei et omnibus quae[b] eius essent ultimum, si copia fieret, exterminium machinabatur. Item alius quidam ex ministris eius, quem Coloniensi ecclesiae propria industria ipse adquisierat, quemque ob hoc indulgentissimo semper affectu coluerat et bonis omnibus, etiam supra natales suos, locupletaverat, repente insolentia servili elatus, iugum ecclesiasticae servitutis coepit detractare[c], seque in libertatem violento quodam iure fori cum magna archiepiscopi contumelia asseruit[19]. Tum vero crebris mortibus carorum suorum ita amaricatus est et vulnere concisus super vulnus, ut saxeum quoque pectus et supra petram fundatum aedificium concutere posset tam vehemens ille turbo temptationis. Ad ultimum data satanae in carnem quoque[d] eius potestate, ulcere pessimo percussus est in utroque pede, ita ut putrescentes paulatim carnes defluerent, et hinc inde abducta cute, consumptis[e] carnibus, foedo aspectu ossa nudarentur. Qui morbus primo pedes, dein[f] crura et femora miserabili modo depastus est, ac sic post diuturnam macerationem penetrans ad vitalia, animam, super argentum igne examinatum[g] probatam et purgatam septuplum, de hac domo lutea transmisit ad domum non manu factam aeternam in caelis. De qua re, dimidio fere anno priusquam vita excederet, certum eum fecerat manifesta revelatio. Visus[20] est enim sibi domum quandam, omni decore intus et foris resplendentem, intrare. Et ecce in subselliis iudicialibus, tamquam ad concilium[h] solemniter evocati, residebant Heribertus[i] Coloniensis archiepiscopus, Bardo Mogontinus archiepiscopus, Boppo[k] et Everhardus Treverenses archiepiscopi, Arnolfus Wormaciensis episcopus et alii quam plures Galliarum episcopi, quorum alios ipse in carne noverat, alios fama tantum vel lectione compererat, amicti omnes stolis pontificalibus et habentes vestem instar nivis candidam. Ipse quoque candidis admodum ac preciosis indutus sibi videbatur, sed partem candentis vestimenti, eam scilicet qua pectus tegebatur, sordida quaedam ac foeda caligo obduxerat, ac ceterum cultus eius splendorem sua foeditate plurimum obfuscabat; quam tamen ipse, nimio rubore perfusus, obiecta manu tegere ac celare, ne inspicientium offenderet obtutum, conabatur. Vidit praeterea inter eos sibi quoque sedem miri decoris paratam. Quam cum[l] occupare, gaudio et exultatione aestuans, properaret, surgens Arnolfus Wormaciensis episcopus, modesta voce eum prohibuit, dicens, reverendos patres, qui assiderent, nolle eum in suum admittere consessum, propterea quod vestem eius turpis[m] haec macula foedaret. Cumque, iussus loco cedere, flens confectoque nimium animo egrederetur, insecutus eum idem episcopus: *Aequo animo*, ait[n], *esto, pater. Maculam tantum hanc, quae vestem tuam infecit, maturius ablui praecipe, quia non post*[o] *multos dies beatae huius mansionis consortium et sanctorum*[p] *patrum, quos aspexisti, consessum voti compos percipies.* Mane facto, cum familiari cuidam suo visionem retulisset, ille sapienter rem coniciens: *Macula*, inquit, *haec vesti tuae illita nihil aliud est, pater*[q], *ut aestimo, quam memoria iniuriae civium tuorum, qui te anno superiore Colonia expulerunt, quibus te divinae pietatis respectu iam olim oportuerat admissi huius veniam dedisse. Haec, quod bona venia dixerim, pectori tuo tenacius quam aequum sit insidens et amarissimo moerore contra fas mentem tuam decoquens, ceteram sanctissimae*[r] *conversationis tuae claritatem molesta quadam caligine obducit et obscurat.* Archiepiscopus conscientiae suae testimonio convictus, ne inficiaretur quod audiebat, reatum suum humiliter agnovit, statimque destinatis circumquaque nunciis, cives omnes[s] Coloniae, quos in ultionem iniuriae suae excommunicatos urbe fugaverat, ad se evocavit, eisque proxima festivitate paschali — nam in quadragesima visionem viderat — non solum communionem ecclesiasticam, sed

a) h. l. *desunt* 7. b) qui 7. c) *ita* 1. 3. 4. 5. detrectare 1a. d) *deest* 4. e) consumptisque 7. f) deinde 4. g) examinatam 4. h) consilium 4. i) Heriberdus 4. 5. Heriberthus 1. k) Poppo 1a. (II, 25.) l) *deest* 5. m) h. turpis 1a. n) inquit 7. o) post non 7. p) sanct. quos patrum 1. q) *deest* 1a. r) sanctissimam 4. s) omnes Coloniae cives 7.

18) Supra eundem Burchardum *consobrinum* (i. e. filium sororis suae) vocat. Cf. Delius l. c. p. 36. not. 6. 54. d. 55. 4. 19) Videntur ad eum pertinere, quae in Vita S. Annonis l. II. c. 10. narrantur. 20) cf. carmen Germanicum in laudem S. Annonis editum v. 712 sqq.

etiam bona sua omnia, quae direpta fuerant, benignissime restituit. Sic gravis illa tempestas, quae spiritu diabolico suscitata totam concusserat Coloniam, conquievit; pater filios, filii patrem recognoverunt; archiepiscopus amaritudine, populus metu et[a] sollicitudine, civitas liberata est solitudine. Archiepiscopus iam a principio sepulturam sibi providerat Coloniae in ecclesia beatae Mariae quae dicitur Ad gradus. Postmodum offensus temeritate Coloniensium, qua in eum inaudita rabie debachati fuerant, non modo animum, sed corpus quoque suum[b] de Colonia in Sigeberg transferendum censuit, ibique sepeliri[c] se omni modo[d] definivit. Cumque, appropinquante die vocationis suae, Coloniae aegrotaret, iamque in extremo spiritu constitutus animadverteret, populum Coloniensem graviter nimis ferre, quod tam desiderabili thesauro defraudandus esset: paululum resumpto spiritu, in lecto consedit, acceptaque stola pontificali, ut videlicet verbis plus inesset auctoritatis, familiares suos sub testificatione nominis divini adiuravit, ne alibi eum quam in Sigeberg poni[e] sinerent. Factum est ergo quod iusserat. Defunctus enim post modicum, gloria ingenti, magno cleri et plebis studio, summo matronarum Coloniensium luctu, in Sigeberg delatus, atque in medio ecclesiae sepultus est[21]. Ubi cottidie per eius interventum fideliter postulantibus multa praestantur divinae opitulationis beneficia.

1076.

Rex nativitatem Domini Goslariae celebravit. Cumque eo[f] omnes regni principes evocasset, ut de principibus Saxoniae, qui in dedicionem venerant, communi consilio deliberaretur, praeter ducem Boemicum pauci admodum venerunt. Ab ipsis tamen qui venerant iusiurandum exegit et accepit, ut non alium post eum quam filium eius, tenerum adhuc infantulum, regem sibi eligerent. Ibi Otto, dux quondam Baioariae, datis pro se duobus filiis suis obsidibus, dedicione absolutus est; nec solum in gratiam, sed in tantam quoque familiaritatem receptus est a rege, ut omnia deinceps consilia, tam de privata quam de re publica, ceteris auriculariis familiarius cum eo communicaret. Ceterorum qui se dediderant nec mentio habita est.

Coloniensis etiam clerus et populus ad eligendum sibi antistitem frequens confluxerat. Quibus rex Hildolfum quendam, Goslariensem canonicum, offerebat, atque ut eligerent dedita opera insistebat. Illi contra summa ope nitebantur, obicientes, quod homo statura pusillus[g], vultu despicabilis, genere obscurus, nec animi nec corporis virtutibus quicquam tanto sacerdotio dignum praetenderet. Unde indignitate rei tanta in eum concitata sunt omnium qui in curte regia erant odia, ut, sicubi in publico apparuisset, omnes eum tamquam aliquod[h] antiquitatis monstrum inconditis clamoribus et canticis perurgerent, lapidesque in eum et pulverem vel quodcumque aliud furentibus casus obtulisset iactarent. Sed rex recolens Annonis[i] archiepiscopi constantiam et invictum adversum omnes nefarios suos conatus spiritum, consulto talem ei successorem ordinari satagebat, cuius facilitate ad omnia quae vellet pro libito suo abuti posset. Cumque diu multumque conatus, nulla ratione ut eligeretur obtinere potuisset, Colonienses infecto negocio in sua remisit, iterumque media quadragesima rectius, si fieri posset, consultos praesto esse praecepit; contestatus quam sancte, se vivo aut nullum eos aut hunc habituros esse pontificem.

Aderant praeterea Hildebrandi[k] papae legati[22], denunciantes regi, ut secunda feria secundae ebdomadae in quadragesima[23] ad sinodum Romae occurreret, de criminibus quae obicerentur causam dicturus; alioquin sciret, se absque omni procrastinatione eodem die de corpore sanctae ecclesiae apostolico anathemate abscidendum esse. Quae legatio regem vehementer permovit; statimque abiectis cum gravi contumelia legatis, omnes qui[l] in regno suo essent episcopos et abbates, Wormaciae dominica septuagesimae convenire praecepit, tractare cum eis volens, ad deponendum Romanum pontificem si qua

a) et s. *desunt* 4. b) *deest* 4. c) se sep. 3. d) omnino 5. e) ne a. q. in S. eum p. s. 7. f) eos 5. g) pusillos 4. h) aliquid 4. i) Aimonis 3. k) Hildibrandi 3. l) quia 4.

21) Haec in tertio libro Vitae S. Annonis fusius narrantur. 22) Lambertus hoc referre videtur ad nativ. Chr. a. 1075. (ex nostra computandi ratione), sed verisimilius, factum esse exeunte mense Ianuar. 1076. Vid. Stenzel I. p. 379. not. 18. II. p. 266. Mascov. l. c. p. 56 sq. not. 3. Usserm. ad Berthold. Const. p. 40. not. 2. 23) i. e. die 22. Febr.

Ian. sibi via, si qua ratio pateret; in hoc cardine totam verti ratus[a] salutem suam et regni stabilitatem, si is non esset episcopus.

Ipso tempore contigit, papam per immissionem satanae gravissima pulsari adversitate. Quidam urbis praefectus Romanae, Quintius nomine, et generis claritate et opum gloria eminens, valde in tota Italia multa in possessionibus Romanae ecclesiae praeter leges faciebat. Perlata ad papam querimonia, cum eum saepius modeste corriperet, nec quicquam proficeret secreta correptio, tandem excommunicavit eum, arbitratus, hoc saltem modo improbitatem eius coercendam fore. Hinc ille maiori[b] dementia efferatus, ipsa nocte natalis Domini cum armatis inopinato irruit in ecclesiam, in qua papa, vestimentis pontificalibus indutus, sacro altari astabat missarum solemnia celebrans, iniectaque — quod dictu quoque nefas est — in capillos eius manu, multis contumeliis affectum de ecclesia protraxit, et priusquam, vulgato per civitatem rumore, populus frequens auxilio concurreret, in domum quandam munitissimam abripuit. Fama tam atrocis facti totam ilico replevit urbem. Undique ad arma conclamatur. Divites et pauperes, nobiles et ignobiles, uno omnes animo accurrunt, atque in ipso statim orientis diei crepusculo domum Quintii oppugnare summa vi aggrediuntur; et[c] nisi ille, mali quod imminebat haut improvidus, papam dimittere maturasset, domum ipsam, peremptis omnibus qui in ea erant, a fundamento evertissent. Papa interveniente, concitatae multitudinis furor vix et aegre compressus est. Romani quod factum fuerat graviter nimis et indigne ferentes, omnia quae Quintii erant, tam intra[d] muros quam extra, ferro et igne demoliti sunt. Nec minus ille militaris[e] audaciae facinora contra faciebat, succendens et evertens omnia quae poterat de possessionibus Romanae ecclesiae. Ita per multos dies non sine magno et harum et illarum partium dispendio[f] simultas haec trahebatur.

Ian. 24. Rex statuta die venit Wormaciam; venerunt etiam episcopi et abbates amplissimo numero. Commode quoque conficiendis tantis rebus intervenit quidam ex cardinalibus Romanis Hugo cognomento Blancus, quem ante paucos dies propter ineptiam eius et mores inconditos papa de statione sua[g] amoverat, deferens secum de vita et institutione papae scenicis figmentis consimilem tragediam: scilicet unde oriundus[24], qualiter ab ineunte aetate conversatus, quam perverso ordine sedem apostolicam occupaverit[h], quae ante episcopatum, quae post acceptum episcopatum memoratu quoque incredibilia flagitia commiserit. Huius auctoritatem, tamquam divinitus sibi destinatam, gratissime amplexati et promptissime secuti, sententiam promulgarunt, quod papa esse non possit, nec ullam iuxta privilegium Romanae sedis ligandi aut solvendi potestatem habeat vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commaculaverit. Cumque ceteri omnes dampnationi eius nihil haesitantes subscriberent, Adalbero[i] Wirciburgensis[k] episcopus et Herimannus Mettensis[l] episcopus aliquamdiu restiterunt; dicentes, incongruum valde et contra canonum scita esse, ut episcopus aliquis absens, absque generali concilio, sine legitimis et idoneis accusatoribus[m] et testibus, necdum probatis criminibus quae obicerentur, condempnaretur; nedum Romanus pontifex, adversus quem nec episcopi nec archiepiscopi cuiusquam recipienda sit accusatio. Sed Willihelmus Traiectensis episcopus, qui causam regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum ceteris in dampnationem[n] papae subscriberent, aut regi, cui sub iureiurando fidem spopondissent, protinus renunciarent. Is eo tempore regi admodum carus acceptusque erat, eique rex omnium quae privatim vel publice agenda erant post se ordinationem delegaverat, vir secularibus litteris adprime eruditus, sed fastu nimio inflatus, vix se ipse ferebat. Igitur ex nomine omnium qui convenerant episcoporum et abbatum plenae contumeliarum litterae Romam destinantur, quibus denuncietur Romano pontifici, ut pontificatu, quem contra ecclesiasticas leges usurpasset, sese abdicet, sciatque, post eam diem quicquid agat, iubeat, decernat, irritum haberi. (Mon. Legg. II. 44.)

Legati, ut iussum fuerat, summo conatu iter accelerantes, pridie quam sinodus

a) *deest* 4. b) maiore 5. c) *deest* 3. d) inter 4. e) multa mil. a. f. 1. f) dispensio 4. g) *deest* 3. h) occupauerat 4. i) Adelbero 3. 4. 5. k) Wirceb. 1. Wirczib. 4. l) Metensis 3. 5. m) accusationibus 4. n) dampnatione 3.

24) Ex hoc fonte permanasse videtur figmentum, Hildebrandum fabri ferrarii fuisse filium. KR.

indicta celebraretur, Romam ingressi, litteras tradunt. Tunc[a] ceteram legationem, sicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioso quam scripto exequuntur. [Febr. 21.] Papa nihil permotus atrocitate nuncii, postera die, cum clerus et populus ad sinodum frequens confluxisset, [Febr. 22.] in auribus omnium litteras recitari fecit, et sic cunctis qui convenerant episcopis id fieri decernentibus, regem excommunicavit[b], et cum eo[c] archiepiscopum Mogontinum Sigefridum[d], episcopum Traiectensem Willihelmum, episcopum Babenbergensem Ruotbertum[e]; ceteris, qui conspirationis huius participes extiterant, diem statuit, qua nisi Romae praesentati causam dicerent novae huius et inusitatae contra sedem apostolicam rebellionis, similem ceteris excommunicationis sententiam sortirentur[26]. Porro Ottonem Ratisponensem episcopum, et Ottonem Constantiensem episcopum, et Burchardum Losannensem[f] episcopum, Eberhardum[g] comitem, Oudalricum[h] et alios nonnullos, quibus rex potissimum consiliariis utebatur, iam pridem excommunicaverat.

Gozilo dux Lutheringorum[i], cum esset in confinio Lotharingiae et Flandriae in civitate quae dicitur Antwerpha, occisus est per insidias, ut putabatur, Ruoberti[k] Flandrensis comitis. Cum enim quadam nocte, quiescentibus omnibus, ad necessitatem naturae secessisset, [Febr. 26.] appositus extra domum spiculator[l] confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro, concitus aufugit. Vix deinceps septem diebus accepto vulneri superstes, 4. Kalendas Martii vita decessit, atque Verdunis[m] iuxta patrem sepultus est; magnum regni Teutonici[n] robur ac momentum[o], quoniam, ut saepe iam dictum est, licet staturae pusillitate atque gibbo despicabilis videretur, opum tamen gloria et fortissimorum militum copia, prudentiae quoque maturitate, postremo tocius vitae temperantia, longe ceteris principibus supereminebat.

[Mart.] Rex, finito in Wormacia colloquio, concitus Goslariam rediit, ibique iram suam, qua multo iam tempore in Saxones anxie aestuaverat, omni crudelitate explebat. Principes Saxoniae, qui in dedicionem venerant, in ultimas regni partes relegabat; bona eorum suis fautoribus pro libito suo diripienda permittebat; eos qui necdum dediti fuerant acerrimis in dies edictis ad dedicionem urgebat, et nisi quantocius dederentur, ferro et igne infestari et longius natali solo effugari, comminabatur. Tum[p] omnia castella, quae superiori[q] anno[27] dirui[r] iusserat, summo nisu, summo provincialium labore et aerumna instaurabat. Nova quoque in omnibus per Saxoniam montibus et collibus, qui modo ad arcendam vim[s] paululum quid commoditatis habere videbantur, extruebat; illis etiam, quae deditis Saxonibus in ius eius venerant, praesidium imponebat; et multiplicata sunt mala, calamitas et vastitas per universam Saxoniam et Thuringiam supra omnem retro maiorum memoriam.

[Mart. 6.] Discessurus Goslaria, pridie Nonas Martii episcopatum Coloniensem, sicut a primis obstinato intenderat, Hildolfo dedit. Cleri[t] Coloniensis tres tantum, militum etiam paucissimi aderant; ceteros, ne ad suffragia ferenda occurrerent, indignitas detinuerat[u]; ipsos qui occurrerant vix contemptim et[v] summis, ut dici solet, labiis[28], super electione eius consuluit, risui prorsus ac ludibrio habendos, si non protinus acclamassent. Et ne quis forte adversus eum tumultus seditione vulgi per dilationem consecrationis concitaretur, statim Coloniam profectus, consecrari eum fecit ab Willihelmo Traiectensi episcopo, cuius consobrino episcopatum Poderbrunnensem[w], ne qua per eum mora ordinationi eius fieret, promittebat.

[Mart. 27.] Pascha Traiecti celebravit, ibique ducatum Lotharingiae filio suo Counrado[x], marcham vero quae dicitur Antwerpha Gotefrido, consobrino Gozelonis ducis, filio Eustachii comitis, impigro et ad rem militarem acerrimo adolescenti, tradidit.

Ipso tempore Ruodolfus dux Suevorum, Welf dux Baioariorum, Berhtoldus[y] dux

a) Tum 3. b) excommunicatum 1. c) *deest* 4. d) Sigifridum 1. Sifridum 1*. e) Rubertum 1. f) Iosannensem 5. g) Erhardum 3. h) V̊dalricum 3. 4. 5. i) Lotheringorum 1. 3. k) Ruodberti 1b. l) speculator 4. m) Werdunis 1. 1b. n) Theutonici 5. o) momentum 1. monimentum 3. 4. munimentum 5. (*cf. a.* 1071. *p.* 180: Rether comes partium eius haut leve momentum, *et a.* 1075. *p.* 232: nec magnum his vel illis partibus momentum). p) Tunc 4. q) superiore 4. r) dum *post corr.* dirui 3. s) in̄ 3. t) Clerici *corr. ut videtur* Cleri 3. u) *deest* 3. 4. 5. v) ut 4. w) Poderburnensem *corr.* Poderbornensem 3. x) *ita* 4. Cunrado 1. 3. *et infra.* y) Beltholdus 3. Bertholdus *rell.*

26) V. acta huius concilii Mansi XX. p. 476. W. 27) Sed hoc potius iam ante duos annos fieri iusserat; cf. Delius l. c. p. 89. annotat. 121. 28) cf. Senec. ep. 10: *Non a summis labris ista venerunt.* Ita etiam vett. dicunt: *primis, primoribus, prioribus labris* s. *labiis.*

April. Carentinorum, Adalbero[a] episcopus Wirciburgensis[b], Herimannus episcopus Mettensis et alii plerique principes convenientes in unum, consilia conferebant, in tantis calamitatibus, quibus res publica vexabatur, quid facto opus esset; regem post bellum Saxonicum eundem permanere qui fuerat; nihil eum[c] de levitate, de crudelitate, de[d] pessimorum hominum convictu ac familiaritate mutasse; ad hoc tantum tam insignem suam adversum[e] Saxones victoriam profecisse, ut ille sui omnium sanguinis ius potestatemque acciperet, et ad perniciem bonorum omnium et ad omne quod animo concepisset flagitium impunita libertate grassaretur; nihil sibi deinceps spei, nihil praesidii reliquum fore, si forte, ut sunt humana, eum offendissent, cum in dediticios contra iusiurandum, contra fidem principum, tam foeda, tam crudelia exercuisset. Haec causa non solum ipsos, sed et cunctos regni principes vehementer permoverat, et eos potissimum, quorum[f] consilio[g] principes Saxoniae se in periculum dederant. Facta est igitur conspiratio non modica, et magis ac magis in dies roboratur[h], ea re maxime omnibus ausum et fiduciam praebente, quod excommunicatum esse regem a Romano pontifice frequentes ab Italia nuncii cottidie deferebant. His animatus Mettensis episcopus et alii plerique, nonnullos ex principibus Saxoniae, quos a rege in custodia habendos susceperant, inscio rege in sua liberos redire permiserunt.

Willehelmus[i] Traiectensis episcopus causam regis, ut supra dictum est, contra bonum et aequum obstinato[k] tuebatur, et studio partium regis multa in[l] iniuriam Romani pontificis omnibus pene diebus solemnibus[m] inter missarum solemnia rabido ore declamabat; periurum eum, adulterum et pseudoapostolum appellans, et tam a se quam a ceteris episcopis saepenumero excommunicatum pronuncians. Is, brevi posteaquam rex exactis paschalibus feriis Traiecto discesserat, repente gravissima aegritudine correptus est. Cumque per acerrimos cruciatus animae ac corporis urgeretur, miserabili eiulatu coram omnibus qui aderant vociferabatur, iusto Dei iudicio se et praesentem vitam amisisse et aeternam, quod regi ad omnia quae perperam intendisset operam suam summo annisu praebuisset, atque in spem gratiae eius Romano pontifici, sanctissimo et apostolicarum virtutum viro, graves contumelias, sciens et prudens innocenti, irrogasset. In hanc vocem, ut[n] asserunt, sine communione, sine ulla satisfactione expiravit[29]. (April. 28.) Successit ei in episcopatum[o] Counradus, Mogontini archiepiscopi camerarius. Poderbrunnensem vero episcopatum Boppo[p] Babenbergensis praepositus obtinuit; cuius potissimum factione et studio Herimannus Babenbergensis episcopus episcopatu deiectus fuerat.

Ruopertus[q], abbas quondam Augiensis[r], monasterium quoddam in Alsatiae partibus[30], cui Gengebach[s] nomen est, a Babenbergensi episcopo susceperat gubernandum. Ubi dum pro consuetudine sua lucris temporalibus immoderatius insudaret, paupertatem loci industria sua evincere satagens, occisus est cum alio haut desperatae indolis monacho adolescente, qui eum de Babenbergensi monasterio secutus fuerat, a servitoribus supradicti monasterii, contra quos possessiones monasterii et ius suum, progressus ipse ad vim arcendam, defendere volebat.

Saxones, deportatis in exilium principibus suis, taedio et moerore tabescebant, nec calamitatis ullum usquam patebat effugium. Amici regis per montes et colles dispersi, cervicibus imminebant, nec eos ut antea conventus facere, consilia conferre, aut ullam recuperandae salutis viam temptare sinebant. Insuper cottidie ex agris et villis praedas agebant, tributa regioni difficillima[t] imponebant, castella sua summo provincialium labore et impensis communiebant[u], et graves prorsus atque[v] inexplicabiles pristinae rebellionis poenas exigebant. Erant duo cuiusdam Geronis comitis filii[31], satis quidem edito loco

a) Adelbero 3. 4. b) Wirczeburgensis 4. c) *deest* 4. d) de — mutasse *desunt* 5. e) adversus 1*. f) *bis scriptum* 4. g) concilio 4. h) roborabatur 1. 5? i) Wilhelmus 1 (*saepius*). 4. k) *ita* 3. 4. 5. *fort. omissa voce* animo, *quam Nic. de Sygen addit.* — obstinate 1. l) *deest* 5. m) sollempnibus i. m. solemnia 3. *et ita semper variat.* n) ut a. *desunt* 5. o) episcopatu Cŏnradus 4. p) Poppo 1. 3. 5. q) *ita* 3. r) A. monasterii monasterium 4. s) Gengenbach 1*. *et Nic. de Sygen.* t) difficilima 4. u) comminuebant 3. v) at (ac?) 5.

29) Quod de infelici Wilhelmi obitu tradit Lambertus, odio partium confictum esse, inquit in annotat. ad Bekam Buchelius; vacillat enim scriptor, quum ait: *ut asserunt.* Certe scriptores Batavi nihil huiusmodi habent. Cf. vero Brunonem de b. S. c. 74.
30) Gengenbach, in magno-ducatu Badensi.
31) vid. de h. l. L. Schrader Dynastenstämme T. I. p. 75. not. 14. — Dietericus et Wilhelmus, filii Geronis comitis de Kamburg, nepotes (neffen) Dedonis marchionis Lusicensis, ex familia Wettinensi; cf. Stenzel I. p. 389. Weisse Neues Museum für die Sächs. Gesch. T. IV. f. 2. p. 13. Wenck de Henri-

nati, sed propter inopiam rei familiaris inter principes Saxoniae nullius nominis vel momenti. Hi tempore dedicionis ultra Albim fluvium refugerant, ibique rei eventum praestolabantur, facile a rege propter obscuritatem nominis vel ignorati vel contempti. Cumque viderent[a] mala quae fiebant, non aliud scilicet actum dedicione principum, quam[b] 5 proditam plane esse libertatem patriae, totamque gentem Saxonum, quo rex semper intenderat, in servitutem atque sub iugum redactam; quamvis patriis finibus extorres, quamvis munitionibus amissis, perdito patrimonio, rerum omnium inopes remansissent, gaudebant tamen admodum, quod cum ceteris Saxoniae principibus in tempestuosum illud dedicionis naufragium non incidissent. Cum[c] urgeret penuria, contractis ex sui 10 similium numero aliquantis copiis, rapto sibi victum quaerere coeperunt. Plerumque etiam, ubi oportunitas accidisset, regis exactoribus resistere et iniurias manu propulsare temptabant. Cumque eis semel et secundo res prospere cessissent, milites principum qui relegati fuerant, ingenui quoque omnes qui necdum dediti fuerant, quique extrema omnia quam fidem regis ultra experiri malebant, catervatim ad eos[d] confluebant; et 15 facta est intra[e] dies paucos permaxima multitudo, ita ut iam non ad insidias modo et clandestinas[f] latrocinantium more excursiones, sed ad apertam vim et publicas congressiones pares se hostibus arbitrarentur. Praeterea provinciales, quibus inter ultimas desperationis tenebras lux aliqua salutis[g] et consolationis caelitus emicuerat, omnes promptissimo animo socias manus communemque operam publicis negociis pollicentur; satius 20 iudicantes, pro patria, pro liberis, pro coniugibus, honesta morte perfungi, quam inter tantas tribulationes omni morte tristiorem vitam agere.

Inter haec rediens Herimannus, patruus Magni ducis, et alii plerique ex principibus dediticiis, quos, ut praedictum est, inconsulto rege indulgentia eorum a quibus tenebantur dedicione absolverat, inopinatum cunctis gaudium praestiterunt, atque omnem, si 25 quis adhuc mentibus resederat, scrupulum ademerunt. Tanta siquidem tamque inopinata rerum prosperitas evidens cunctis erat documentum respicientis eos misericordiae Dei. Igitur armata iuventute Saxoniam peragrantes, castella, quibus rex praesidium imposuerat, alia dedicione, alia militari manu brevi omnia receperunt; eos qui intus erant[h], direptis spoliis, incolomes dimiserunt, accepto ab eis sacramento, quod ulterius in Saxo- 30 niam hostiliter non venirent. Amicos regis omnes, praeterea quicumque communibus negociis operam suam spondere noluissent, dissipatis omnibus quae habebant, procul Saxonia effugarunt; et directa est salus in manibus eorum[i. 32] ad recuperationem libertatis pristinae. April.

Solus adhuc Otto, dux quondam Baioariae, in castello Hartesburg residebat. Huic 35 rex per totam Saxoniam vices suas et publicarum rerum procurationem delegaverat; dato insuper negocio, ut castellum Hartesburg[k] et aliud in monte qui dicitur Lapideus[l. 33], qui proximus Goslariae imminet, summa ope extrueret. Ad hunc legatos dirigunt, mandantes, ut omisso opere quod ad eversionem gentis suae immemor libertatis extruere aggressus sit, consilium pocius perquirat ad ereptionem principum, quibus ipse ut se 40 dederent vehementissimus auctor fuerit[m]; iam dudum opinionem indubiam multorum mentibus insedisse, quod idcirco dedicionem ceteris tantopere suaserit, ut eorum sanguine regis sibi animum deplacaret[n] et communi exitio suam ipse salutem mercaretur; hoc nunc evidentibus indiciis elucere, cum illis in ultimas partes terrarum deportatis, ipse proditionis suae mercedem a rege tocius Saxoniae principatum acceperit, et regiae crude- 45 litatis carnifex atque omnium quae ferociter rex meditetur ferocior administer existat; bene igitur famae et honori suo consulat, si tantae infamiae maculam claro aliquo erga patriam suam beneficio purgare conetur, et genti suae, patriam libertatemque armis recuperare cupienti, auxilio concurrat; postremo, si monitis ultro non assentiatur, se procul dubio vim adhibituros, et patriae proditorem, communium castrorum desertorem, ut 50 dignus sit, eversis omnibus quae eius sint, procul Saxonia expulsuros. Ad haec ille obnixe eos per Deum obtestabatur[o], ut mitius pacatiusque agerent; quae pro communi

a) videbant 4. b) quo 4. c) Et cum 1. d) eosdem 4. e) inter 4. f) clamdestinas 4. 5. *et ed.* 2. g) cons. et sal. 4. h) intererant 1. i) *deest* 4. k) in H. 1. l) liapideus 4. m) fuerat *corr.* fuerit 3. n) placaret 5. o) obtestatur 4.

55 co I. Misn. et Lus. march. comm. 3. p. V. n. 4. 32) cf. Daniel 8, 25. 33) sive Steinberg, de quo Io. Mich. Heineccius Ant. Goslar. lib. I. p. 93; cf. Delius l. c. p. 90. annot. 124.

April. commodo moliantur, ratione quam temeritate melius procedere; se protinus missurum et regi modis omnibus suasurum, ut principes dedicione absolvat, castella, quae metu rebellionis pristinae extruxerit[a], diruat, genti Saxonum libertatem, leges ac iura maiorum, quae per vim erepta totiens armis repetiverint, restituat; si consilio adquiescat, gravis atque ancipitis belli necessitate sine sanguine liberatam esse Saxoniam; sin autem, 5 se nec indulti honoris amore nec mortis metu nec iurisiurandi religione inhiberi posse, ne communem patriae parentumque suorum causam usque ad extremum spiritum quanta possit virtute defendat, iuvet, tueatur. In haec verba legatos Saxonum dimisit, statimque suos ad regem, sicut pollicitus fuerat, destinavit, praesidio quoque ab utroque monte quem occupaverat abducto, communem deinceps cum Saxonibus ac socialem vitam agebat. 10

Rex, de his quae acciderant in Saxonia gravi nuncio accepto, comperto etiam, quod ceteri principes, collatis per crebra conventicula consiliis, defectionem meditarentur, hinc ira, hinc sollicitudine in diversa raptatus[b], cui primum morbo mederetur, anxius ambigebat. Sed quo ira impellebat inclinatior, ad[c] oppugnandam Mettensem urbem exercitum admovere cogitabat, et ab episcopo loci, quod creditos custodiae suae principes 15 se inconsulto dimisisset, vindictam expetere. Sed contra reputans, turbata re publica, dubia fide principum, exhausto superioribus bellis milite, extremae dementiae esse, arduum aliquid praecipitanter attemptare, impetum animi ab temeritate ad pacatiora[d] consilia revocavit. Missis igitur circumquaque nunciis[34], omnes regni principes in pentecosten Wormaciae sibi occurrere iussit, quid facto opus esset, communi consilio, ut prae- 20 Mai. 15. tendebat, deliberaturus. Statuta die ceteris amplo satis numero occurrentibus, nullus aderat supradictorum ducum, a quibus rei publicae periculum timebatur, et quorum potissimum auctoritate, si res tranquillae essent, summam publicorum negociorum disponi oportuerat. Ita conventus ille principum, cassata voluntate regis, nullum habuit effectum. Iun. 29. Iterum in natale sancti Petri apostoli Mogontiae eos adesse, addita iam edicto obnixa 25 supplicatione[e], praecepit. Sed ne[f] tunc quidem quisquam eorum vel supplicantem adtendit vel praecipientem, omnibus plane ad rebellionis studium immobiliter obstinatis. Ipsi qui convenerant, foeda simultate a se invicem dissidebant. Iam enim solutus carcere suo satanas non solum corporali sed et spirituali armatura obpugnabat pacem ecclesiasticam, et quorum corpora iugulabat, animas quoque, ne in aeternum viverent, extin- 30 guere satagebat.

Uoto[g] episcopus Treverensis, Roma nuper reversus, communicare nolebat episcopo Mogontino, episcopo Coloniensi et aliis quam pluribus, qui apud regem prae ceteris assidui erant et quorum rex omnia faciebat consilio; obtendens, et eos et ipsum regem excommunicatos esse a Romano pontifice; sibi tamen, quod ipsum vix summis precibus 35 extorserit, indultam esse colloquendi tantum regis licentiam; nulla praeter haec in cibo, in potu, in oratione vel in ceteris omnibus communione eius permissa. Huius auctoritate animati complures alii, quorum et in Deum fides purior et ad dignitatem rei publicae sententia potior, paulatim se palatio subtrahebant, ne videlicet supradictorum communione macularentur[h]; et ad regem, licet crebris iussionibus evocati, redire nolebant, 40 satius iudicantes, regem quam Deum offendere, corporis quam animae dispendium inci- 35 dere. Illi econtra irasci, fremere, insanire, minas et convicia in omnes passim iaculari[35]; iniustam et idcirco nihili aestimandam esse Romani pontificis sententiam, qui se nec canonice ad synodum evocatos, nec canonice discussos, nec obiecti criminis iuxta scita canonum convictos vel confessos, praecipiti furore potius quam ratione excommunicasset; episcopum 45 Treverensem et ceteros, qui cum eo ad evertendum rei publicae statum[i] iam pridem conspirassent, aliorsum intendere quam loquerentur, nec tam apostolicae sedi auctoritatem deferre[k], quam ut dignitatem regiam subruant occasionem quaerere, et inveterata adversus regem odia novo religionis vocabulo palliare; eum recte honori suo prospicere, Rom. 13, 4. si in hostes suos gladium, quem iuxta apostoli vocem ad vindictam malorum acceperit, 50 maturius distringat, et contemptis inanium occasionum latibulis, manifestos regni insidiatores poena quam mereantur afficiat. Nec difficile fuit, ingenium regis, per se atrox et implacabile, in iram excitare.

a) extruxerat 4. b) raptus 4. c) Et ad 4. d) pacciora 4. e) supplicacio 3. f) nec 4. g) Vto *omnes*. h) commacularentur 4. i) *deest* 5. k) deferri *corr.* deferre 3. 55

34) cf. litteras Mon. Legg. II. p. 48. editas. 35) Liv. XLII, 54.

Sed cum videret, sub obtentu religionis principes a se paulatim deficere, et destituto iam auxiliis imperio, vanam esse comminationem, quae vim facere non posset quibus comminaretur; ratus — id quod tempus exigebat — utilitati[a] magis quam iracundiae consulendum, iterum atque iterum aversos[b] principum animos blandis legationibus mitigare temptabat. Nec tamen, quod dictu mirum sit, tanta hac rerum asperitate, tanta ingruentium periculorum mole evinci poterat, ut, unde potissimum haec flamma invidiae et odii adversum eum exarserat, principes Saxoniae dedicione absolveret. Quin immo, conterritus recenti exemplo eorum qui plerosque ex ipsis se inconsulto dimiserant, residuis, qui adhuc in custodia tenebantur, omnem adhiberi diligentiam iubebat, ne elaberentur. Ideoque saepius his quibus eos servandos crediderat mandabat, ut memores beneficiorum suorum, memores iurisiurandi quo sibi fidem suam firmassent, traditos custodiae suae intemerata fide, donec reposcerentur, servarent, nec aliorum principum foedissimo corrumperentur exemplo, qui, dimissis suo iniussu dediticiis, dum privatas suas iniurias in regem ulcisci vellent, cladem maximam et maculam multis seculis non abolendam rei publicae intulissent.

Iun.

Et omnibus quidem infensus, omnium, ut videbatur, sanguinis avidus erat. Praecipue tamen episcopi Halberstadensis, quem, tamquam tocius Saxonicae rebellionis principem et omnium quae secus acciderant fomitem atque incentivum, inexorabili odio insectabatur; et nisi pontificalis nominis reverentia et fides principum, quae in dedicione intercesserat, obstarent, vitam eius per omnes cruciatus extorsisset. Hunc Ruoperto Babenbergensi episcopo servandum crediderat, velut praeter ceteros familiares suos immitis ac ferocis ingenii viro et erga se in[c] adversis rebus spectatae saepe fidei. Sed postquam, inclinatis ad defectionem principibus, iterum novis rem publicam tempestatibus quati aspexit, quamvis custodis diligentiae non diffideret, veritus tamen, ne forte, subrepente per hanc moram negligentia, aliquid in eo vis vel[d] fraus hostilis[e] operaretur, ad palatium eum evocavit, et ibi nunc inter camerarios suos, nunc inter cocos et coquinarum spurcitiis[f] indignissimo loco habitum, sub omni diligentia custodiri fecit, donec tam feralibus odiis competens exilium excogitaret. Erat ipso tempore apud regem soror eius, uxor Salomonis regis Ungariorum, quam maritus regno expulsus, dum in armis et procinctu esset, nusquam tutius quam apud fratrem manere iudicaverat, donec, recuperato, si fieri posset, regno, in iocunditate perfrui coniugio liceret. Cumque post multum iam tempus ad maritum, in finibus Ungariae commorantem, redire pararet, rex oportunam[g] eam arbitratus quae crudelitatis huius munere fungeretur, rogavit eam, ut episcopum Halberstadensem[h] secum abduceret atque in locum, ex quo nulla ei deinceps in regnum Teutonicum redeundi copia fieret, deportari faceret. Annuit illa petenti, et navi impositum cum hominibus suis praemisit, ipsa paucis post diebus, cum profectioni suae necessaria ordinasset, insecutura praecedentem. Habebat idem episcopus militem quendam, Oudalricum[i] nomine, multis in Baioaria possessionibus praedivitem, regi quoque adprime carum et acceptum. Is ubi advertit mala quae episcopo parabantur, motus miseratione atque ipsa humanarum rerum consideratione, quod tantus ac talis vir, ingens columna et firmamentum rei publicae nisi regis temeritas divina atque humana omnia confudisset, tam pessimo nunc exemplo periturus foret: accessit ad eum paulo antequam navigare inciperet, et quae in eum rex decrevisset per ordinem exposuit; actum esse de salute eius, nisi propicia[k] divinitas, quae sola iam posset, periclitanti succurreret. Edocet praeterea, possessiones suas et castellum munitissimum[l] haut procul ab littoribus Danubii fluminis abesse, monetque, ut, dum ad ea loca navigans pervenisset, rogaret saepius eos cum quibus navigaret, quatenus applicarent et sibi paululum in terram progrediendi facultatem facerent, obtenta vel refrigerandi vel alius cuiusvis necessitatis occasione[m], quae modo tali artificio idonee[n] patrocinaretur; se memorem fidei qua ei obnoxius sit, omnia quae possit pro virili portione facturum, et si quam ereptionis[o] eius viam Deus ostendat, temptaturum. Fecit ille ut edoctus fuerat; atque ubi ad praedicta loca propinquare coepit, simulata mala valitudine, quae sibi ex assidua navigatione corpus affecisset insolitum, et nisi mature consuleretur, extremam perniciem

a) utilitatis 5. b) aduersos 3. 5. c) et 3. d) et 5. e) hostialis *corr.* hostilis 3. f) spurcitias 1. g) oportunum 3. h) Halberstatensem 5. i) Vdalricum 3. 5. Vdalr. 1. 4. k) div. propicia 4. l) minutissimum 3. m) *Inde ab h. l. codex* 5. *alia manu exaratus est.* n) idoneo 5. o) exceptionis 4.

Iun. allatura foret[a] languenti: facile obtinuit apud nautas, qui pontificalis nominis intuitu magnam humanitatem ei praestabant, ut quotiens vellet applicarent et ei egrediendi atque in terra, prout libitum erat, recreandi corporis copiam facerent. Longinqua regio, custodum multitudo, debilitas languentis omnem metum, omnem fugae vel insidiarum suspicionem ademerant. Egrediebatur saepius et regrediebatur, circumspiciens undique 5 et omnia diligenti obtutu[b] perlustrans; nullum usquam promissae salutis indicium, nulla Iun. 24. spes elucebat. Forte beati Iohannis baptistae nativitas occurrerat; et mane, dum praeterlaberentur, conspicatus contiguam littori ecclesiam, rogavit, ut appulsa navi, ad celebranda tam sacratissimo die missarum solemnia ad ecclesiam procederent[c]. Assentientibus illis, ingressus ecclesiam, salutarem Deo hostiam offerre, sacerdotalibus, ut solemne 10 est, infulis indutus, coepit. Cui rei intentis omnibus, supradictus Oudalricus, recte per exploratorum diligentiam captata loci oportunitate, repente armata multitudine ecclesiam circumdedit; ingressusque modeste, interim dissimulato propter quod venerat negocio, consummationem sacri ministerii tacitus tranquillusque praestolabatur. Quo expleto, suos quantocius ad navim convolare[d] et omnia quae episcopi sint efferri iubet. Ipse fortissi- 15 morum iuvenum agmine stipatus, procedentem[e] ab ecclesia episcopum salutat, osculum porrigit, equum, quem evectioni eius optimum aptaverat, ocius conscendere iubet. Stupentibus qui episcopum abduxerant, quid hoc rei esset, et post irritas ratiocinationes ad arma concurrentibus, iubet, ut, si vitae ac saluti suae consultum velint, quieti maneant, arma ponant, naves pacatis[f] animis repetant; gratum habentes, quod commissi in tan- 20 tum pontificem piaculi poenas non exigantur[g]; si verbis inanibus, si motibus incompositis lacessere pergant, facile gladios procacitati modum facturos; episcopum episcopalis ministerii munia ecclesiae Halberstadensi[h], cui ordinatus sit episcopus, rectius praestare quam ipsis. Illi cum numero et virtute impares essent, temerarium arbitrati rem certamini committere, tristi confectoque animo ad naves redierunt. Episcopus in[i] castellum 25 quod haut longe aberat concessit. Ibique paucis diebus commoratus, donec absumpta novitate studia conquiescerent omnium, si qui[k] forte redituro insidiabantur: tandem assumpto laico habitu, quo falleret occursantes, in Saxoniam contendit, et desperantibus iam reditum eius Saxonibus repente, tamquam ab inferis vivus emergens, restitutus est.

Rex ubi gestae rei nuncium accepit, graviter et iniquo nimis animo ferebat, tantos 30 conatus[l] suos in irritum cessisse, praereptam sibi tantarum contumeliarum vindictam, redditum cum impunitate hostibus virum, in quo tocius Saxonici belli summa et cardo verteretur. Nec dubitare poterat, paululum iam sopitos ignes Saxonici furoris hoc incentore ilico suscitandos et propediem in immensum conflagraturos, atque eo infestius id acturum, quo se meminisset post dedicionem nullam in rege clementiam, nullam exper- 35 tum fuisse humanitatem. Verebatur praeterea, ne simili modo ceteri quoque elaberentur dediticii, et sibi tam insignis victoriae, tam operosae[m] dedicionis fructus deperiret, assecutis eis se invito libertatem. Omnia consideranti placuit tandem alia deinceps grassari via; et Saxones, quos extranei totiens temptatos non vicerant, suis iam armis, suis parat expugnare viribus; sapienti certe usus[n] consilio, quoniam constet, omne regnum nulla 40 vi, nulla clade citius quam domestica atque intestina simultate labefactatum corruere. Episcopum Magadaburgensem, episcopum Merseburgensem, episcopum Misenensem, Magnum ducem, Fridericum palatinum comitem, praeterea omnes Saxoniae et Thuringiae principes, qui adhuc in dedicione tenebantur, ab exilio revocari iubet, et clementer accersitis ait, se, cum iuxta palatinas leges extremo in eos supplicio animadvertere possit et 45 hoc iure faciat gravibus saepe ab eis contumeliis lacessitus, tamen memorem generis eorum, memorem virtutis, quae rei publicae et honori esse possit et munimento, tam atrocis facti veniam dare, et quod amplius sit, non aliud ab eis quaerere redemptionis suae precium, quam ut sibi deinceps in dubiis rebus fideles ac devoti maneant auxiliumque praestent ad componendum regni statum et compescendos homines factiosos, eos 50 potissimum, qui gentem Saxonicam simplicem et malarum artium nesciam[o] intestinis cottidie dissensionibus inquietent; si id faciant nec ulla ut prius levitate fidem permutent, se[p] primos in amicis habiturum, et cum se oportunitas praebuerit, beneficiis, prout

a) fore 5. b) obtuitu 5. c) prederent 5. d) revolare 5. e) predentem 5. f) placatis 3. g) *ita* 1. 3. 4. poenae c. 1*. penas exigant 5. h) Halberstatensi 3. i) ad 5. k) qui si 5. l) conatos 3. m) operiose 3. 55 n) usus est 4. o) consciam 4. p) sed 4.

regiam munificentiam deceat, honoraturum. Illi, etsi eum haec[a] ficta loqui scirent et necessitate magis quam pietate genuinum animi rigorem laxasse, tamen impunitatis amore libenter amplexantur oblata, promittunt quicquid iubet, promissa repetito saepius sacramento roborant, et accepto commeatu, in sua singuli cum gaudio revertuntur. Iul.

5 Rex, ut supra dictum est, commonitus ab Ottone duce quondam Baioariae, ut turbatis rebus in Saxonia mature consuleret, mandaverat ei, ut sibi certa die in Salefelt occurreret, quatenus communiter habita discussione, quid facto opus esset, deliberarent. Postmodum vero fretus his quos dedicione absolverat, quod eorum auxilio in Saxones, qui se laeserant, iram suam idonee ulcisci posset, consilium mutavit, et statuta die nun-
10 cios pro se in Salefelt duci[b] Ottoni misit, qui ei dicerent, ut contractis quantiscunque[c] posset copiis, sibi in marcha Misinensi concurreret; se per Boemiam ducto[d] exercitu adventurum et filiis Geronis comitis, qui imperitam multitudinem male auspicato ad arma concitassent, si Deus vota prosperaret, redditurum quod mererentur. Principibus quoque Saxoniae et Thuringiae, quos patriae nuper remiserat, eadem mandat, obsecrans,
15 ut praestitae sibi indulgentiae gratiam referentes, cunctos quos valeant ab hominum perditorum societate dehortentur, et ipsi ad ferenda publicis negociis auxilia designato die et loco armati instructique praesto assint. Ipse, ut instituerat, paucissimos secum assumens Teutonici exercitus milites, ceteris omnino quid moliretur ignorantibus, in Boemiam contendit; ibique iuncto sibi duce ac milite Boemico, repente plus quam tanto
20 operi expediret, fidens nescio an negligens, in marcham Misinensem se infudit; videlicet vana spe elusus, quod ducis Ottonis industria et ceterorum, quos beneficio suo devinctos sibi gloriabatur, omnem rebus moram, omnem conficiendo negocio difficultatem ademptura[e] foret. Sed dux Otto, sciens genti Saxonum iustas esse causas rebellionis, id multo iam tempore apud regem crebris legationibus egerat, ut belli seminarium irarum-
25 que causas amoveret, leges ac iura sua Saxonibus rata manere sineret, aequitate pocius quam armis tumultuantes compesceret, et tantos labores, tantum, qui praelio fundendus esset, sanguinem lucratus, sine difficultate in perpetuum opulentissimae gentis servitio frueretur; hanc regis ac[f] tiranni esse distantiam, quod hic vi atque crudelitate obedientiam extorqueat[g] ab invitis, ille legibus ac more maiorum moderetur subiectis praeci-
30 piatque facienda. Verum ille homo in imperio natus et nutritus, ut tantos natales, tantos prosapiae fasces ac titulos decebat, regium in omnibus semper adversis animum gerebat, mori quam vinci malebat. Inexpiabilis ignominiae maculam putabat, impune iniuriam accepisse, et econtra summum decus et vitae precio[h] comparandum aestimabat, nihil quod secus accidisset inultum praeterisse. Ad hoc homines sibi asciverat, talium
35 rerum artifices, mediocri quidem loco natos sed consilio ac manu promptissimos, qui, secundum quod propheta dicit, loquebantur ei placentia et divinabant ei errores, et aegrotum animum et per se affinem iracundiae ac temeritati adulationibus[i] suis, tamquam subposita face, in omne quod libuerat inflammabant; ideoque, ut opera sua magis illi foret necessaria, perpetuis rem publicam tempestatibus vexari quam maxime satagebant. Iesai. 30, 10.
40 His pessimis usus consultoribus, principes regni recta suadentes plurimum aversabatur, nec eos ad consilium suum, nisi forte inexplicabilis[k] necessitas incidisset, admittebat; quin immo auctoritatem eorum, si copia fieret, opprimi ac penitus oblitterari cupiebat, ut in omne quod animus suggessisset effrenata libertate grassanti nullus obsisteret, nemo obloqueretur. Igitur dux Otto vehementer efferatus, quod contra consilium suum
45 rex Saxoniam bello rursus impeteret, ait ad Epponem Citicensem episcopum, qui ei, ut dictum est, in Salefelt functus legatione regis occurrerat, se regi, quod honori eius, quod commodo[l] rei publicae competeret, suggessisse; sed quoniam plus apud eum fidei sit ineptis assentatoribus quam sibi, plus spei ac fiduciae ponatur in milite Boemico quam in Teutonici exercitus robore, ad eum pertinere, quem coepta exitum sortiantur;
50 se nec rebus bene gestis gloriam, nec, si aliter cesserint, ignominiam habiturum; praeterea nulla iam sacramenti, quo ei fidem dixerit, religione teneri, cum recta et utilia suadens non audiatur, insuper contra leges Dei, contra decus imperii, contra salutem animae suae, ad effundendum sanguinem innocentem gentili ritu arma sumere iubeatur; proinde omni periurio absolutum, libere deinceps causam gentis suae, quae iusta sit,

55 a) *deest* 3. b) misit d. O. 5. c) quantascunque 1. d) ductu 3. e) adeptura 3. f) et 4. g) extorquet 1*. h) praesenti 1. i) adulantibus 5. k) inexplicabiles 4. l) comodo 3. *saepius*.

quantum valeat armis et opibus asserturum. Eadem protestabantur ceteri quoque principes tam Saxoniae quam Thuringiae. Qui etiamsi[a] cupidissime vellent, nullum petenti praestare possent auxilium, unanimiter scilicet detrectantibus militibus eorum infaustam contra patriam parentesque[b] suos militiam. Iam enim non dubia fide, vacillantibus animis, ut prius cum[c] inter spem et metum fluctuarent, sed unanimi sententia, obstinata contentione, ad rebellandum conspiraverant; neque callidis principum exhortationibus ut antea concitatum vulgus ad arma prosiluerant[d], sed omnes simul provinciales, non ductu auspicioque principum, sed privatis studiis, privatis impensis bellum gerere proposuerant; sibi dimicare, sibi, si Deus annuerit[e], vincere parati; nec aliud a quoquam militiae suae stipendium praestolantes, quam coniugum liberorumque suorum salutem, atque ut a cervicibus suis durissimae servitutis iugum excuterent. Ipsos denique principes, si obniti, si contrahiscere temptarent, dissipatis vel[f] incensis omnibus quae eorum essent, procul patriis finibus expellere minabantur. Ad ultimum ea mente rem gerendam susceperant, ut vel vincerent obstinate vel morerentur. Ultima desperatio sic studia inflammaverat, quoniam certa superioribus annis documenta ceperant, nullam apud regem victis esse spem veniae, cum ferocitatem pectoris eius et inexorabile Saxonici nominis odium nec voluntaria dedicio principum nec tantus in Thuringia fusus sanguis restrinxisset[g].

Igitur ubi per Saxoniam rumor percrebruit, quod rex conterminam regni Saxonici marcham Misinensem ferro et igne depopularetur, ad arma conclamant; multa milia hominum brevi concurrunt, conserendi certaminis intolerabili fervent desiderio, obviam ire hostibus unanimi alacritate contendunt. Sed quoniam accelerando itineri turba frequentior, armis atque aliis impedimentis implicita, parum pro voto satagere valebat: filii Geronis comitis, assumptis secum septem milibus expeditorum equitum, summo nisu, ardentissima citius conficiendi negocii aviditate, in occursum properant. Quod si regem consequi et sic efferato milite, sic ferventibus studiis signa conferre contigisset, ut multorum ferebat opinio, tractum tot annis bellum Saxonicum facili compendio confectum fuisset, et regem cunctumque[h] eius comitatum vel[i] mors certissima vel[i] ignominia difficile abolenda occupasset. Nam praeter exercitum Boemicum, qui nec ipse vel[i] armis vel[i] numero vel[i] virtute tanto negocio se parem praestiterat, paucissimos secum habebat, quoniam supervacaneum arbitratus fuerat, Teutonicis militibus tam longinquae expeditionis laborem indicere, cum speraret, ut dictum est, industria Ottonis ducis et aliorum quos dedicione gratis absolverat, omnes Saxonum vires facile enervandas[k], et copias sibi maioribus etiam bellis sufficientes statuto die ac loco affuturas. Forte tum[l] temporis, Deo misericorditer saluti regis prospiciente, fluvius Milda[35], qui utrumque exercitum medius dirimebat, effusis nuper imbribus vehementer intumuerat atque omnem transmeandi facultatem ademerat. Cuius rex inundatione commodissime pro se usus, non expectata decrescentium aquarum vicissitudine, in Boemiam se recepit, maturatoque per Baioariam reditu, moestus ac poenitens, quod tantos labores in vacuum expendisset, Wormaciam repedavit. Et quoniam digrediens duci Boemico marcham Misinensem, tam spectatae in arduis rebus fidei praemium, dederat, Ecbertus[m] marchio, cuius eadem[36] marcha erat, filius patruelis regis, puer longe adhuc infra militares annos, ubi primum decrescentibus aquis fluvius factus est transmeabilis, adiunctis[n] sibi Saxonibus, Misinen[o] perrexit, omniaque castella, quibus dux Boemicus praesidium imposuerat, admota militari manu recepit, suosque milites, qui deinceps contra omnem[p] hostium irruptionem indefessi excubarent, imposuit; mirantibus cunctis, quod regem nec aetatis nec propinquitatis respectus ab hac iniuria revocasset.

Interea Ruodolfus[q] dux Suevorum, Welf dux Baioariorum, Berhtoldus[r] dux Carentinorum, Adalbero[s] episcopus Wirciburgensis, Adalbertus[t] episcopus Wormaciensis, et

a) eciam 4. b) parentes 5. c) *deest* 4. d) prosiluerat 1*. e) annueret 1. f) et 5. g) restinxisset 1. h) totumque 5. i) et — et — et — et — et 5. k) evertendas *superscr.* enervandas 4. l) tunc 4. m) Robertus 3. n) advinctis 4. o) Missenen 1. Misenen 4. 5. p) omnium 4. q) Rudulfus 3. r) Bertholdus 4. s) Adelbero *omnes*. t) Adelbertus 1. 3.

35) hodie Mulde. 36) Christ. Schlegelius in histor. Saxon. succincta et accurata (MS. in biblioth. Vinar.) opinatur cum Sagittario, hunc locum a librariis esse corruptum et pro voc. *eadem* esse scribendum: *Thuringica*, aut saltem Ecberto ob propinquitatem et cognationem proximum etiam ius in eandem competiisse. Vid. etiam Mascov. p. 64. not. 7.

Aug. Sept.

alii quos rei publicae calamitas movebat, in loco qui dicitur Ulma conventu habito[37], statuerunt, ut omnes, quicumque rei publicae consultum vellent, 17. Kalendas Novembris Triburiam convenirent, et variis cladibus, quibus permultos iam annos pax ecclesiastica turbabatur, tandem aliquando malorum pertaesi[a], finem facerent. Hoc Sueviae, hoc Baioariae, hoc Saxoniae, hoc Luteringiae[b], hoc Franciae Teutonicae principibus denunciarunt, universosque in commune per Deum obtestabantur, ut omni excusatione relegata, cuncta privatae rei sollicitudine posthabita, hanc singuli communibus[c] commodis vel[d] extremam operam dependerent. Qua expectatione suspensis atque attonitis omnibus, episcopus Mogontinus et alii quam plures, qui eatenus partes regis vehementius tuebantur, ab eo defecerunt, et adiuncti supradictis principibus, ad meliorandum regni statum ardentissimo zelo exarserunt. Miro etiam atque inopinato rerum successu, ut quod moliebantur nullis iam retardaretur impedimentis, obsides, quibus nonnulli ex principibus superiore anno fidem suam apud regem obligaverant, repente his qui eos dederant sunt restituti. Duos ducis Ottonis filios, alterum rex ipse, alterum is qui a rege servandum susceperat, inscio rege, patri nec opinanti remisit.

Filius Uotonis[e] marchionis et filius Adelae, derelictae Dedi marchionis[38], ambo tenerae aetatis et longe adhuc infra pubertatis annos pueruli, cum in munitione cuiusdam Everhardi ministri regis custodirentur, magnum quoddam et posterorum memoria dignum nobilissimae indolis documentum ediderunt. Iusserat rex eidem Everhardo, vel[f] propter tanti generis claritatem vel[f] propter aetatis infirmae compassionem, ut eos indulgentissime nutriret et, ne aut inerti otio aut iugis custodiae taedio tabescerent, sineret[g] eos interdum cum aequalibus suis ludicris[h] puerilibus exerceri. Hoc ipsum parentes, crebra custodibus munuscula destinantes, flagitabant. Fecit ille ut petebatur, et modo intra munitionem modo extra, adhibitis custodibus, prout libitum erat ludere patiebatur, nihil sinistrum in aetate simplici et fraudis nescia suspicatus[i]. Interdum etiam in nemus quod munitioni contiguum erat venatum pergens, impositos equis, cuius rei vixdum aetas patiens erat, secum ire permittebat, ut oppressas moerore ac taedio mentes hoc advocamento[k] recrearent. Cum hoc saepius faceret, consuetudo fiduciam, fiducia custodibus securitatem pariebat, ut eis indulgentius in dies diligentis custodiae frena laxarent, et absumpta iam omni suspicione, quicquid voluissent etiam absque arbitris eos agere paterentur. Coeperunt igitur, ubicumque tempus et locum secretiorem nacti fuerant, sermones conserere, patriae parentumque recordari, peregrinationis molestias deplorare, et ut pro salute sua aliquid Deo auspice conarentur, mutuis se suasionibus incitare. Quadam ergo die, cum iuxta solitum praedictus Everhardus, secum assumptis eis, venatum exisset, et ad insectandam, quae casu occurrerat, feram omnes, ut fieri assolet, inconditis clamoribus, ferventissimis studiis discurrissent, pueruli ubi se solos adverterunt, custodem nullum, eos qui simul venatum processerant aliarum rerum immemores, soli quae agebatur venationi intentissimos: quantis possunt viribus, equis subdunt calcaria, per condensa silvarum, per abrupta montium, per concava vallium, periculi sui vel negligentes vel contemptores, dicto citius evolant; nec in certum aliquem locum, regionis ignari, cursum dirigunt, sed[l] laxatis temere habenis, quocumque impetus equos ferebat, praecipites ruunt. Celeri cursu transmisso nemore ad Moenem[m] perveniunt, piscatorem illic offendunt in scapha piscatoria[n] capturis piscium incumbentem, evehi se Mogontiam petunt, clamides suas quibus vestiebantur, quoniam aliud in promptu non erat, evectionis precium offerunt. Ille vel precio allectus, vel miseratione periclitantium permotus — hoc enim ex trepidatione et cetero corporis gestu facile coniciebat — benigne in naviculam suscepit, et utensilibus quae in navicula erant adopertos, ne scilicet ab insequentibus agnoscerentur, Mogontiam, ut rogaverant, evexit. Equi eorum, transito amne, in ulteriore ripa, iuxta naviculam mirum in modum moderato gradu decurrebant, ita ut cum eunte navicula pariter irent, cum subsistente

a) parte si 4. b) Lutheringie 1. 3. c) communis 3. d) et 5. e) *ita* 3. 4. vero Conis 5. f) et — et 5. g) sinerent 3. h) ludicis 3. i) conspicatus 1*. k) *legendum:* avocamento, *quod vocabulum, Plinio iun. et Lactantio usitatum, animi remissionem (Linderungs-, Erholungs-, Zerstreuungsmittel) significat.* l) si 4. m) montem 5. m. fluvium 1. n) piscatori 4.

37) De hoc conventu Ulmensi cf. Bertholdum h. a. 38) Heinricus I, postea marchio Misnensis et Lusatiae.

pariter subsisterent. Brutis pecoribus[a] humanas inesse animas crederes. Ubi Mogontiam ventum est, receptis equis suis, in domum quandam ripae contiguam clanculo se immergunt, dominumque domus per Deum obtestantur, ne eos cuiquam prodat; se archiepiscopo Mogontino genere coniunctissimos esse, cui si incolumes intemerata fide restituat, tam ab ipso quam a ceteris parentibus suis, qui inter regni principes et opum et dignitatis speciali praerogativa emineant, digna meritis praemia relaturus sit. Nec multo post aderat Everhardus[b], fremens et stridens dentibus prae doloris impatientia, compertoque per veridicos indices, quo pueri divertissent, summa vi, summo conamine domum expugnare foresque infringere parabat, et nisi obsides regis mature redderentur, ignem tectis se iniecturum minabatur. Concurrit civitas ad spectaculum, et facta est pro studiis partium confusa et dissona aliud atque aliud clamantium turbarum vociferatio. Perlato ad episcopum Mogontinum tumultuantis civitatis nuncio, misit confestim cum armatis Conradum comitem de castello quod dicitur Liuzelenburg[c], qui tum forte apud episcopum praesens erat. Qui veniens Everhardum, improbe[d] saevientem atque in omnes qui obsisterent nunc vi nunc comminatione grassantem, ab obpugnatione aedium cum contumelia repulit, susceptosque pueros episcopo praesentavit. Ille admodum gratulatus, quod causam principum, qui pro communi commodo arma sumere meditabantur, hac etiam parte impedimentorum[e] liberasset, suis singulos parentibus cum omni diligentia, ne quis scilicet insidiaretur abeuntibus, remisit.

Oct. 16. Statuta die iuxta condictum principes Sueviae et Saxoniae Triburiam convenerunt amplissimo numero, obstinatis mentibus ad summovendum a negociis regni regem Heinricum, et alium in quem communis electio consensisset creandum. Aderant una legati apostolicae sedis, Sigehardus patriarcha Aquileiensis et Altmannus Pataviensis episcopus, vir apostolicae conversationis et magnarum in Christo virtutum, cui papa vices suas in dispositione ecclesiasticarum causarum delegaverat, et laici nonnulli, qui magnis opibus relictis ultro se ad privatam tenuemque vitam propter Deum contulerant, missi a Romano pontifice, ut palam omnibus per Gallias contestarentur, iustis de causis excommunicatum esse regem Heinricum, et ad eligendum alium[f] apostolici consensus et auctoritatis suffragium pollicerentur. Hi nec principi nec privato cuiquam, qui regi Heinrico dicto vel facto aliquatenus post excommunicationem communicasset, communicare volebant, donec publice professus poenitentiam, per Altmannum, vicarium Romani pontificis, anathemate absolveretur. Pari cautela eorum quoque communionem vitabant, qui presbiteris coniugatis vel eis qui ecclesiasticas ordinationes precio comparaverant in oratione communicassent. Per septem[39] itaque continuos dies consilia conferentes, quid facto opus esset, qua ratione periclitanti et iam iam naufragium minitanti rei publicae consulendum foret, perquirebant. Replicabant ab tenero, ut aiunt, ungue[40] omnem vitae regis institutionem, quibus probris, quibus flagitiis existimationem suam decusque imperii vixdum adulta aetate maculasset; quas iniurias singulis, quas in commune omnibus, ubi primum pubertatis annos attigit, irrogasset; quod remotis a familiaritate sua principibus, infimos homines et nullis maioribus ortos summis honoribus extulisset, et cum eis noctes perinde ac dies in deliberationibus insumens, ultimum, si possit, nobilitati exterminium machinaretur; quod barbaris gentibus vacatione data, in subditos sibi populos dedita opera ferrum distrinxisset et in eorum nece hostili[g] crudelitate grassaretur; regnum, quod a parentibus suis pacatissimum et bonis omnibus florentissimum accepit, quam foedum, quam despicabile, quam intestinis cladibus infestum cruentumque reddidisset; ecclesias et monasteria destructa, victualia servorum Dei versa esse in stipendia militum, studium religionis et rerum ecclesiasticarum transisse ad arma militaria et ad munitiones extruendas, non quibus vis et impetus barbarorum arceatur, sed quibus patriae tranquillitas eripiatur[h] et liberis[i] cervicibus durissimae servitutis iugum imponatur; nullum usquam esse viduis et orphanis solatium, nullum oppressis et calumpniam sustinentibus refugium, non legibus reverentiam, non moribus disciplinam, non ecclesiae auctoritatem suam, non rei publicae manere dignitatem suam; ita unius

a) pectoribus *vel* peccoribus 3. 4. 5. b) Eberhardus 3. 4. 5? *hic et infra.* 1. *semper.* c) Linzelenburg 3. 5? d) *deest* 4. e) impeditorum 3. f) alium regem 1. g) crud. host. 4. h) expiatur 4. i) liberae gentis cervicibus 1.

39) Alii, ut Bertholdus, habent *decem*. 40) Horat. Od. III, 6, 24.

hominis temeritate sacra et profana, divina et humana, fasque nefasque confusa esse et implicita[a]; proinde tantarum calamitatum unicum ac singulare superesse remedium, ut quantocius amoto eo, alius rex crearetur, qui tamdiu terminos suos evaganti licentiae frena iniceret[b. 41] et mundi vacillantis ruinam subiectis humeris sustentaret.

Rex Heinricus, contractis in unum suae partis assertoribus, in villa quae dicitur Oppenheim se continebat, Reno fluvio utraque castra dirimente, frequentesque ad eos in dies legatos mittebat, pollicens omnium quae eos offenderant in reliquum emendationem; se veterum iniuriarum memoriam sequentibus beneficiis, si vita comes foret, aboliturum, nihilque deinceps circa rerum publicarum administrationem absque communi consulto acturum; postremo ultro se iure suo cedere eisque gubernandi disponendique pro suo arbitratu tocius regni ius potestatemque facere, dummodo aequo animo paterentur, sola regii nominis regiique cultus rata sibi manere insignia, quae semel legitime accepta, sine summa omnium eorum ignominia amittere non posset, nec sinerent regni Teutonici[b'] splendorem, omnibus retro seculis intactum incontaminatumque, sua aetate tam turpis exempli macula sordescere; quod si verba sua difficilius admitterent, magnificis promissionibus totiens elusi, paratum se, quibus sacramentis, quibus vellent obsidibus, fidem facere, quod nulla umquam dies, nulla rerum vel casuum mutabilitas hanc suam in eos benivolentiam corruptura foret. Ad haec illi[c]: *Nulla*, inquiunt, *iam supersunt argumenta, quibus totiens recognita atque spectata fides eius probari ultra vel obligari valeat, cum totiens morum suorum emendationem coram oculis omnia cernentis Dei quam sancte pollicitus, omnia quibus se obstrinxerat vincula, ubi primum calamitas quae ad praesens urgebat[d] praeteriit, tamquam aranearum telas ruperit[42], et semper se ipso deterior, cursum mali operis, sicut equus impetu vadens in praelium, effrenata libertate repetiverit. Neque nos praecipiti temeritate ad haec extrema experienda prorupimus[e]. Omnes vias, omnia prius consilia pertemptavimus, si qua ratione rigidum obstinatumque in malis desperati hominis ingenium emolliri possit. Sed inveteratus morbus atque imis penitus iam insidens visceribus, nihil spei, nihil admittit remedii, omnem artem, omnem evincens industriam medicantium; quin immo, dum levitati eius impensius morem gerere studemus, et cunctis, quae perperam molitur, religionis obtentu muliebrem praebemus patientiam, status rei publicae eversus est, tranquillitas ecclesiarum turbata, maiestas imperii ablata, auctoritas principum evacuata, mores inversi, leges abolitae, et secundum prophetae elogium maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit; postremo omnis[f] iusticiae et pietatis, religionis et honestatis disciplina situ atque incultu obsolevit. Haec[g] quidem, dum sola vitae temporalis detrimenta, dum solam famae et existimationis labem minitarentur, tametsi viris[h] ferenda non essent, tulimus tamen, ne contra iusiurandum, quo tenebamur, praecipitanter impudenterque venire videremur, et dum gloriae nostrae consulere conaremur, animae naufragium pateremur. Nunc vero cum ab ecclesiae corpore propter flagitia sua apostolici anathematis mucrone praecisus sit, cum ei communicare sine communionis ecclesiasticae dampno et fidei iactura non possimus, cum fidem nostram, multis apud eum sacramentis implicitam, Romanus pontifex apostolica auctoritate explicuerit: extremae profecto dementiae esset[i], divinitus oblatam salutis occasionem non obviis, ut dici solet, manibus[43] excipere, et quod iam diu praemeditatum sit ut agatur, tam oportuno tempore non agere; cum leges humanae et ecclesiasticae sinant, cum locus et tempus arrideant, cum denique omnia, quae paci vel bello usui esse solent, conficiendae tantae rei favorem suum polliceantur. Quapropter contemptis inanium argumentorum cuniculis, quibus denuo in cervices iugulosque nostros viam gladio suo affectat, immobiliter animo fixum tenemus[44], ut absque ulla dilatione virum nobis provideamus, qui praecedat nos[k] et praelietur bellum Domini ad expugnandam et destruendam omnem cuiuscumque hominis altitudinem, elevantem et extollentem se adversus iusticiam et veritatem Dei et sanctae Romanae ecclesiae auctoritatem.* In haec verba legatos regis dimiserunt.

Iterum alios atque alios misit, nullum supplicationis genus, quod impediendae

a) implicata 5. b) vinceret 4. b') theut. *h. l. omnes.* c) haec nulla illi 5. d) urguebat 3. e) prorumpimus 3. f) omnes 4. oms 3. g) Nec 3. h) iuris 3. i) est 3. 4. k) *deest* 4.

41) cf. Horat. Od. IV, 15, 9. 42) cf. supra p. 216. n. 53. 43) cf. supra p. 160. 44) cf. Virgil. Aen. IV, 15.

Octbr. tantae rei proficuum putaretur, praetermittens. Sed illi in eadem sententia fixi obstinatique manebant. Iamque utraque ex parte ad magnum discrimen res spectare videbatur. Denique et hi regem alium sibi protinus constituere, et transmisso Reno fluvio — navigium enim omne episcopus Mogontinus in eam ripam coegerat — proxima luce regi Heinrico arma inferre parabant; et ille, incisa spe dilationis impetrandae, suos, qui per proximas villas dispersi erant, in unum coire[a] atque arma expedire iubebat, ut in ulteriorem ripam progressos confestim praelio adoriretur. In hac tantarum expectatione rerum intentis sollicitisque omnibus, ecce primo diluculo sequentis diei, quae ultimam cladem rei publicae allatura timebatur, Suevi et Saxones legatos ad regem miserunt, qui ei dicerent: tametsi nec in bello nec in pace ulla umquam ei iusticiae vel legum cura fuerit, se tamen legibus cum eo agere velle, et cum crimina, quae ei obiciantur, omnibus constent luce clariora, se tamen rem integram Romani pontificis cognitioni reservare; acturos se cum eo, ut[b] in purificatione sanctae Mariae Augustam occurrat, ibique celeberrimo conventu habito principum tocius regni, discussis utrarumque partium allegationibus, ipse suo iudicio vel addicat vel absolvat accusatum; quod si ante diem anniversarium excommunicationis suae, suo praesertim vicio, excommunicatione non absolvatur, absque retractatione in perpetuum causa ceciderit, nec legibus deinceps regnum repetere possit, quod legibus ultra administrare, annuam passus excommunicationem, non possit; si oblatam conditionem gratanter amplexetur et Romano pontifici per omnia subditum se dictoque obtemperantem fore polliceatur, hinc se experimentum capturos: omnes, quos ille excommunicavit, extemplo[c] a convictu contubernioque suo amoveat, ipse in urbem Spirensium dimisso exercitu secedat, ibique solo Verdunensi[d] episcopo[45] paucisque ministris, quos tamen sententia principum ab hac excommunicatione integros incorruptosque probaverit, contentus, privatam interim vitam agat, ecclesiam non ingrediens, nihil circa publica negocia suo iure disponens, nullam regii apparatus pompam, nulla regiae dignitatis insignia sibi[e] iuxta solitum adhibens usque ad sinodicam causae suae examinationem; praeterea civitatem Wormaciensem, quam expulso episcopo, dissipato caelestis militiae sanctuario, arcem belli speluncamque latronum (Matth. 21, 13. Luc 19, 16.) fecerat, abducto praesidio, episcopo Wormaciensi restituat, datis insuper sacramentis et obsidibus, ne quid deinceps rebellionis vel insidiarum ab civibus timere debeat; porro si quid horum praevaricetur, tum[f] se omni culpa, omni iurisiurandi religione, omni perfidiae infamia liberatos, non expectato ulterius Romani pontificis iudicio, quid rei publicae expediat, communi consilio visuros. Rex, cuius omnis[g] spes omnesque[h] copiae in artum coactae fuerant, gratulatus admodum, quod aliqua, quantumvis foeda, conditione urgentem ad praesens calamitatem declinasset, promptissime per omnia obedientiam pollicetur[46]. Statimque Coloniensem episcopum, Babenbergensem episcopum, Strazburgensem[i] episcopum, Basilensem[k] episcopum, Spirensem[l] episcopum, Losannensem[m] episcopum, Citicensem episcopum, Osenbruggensem episcopum, Oudalricum[n] de Cosheim, Everhardum, Hartmannum, ceterosque excommunicatos, quorum antehac opera consiliisque gratissime utebatur, omnes castris egredi iubet; missis quoque Wormaciam nunciis, milites, quos illic praesidii causa constituerat, abscedere urbemque episcopo patere praecipit[o]; dehinc ceteris, qui ad auxilia sibi ferenda frequentes convenerant, singulis in sua dimissis, ipse iuxta condictum cum paucis Spiram contendit, ibique intra[p] terminos et leges, quas principes praescripserant, aliquanto tempore mediocriter vitam moresque cohibebat.

Novbr. Suevi et Saxones, postquam, deditis Wormaciensibus, statum civitatis episcopo[q] pacatissimum reddiderunt, laeti ovantesque patriam repetebant, confestimque legatos Romam destinarunt, qui papam rei gestae ordinem edocerent enixeque flagitarent, ut sedandis per Gallias tantis bellorum civilium tempestatibus ipse statuta die suam non dedignaretur praestare praesentiam. Rex etiam certo sciens, omnem suam in eo verti salutem, si ante anniversariam diem excommunicatione absolveretur, nec satis tutum

a) ire 5. b) *deest* 3. 4. c) extimplo 3. d) Verdinensi 5. e) *deest* 4. f) tunc 4. g) omnes spes 1. h) omnisque 3. 4. i) Strasburg. 4. 5. k) Basiliensem 4. 5? l) Spirensensem 5. m) L. e. *desunt* 4. Iosannensem 1. 3. n) V̂dalr. 3. 4. Vdalr. 1. o) precepit 3. 4. p) inter 4. q) *deest* 4.

45) Theoderico. 46) cf. promissionem regis, se Gregorio obediturum esse, Mon. Legg. II. p. 49.

suis rationibus existimans, ut expectato intra[a] Gallias Romani pontificis adventu, sic infesto iudici, sic obstinatis accusatoribus causam[b] addiceret ventilandam, optimum factu sibi iudicavit pro eo tum statu rerum suarum, ut in Gallias proficiscenti Romano pontifici intra[c] Italiam occurreret et anathematis absolutionem quoquo posset modo impetrare conaretur; hac impetrata, ceteram rebus difficultatem facile adimendam, cum colloqui principibus et conferre consilia et fidem amicorum in adversis implorare nulla deinceps vetaret religio. Paucis igitur ante natalem Domini diebus Spirensi urbe discedens, cum uxore et filio parvulo iter aggressus est, nec quisquam ex omnibus Teutonicis vir ingenuus comitatus est regno excedentem, praeter unum, et ipsum nec genere nec opibus conspicuum. Cumque impensis tam longi itineris egeret, multisque supplicaret quibus incolumi re publica saepenumero profuerat, pauci admodum erant, qui vel veterum beneficiorum memoria vel praesenti humanarum rerum spectaculo permoti, necessitatem eius aliquatenus relevarent. Eo miseriarum et calamitatis ex summa gloria summisque opibus repente pervenerat. Similiter quoque ceteri excommunicati obtinendae citius absolutionis studio ardentissime iter[d] accelerabant in Italiam, nec tamen in societatem itineris regem admittere, principum vel pocius Romani pontificis metu absterriti, patiebantur.

Vis atque inclementia hiemis hoc anno adeo iugis solitoque asperior inhorruerat, ut a festivitate sancti Martini Renus fluvius, glaciali frigore constrictus, pene usque ad Kalendas Aprilis pedestri itineri transmeabilis maneret, et plerisque in locis vineta, exsiccatis frigore radicibus, omnino arescerent.

1077.

Dux Polenorum[47], qui per multos iam annos regibus Teutonicis tributarius fuerat, cuiusque[e] regnum iam olim Teutonicorum[f] virtute subactum atque in provinciam redactum fuerat, repente in superbiam elatus, propterea quod principes Teutonicos[g] cerneret domesticis seditionibus occupatos, nequaquam ad inferenda exteris[h] gentibus arma vacare, regiam dignitatem regiumque nomen sibi usurpavit, diadema[i] imposuit, atque ipso die natalis Domini a 15[*] episcopis in regem est consecratus. Quae brevi post comperta, principes[k], quibus rei publicae dignitas curae fuit, graviter affecere, sibique invicem succensebant, quod, dum intestinis in se atque in sua viscera odiis saevirent et digladiarentur, potentiam opesque barbarorum in tantum aluissent, ut iam tercio dux Boemicus regnum Teutonicum[l] ferro et igne populabundus peragrasset, et nunc dux Polenorum in ignominiam regni Teutonici[l] contra leges ac iura maiorum regium nomen regiumque diadema impudens affectasset.

Rex Heinricus in Italiam proficiscens, intra[m] Burgundiam in loco qui dicitur Bisenzun[n. 49] natalem Domini celebravit, satis magnifice pro sua tum[o] calamitate susceptus et habitus ab avunculo matris suae, Willihelmo comite, cuius in illis locis amplissimae et florentissimae opes erant. Ea porro causa erat, ut relicto recto itinere in Burgundiam diverteret, quod certo compererat, duces Ruodolfum, Welf et Berhtoldum[p] omnes vias omnesque aditus qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine clusas vocant, appositis custodibus anticipasse, ut nulla illic ei copia transeundi fieret. Exacta solemnitate natalis Domini profectus inde, cum in locum qui Cinis[q. 50] dicitur venisset, obviam habuit socrum suam[51] filiumque eius Amedeum[52] nomine, quorum in illis regionibus et

a) inter 4. b) c. suam 1. c) inter 4. d) tunc 4. e) que *deest* 4. f) Theutonicorum 4. 5. g) Theutonicos 3. 4. h) ceteris 5. i) deadema 3. k) p. Teutonicos 1. l) Theut. 3. m) inter 4. n) Bizensim 3. o) tamen 4. p) Bertholdum 1. 4. q) *ita Krause restituit et habet* 3. Ciuis 1. Cuus 4. 5?

47) Boleslaus II, Casimiri filius. *) Mendosa scriptura, legendumque pro *quindecim: quinque;* tunc temporis enim Polonia vix plures habere potuit episcopatus (cf. Pagi Critic. annal. Baronii ad h. a. n. 22.), nisi magis placeat, prorsus aliam voculam, ut *suis,* substituere. KR. 49) Besançon. 50) i. e. mons Cenis s. Cinisius satis superque notus, quem qui Italiam ex Gallia petunt superare et hodie solent. Quod *locus* nominetur mons, nec nostro nec aliis medii aevi scriptoribus infrequens, e. c. locus Triteburc supra a. 1073. KR. cf. de huius voc. significatione inter alios Waitz: Heinrich I. p. 150 sq. not. 4. 51) Adelheidam, matrem reginae Berthae. 52) Ita ex opinione Guichenoni in hist. geneal. domus Sabaud. comites huius terrae sibi successerunt: Amedeus I.; Odo s. Otto, filius quartus Humberti I.; Amedeus II, filius eiusdem et Adelheidis, ultimae marchionissae de Susa; sed contradicente alio scriptore Saint-Marc, apud quem ita se invicem excipiunt: Amedeus I, filius maximus natu Humberti I, ab anno 1048. usque

Ianuar. auctoritas clarissima et possessiones amplissimae[53] et nomen celeberrimum erat. Hi venientem honorifice susceperunt; transitum tamen per terminos suos alias ei concedere nolebant, nisi quinque Italiae episcopatus, possessionibus suis contiguos, eis redimendi[a] itineris precium traderet. Durum hoc nimis atque intolerabile omnibus regis consiliariis visum est. Sed cum ei inevitabilis incumberet necessitas quoquo[b] posset pacto redimendi itineris, et illi nec iure propinquitatis nec tantae calamitatis miseratione quicquam moverentur, multo labore et tempore in hac deliberatione insumpto, vix et aegre tandem impetratum est, ut provinciam quandam Burgundiae[54], bonis omnibus locupletissimam, concedendi transitus mercedem dignarentur[c] accipere. Ita indignatio Domini[d] non solum sacramentis et frequentibus beneficiis sibi obnoxios, sed etiam amicos et genere propinquos ab eo averterat. Difficulter assecuto transeundi licentiam protinus alia successit difficultas. Hiemps erat asperrima, et montes per quos transitus erat in immensum porrecti et pene nubibus cacumen ingerentes, ita mole nivium et glaciali frigore obriguerant, ut per lubricum praecipitemque decessum[e] nec equitis nec peditis gressum sine periculo admitterent. Sed dies anniversarius, quo rex in excommunicationem devenerat, e vicino imminens[f], nullas accelerandi itineris[g] moras patiebatur, quia, nisi ante eam diem anathemate absolveretur, decretum noverat communi principum sententia, ut et causa in perpetuum[h] cecidisset et regnum sine ullo deinceps restitutionis remedio amisisset. Igitur quosdam ex indigenis, locorum peritos et praeruptis Alpium iugis assuetos, mercede conduxit, qui comitatum eius per abruptum montem[i] et moles nivium[k] praecederent, et subsequentibus, quaqua possent arte, itineris asperitatem levigarent. His ductoribus cum in verticem montis magna cum difficultate evasissent, nulla ulterius progrediendi copia erat, eo quod praeceps montis latus, et ut dictum est glaciali frigore lubricum, omnem penitus decessum[l] negare videretur. Ibi viri periculum omne viribus evincere conantes, nunc manibus et pedibus reptando, nunc ductorum suorum humeris innitendo, interdum quoque titubante per lubricum gressu cadendo et longius volutando, vix tandem aliquando cum gravi salutis suae periculo ad campestria pervenerunt. Reginam et alias quae in obsequio eius erant mulieres, boum coriis impositas, duces itineris, conductu praeeuntes, deorsum trahebant. Equorum alios per machinas quasdam summittebant, alios colligatis pedibus trahebant, ex quibus multi dum traherentur mortui, plures debilitati, pauci admodum integri incolumesque periculum evadere potuerunt.

Postquam per Italiam fama percrebruit, venisse regem, et superatis asperrimis rupibus iam intra[m] Italiae fines[n] consistere, certatim ad eum omnes Italiae episcopi et comites confluebant, eumque, ut regia magnificentia dignum erat, summo cum honore suscipiebant, atque intra[o] paucos dies[p] infinitae multitudinis ad eum congregatus est exercitus. Erant enim iam ab exordio regni eius semper desiderantes adventum eius in Italiam, eo quod regnum illud bellis, seditionibus et latrociniis ac variis privatorum infestationibus assidue infestaretur, et omnia quae praeter leges et iura maiorum ab improbis hominibus praesumebantur, regiae auctoritatis censura corrigi sperarent. Praeterea, quia fama vulgaverat, ad deponendum papam ferocibus eum animis properare[q], admodum gratulabantur, oblatam sibi occasionem esse, qua in eum, qui se iam pridem ab ecclesiastica communione suspenderat, iniuriam suam idonee vindicarent.

Interea papa rogatus per litteras a principibus Teutonicis[r] qui in Oppenheim convenerant, ut in purificatione sanctae Mariae ad discutiendam causam regis Augustae occurreret, invitis Romanis principibus et propter incertum rei eventum iter[s] illud dissuadentibus, Roma egressus est, et quantum poterat profectionem accelerans, statuto die

a) redimendis 4. b) quoque 4. c) dignarenter 4. d) deum 4. e) descessum 5. *corr.* decessum 4. *fortasse* descensum? f) *deest* 3. 4. 5. g) *deest* 4. h) imperp. 3. *saepius.* i) montes 3. k) ĩuiũ 3. l) descensum? m) inter 4. n) fines — Italiae *desunt* 3. 4. 5. o) inter 3. 4. p) *deest* 4. q) *deest* 4. r) Theutonicis 3. s) tunc 3.

ad a. 1072, cuius uxorem Adelheidem confusam esse dicit cum Adelheide marchionissa Susae; Humbertus II. circa ann. 1072. usque ad d. 19. Octobr. 1108; Amedeus II, Humberti II. filius. 53) Susa, Pedemontii pars, Vallis Augusta et alia. KR. 54) Bugey (Beugesia, Bugia) inter Rhodanum et Danum (Ain) fluvios, iam pars provinciae Gallicae Ain, cuius metropolis fuit Bellay (Belica, Belleucum), fuisse opinatur Guichenon, quod qua ratione iuris Sabaudici factum sit, aliunde non liqueat. KR.

praesto esse satagebat, ducatum[55] ei praebente Mathilda, derelicta ducis Luteringorum[a] Ianuar.
Gozelonis, filia Bonifacii marchionis et Beatricis comitissae. Haec, vivente adhuc viro
suo, quandam viduitatis speciem, longissimis ab eo spaciis exclusa, praetendebat, cum
nec ipsa maritum in Luteringiam[b] extra natale solum sequi vellet, et ille, ducatus quem
5 in Luteringia[c] administrabat negociis implicitus, vix[d] post tercium vel quartum annum
semel marcham Italicam inviseret. Post cuius mortem Romani pontificis lateri[e] pene
comes individua adhaerebat[56], eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiae 56
eius pareret imperio, et omnibus quae prima mortales ducunt supra ceteros terrae
illius principes habundaret, ubicumque opera eius papa indiguisset, ocius[f] aderat et
10 tamquam patri vel domino sedulum exibebat officium. Unde nec evadere potuit incesti
amoris suspicionem, passim iactantibus regis fautoribus, et praecipue clericis, quibus
illicita et contra scita canonum contracta coniugia prohibebat, quod die ac nocte impudenter
papa[g] in eius volutaretur amplexibus, et illa furtivis papae amoribus praeoccupata,
post amissum coniugem ultra[h] secundas contrahere nuptias detrectaret[i]. Sed apud
15 omnes[k] sanum aliquid sapientes luce clarius constabat, falsa esse quae dicebantur. Nam
et papa tam eximie tamque apostolice[l] vitam instituebat, ut nec minimam sinistri
rumoris maculam conversationis eius sublimitas admitteret, et illa in urbe celeberrima
atque in tanta obsequentium frequentia obscoenum aliquid perpetrans latere nequaquam
potuisset. Signa etiam et prodigia, quae per orationes papae frequentius fiebant, et
20 zelus eius ferventissimus pro Deo et pro ecclesiasticis legibus, satis eum contra venenatas
detractorum linguas[57] communiebant. Igitur papa, dum in Gallias properaret, 57
ex insperato[m] audiens, regem iam esse intra[n] Italiam, hortante Mathilda, in castellum
quoddam munitissimum quod Canusium[o. 58] dicitur divertit, expectare volens, donec
consilium adventus eius diligentius exploraret, utrum scilicet veniam admissi postulare,
25 an iniuriam excommunicationis suae militari manu persequi plenus animorum, adveniret.

Diedericus episcopus Verdunensis, vir constantissimae erga regem fidei, dum regem
in Italiam proficiscentem paulo post insequi vellet, captus est ab Adalberto[p] comite de
castello quod dicitur[q] Calewo[59], et spoliatus omnibus, quas studiosissime convexerat, 59
tam longi itineris impensis. A quo diu habitus in custodia, tandem dato, quodcumque
30 exigebatur, redemptionis suae precio, addito etiam iureiurando, quod iniuriae huius
nec spiritualem nec corporalem vindictam aliquando expeteret, liber abire dimissus est.
Ruotbertus[r] quoque Babenbergensis episcopus, dum in Italiam pergens per Baioariam
iter ageret, captus est ab Welf[s] duce Baioariorum; qui, sublatis omnibus quae illius
fuerant peculiaria, vestes pontificales et ceterum ecclesiasticum ornatum, quem in
35 thesauris eius repperit[t], ecclesiae Babenbergensi cum omni integritate reconsignavit,
ipsum vero in castello munitissimo a natale Domini usque ad festivitatem sancti
Bartholomei apostoli sub diligenti custodia tenuit, nec ullis amicorum eius precibus aut
muneribus ut dimitteret evinci potuit. Ceteri episcopi[60] et laici, quos papa excommunicaverat
quosque rex huius rei gratia a latere suo, extrema necessitate compulsus,
40 amoverat, elusis custodibus qui clusas obsidebant, in Italiam illaesi pervenerunt, repertoque
papa in Canusio, veniam praesumptae rebellionis atque ut excommunicatione
absolverentur, nudis pedibus et laneis ad carnem induti[61], suppliciter postulabant. Ille 61

a) Lutteringorum 3. 4. 5. Luther. 1. b) Lutheringiam 1. 3. c) Lutheringia 1. 3. 4. d) post vix 3. e) latere 4.
f) cicius 5. g) papam 4. h) *deest* 5. i) detractaret 5. k) os *deletum* 3. l) *deest* 3. 4 (*ubi* tamquam), 5.
45 m) inspirato 4. n) inter 4. o) Camisium 4. p) Adalbero 4. q) *deest* 4. 5. quod Caleuuo dic. 3. r) *ita* 3. 4.
s) a Welff 4. t) *ita hoc loco omnes.*

55) conductum militarem, itineris praesidium; *geleit.* 56) cf. Liv. XXXIX, 25. 57) Casp. Barthius hunc locum comparat cum Britonis Philipp. III. v. 50 268 sq.: *queis quum nequeant probitate nocere, Garrulitate nocent solita linguaeque veneno.* Ita etiam Horat. Epist. I, 14, 38. morsum *venenosum* calumniam dicit: *Non istic — mea commoda quisquam odio obscuro morsuque venenat.* Vid. Barth. 55 animadvers. ad Brit. p. 168. et eund. ad Stat. Theb. I, 171. animadvers. T. I. p. 49 sq. 58) Canossa in ducatu Regiensi. 59) Calw (Calwa) ditionis Wirtembergicae; cf. Trithem. Ann. Hirsaug. I. p. 247. Huius mentio fit ab ann. 1048. usq. ad ann. 1099., quo d. 22. Sept. mortuus est. Extat tabula geneal. horum comitum in G. Chr. Crollii Zweiter Fortsetz. der erlaeut. Reihe der Pfalzgr. zu Aachen u. bei Rhein p. 240. coll. p. 184 sqq. Cf. Staelin hist. Wirtemb. I. p. 567. 60) In his etiam Benno Osnabrugensis episcopus. 61) Illo tempore moris fuisse, nudis pedibus poenitentiam agere, probat exemplum Ottonis regis in chron. Halberst. ad ann. 955. ap. Leibnit. SS. R. Brunsv. T. II. p. 115. et Werinha-

Ianuar. his, qui veraciter peccatum suum agnoscerent et deflerent, non esse, aiebat[a], misericordiam denegandam, sed longam inobedientiam et diu incretam peccati rubiginem diuturnioris poenitentiae igne exuri et excoqui oportere; quapropter, si eos revera facti poeniteret, aequo animo paterentur, quodcumque sanandis vulneribus eorum adhiberet ecclesiasticae correptionis cauterium, ne ex facilitate indulgentiae culpa, quae adversus 5 sedem apostolicam atrox et vehemens praesumpta fuisset, vel parva vel nulla videretur. Illis paratos se profitentibus ad omnia quae imposuisset sufferenda, episcopos omnes a se invicem separatos praecepit singulis cellis solitarios includi, nec ullum cum aliquo habere colloquium, ad vesperam autem cibi et potus mediocri mensura refici; laicis quoque pro aetatis et[b] virium consideratione congruentem singulis poenitentiam indixit. 10 Ita per aliquot dies examinatos tandem ad se vocavit, et leniter pro admissis obiurgatos, et ne deinceps simile quid admitterent commonitos[c], excommunicatione absolvit, abeuntibusque id ante omnia repetens iterum iterumque[d] praecepit, ne regi[e] Heinrico, donec sedi[f] apostolicae post factam iniuriam satisfecisset, aliquatenus communicarent, aut ei ad evertendum statum rei publicae turbandamque pacem ecclesiasticam in aliquo 15 operam suam accommodarent; ad hoc tamen omnibus indifferenter eius permisso colloquio, ut ad poenitentiam provocaretur et a cursu mali operis, quo praeceps rapi videbatur, retraheretur.

Interea rex Heinricus Mathildam comitissam ad colloquium evocavit, eamque precibus ac promissionibus oneratam ad papam transmisit, et cum ea socrum suam filium- 20 que eius, Azzonem etiam marchionem[62] et abbatem Cloniacensem[63] et alios nonnullos ex primis Italiae principibus, quorum auctoritatem magni apud eum momenti esse non ambigebat; obsecrans, ut excommunicatione absolveretur, nec principibus Teutonicis[g], qui ad accusandum eum stimulo invidiae magis quam zelo iusticiae exarsissent, temere fides haberetur. Quorum papa legatione audita, ait, incongruum valde esse et ab eccle- 25 siasticis legibus omnino alienum, ut absentibus accusatoribus causa accusati ventilaretur; quin immo, si innocentiae suae confideret, omni timoris scrupulo liberatus, statuto die in Augustam, quo ceteri principes convenire statuissent, fiducialiter occurreret; se illic, discussis utrarumque partium allegationibus, nec odio nec gratia ab iure ad iniuriam devolvendum, sed[h] iuxta leges ecclesiasticas quam rectissimam possit de singulis senten- 30 tiam laturum esse. Ad haec illi responderunt, regem illius nusquam terrarum subterfugere iudicium, quem sciat aequitatis et innocentiae incorruptissimum vindicem et advocatum fore, sed e vicino iam urgere diem anniversarium, quo excommunicatus fuisset, et principes regni hac expectatione suspensos attentosque anxie rei eventum praestolari, ut, si ante hanc[i] diem excommunicatione non absolvatur, deinceps iuxta palatinas leges 35 indignus regio honore habeatur, nec ultra pro asserenda innocentia sua audientiam mereatur; proinde obnixius petere, et hoc omni quo papa iubeat satisfactionis genere paratum emereri, ut solo interim anathemate absolvatur et communionis ecclesiasticae gratiam recipiat, responsurus ex integro, quacumque[k] die, quocumque loco papa praecipiat, tamquam nihil hac conventione actum sit, omnibus quae accusatores eius obiecis- 40 sent criminibus, et iuxta sententiam eius regnum vel retenturus, si obiecta purgasset, vel aequo animo, si causa cecidisset, amissurus. Diu papa restitit, veritus in rege iuvenilis animi inconstantiam et proclive, quocumque assentatores impulissent, ingenium; sed superatus tandem importunitate perurgentium et gravitate sententiarum: *Si veraciter,* inquit, *eum facti poenitet, coronam et cetera regni insignia in argumentum verae et ex* 45 *animo actae poenitudinis nostrae potestati dedat, et se post tam contumax admissum regio nomine et honore deinceps indignum profiteatur.* Durum nimis hoc visum est legatis. Cumque vehementer insisterent, ut sententiam temperaret, nec calamum conquassatum Ies. 42,3. iudicii austeritate penitus contereret[64]: vix et aegre tandem exoratus annuit, ut comminus veniret, et si veram pro admissis poenitudinem gereret, culpam, quam sedi apo- 50 stolicae contumeliam irrogando contraxerat, sedis apostolicae decretis nunc obediendo[l]

a) ait 4. b) vel 1. 5? c) communicatos 3. 4. d) iterum atque iterum 4. e) rege 1. 5? f) sibi 1. 3. 4. 5. g) Theut. 3. *saepius.* h) se 3. i) hac 5. k) quocunque 5. l) obidiendo 4.

rii ap. Thietmar. Merseb. IV, 26. Mon. SS. III, 780. Vid. etiam supra a. 1074. p. 214. 62) Estensem. 63) Hugonem. 64) cf. supra a. 1063. p. 165. n. 75. 55

Ianuar. 25. — 26–28.

expiaret[65]. Venit ille, ut iussum fuerat, et cum castellum illud triplici muro septum esset[66], intra[a] secundum murorum ambitum receptus, foris derelicto omni comitatu suo, deposito cultu regio, nihil praeferens regium, nihil ostentans pompaticum, nudis pedibus ieiunus a mane usque ad vesperam perstabat, Romani pontificis sententiam praestolando. Hoc secundo, hoc tercio die fecit. Quarto demum die in conspectum eius admissus, post multas hinc inde dictas sententias, his postremo conditionibus excommunicatione absolutus est[67]: ut die et loco, quemcumque papa designasset[b], evocatis ad generale concilium Teutonicis principibus praesto esset, et accusationibus quae intenderentur responderet, ipso papa, si ita expedire videretur, cognitore causarum assidente, et ad eius sententiam vel retineret regnum, si obiecta purgasset, vel aequo animo amitteret, si probatis criminibus regio deinceps honore indignus iuxta ecclesiasticas leges decerneretur; nullam, sive retento sive amisso regno, huius iniuriae vindictam a quopiam hominum in perpetuum exacturus; usque ad eam autem diem, qua causa eius legitime discussa terminaretur, nulla regii cultus ornamenta, nulla regiae dignitatis insignia sibi adhiberet, nihil circa rerum publicarum administrationem iuxta consuetudinem suo iure ageret, nihil, quod ratum fore oporteat, decerneret; postremo praeter regalium servitiorum exactionem, quibus necessario ipse et sui sustentandi essent, nihil regium, nihil publicum usurparet; omnes etiam qui ei sub iureiurando fidem dixissent, ab huius sacramenti vinculo et conservandae erga eum fidei debito apud Deum et apud homines interim liberi expeditique manerent; Ruotbertum Babenbergensem episcopum et Oudalricum[c] de Cosheim et ceteros, quorum consiliis se remque publicam prodidisset, a sua in perpetuum familiaritate amoveret; quod si, purgatis quae obicerentur, potens confortatusque in regno perstitisset, subditus Romano pontifici semper dictoque obtemperans foret, et ad corrigenda, quaecumque in regno eius contra ecclesiasticas leges prava consuetudine inolevissent, consentiens ei et pro virili portione cooperator existeret; ad ultimum, si quid horum praevaricaretur, irritam fore hanc, quae tunc[d] tantopere expetita sit, anathematis absolutionem, quin immo iam pro convicto confessoque habendum esse[e], nec ultra pro asserenda innocentia sua audientiam impetraturum, principesque regni, omni deinceps quaestione, cuncta iurisiurandi religione liberatos, regem alium, in quem communis electio consensisset, creaturos esse. Gratanter rex accepit conditiones, et servaturum se omnia, quam sanctissimis[f] poterat assertionibus promittebat[68]. Nec tamen promittenti temere fides habita est; sed abbas Cloniacensis, quoniam[g] iurare monasticae religionis obtentu detrectabat, fidem suam coram oculis omnia cernentis Dei interposuit; episcopus quoque Citicensis et episcopus Vercellensis[69] et Azzo marchio et alii conventionis eius principes, allatis sanctorum reliquiis, sub iureiurando confirmaverunt, facturum eum esse quae pollicebatur, nec aliqua rerum asperitate vel casuum varie succedentium mutabilitate ab sententia[h] deducendum.

Ita absoluto eo excommunicatione, papa missarum solemnia celebravit, confectaque sacra oblatione, regem cum cetera, quae frequens aderat, multitudine ad altare evocavit, praeferensque manu corpus dominicum[70]: *Ego*, inquit, *iam pridem a te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas sedem apostolicam per simoniacam heresim occupasse, et aliis quibusdam, tam ante episcopatum quam post acceptum episcopatum, criminibus vitam maculasse, quae mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerint. Et licet multorum idoneorum certe testium astipulatione crimen refellere queam, eorum scilicet qui omnem vitae meae ab ineunte aetate institutionem integerrime noverunt, et eorum qui meae ad episcopatum promotionis auctores fuerunt: ego tamen, ne humano pocius quam divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce corpus dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiae meae, ut omnipotens Deus suo*

a) inter 4. b) assignasset 4. c) V̊dalr. 3. 4. Vdalr. 1. *et ita saepius*. d) nunc 1. 5? e) esset 5. f) sanctissim' 3. g) quomodo 4. h) absentium a *corr*. 3.

65) Vid. de h. l. Wedekind Not. fasc. 2. not. XIV. p. 169—171. 66) Aliorum castellorum tribus muris fossisque cinctorum exempla affert C. Barthius ad Briton. Philipp. I, 644. p. 75. 67) Cf. Mascov. p. 70. sq. not. 4. 68) V. promissionem regis Mon. Legg. II. p. 50. 69) Gregorius. 70) Vid. Stenzel I, 411. not. 16.

Ianuar. 28. *me hodie iudicio vel absolvat obiecti criminis suspicione, si innocens sum, vel subitanea interimat*[a] *morte, si reus.* Haec et alia, ut solemne est, praefatus verba terribilia, quibus Deum causae suae aequissimum iudicem et innocentiae assertorem adesse precabatur, partem dominici corporis accepit et comedit. Qua liberrime absumpta[b], cum populus in laudes Dei, innocentiae eius congratulatus, aliquamdiu acclamasset, tandem impetrato 5 silentio, conversus ad regem: *Fac ergo,* inquit, *fili, si placet, quod me facere vidisti. Principes Teutonici regni suis in dies accusationibus aures nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modo ab omni rerum publicarum administratione, sed ab ecclesiastica etiam communione et ab omnimoda vitae saecularis conversatione usque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant. Petunt*[c] *etiam* 10 *magnopere, diem et locum statui audientiamque praestari canonice discutiendis, quas adversum te afferant, accusationibus. Et nosti optime, humana plerumque vacillare iudicia et in publicis disceptationibus nonnumquam falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum*[d] *hominum ingeniis*[e] *et dicendi copia et suavitate falsitas verborum phaleris adornata libenter auditur, et veritas nullis eloquentiae nixa adminiculis contempnitur. Cum ergo tibi bene* 15 *consultum cupiam, pro eo, quod in calamitatibus tuis supplex apostolicae sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti et existimationem tuam ab aemulis tuis per calumpniam falsis criminationibus impeti, libera compendiose et ecclesiam Dei scandalo et te ipsum longae concertationis ambiguo, et sume hanc residuam partem dominici corpo-* 71 *ris*[71]*, ut comprobata Deo teste innocentia tua, obstruatur omne os adversum te iniqua*[f] 20 *garrientium, et me deinceps causae tuae advocato et innocentiae tuae vehementissimo assertore, principes tibi reconcilientur, regnum*[g] *restituatur, omnes, quibus iam diu res publica vexatur, bellorum civilium tempestates in perpetuum sopiantur.* Ad haec ille, inopinata re attonitus, aestuare, tergiversari, consilia cum suis familiaribus segregatus a multitudine conferre, et quid facto opus esset, qualiter tam horrendi examinis necessitatem evaderet, 25 trepidus consulere. Resumpto demum spiritu, causari apud papam coepit de absentia principum, qui sibi in adversis fidem adhuc integram servassent, quibus[h] inconsultis et potissimum absentibus accusatoribus, irritam fore nec quicquam virium apud incredulos habituram esse, quamcumque pro experienda innocentia sua satisfactionem paucis qui aderant proposuisset; proinde sedulo papam orare, ut rem integram generali concilio 30 communique audientiae differret, ut ibi congregatis accusatoribus et secundum leges ecclesiasticas discussis tam accusationibus quam accusatorum personis, conditionibus, quascumque principes regni aequas iudicassent, obiecta refelleret. Haut gravate papa petenti adquievit, expletoque sacro ministerio, regem ad prandium vocavit, benignissimeque refectum, et de omnibus quae eum observare oporteret diligenter instructum, 35 cum pace ad suos, qui longius extra castellum remanserant, dimisit. Epponem quoque Citicensem episcopum praemisit ante eum, ut eos, qui ei excommunicato, priusquam anathemate absolveretur, indifferenter communicaverant, vice sua excommunicatione absolveret, benigne praecavens, ne quam denuo receptae communionis maculam contraheret. 40

Febr. Qui dum venisset, et causam pro qua missus fuerat Italis exposuisset, vehemens in eum ira et indignatio coorta[i] est. Fremere omnes et saevire verbis ac manibus coeperunt, apostolicae legationi irrisoriis exclamationibus obstrepere, convicia et maledicta, utcumque turpissima furor suggessisset, irrogare: se excommunicationem illius nihili aestimare, quem ipsum omnes Italiae episcopi iustis ex causis iam pridem excom- 45 municassent, qui sedem apostolicam per simoniacam heresim occupasset, homicidiis cruentasset, adulteriis aliisque capitalibus criminibus polluisset; regem secus ac deceat egisse crimenque gloriae suae intulisse numquam abolendum, quod homini heretico et probris omnibus infamato maiestatem regiam summiserit, et quem iusticiae patronum legumque ecclesiasticarum vindicem sibi parassent, is foedissima subiectione sua fidem plane catho- 50 licam, auctoritatem ecclesiae, dignitatem rei publicae prodiderit; se in ultionem eius

a) interveniat 4. interminat 1. b) assumpta 4. c) Petivit 4. d) desideriorum 4. discretorum *corr.* disertorum 3. e) in genus 4. f) inique 5. g) r. tibi 4. h) q. i. et p. *desunt* 4. i) exorta 4.

71) Simile examen per eucharistiam Lothario regi iniunxit Nicolaus Papa a. 869. Vid. Reginonis annal. ad h. a. 55

omnes quas potuerint papae iniurias irrogasse, et nunc, quod dictu quoque turpe sit, Febr. se in mediis perturbationum fluctibus relictis, ipsum sibi consuluisse et cum[a] hoste publico privata necessitudine in gratiam redisse. Haec potissimum principes Italiae iactando et passim per populum serendo, ingens regi odium brevi conflaverant. Adulta 5 postremo seditione, una omnium voluntas, una sententia erat, ut abdicato patre, qui ultro regni fascibus indignum se effecisset, filium eius, licet impubem adhuc et regni negociis immaturum, regem sibi facerent, et cum eo[b] Romam profecti, papam alium eligerent, per quem et ipse protinus imperator consecraretur, et omnia papae huius apostatici gesta cassarentur[c].

10 Perlato ad regem tam molestae conspirationis nuncio, misit propere quicquid apud se principum erat, ut quaqua ratione, quaqua possent industria, efferatae multitudinis animos mitigarent, ne moleste acciperent aut in contumeliam suam factum reputarent, quod extrema necessitate compulsus communis commodi ratione fecisset; nec Teutonicis principibus, qui sibi per calumpniam regnum eripere dedita opera machinarentur, nec 15 Romano pontifici, qui ad evertendum statum sanctae ecclesiae spirituali gladio circumquaque fulguraret[d], aliter satisfieri potuisse[e], quam ut ante statutam diem excommunicatione absolveretur; nunc se omnibus angustiis quibus vias eius conclusissent inimici liberatum, omnem deinceps curam industriamque ad vindicandas suas et illorum iniurias translaturum. Vix tandem compresso pocius quam extincto concitati tumultus incendio, 20 plerique ex principibus castris se per iram subtrahentes, iniussi in sua rediere. Ceteri, dissimulata interim iracundia, redeuntem regem pacifice exceperunt, sed neque[f] consuetam ei reverentiam deferebant[g], neque tam sumptuosa, ut prius utque regiam magnificentiam decuerat, servitia ei exhibebant, sed aversis oculis, infestis mentibus, passim per omnes angulos de levitate et ineptia eius musitabant, socordiamque accusabant[h], quod 25 tam diu expectatus, tam anxie desideratus, periclitantis Italiae calamitatibus nihil postremo spei, nihil praesidii attulisset. Cumque Italiam peragraret, ut his, qui oppressi fuerant calumpniamve patiebantur, regio more iusta faceret, nec in civitates eum recipiebant, nec cum faculis et faustis acclamationibus, ut prioribus regibus consueverant, obviam ei procedebant, sed foris, in suburbanis locis castris positis, commorari iubebatur[i], et illuc 30 ei alimenta, quibus exercitus sustentaretur, et ipsa modica et vix necessitatem pocius quam regalium epularum solitum splendorem copiamve explentia, ne manifestae defectionis immature argui possent, ministrabant, apposito singulis in locis praesidio, ut praedas forte de agris vel villis agere volentes armata manu coercerentur.

Ephes. 6, 17.

Territus rex insolita rerum facie, seroque poenitens, quod incognitae gentis inex- 35 pertae prius fidei temere se credidisset, et Teutonicis finibus excedendo hostem mutasset[k], non evasisset, gravi sollicitudine et metu perurgebatur, nec ullum usquam effugium inveniebat, nisi in reconciliandis forte, si qua ratione posset, quos offenderat, Italorum animis. Ratus itaque huius rei unicum hoc esse praesidium, ut initum cum Romano[l] pontifice foedus abrumperet, et inde reparandae concordiae initium faceret, unde fuerat 40 orta discordia: Oudalricum de Cosheim et ceteros, quos ille severissimo anathemate a contubernio eius amoverat, in pristinum gratiae et familiaritatis suae gradum revocavit, et cum eis denuo de privatis, de publicis negociis eadem[m] qua consueverat singularitate ac privilegio consilia conferebat. Tum assidue in conventu principum criminabatur et detrahebat Romano[n] pontifici, quod ipse omnem hunc, qui rem publicam con- 45 cussisset, ventum turbinis et commotionis saevissimae procellam suis machinationibus concitasset[o], ipse omnium, quae in ecclesia Dei[p] recenti memoria secus accidissent, auctor incentorque extitisset; hortabaturque omnes in commune, ut suo ductu suisque auspiciis tantarum ab eo iniuriarum vindictam expeterent. Dein[q] conditiones omnes et universa ecclesiasticarum legum vincula, quibus ille eum apostolica auctoritate in salu- 50 tem obstrinxerat, contemptim tamquam aranearum telas dirupit[r, 72], abiectisque omnibus 72 timoris Dei habenis, in omne quod animus suggessisset effrenata libertate ferebatur. His paulatim rebus Italorum indignatio mitigari, furor deflagrare, studia denuo in eum

a) eum 4. b) *deest* 4. c) cessarentur 3. d) fulgaret 4. e) potuisset *corr.* potuisse 3. f) *deest* 4. g) non d. 4. h) incusabant 4. i) videbatur 4. k) imitasset 3. l) rhomano 5. m) eandem 4. n) rhomano 5. *iam* 55 *saepius.* o) concitassent 4. p) omni 1. 5? q) Deinde 4. r) diripuit 1*. 72) cf. supra a. 1074. p. 216. n. 53.

Febr. incalescere coeperunt, ita ut frequentior in dies ad eum[a] multitudo conflueret, sumptus exercitui copiosiores ministrarent, et ad omne quod iussisset promptissime iam manus operamque suam pollicerentur. Erant tunc temporis apud eum ex Teutonicis principibus[b] Liemarus Premensis archiepiscopus, Eppo Citicensis episcopus[c], Benno Osenbruggensis[d] episcopus, Burchardus Losannensis[e] episcopus, Burchardus Basiliensis[f] episcopus; laici Oudalricus, Eberhardus, Berhtoldus[g] et alii pene omnes, quos in Oppenheim legati apostolicae sedis a[h] contubernio eius propter excommunicationem segregaverant; qui nunc post receptam communionem cum eum[i] quoque ecclesiae reconciliatum comperissent, unanimiter ad eum confluxerunt, et ei deinceps peregrinationis eius individui comites adhaerebant.

Interea Mogontinus, Wirceburgensis[k] et Mettensis episcopi, Ruodolfus, Welf, Berhtoldus[l] duces et alii plerique ex principibus Teutonicis convenientes, tractare de utilitatibus rei publicae statuerunt, ut principes Saxoniae et omnes quibuscumque res publica curae foret, 3. Idus Martii in Forecheim[73] occurrerent, et communi consilio, quid facto opus esset, decernerent, praesertim cum, per absentiam regis tranquillis rebus, tempus oportunum deliberationibus ac consultationibus nacti fuissent. Romano quoque pontifici scripserunt, ut, quoniam in purificatione sanctae Mariae Augustam iuxta condictum, dolo regis[n] praeventus, occurrere non potuerat, saltem in Forecheim statuta die praesto esse satageret, et sedandis bellorum civilium tempestatibus, quibus iam diu periclitaretur res publica, apostolici moderaminis gubernaculum adhiberet. Adhuc ille in Canusio et aliis circa firmissimis munitionibus se continebat, dispositum habens, non prius Romam regredi, quam confecto itinere quod instituerat, si Deo propicio conatum sequeretur effectus, pacem ecclesiae Dei reddidisset. Igitur acceptis litteris, tametsi iam pridem frequens ad eum fama detulisset, regem mutata mente hostiles adversum se spiritus[o] gerere, et contemptis conditionibus quibus excommunicatione absolutus fuerat, animo fixum tenere, ut leges ecclesiasticas manu militari debellaret: misit tamen unum ex cardinalibus episcopis Romanae ecclesiae, Gregorium nomine, et alios quos ei negocio idoneos arbitrabatur, qui ei dicerent, tempus esse, ut promissa compleret; conventuros in Forecheim 3. Idus Martii principes Teutonici regni ad componendum, si Deus votis annuat, statum rei publicae; veniret ergo, ut pollicitus sit, et crimina, quibus innocens, ut ipse asserat, a[p] calumniatoribus suis impetitus sit, se cognitore et iudice praesidente, responderet; multum rebus suis salutique et[q] apud Deum et apud homines collaturus, si ecclesiam scandalis, rem publicam bellis civilibus, se ipsum foedissimae existimationis macula liberaret; praesertim cum ea die, discussis sinodice quae adversum eum[r] afferantur causis, vel recepturus esset regnum, vel sine omni deinceps retractatione amissurus. Legatis mandata perferentibus, ille, dissimulatis mediocriter his quae animo agitabat, respondit, se post acceptum regnum hac primum vice Italiam intrasse, et ideo multis nunc et magnis rei publicae negociis implicitum, non posse tam cito infectis rebus provincia excedere, quia, si id faciat, Italos, quos longo tempore anxia adventus sui expectatione suspendisset, gravissime[s] offendat; praeterea diem conventui habendo statutum e vicino imminere, seque tam brevibus induciis tanta terrarum spacia nulla equorum celeritate posse transcurrere, etiamsi nullis extrinsecus retardetur[t] impedimentis. In haec verba legatos dimisit.

Papa certior iam factus de immutatione animi eius et ceteris rebus, quas ad eum

a) ad eum in dies 4. b) principio 1. c) *deest* 3. 4. 5. d) Ossenb. 3. e) Iosannensis 3. f) Basilensis 3. 5. g) Bertholdus 1. 4. Berntoldus 5. *et ita infra.* h) ac c. 3. i) eum cum 1. k) Werceburgensis 1. 4. l) Berdolfus 1. B. et alii duces et alii plerique 3. 4. 5. *Quum praeter Rudolfum, Welfonem, Bertholdum chronographi nullum alium ducem quam Ottonem de Northeim nominent, qui huic conventui interfuerit, verba:* et alii *ex sequentibus huc translata esse videntur.* n) regis dolo 1*. o) spēs (species) 5. p) et 3. 4. q) et a. d. *desunt* 3. 4. r) ea 3. s) gravisse 4. t) retardaretur 4.

73) Dumbeck in Geographia pagorum vetust. German. Cisrhenan. (Berol. 1818. 8.) p. 287 sq. opinatur quidem, haec facta esse Forchhemii in pago Auciacensi (Ufgau, Usgau), vico hodie prope Muhlbergam, haud procul ab amne Albae, suamque opinionem quatuor potissimum argumentis, quorum primum a vicinia urbis Moguntiae, ubi Rudolphus consecratus fuit, repetitum est, confirmare conatur, quae tamen singula refutare studuit P. Oesterreicher (vid. eius Neue Beiträge zur Geschichte 2. H. Bamb. 1824. 8. p. 78 sq.), ipse curtim regiam s. villam regalem huius nominis in Franconiae pago Radenzgau intelligens.

iam pridem fama detulerat, misit protinus Bernhardum abbatem de Massilia[74], virum eximiae conversationis et multarum in Christo virtutum, item alium Bernhardum, cardinalem diaconum sanctae Romanae ecclesiae, ut principibus Teutonici regni, qui, ut supra dictum est, 3. Idus Martii Forecheim[a] conventuri erant, occurrerent, eosque per ordinem quae[b] gesta erant edocerent; se iuxta placitum dedita opera enisum fuisse, ut die et loco statuto communibus sanctae ecclesiae utilitatibus tractandis praesto esset, sed[c] domni Heinrici diligentia ita circumventum, ita omnes, per quas transitus esse potuisset, itinerum angustias praeoccupatas, ut nec tuto in Germaniam progredi nec tuto Romam regredi valeat; proinde monere eos, ut suis interim rebus et regno Francorum, quod diu iam unius hominis puerili levitate vexetur, quaqua possint ratione moderentur; donec, si Deus velit, adempta itineris difficultate, ipse venire, et collatis in medium consiliis, quid utilitati, quid honestati omnium, quid paci ecclesiasticae expediat, secundum ecclesiasticas leges decernere possit.

Mart.

Nos more inertis poetae extremo iam in opere languescentes, ingentisque materiae mole superati, in longum satis, ut videtur, protracto volumini hic tandem finem imponimus, ut, si cui forte post nos ad describendam[d] reliquam partem huius historiae manum mittere libuerit, ab electione Ruodolfi regis congruum scribendi exordium faciat.

a) in F. 5. b) ea que 4. c) Se 5. d) ad scribendum 4.

74) Cf. Bertholdum hoc anno.

BERTHOLDI ANNALES.

Herimanni Augiensis discipulus et amicus, Bertholdus[1], *anonymo Mellicensi*[2] *teste vitam magistri et chronicam scripsit, cuius nonnisi fragmenta operibus Herimanni et Bernoldi commixta in libris nonnullis hodie extant. Nam qui saeculo XII. medio coenobii Murensis in usum codicem conscripsit, in quo historiam*[3] *ab Orbe condito usque ad annum Christi* 1091. *ex operibus Bedae, Reginonis, Pauli de gestis episcoporum Mettensium, genealogia S. Arnulfi, historia regum Francorum*[4], *tum ex libris Herimanni, Bertholdi et Bernoldi concinnavit, non magis quam scriptor codicis olim Gottwicensis hodie deperditi et Sangallensis integrum Bertholdi textum exhibuit, sed inde ab anno* 1054. *quo Herimanni chronicon desinit, usque ad annum* 1091. *ex Bertholdo et Bernoldo consarcinatum. Cuius rei omnis adhibito Bernoldi codice autographo tollitur dubitatio, et narratio anni* 1065. *in uno Bernoldo integra atque iusta, in reliquis omnibus eadem fere ratione depravata, quaecumque codicibus Gottwicensi, Murensi et Sangallensi cum Bernoldo communia sunt, ea ad Bernoldum, qui eorum se ipsum auctorem praedicat*[5] *et anno* 1073. *scribendi initium fecit, referenda esse, monstrat*[6]. *Reliqua codicum pars, quae sermone diffuso involuto et subobscuro a brevitate et perspicuitate Bernoldi recedit, Bertholdo tribuenda erat. Cuius quantum fieri poterat restituendae periculum facturus, textum ab Ussermanno auxilio praecipue codicis Murensis propositum, omnium quorum copia mihi facta est subsidiorum ope emendavi. Sunt autem haec:*

1.) *Cod. olim Gottwicensis, ab Ussermanno laudatus quidem sed non integer evolutus, hodie latet; nisi eundem fuisse opineris qui*

1*.) *in bibliotheca Palatina Vindobonensi Catal. Schwandtneri T. II. p.* 451. *inscriptus adservatur*[7] *et, referente Chmelio nostro, saeculo XVIII. ineunte in*

1) nomen prodidit cod. Murensis a. 741. et 1054. v. supra pag. 133. et infra not. 3. 2) in libro de SS. ecclesiasticis cap. 92. 3) ad a. 741. haec scribit: *Hucusque Beda uenerabilis presbiter chronicam suam in maiori de temporibus libro produxit, continentem ab initio mundi secundum hebraicam veritatem annos IIII. DC. LXXX., set multa intermixta sunt de chronicis cuiusdam Reginnonis Bremensis* (lege *Prumiensis*) *abbatis, qui descripsit ab incarnatione Domini incipiens ac pertingens usque ad D. CCCC. VI. Abhinc autem quae secuntur, sumpta sunt ex apicibus quatuor auctorum, videlicet prenominati Bremonis abbatis, domni Hermanni contracti, et discipuli eius Berhtoldi, atque domni Bernoldi presbiteri sancti Blasii. Isti vero percurrunt suis scriptis usque in annum dominicae incarnationis M. VI.* Sed intelligendum esse videtur M.XCI. 4) v. SS. T. II. p. 321. 325. 5) Bernold. a. 1086. 6) His ita propositis varias priorum scriptorum de Bertholdo sententias repetere et refellere haud amplius necessarium videbitur. v. Ussermanni praefationes T. I. II. Prodromi Germ. Sacrae, Docen in Archiv. III. 1 sqq., Dümge et Mone ibid. III. 209 sqq., Stenzel Gesch. d. Fränk. Kaiser II, 100. 101. 7) Archiv. II. p. 461.

1. Lamberti Annales.

C. Dresdensis. Mlxij. Willihelmus Marchio rediens in Thuringiam. duum radice in Vngaria, et sponsa sua, cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet: inter eundum, secunda incursione morbo correptus obijt. Sponsam eius Udalricus marchio Carentinorum cognatus eius accepit. Marcham Otto frater eius obtinuit.

Saxones et Thuringi ultima iam necessitate exciti amplissimo numero convenere et positis castris haud procul a curte regia Northusun archiepiscopum Maguntinensem. episcopum Heltimbemensem Udonem marchionem regi obviam

C. Gottingensis. Mlviij. Rex nativitatem domini Mersinburg celebravit aderatque inter alios regni principes etiam Hildibrant abbas de s. paulo mandata deferens ab sede apostolica vir et eloquencia et sacrarum litterarum erudicione valde admirandus. Ego lampertus vulgatam toto orbe abbatis Meg,

C. Wirtzburgensis. Mlxviij. Rex natalem domini Goslarie nec dum sospitate ad plenum recuperata celebravit. a quo Egbertus marchio exactis diebus festis digressus. cum se in sua recepisset modica febre pulsatus terminum vite accepit. Sed marcham adhuc

Statuta die iuxta condictum principes Suevie et Saxonie Triburiam convenere amplissimo numero obstinatis mentibus ad summovendum a regno

D. Hesse scripsit.

2. Bertholdi Annales.

urbis optimatibus magno planctu et eiulatu ut oportuit lamentatur. post magnificas exequiales agendas officiose satis et honeste iuxta ritum romanum apud s. Petrum celebratam. in medio ipsius paradysi debita lau-

3. Bruno de bello Saxonico.

fol. 2. Prologus saxonici belli. Domno suo dilectissimo, michi sine pia veneratione nominando, Werinhero sancte Magdeburgensis ecclesie presuli, venerandus Bruno, licet perexigua sue tamen familie porcio quicquid valet. Honor et iustus devocio. Inter eum qui aliquid donat et eum cui donatur, hec est observanda ratio, Ut cum

fol. 53. dignati fueritis attendere, vere et manifeste, et ex scripturarum testimonio firmis rationibus ostendemus, quod nemo hominum, nec clericus nec laicus, regere hunc possit ad aeternam animarum salutem. Nunc ergo vel vos nobis, qui iuste possit regnare, probabiliter ostendite: et nos sub eius regno socios fideles accipite: vel nobis qui iuste regnare non possit, [illegible]

D. Wattenbach scripsit.

charta exaratus est. Orditur a. 1053. *his verbis:* Imperator cum domno papa nativitatem Domini Wormaciae egit, *et a.* 1080. *in media sententia* Dei iudicio precipitatus est, thesaurus autem propter quem *desinit. Aeque ac codex Murensis excerpta Bernoldi et Bertholdi commixta exhibet, annis* 1068. *et* 1076. *paucis verbis ditior, anno* 1080. *fragmentum Bertholdi unus omnium servavit, et a.* 1727. *ab Hansizio*[8] *laudatus, Ussermanno innotuit. Liber ab homine imperito quidem vel negligente conscriptus, integer tamen in rem nostram convertendus erat; qua de re quum ad Chmelium nostrum scripsissem, voti mei compos factus sum, et praeterea*

1a.) *codicem bibliothecae eiusdem inter historicos profanos N.* 672. *(recens N.* 540.*) signatum, qui Vitam Herimanni continet, cum editione Muratorii*[9] *inde proflua sed valde mendosa conferri obtinui. Occurrit ibi in chronico Ottonis Frisingensis inter libri VI. capita* 15. *et* 16. *inserta, et saeculo XIII. conscripta esse legitur in Chmelii recensione codicum mss. bibliothecae Vindobonensis*[10].

2.) *Cod. monasterii Murensis in Helvetia, quem anno* 1837. *in loco tunc celeberrimo praesens evolvi, membranaceus in folio, saeculo XII. medio a scriptore diligenti, quique nonnisi paucis erroribus commissis*[11] *et vocibus aliquot suo modo scriptis*[12] *erraverit, exaratus est*[13]. *Constat quaternionibus viginti, quorum tamen secundus excidit, addito in fine duernione; primus quaternio inserta pagina tabulas chronologicas inde a Christo nato ad a.* 1175. *usque subiectis numeris annorum* 1176—1218. *exhibet; quaternio secundus deperditus initium chronicae inde ab Orbe condito exhibuisse videtur, reliqui textum inde ab a. Christi* 144. *sistunt ex chronicis Reginonis*[14], *Herimanni prout in codice Sangallensi continetur, Bertholdi et Bernoldi compositum. Et ea quidem parte cum Gottwicensi usque ad finem anni* 1079. *consentit, tum vero fragmento anni* 1080. *omisso, unum Bernoldum exscribit, et in verbis anni* 1091. sub communione excommunicatorum deperirent *subsistit. Folia duo ultima sententias ex Pauli historia Langobardorum decerptas exhibent. Manu saeculi XIV. haud pauca passim in margine adnotata, et carmina complura locis vacuis inserta sunt. Scripturae specimen subiicimus.*

Ex Murensi, pagina tamen una omissa, descriptus est

2*.) *Cod. Engelbergensis, quem aeque a.* 1837. *in monasterio summos inter Alpes constituto evolvi; mbr. saec. XII. in folio magno, sed cuius lectiones afferre operae pretium non fuerit. Desinit iisdem verbis ac Murensis.*

3.) *Cod. olim Sangallensis, a Iohanne Sichardo in collectione chronicorum Basileensi a.* 1529. *expressus, cuius aeque ac reliquorum supra pag.* 74. *mentionem feci, iam a.* 1066. *in media sententia ex Bernoldo desumta* „alii duo manus suas lacerantes[15]“ *deficit, magno certe rei nostrae incommodo, quum in eo textus passim paulo amplior, et quem ad ipsum Bertholdum proxime accedere*[16] *facile intelligas, servatus sit, vita tamen Herimanni excepta, cuius nonnisi paucis verbis mentionem iniicit.*

8) in Germania Sacra T. I. p. 264—266. excerpta annorum 1076—1079. dedit. 9) Antiqq. Italiae T. III. p. 933. 10) T. I. pag. 550. 551. 11) auditu errante, e. g. *cęlo* loco *zelo.* 12) litteram *c* et *p* loco *t* et *b* nonnunquam in vocibus iusticia, vicium, precium, inimicicia, milicia, blandiciosus, nuncius, Wormaciensis, pigricia, tum optinere, optenebrare usurpat; s*i*moniacus et s*y*moniacus scribit. 13) compendia *quo* (= quoniam) et *qncuque* (= quandocumque) Ussermann non bene explicuit. 14) ad a. 741. inscriptio supra descripta habetur; a. 906. ***Hucusque chronica Reginonis abbatis . et secuntur chronicę Hermanni;*** a. 1054. ***Hucusque chronica Hermmanni . abhinc Bercloldus.*** Continuationem Reginonis usque ad a. 939. exscriptam, in vocibus *Caprimontem obsidione* relinquit scriba, et spatio novem linearum relicto annum 940. ex Herimanno dat. 15) ita editio princeps a. 1529; in posterioribus verba ex Bernoldo „*ad claustra inferni descenderunt*“ addita leguntur. 16) e. g.

Quibus subsidiis adiutus, in textu restituendo ita progressus sum, ut annis 1054—1066 *et* 1080 *lectionem praecipue Sangallensem exprimerem, ex Bernoldo derivata minori littera excudi curarem, in vita autem Herimanni et in parte operis reliqua, annis scilicet* 1067—1079, *textum ope codicis Murensis emendarem; quod non sine fructu effectum lectores facile animadvertent.*

Bertholdus ex ipsiusmet verbis Alamannus[17] *et dioceseos Constantiensis incola*[18] *agnoscitur; aetate Herimanni fere aequalis*[19], *ab eo Augiae edoctus, post obitum amici locum eius*[20] *in docendis scolasticis ornasse videtur, doctor scilicet egregius, et in sacris litteris*[21] *adprime eruditus*[22]. *Historiae scribendae Gregorio VII. pontifice*[23] *sed anno demum* 1076. *accessisse*[24] *videtur, viris praecipuis non ignotus*[25], *rerum quas enarrat bene gnarus et subsidiis amplis instructus. In parte libri priore*[26] *usque ad a.* 1075. *chronica Bernoldi, anno* 1073. *composita et abinde passim continuata*[27], *exscripta offendimus, at anno* 1076. *Bernoldus relinquitur. Quumque Bertholdus a parte Gregorii VII. et Rudolfi contra Heinricum IV. staret*[28], *acta publica a summo pontifice et conciliis eius*[29] *emissa diligenter in usum suum convertit, tantamque eis fidem habuit, ut saepissime res a Gregorio in epistolis ad Heinricum regem, ad Germanos et episcopos Germaniae Italiaeve*[30] *relatas, eisdem verbis in narratione sua reciperet. Heinrici etiam epistolas Gregorio scriptas legit, et documentis quoque quae hodie non amplius supersunt usus est. In rebus iuris publici et canonici diiudicandis scripta partis pontificiae adhibuit. Annis* 1076—1080. *alius plane a Bernoldo*[31], *easdem res aliter narrat*[32], *et in universum secundum ordinem temporis procedit*[33].

Sermonem Bertholdi non multum laudaveris. Ipse sententiam interdum non absolvit, sed in media haeret[34]; *accusativos absolutos*[35] *loco ablativorum, deponens vi passiva*[36], tacere *cum duplici accusativo*[37], *et voces* theutonizare[38] *loco theutonice sonare*, returnare[39] *pro reverti*, quamvix[40] *pro cito usurpat.*

Adnotationes ab Ussermanno textui subiectas, ubicumque lectoribus nostris utilitatem aliquam afferre posse videbantur, servavi, haud paucas in compendium redegi, plurimas, utpote in volumine quo Lambertum, Brunonem et Bernoldum una exhibemus minus necessarias, resecui.

anno 1056. *tenetur* habet, ubi codd. 1. et 2. *tenebatur* legunt. 17) Alamannos a. 1075. *nostrates* vocat. 18) a. 1069. *nostrae cathedrae*, Constantiensis scilicet. 19) dum a. 1088. in senectute bona plenus dierum obiisse dicitur a Bernoldo. 20) sententia a. 1076. de partibus Heinrici et Rudolfi „*citra Rhenum*“ apud Oppinheim, et „*cis Rhenum*“ huic rei conficiendae non inservit; v. infra. 21) etymologiae etiam indulsit; a. 1077. vocem *grario* a gravitate morum derivans. 22) Bernoldi chron. a. 1088. et Necrol. Idus Martii. 23) a. 1077. scribit: *Domnus apostolicus* (Gregorius) *ut est non minimae compassionis* etc. 24) Nam anno 1056. scribit: *Heinricus IV. filius Heinrici, regnat annos XX.* 25) Heinricum IV. Augiae a. 1074. viderit; legatos quoque papae et principes partis Rudolfi, Constantiensem, Aquileiensem et alios noverit. 26) sive librum ab a. 1054. incepisse, sive eam quoque chronicam, quae ex Herimanno et Bernoldo excerpta supra pag. 265. Sangallensis codicis titulo ornatur, a Bertholdo profectam esse statuas, quod pro certo affirmari nequit. 27) v. locos minori littera expressos. Bernoldi textum qualem in autographo legimus, consuluit; immo vel ad litteram retinuit; e. g. a. 1075. Argentoracum, et quum constanter cum Bernoldo s*y*moniacus scriberet, loco uno item cum Bernoldo s*i*moniacus recepit. 28) post depositionem Heinrici sub vocabulo *regis* Rudolfum intelligit; Fridericum, ab Heinrico Sueviae *ducem* constitutum, a. 1079. *comitem* vocat. 29) e. g. concilium Romanum II. a. 1075. 107 . 30) e. g. Moguntinum, Constantiensem, Babenbergensem, Aquileiensem. 31) e. g. quae Bernoldus de Kadalao refert, apud nostrum desunt. 32) e. g. a. 1076. caedem Godefridi ducis, cuius culpam Bernoldus coquo, Bertholdus militi cuidam tribuit, verbis apud Bernoldum rudioribus; a. 1077. pugnae apud Strowi diversum eventum referunt. 33) a. 1078. exeunte, nexu rerum ductus, Eigilberti in cathedram Trevirensem elevationem refert, quae nonnisi mense Ianuarii sequentis contigit. 34) a. 1076. p. 33. lin. 3. edit. Usserm. 35) a. 1077. et 1078. pag. 45 et 86. 36) a. 1077. *praestolatos* 37) a. 1079. p. 98. 38) a. 1079. p. 101. 39) ibid. p. 102. 106. 40) ibid. p. 102.

Herimannus[a, 1], qui et heros magnus, religiosi comitis Wolveradi[b] filius, ab ineunte aetate in exteriori homine passione paralytica omnibus membris dissolutorie contractus, in interiori autem ingenii[c] vena prae[d] cunctis sui seculi viris mirabiliter dilatatus, artium omnium perplexitates metrorumque subtilitates[e] per semet ipsum suo sensu fere[f] comprehendit. Totus semper a primis annis huiusmodi[g] studio et otiis vacanter contraditus[h], et in tam[i] plenaria divinarum et secularium litterarum peritia magnus effectus est, ut ab omnibus ad magisterium et doctrinam eius undique confluentibus stupori et admirationi haberetur. Ea vero per omnes artuum compages[i*] inmanitate dissolutus erat, ne[k] se loco, in quo ponebatur, absque iuvante quolibet aliquorsum per se movere, neve saltem se in aliud latus vertere posset; set in sella quadam gestatoria a ministro suo depositus, vix curvatim ad agendum quodlibet sedere poterat. In qua[l] utilis ille et mirabilis[m] sanctae operationis alumnus, quamvis ore lingua labiisque dissolutis, fractos et vix intellegibiles verborum sonos quomodocumque tractim formaverit[n], tamen auditoribus suis[2] eloquens et sedulus dogmatistes[o], tota alacritate festivus et in disputando promptissimus[p] et ad inquisita illorum respondendo morigerus minime defuit. Sive aliquid novi vix digitis itidem dissolutis scriptitabat, sive sibi vel aliis lectitabat, vel aliquibus utilitatis aut iustae necessitatis sese exercitiis intentissimus semper occupavit: homo revera sine querela, nichil humani a se alienum putavit. Enimvero humillimae caritatis et caritativae humilitatis executor industrius, mirae custos patientiae, apparitor oboedientiae praesentissimus, castitatis amator, virgineae incorruptionis conservator, misericordiae cultor hilarissimus, integerrimae fidei orator vere catholicus, veritatis assertor et defensor invictissimus, probatissimus religionis christianae paedagogus, non parvae vir modestiae sobrietatis et continentiae, utpote qui ab infantia numquam carnes manducaret[q], psalmodiae orationi et divinis laudibus officialiter[r] satis devotus, et ante et post clericatum[3] susceptum, quem Bern[s] abbate Augiensi, viro sancto et sapiente, adhortante circa annum trigesimum[t] subierat, et totius sanctae et honestae vitae exstitit administrator orthodoxus. Mirae benivolentiae, affabilitatis, iocunditatis, et humanitatis omnifariae[u] conatu[v] sese omnibus[w] morigerum et aptum exhibens, utpote omnibus omnia factus, ab omnibus amabatur. Iniquitatis autem[x], iniustitiae[y], et totius pravitatis et[z] malitiae[*], vel quicquid contra Deum fit, aversator[a] et inpugnator indefessus ad usque finem vitae feliciter perduravit[b].

Compoti igitur[4] rationem[c, 5] regulas et nonnulla argumenta, in quo prioribus cunctis

a) *Codd.* 1. 2. *anno* 1053. *narrationi Herimanni de peregrinatione Werinharii Hierosolymitana addunt:* et illic *(in Ierusalem)* etiam in agro Acheldemach [Haceldama *Usserm.*] obiens feliciter sepelitur. *Haec et quae Bertholdus hoc loco de vita Herimanni tradit, codex Sangallensis (3) ita contrahit:* Herimannus, Wolferadi comitis filius, ab infantia omnibus membris contractus, sed omnes tunc temporis viros sapientia et virtutibus praecellens, in Aleshusan praedio suo defunctus ac sepultus est. Werinherus et Liutherus in Hierosolymitano itinere defuncti sunt. *media desunt.* b) *ita* 2. Walueradi 1*. c) ingenuus 1*. d) pro 1*. e) suptilitates 2. *ita et infra.* f) fore 1*. g) huius 1a. h) *ita* 2. traditus 1*. 1a? i) et vitam 1a. i*) arcium opages 1*. k) *ita* 1. 2. erat ut nec *manu sec. XIV. correctum in* 2. l) quibus 1*. m) memorabilis 1*. n) formavit 1a. o) docmatistes 1a. p) pernitissimus 1a. q) manducarit 1a. r) officialis 1*. s) bernardo 1*. 1a. t) XXX. *suprascripto* VIII. (vm) = um, *i. e.* trigesimum 1a. u) omnifario 1*. v) *deest* 1a. w) *deest* 1a. x) aut 1*. y) iniusticiae 2. z) vel 1*. *) maliciae 2. a) adversator 1a. b) perduravit. STUDIUM HERMANNI. 2. c) ratione 1*.

1) In margine codicis membranacei regii Berolinensis inter Mss. Latina in folio N. 307. signati, qui Herimanni Contracti librum de indagacionibus cordis et rebus occultis astronomie manu saeculi XIII. exaratum exhibet, haec fabula legitur: *De isto Hermanno legitur in historia quia sit filius regis* (*rgis* codex) *et regine scilicet Tratie; a cuius matre pregnante quesitum diuinitus, utrum magis uellet habere filium contractum et turpissimum aut insipientem et speciosum forma pre filiis hominum; que fertur respondisse, se malle turpem et sapientem habere quam pulcherrimum et insipientissimum. Natus est enim iste Hermannus secundum sue matris optatum; scilicet gibosus ante et retro et contractus, claudus. Qui rogatu cuiusdam suam ei in hoc opusculo conpositionem astrolabii edocet; premittit autem proemium suum.* 2) quos inter Bennonem Osnabrugensem fuisse, vitae eius auctor Norbertus c. 3. refert. 3) i. e. monachicam vitam. 4) De libris ab Herimanno conscriptis cf. Ussermann episcopatus Constant. pag. 512 sqq. Anonymus Mellicensis haec de eis habet: *Hermannus contractus, Suevigena, philosophus in computatione diligentissimus extitit, qui et librum de principalibus computi regulis scripsit. Scripsit et metrice librum qui scribitur de conflictu ovis et lini, scripsit item metrice alium in modum Theodoli, scripsit et tertium nihilominus metrice de contemptu mundi. In musica sane prae omnibus modernis subtilior extitit, et cantilenas plurimas de musica, cantusque de sanctis satis auctornobiles edidit. Chronicam quoque et gesta Chunradi et Heinrici composuit. In quibus omnibus virtus illius satis enituit.* — Liber de conflictu ovis et lini extat in bibliotheca regia Monacensi, v. Archiv III. 8. et ex Bruxellensi nuper prodiit in actis acad. Bruxellensis a. 1842. 5) in

non parum praecelluit, satis luculenter composuit et ordinavit: et praeter caetera de naturali lunae incensione regulares experientissimos adinvenit, per quos[a] evidentissime sciatur, in qualibet hora diei sive noctis a sole incendatur. Ad inveniendam quoque lunae eclypsin regulas experientissimas[b] excogitavit. Geometriam quandam non parvae profecto[c], quantum ad artem illam, utilitatis, sicuti in hac nemo maiorum tanta scientia et subtilitate praeditus fuit, ipse quoque naturali ratione et ordine per numeros et figuras conscripsit. Cantus item historiales[d] plenarios[6], utpote quo musicus peritior non erat[e], de sancto Georgio[f], sanctis Gordiano et Epimacho, sancta Afra martyre, sancto Magno confessore, et de sancto Wolfgango episcopo mira suavitate et elegantia euphonicos, praeter alia huiusmodi perplura, neumatizavit[g] et composuit. Libellum[7] hunc[h] chronicorum ab incarnatione Domini usque ad annum suum[i] undecumque laboriosa diligentia collegit; gesta quoque Chounradi[k] et Heinrici[l] imperatorum pulcherrime descripsit[8]. Libellum ad haec de octo vitiis[m] principalibus iocundulum[n], metrica diversitate lyricum[o], poetice satis elaboravit[9]. In horologicis et musicis instrumentis et mechanicis nulli par erat[10] componendis. In his igitur et in huiusmodi perpluribus, quae memorari non brevis est temporis, quantum ad inbecillitatem suam totus semper continuus studuerat. Tandem vero cum de ergastulo mundi huius fastidioso sanctam eius animam Dei pietas dignaretur liberare, pleuretica arreptus passione decem contabescens dies, incessabiliter fere et inmaniter laboravit lętali[p] hac invasione. Tum quadam die summo mane, cum matutina sinaxi[q] celebrata[r] ego, quem quidem familiarem prae caeteris habebat, ad lectum aegrotantis accessissem, ut, an se aliquantulum melius habuerit, ab eo inquisissem, respondit: „*Noli*, inquam, *de hoc, noli me interrogare, quin potius hoc, quod tibi, in quo non parum confido, enarrem, diligenter attende. Moriar procul dubio in brevi, et non vivam, nec reconvalescam; ideoque tibi meisque omnibus unice nimis commendo peccatricem animam meam. Per totam quippe noctem hanc in extasi quadam raptus fueram, et videbar mihi ea memoria et scientia, qua orationem solemus dominicam, Hortensium Tullii Ciceronis lectitando et mox relectitando vigilanter percursitare, et remanentis*[s] *adhuc sensum et scripturam materiae*[t], *quam proposui de vitiis dictandam, quasi iam perscripserim, similiter lectitare, et id genus multa. Cuius nimirum instinctu et hortatu lectionis tanto*[u] *mihi totus hic praesens mundus cum suis omnibus et ipsa haec vita mortalis comtemptui et tedio est, et e contrario tam ineffabili desiderio et dilectioni*[v] *futurus ille non transitorius mundus, et aeterna illa et inmortalis vita, ut quasi nichili et inane cuncta transitoria haec omnino*[w] *reputentur et flocci pendantur a me. Tedet quidem me vivere.*“

Ego autem visionis huius et sermonis non parum stupefactus oraculo, et ut pro

a) quo 1*. b) experientissimus 1a. c) parvo profectu 1*. d) hystoriales 2. e) p. nouerat 1*. f) gregorio 1*. g) neumaticauit 1*. h) *deest* 1a. i) suum videlicet millesimum quinquagesimum tercium u. 1a. k) cunradi 1*. l) henrici 1*. m) uiciis 2. n) rotundulum 1*. o) liricum 2. p) letali 1*. 1b. q) i. e. hora *glossa saec. XIV.* 2. r) sinaxis celebraretur 1b. s) remanentem 1*. t) matherię 2. u) tanta magis 1a. v) dilectionis 1*. w) omino 1*.

codice olim S. Michaelis Babenberg. iam Carlsruhano saec. XII. V. Cl. Molter referente Regulae Herimanni Suevi in compotum, Prognosticatio Herimanni de defectu solis et lunae nec non de aequali lunae per zodiacum discursione et ad solis coitum recursione; Mensura horologii, Regulae Herimanni qualiter multiplicationes fiant in abaco, De divisione cum aliis mathematicis, astronomicis et chronologicis leguntur. 6) Intelliguntur hic rhythmi, prosae, aut etiam sequentiae, in horum sanctorum honorem concinnatae, quas teste Trithemio ad a. 1005. sine certo numero plures edidit. Eius vero librum de monochordo, quem citat idem Trithemius libro de scriptor eccles. c. 321. inter scriptores musicos T. II. p. 124. ex ms. Vindob. vulgavit cels. Gerbertus. USS. 7) P. Bern. Pez (T. III. Thes. Anecdot. P. II. p. 951.) edidit librum, ab Hermanno Contracto scriptum de mensura astrolabii in bibliotheca S. Petri Salisburgi repertum, atque ex initio is ipsus dignoscitur, quem indicat Trithemius c. 321. de script. eccles., ubi tamen Hermanno tres libros de compositione astrolabii, et unum tantum de utilitate astrolabii tribuit, de qua vero duos habet Pezius l. c. p. 107. uti etiam Trithemius in annal. ad a. 1035. se correxit. Priorem de mensura astrolabii Hermannus cuidam amicorum suorum inscripsit, sola initiali littera B. indicato, qui haud dubie is ipse est Bertholdus, quem ibi pariter, ut mox infra, animum suum compellat. USS. 8) Reliquias eorum in Annalista Saxone a. 1037 sqq. haberi suspicor. 9) „Opusculum Herimanni diverso metro compositum ad amicas suas quasdam sanctimoniales feminas“ in codice S. Emmerammi iam regio Monacensi extare monuit Docen Archiv III. 8. 10) i. e. omnibus superior erat. Ussermann contra codicum omnium auctoritatem *non* post *nulli* intrusit.

tanti amici talisque[a] magistri abscessu oportuerat, totus fluens in lacrimis et commotus eiulatu, meme[b] satis indecenter vix continui. Mox ille sic me quasi zelando corripuit, quam stupido in me obliquans tremebundus[c] intuitu: „*Noli animę[d] mi, noli super me plorare, quin potius mihi tripudiando congratulare. Accipe, quaeso, tabulas meas, et quaecumque[e] adhuc scribenda restant in eis, inprimis tu diligenter emenda, demum scripta eis qui ea dignentur commenda. Ipse autem tete cottidie cogitans moriturum, praepara te[f] semper toto nisu et meditatu in id ipsum iter[g], quia nescis, qualibet die vel hora me tuum amicissimum prosequaris.*“ Et in haec verba cessavit. Dehinc in dies, ut fit, languore semper invalescente, eheu! ad extrema perductus est. Et totus[h] iam iamque ad coelestia suspensus, post confessionem peccatorum ex toto corde purissimam, et communicatam devotissime Christi eucharistiam, pluribus, qui ad eum visitandum[i] confluebant, fratribus amicis et familiaribus in unum psallentibus orantibus et conflentibus[k], felici, quod solum semper prae[l] omnibus exoptavit, consummatione[m] felix ille et incomparabilis homo Dei[n] 8. Kal. Octobris feliciter omnino exspiravit; et suis omnibus planctum relinquens non modicum, in praedio suo apud Alleshusan[o] officiose lamentabilibus[p] exequiis tumulatus, in pace requievit[q].

Conventus[11] ab imperatore Mogontiae factus est, in quo Gebehardus Aureatensis[r] episcopus, electus ab episcopis Romamque missus, ibique honorifice susceptus, in sequente[s] quadragesima in coena Domini 154[us] papa ordinatus, Victoris secundi nomen accepit.

1055.

Imperator natalem Domini Goslare celebravit, ac deinde expeditionem in Italiam paravit, et[t] diem sanctae[u] paschae Mantuae egit; diem autem pentecostes Florentiae[v], ibique coram eo a domno papa generali synodo habita, multa correcta sunt[12]. Imperator Adalbertum, capitali sententiae adiudicatum, per interventum episcoporum dimisit. Eodem[w] tempore 50 aut eo amplius armati milites a Normannia latenter per mare transeuntes, Nordmannis contra imperatorem auxilium praebere cupientes, a Pisentibus[x] civibus capti, atque ad imperatorem delati.

Imperator Ottonem Novariensem[y] episcopum Constantinopolim misit. Ubi pro Michahele nuper defuncto quandam feminam[z], totius regni monarchiam tenentem invenit; quae illum sequenti anno, suis etiam legatis adiunctis, amicitiam pactumque confirmandum imperatori remisit.

Beatrix imperatori ad deditionem veniens, causa mariti sui, quanquam data fide, captiva ducta* tenetur, filiusque eius puer Bonefacius hac causa venire veretur. Set non multis interpositis diebus, cum imperator ibidem moraretur, idem puer moritur. XVII.[13]

Gebehardus Ratisponensis episcopus, et Welf[a] dux licentiam repatriandi ab imperatore[b] impetraverant, militesque eorum[c], eis[d] ut aiunt ignorantibus, contra imperatorem coniuraverunt. Quo[e] tempore Welf dux, suis et omni populo flebili admodum morte praeventus, et[f] voto sanctae monachicae vitae Deo revera se initiando dedicatus, apud Altorfense coenobium sepultus est. Arnoldus[g] episcopus Nemetensis[h] moritur[i].

1056.

Imperator de Italia per Baioariam[k] rediens, natalem Domini apud castrum Turegum[l] celebravit, ibique Ottonis marchionis filiam aequivoco suo filio desponsavit.

a) tanti vel talisque 1a. b) meme 1*. neme 1a. 2. memet *USS.* c) tremebundum intuitum 1a. d) amice 1*. e) quantumcumque 1*. f) et 1*. tete 1a. g) item 1*. h) inter 1*. i) visitandi 1*. k) etiam flentibus 1*. l) pro 1*. m) consummationē 2. n) die 1*. o) allosehusan 1*. p) lamentantibus 1*. q) *In codice 2. manus saec. XIV. haec in margine notavit:* Ephithaphium Hermanni. Herman contractus mirum per secula factus. Hac villa (Alschhusen) natus fuit et iacet hic tumulatus. r) Eiestetensium 3. s) sequenti 3. t) et pascha 1*. 2. u) sanctae 3. v) florenciis 1. w) Eodem — delati *desunt* 1*. 2. x) *ita* 3. Picentibus *correxerunt Urstisius et Ussermann, sed vel de Pisanis sermo esse posset.* y) neovariensem 1*. neofariensem 2. z) *Hic Uss. adnotat:* Non Zoë erat, ut habet Gottwicensis, iam anno priore defuncta, sed eius soror Theodora, quae anno sequente mortua Michaelem Stratioticum non antecessorem, sed successorem habuit. *Sed in apographo codicis Gottwicensis Vindobonensi eiusmodi notitiae vestigium nullum.* *) c. d. *desunt* 3. a) Welffus 3. *bis.* b) *ita* 1. 1*. 2. 2b. italia 3. c) illorum 2. d) eis 3. e) Eo 1*. 2. f) et — dedicatus *desunt* 3. g) Arnortus 3. Arnold 2. h) Metensis 3. i) et Chounradus ei successit *perperam addunt* 1. 2. *ex mox sequentibus.* k) p. b. *desunt* 1*. 2. l) D. Turegi 1*. 2.

11) Haec ex Bernoldo fluxisse videntur, cuius hoc loco textus post annum 1091 mutatus est. 12) Labb. Concil. T. X. p. 1079. 13) annus hic Heinrici regnantis die 4. Iunii inchoatur. Numerus in apographo Vindobonensi ad „sequenti anno“ referri videtur; in Murensi loco hic indicato habetur.

Gebehardus Ratisponensis episcopus[a], ab imperatore de coniuratione contra se facta victus, primum[b] in castro Ulfilingino[14], dein in Stofola[15] per aliquod tempus sub[c] custodia tenetur[d]. Gotifridus dux imperatori ad deditionem venit[e].

Conradus[f] ab imperatore Nemeti pro Arnolto episcopo substituitur.

Herimannus Agrippinae urbis[g] archiepiscopus obiit; pro quo[h] Anno[i], Goslare prius[k] praepositus, in archipraesulatum successit. Imperator diem sanctum paschae[n] ...... celebravit.

Eodem[o] anno Sclavi[p] qui Liutici dicuntur, terminos Saxonum insectantes[q], quam plurimos eorum principes cum Wilhelmo marchione peremerunt. Heinricus[r] imperator domno apostolico ad se[s] tempore autumnali invitato, cum in Saxonia in[t] Bothfeldino commoraretur, morbo ingravescente infirmatus[u] et bona conversione poenitentia et confessione purissima praemunitus, omnibus debitoribus suis ex corde dimisit; et totum quod non bene acquisivit, et his qui praesentes aderant reddidit; qui autem non aderant, his per imperatricem et filium ut redderetur nominatim sollertissime disposuit; et sic totam spem in Deo ponens, o utinam feliciter! 3. Non. Octobris obiit, anno aetatis suae 39, regni vero 18, imperii autem[v] 10[w], indictione 10. Qui inde asportatus Nemetumque[x] translatus, in aecclesia sanctae Mariae, quam ipse construxerat, adhuc inperfecta, iuxta patrem et matrem[y] sepultus est[z] a domno papa. Filius autem eius Heinricus quartus[*] septimum aetatis annum habens, pro eo regni iura suscipiens, a primoribus matri imperatrici ad[a] educandum est commendatus. Fames[b] multas provincias afflixit.

Heinricus[c] quartus, filius Heinrici, regnavit annos 20, ab Augusto nonagesimus.

1057.

Heinricus rex natalem Domini Ratisponae celebravit. Septimo[d] Kalend. Maias immensitas nivis et pruinae magnam partem vinearum perdidit.

Romae[e] Victor II. decessit; in cuius locum Fridericus, frater Gotefridi ducis, dudum beati Leonis papae archidiaconus, tunc autem temporis monasterii sancti Benedicti abbas, 155us papa ordinatus, Stephanus nonus[f] est nominatus.

Otho dux Alemannorum obiit; cuius ducatum Roudolfus[g] accepit.

Hoc anno lapides mirae magnitudinis, mixti grandine, de coelo ciciderunt, et[h] nonnulli hominum fulmine perierunt.

1058[i].

Romae Stephanus papa obiit. Romani autem accepta pecunia quendam Iohannem[16] contra canones elegerunt, qui sine consecratione per aliquot dies sedens, a Gotefrido duce expellitur, atque Florentinae civitatis episcopus 156us papa constitutus, Nicolaus secundus est vocatus.

Eodem[k] tempore Heinricus Augustensis episcopus apud imperatricem summum consilii locum habuit; quod nonnullis regni principibus, eius insolentiam non ferentibus, multum displicuit.

a) e. ab i. *desunt* 1*. 2. b) p. i. c. U. d. i. S. *desunt* 1*. 2. c) in 1*. 2. d) tenebatur 1*. 2. e) G. d. i. a. d. v. *desunt* 3. f) C. — substituitur *desunt* 1*. 2. g) Coloniensis 1*. 2. h) o. Cui 1*. 2. i) hanno 3. *bis.* k) goslarensis praepositus successit 1. 2. l) *numerus in* 1*. *paulo inferius e latere confessionis Heinrici scribitur.* n) *Scriptores quandoque locorum, ubi reges festa celebrabant, ignari, spatium vacuum reliquerunt. Hic ex Lamberto* Padelbrunna *supplenda est. USS.* o) Eodem — peremerunt. Heinricus *desunt* 1*. 2. p) Sclafi 3. q) *an* infestantes? r) *deest* 1*. 2. s) se in germaniam i. 1*. 2. t) apud bothfeldin moraretur 1*. (botfeldin) 2. u) et bona *usque* 3. Non. Octobris *desunt* 3. *perperam omissa, dum certe dies obitus a Bertholdo adnotatus est.* v) *deest* 3. w) 15. 3. x) nemetim in 1*. 2. y) p. matremque 3. z) sepultus, et filius eius 3. *) quartus iam a patre rex factus (*ex Bernoldo*) tunc septennis, a primoribus regni matri imperatrici ad e. c. cum matre coepit regnare (*ex Bernoldo*) 1*. 2. a) *deest* 1*. b) F. m. p. a. *desunt* 3. c) H. q. f. H. r. a. XX. ab A. n. *desunt* 3. ab A. n. *desunt* 2. d) Septimo — perdidit *desunt* 1*. 2. e) *Horum loco* 1*. et 2. *quaedam ex Bernoldo transscripserunt:* Romae Victor II, (154us *addit* 1*.) decessit. Post hunc Fridericus frater Gotifridi ducis dudum beatae memoriae Leonis papae archicapellanus, ex clerico monachus factus, postea abbas in Monte Cassino promotus, Stephanus IX. nomen adeptus, papa 155us praefuit novem mensibus. f) VIII. 3. g) Rodolphus 1*. h) et n. h. f. p. *desunt* 1*. 2. i) *numerus deest* 3. *Quae sequuntur in* 1*. *et* 2. *omissa sunt, eorumque loco quaedam ex Bernoldo descripta habentur:* Romae post Stephanum quidam Benedictus contra canones privata quorumdam gratia electus, sine consecratione mensibus septem praefuit aecclesiae. Qui a Gotifrido duce expulsus, atque Gerardus Florentiae episcopus [Burgundus nacione *glossa saec. XIV.*], secundus Nicolaus vocatus, papa 156us praefuit annis fere tribus. Qui constituit, ut qui tunc a symoniacis essent promoti, ministerio suo permitterentur uti. Deinceps autem quicumque ab eis ordinarentur, nichil tali promotione lucrarentur. Hunc etiam papam Petrus Damiani, piae memoriae Ostiensis episcopus, ad corrigendam iuxta canones clericorum incontinentiam provocavit. k) Eodem — displicuit *desunt* 1*. 2.

14) Wülflingen in Thurgovia infra Vitodurum. USS. 15) Duplex huius nominis arx in Hegovia in confiniis montis Duellii, Stofelen dicta. USS. 16) Iohannes Velitrensis episcopus sub nomine Benedicti X, de quo B. Petrus Damiani T. I. opp. L. 3. epist. 4. et Leo Ostiens. l. 3. c. 13. USS.

1059.

Hoc anno magna mortalitas hominum et[a] pestis pecorum facta est. Orto[b] inter Mediolanenses et Ticinenses bello, multi ex utraque parte ceciderunt. Roudolfus Alemannorum[c] dux, Mahthildam[d], Heinrici[e] regis sororem, duxit uxorem. IIII.

Fuldis Eberhardus abbas decessit, cui[f] Sigefridus successit.

Andreas Pannoniae rex, cum prius pacem pactumque per legatos cum Heinrico rege confirmasset, etiam sororem eius minorem Iuditham[g] filio suo Salomoni[h] adhuc puero sponsam obtinuit. Fridericus et fratres eius de Glichberga Heinrico regi rebellant, et post ea illi ad deditionem veniunt.

1060.

Heinricus Galliarum rex obiit, et filius eius Philippus[i] adhuc puer[17] regnum cum matre gubernandum suscepit.

Liudpaldus[k] Mogontinus archiepiscop. decessit[l, 18]; cui Sigefridus Fuldensis abbas successit.

Chounradus Nemetensis episcopus moritur[m], in cuius locum Einhardus Augustensis[n] praepositus promovetur[o]. Mahthilt[p] soror regis[19] obiit. V.

Heinricus Palatinus comes in amentiam versus, cum sub specie religionis quasi seculum derelinquens, in monasterium Epftirnacha[q] se contulisset, inde abstractus, coniugem suam occidit.

Et[r] hoc anno, sicut in priori, mortalitas multos extinxit. Hyems satis dura et nivosa, et plus solito prolixa, frumenti vinique maximum attulit damnum.

Codices 1*. 2.	*Codex* 3.
In Ungaria quidam Belo fratrem suum Andream regem iam grandaevum regno expulit, et usque ad mortem perduxit. Hic Andreas a fratre nimis iniuriatus, tandem febre pulsatus omnes thesauros suos in castrum Medelekka[s], nec non et filium suum Heinrico regi per Tietpaldum comitem transmisit.	Andręas rex Pannoniarum, cum a fratre suo regnum sibi circunquaque vastante multas iniurias perpessus fuisset, tandem febre pulsatus omnes thesauros suos in castrum Medilhecka[20], nec non et filium suum Heinrico regi per Tiedbaldum comitem transmisit.

1061[t].

Magna fames multos consumpsit[u]. Gebehardus[21] Ratisponensis episcopus obiit, cui[v] Otto successit. VI.

Chounradus, qui Carantanis[w] solo nomine ducis[x] praefuit, moriens locum dedit[y]; cuius ducatum Berhtoldus[z] comes[*] Suevigena accepit[a].

Romae[b] Nicolao papa defuncto, Romani coronam et alia munera Heinrico regi transmiserunt, eumque pro eligendo summo pontifice interpellaverunt. Qui ad se convocatis omnibus Italiae episcopis, generalique conventu Basileae habito, eadem imposita corona patritius Romanorum appellatus est. Deinde cum communi consilio omnium Parmensem episcopum, multis[c] praemiis quibusdam ut aiunt datis, symoniace summum Romanae aecclesiae elegit pontificem. Interim dum haec aguntur, Anshelmus episcopus de Luca, quibusdam Romanis faventibus, apostolicam sedem sibi usurpavit[d].

a) et p. p. *desunt* 1*. 2. b) Seditio inter M. et T. facta est, et ibi plures bello ceciderunt 1*. 2. c) *deest* 1*. 2. d) mahthildam *Ann. Engelberg.* e) *deest* 1*. 2. f) et 1*. 2. g) *deest* 3. h) *deest* 3. i) *deest* 3. k) luppoldus 1*. lupaldus 2. l) obiit 1*. 2. m) obiit 1*. 2. n) A. p. *desunt* 3. o) substituitur 1*. 2. p) Mathildas 3. Mahthilt uxor ducis Roudolfi obiit 1*. 2. q) ephtirnacha 3. r) Et — extinxit *in* 1*. 2. *post Mahthildis obitum leguntur.* Hyems — damnum *desunt* 1*. 2. s) medeleka 1*. medelekka 2. t) *numerus deest* 1*. u) occidit 1*. 2. v) et O. ei s. 1*. 2. w) carentanis 1*. 2. x) *deest* 1*. y) moritur 1*. 2. z) bertholdus 1*. 2. *) *deest* 3. a) suscepit 1*. 2. b) *Haec in* 1*. 2. *ad Bernoldi textum exprimuntur:* Romae Nicolao papa defuncto 6. Kal. Aug. Romani regi Heinrico coronam et alia munera mittentes, eumque de summi pontificis electione interpellaverunt. Qui generali concilio Basileae habito, inposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio Romanorumque legatis eligentibus, Chadalous Parmensis episcopus 7. Kal. Nov. papa multis praemiis quibusdam ut aiunt datis, symoniace eligitur et Honorius appellatur, papatum numquam possessurus; sed 27[a] die ante istius promotionem Lucensis episcopus nomine Anshelmus, a Nortmannis et quibusdam Romanis papa 157[us] ordinatus et Alexander vocatus, sedit annos 12. c) m. p. q. u. a. d. s. *desunt* 3. d) *hic* 1*. *et* 2. *inserunt quaedam de Parmensi episcopo infra sistenda:* Parmensis — perdurans. *Tum ex Bernoldo addunt:* Hic Alexander doctor katholicus, satis strenue symoniacam heresim destruxit, et ministris altaris cum coniugibus coire iuxta canonum statuta cum excommunicatione interdixit, ipsosque laicos clericorum aperte incontinentium officia audire per pannum (bannum 2.) prohibuit, et sic illorum incontinentiam satis prudenter refrenavit. Huius autem constitutionis maxime auctor fuit Hildebrandus, tunc Romanae ecclesiae archidiaconus, hereticis maxime infestus.

17) Philippus I. tunc octo annorum. USS. 18) 8. Id. Dec. teste Necrologio Fuldensi. 19) Uxor Rudolfi ducis. USS. 20) Melk in Austria. 21) Hic Conradi II. imp. frater anno priore decessit. USS.

Burchardus[a] et Wezil de Zolorin occiduntur. Ecclesia Nemetensis dedicatur.

1062.

His temporibus[a*] Agna imperatrix, depositis regalibus vestimentis sacro velamine circundata[b], sese[c] Christo dedicavit, in oppidum Fructuariam[d.22] se contulit. 6.[e] Idus Februarii terraemotus, fulgura et tonitrua facta sunt. Pestilentia et mortalitas subsecuta, multos extinxit[f]. Heinricus rex apud Traiectum, Frisiae urbem[g], diem paschae cum matre imperatrice egit.

Hiis diebus Anno[h] Agrippinae Coloniae[i] archiepiscopus, annitentibus quibusdam regni principibus, Heinricum regem cum lancea et aliis imperii[k] insignibus a matre imperatrice vi arripuit, secumque Coloniam adduxit[l].

Parmensis episcopus, dudum electus, Romam consecrandus adiit; cui cum Romani armati occurrerent ingressumque prohiberent, multitudo illorum a militibus eius et occiduntur et in Tiberi submerguntur, caeteri fugantur.

Codd. 1. 2. (*anno* 1061.)

Parmensis vero collecta undecumque grandi militia, vi destinavit kathedram invadere, et ad urbem Romam sic perveniens, non permissus est a Romanis intrare; unde magna caedes ibidem peracta est. Et sic non sine victoria cruenta multis Romanis interfectis ad Parmam suam tristis regressus est, solo nomine apostolico sibi usurpato, ad finem vitae infeliciter perdurans.

1063[m].

Tempore veris, medio mense Aprilis, per quatuor dies hyems saeva, ventosa et nivosa, aves et pecora frigore extinxit, arborum[n] et vinearum maximam quoque partem perdidit.

Engilhardus[o] episcopus de Magdiburg obiit, cui frater Coloniensis archiepiscopi Werinharius[p] successit. Heinricus Augustensis episcopus obiit, cui Imbrico[q] Mogontiensis canonicus successit[r]. Eodem anno quaedam mulier iuxta Constantiam infantem, duo capita nec non et caetera membra ad usque clunes duplicia habentem, peperit.

1064.

Heinricus rex natalem Domini Coloniae celebravit, diem paschae[s] autem Leodii[t]. Synodus Mantuae.

1065.

Heinricus rex natalem Domini Goslare[u], diem autem paschae Wormatiae celebravit. Domus[v] regalis Goslari concremata est[w]; quod et factum est in[x] 6. Kal. Aprilis, indictione 3. Et ibidem accinctus est gladio, anno regni sui 9.[y] aetatis autem suae 14, et dux Gotifridus scutarius eius eligebatur.

Pataviensis episcopus obiit, cui Altmannus imperatricis capellanus successit. Hoc tempore Sigifridus Mogontiensis archiepiscopus, Wilhelmus[z] Traiectensis episcopus, et Guntharius Babinbergensis episcopus, Otto Ratisponensis episcopus, cum magno apparatu et comitatu Ierusalem proficiscentes, in eo itinere a paganis multa sunt perpessi. Nam et bellum cum eis inire sunt coacti. In eadem via Guntharius obiit, cui Ricimannus symoniace successit.

1066.

Multi[*] nobiles civili bello perierunt. Heinricus rex natalem Domini .....[a], pascha autem apud Traiectum egit.

Eberhardus Treverensis archiepiscopus 17. Kal. Maii sabbato sancto[b] paschae, completis a se ipsius diei officiis, ipsis sacerdotalibus vestimentis indutus, requievit in pace. Cui Chounradus Coloniensis praepositus, electus a rege, succedere debuit; set a clero et civibus Trevirensibus refutatus est. Unde quidam comes de militia Trevirensi, nomine Theodericus eundem Chounradum Trevirim tendentem comprehendit, et diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum commisit. Qui dum eum ter per quoddam praecipitium deiecissent, et nichil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis poenitentia ductus, ab eo veniam impetravit. Alius autem volens eum decollare, maxillam eius

a) Burchardus — dedicatur *desunt* 1*. 2. a*) d. et Agnes 3. b) *deest* 1*. 2. c) sese — contulit *desunt* 2. 3. d) fructerciam 1*? e) 1062. 6. Idus 1*. f) et fames magna facta est 1*. 2. *ex Bernoldo.* g) u. pascha simul c. 1*. 2. h) hanno 3. i) Anno Coloniensis 1*. 2. k) imperialibus 1*. 2. l) a. Dissensio magna facta est inter imperatricem et Guntharium Babinbergensem episcopum 1*. 2. *ex Bernoldo.* m) 1*. 2. *ex Bernoldo:* Heinricus rex exercitum in Pannoniam (pannonias 2.) movens, Salomonem filium Andreae regis in regnum patris sui restituit. Hiemps nimis dura aves et . . . n) frugum et vini magnam penuriam effecit 1*. 2. o) E. Parthenopolitanus archiep. 1*. 2. p) *deest* 3. q) imbricko 2. imbricus successit 3. r) 1*. 2. *addunt ex Bernoldo:* Caedes magna Goslare accidit in aecclesia rege presente. s) c. pascha 1*. 2. t) *Hic* 1*. 2. *ex Bernoldo inserunt:* Magna seditio facta est inter Adalbertum Haminburgensem archiepiscopum et principes regni. u) G. pascha autem W. egit 1*. 2. v) *Haec aeque in* 1*. *et* 3. *scripta ex Bernoldo male intellecto fluxerunt.* w) Eodem anno ab incarnatione Domini 1065. quando pascha celebratum est 6. Kal. April. in qua die Christus resurrexit, in tercia die paschalis ebdomadae 4. Kal. Aprilis indictione 3. rex Heinricus anno regni sui 9. aetatis suae 14. accinctus gladio in nomine Domini et dux G. s. e. e. 2. x) *deest* 1*. 2. y) VI. 1*. 2. z) W. T. e. *Ratisponensi postponuntur* 1*. 2. Vilhelmus 1*. *) M. n. c. b. p. *anno* 1065. *perperam addit* 3. a) goslare *Ussermann.* b) sanctae 1*.

22) in Alpibus infra dioecesim Eporediensem.

tantum abscidit. Et sic ipse Deo dignus martyr ad Dominum migravit. Passus est Kalendis Iun. anno[a] ab incarnatione Domini 1066. regni vero Heinrici regis 10, sepultus apud[b] abbatiam nomine[c] Doleiam. Tres autem milites, mortis illius auctores digna ultio postmodum subsecuta est. Nam unus eorum acceptum cibum deglutire non valens, alii duo manus suas lacerantes[d] sic exspiraverunt, ad claustra inferni descenderunt. Praeter haec plura miracula ad sepulchrum facta sunt, per quae[e] martyrium illius venerandum probatur. Uto canonicus Trevirensis post interfectionem illius archiepiscopus electus a clero constituitur.

Cometae sunt visae in octavis paschae id est 9. Kal. Maii, et per dies 30. duraverunt. Nuptiae Heinrici regis apud Triburiam. Item cometa visa est. His temporibus venerabilis Petrus Damiani ex heremita cardinalis episcopus multa conscripsit, et incontinentiam sacerdotum satis rationabiliter in scriptis suis confutavit, ordinatos autem a symoniacis, ut aiunt, nimium clementer tractavit.

Hugo Bizantiensis archiepiscopus, vir religiosus fidelis et prudens Domini servus, gaudium Domini sui super multa constituendus feliciter intravit. Cui successit a fratribus canonice electus eiusdem aecclesiae canonicus.

1067.

Heinricus rex natalem Domini Spirae celebravit, pascha autem .....[g]

Saxonia civili laborat discordia. Burchardus Halberstetensis episcopus gentem Leuticorum viriliter devastavit.

Einhardus Spirensis episcopus in itinere Romano obiit et Sienae sepultus est, cui quidam Heinricus successit.

His temporibus[23] quidam monachi de valle quae vocatur Umbrosa, in Florentino episcopatu, episcopum suum ob symoniacam heresim recipere noluerunt, et clerum populumque in tantum ab eo averterunt, ut nullo modo officium illius recipere dignarentur. Qui et sacramenta, quae ab eo et ab omnibus symoniacis et uxoratis presbiteris conficerentur, nulla omnino esse et sperni debere, scriptis quibusdam publice protestati sunt; et inde maxima dissensio et scismata exorta sunt, non solum in hoc set et in aliis circa contiguis locis.

Alexander autem papa hac audita causa et questione, et episcopum et monachos Romam ad se vocavit, ut in Romana synodo sententia super his tenenda catholice diffiniretur. Ergo ea illic sententia episcopis[h] expostulantibus diffinita est, ut iudice flamma ignis, veritas sanctae aecclesiae patefacta innotuerit. Quod ab utraque parte fiendum dum laudaretur, unus quidam de monachis sese idem iudicium Deo teste et discretore suae iustitiae subiturum professus est. Et eo statuto a papa promulgato, Florentiam, ut illic in praesentia cleri et populi perficeretur, regressi sunt.

Denique non modico ibidem facto concilio ignis flammigerus plus quam ad staturam hominis altus et duodecim pedum longitudine protractus, duorumque pedum interstitio a se distans, ex aridissimis lignis in atrio aecclesiae studiosissime succendebatur. Quem cum episcopus Petrus Florentinus, ut se suosque compares de praeposita culpa et intentione innoxium esse expurgaret, ingredi medium non auderet, monachus ille praedictus[24] communicata Christi eucharistia, ita paratus sicuti ibidem missas fecit, nudis pedibus acceptaque cruce in manibus sub sacramentali hac Dei iustitiae et veritatis ratione[i] comprobandae, in audientia totius aecclesiae in Christo sic protestatus est, quod videlicet Petrus ille, qui Florentinus episcopus dictus sit, symoniace episcopatum obtineret[25], et quae ab ipso et ceteris symoniacis et uxoratis presbiteris conficerentur sacramenta, nullo modo a catholicis recipienda essent. Et eo pacto medium flammae pedetemptim ingrediens, absque omni laesione ardoris et incendii in nomine Domini feliciter[k] perambulavit. Set omnis plebs, ut vidit iudicium hoc, Deo gratias et laudes superno iusto Iudici unanimiter referebat.

Petrus vero tandem Romam a domno papa advocatus, et pro heresis praedictae reatu huius iudicii argumento convictus, virgam et anulum episcopalem apostolico confusus reddidit, sicque dignitate, qua iniuste est sublimatus, recessit iuste privatus. Ali-

a) anno — regis 10. *desunt* 3. b) ad 3. c) quandam 3. d) *hic in media sententia desinit* 3. e) quam 2. g) Ratisponae *supplendum videtur. Uss.* h) ipsis 2. i) romane 1*. k) *ita* 1*. fideliter 2.

23) Baronius caeterique passim haec ad annum 1063. referunt. In alia tamen abit Mabillonius (Annal. Bened. T. V. p. 1 sqq.) ubi ex Msc. codice bibliothecae Sancti Remigii Rhemensis id factum probat *anno* 1067. *mense Februario feria quarta prioris hebdomadae in quadragesima*, seu die 28. eiusdem mensis. Mansius vero (Suppl. concil. T. I. p. 1360.) ex alio Msc. Florentino id contigisse scribit *anno* 1068 *Idibus Februarii feria quarta primae hebdomadae in quadragesima in monasterio de Septimo*, seu die 13. Februarii. USS. 24) Petrus, Igneus propterea cognominatus, ac postea episcopus Albanensis et cardinalis factus. USS. 25) Idem refert Bernoldus Opusc. IX, 5. p. 376. Cf. quoque Opusc. XII, 3. b. p. 392. 395.

quamdiu tamen res aecclesiae illius ope ducis Gotifridi invasit, sperans se quomodolibet in cathedram suam posse restitui. Demum vero cum hac spe frustraretur, renuncians omnibus quae possidere videbatur, ad conversionem venit, et in monasterio Pomposa iam se mona- 26 chum fecit[26]. Nortmanni Romam invadere voluerunt hostiliter, set a duce Gotifrido eis interminante cessaverunt. 5

1068.

Heinricus rex natalem Domini Coloniae celebravit, pascha autem . . . Hic adolescentiae suae errore seductus, legitimae coniugis adeo obliviscitur, et tam nefandis criminibus involutus esse diffamatur, ut etiam principes eius eum regno privare molirentur. Totus ille annus pluvialis[a].

1069.

10 Pax et reconciliatio in populo in natali Domini apud Goslare regali edicto sub sacramento sunt confirmatae. Heinricus rex gentem Leuticorum devastat.

Dedo marchio Saxonicus regi rebellat, set postmodum coactus ad deditionem venit.

Oudalricus abbas Augiensis obiit, pro quo quidam MeginWardus de Hiltinisheim abbas symoniace, fratribus rebellantibus, a rege vix substituitur. 15

Rumaldus Constantiensis[a*] episcopus, pius admodum et humanus, qui et domus episcopalis, quae suo tempore corruit, recuperator sollertissimus, et aecclesiastici thesauri ampliator et provisor attentissimus, huius mundi umbraticas deserens vanitates, ultimum diem 2. Non. Novembris feliciter clauserat, et in eadem domo quam construere iam inceperat, officiose sepultus est. Ea tempestate symoniaca heresis non ut olim clandestina, 20 quin potius publica et inreverenti maiestate undique nostratibus et absque personarum acceptione efferata principabatur, et columbinam sanctae matris aecclesiae pulchritudinem purulentiae suae contagiis quam miserabiliter confoedaverat, quae denique quendam 27 Karlomannum[27], Parthenopolitanum canonicum Harcispurgensem autem praepositum, non per ostium set aliunde, per maceriam scilicet, caulas Constantiensis cathedrae, ipsi regi 25 eiusque[b] consiliariis data et promissa non modica sacrilega peccunia nec non beneficiis aecclesiasticis, intrare coegerat[c]. Ita emptor ille miserrimus gehennalis miseriae, contra fas, nostrae cathedrae inthronizari percupientissime industrius satis nitebatur, et totius cleri et populi canonicam Sigifridi[28] fratris illorum, regii quoque capellani, quem sibi episcopari expetiverant, electionem frustrari omnifariam[d] moliebatur. 30

29 Gotifridus dux[29], inter seculares praestantissimus et in recordatione peccatorum suorum ad compunctionem lacrimarum facillimus, in erogatione elemosinarum largissimus, tam ex toto rebus et thesauris suis in pauperes et aecclesias dispensatis, ut ferme nudus nudae crucis baiulus resideret, et tam perfecta et lacrimosissima poenitentia alter[e] ex altero effectus, ut hinc ad supercoelestis municipatum curiae feliciter illum emigrasse fas non sit[f] dubitare, in illius 35 manus spiritu suo commendato, cuius gratiae devotissimus suspiravit, coelestibus ex toto suspensus gratulanter exspiravit. Hic demum apud Viridunum, ubi etiam defunctus est, 9. Kalend. Ianuar. idoneis omnino exequiis tumulatus, in pace requiescat.

1070.

Rex natalem Domini Frisingiae egit, indeque partibus illis pertransitis in purifi- 40 catione sanctae Mariae Augustam pervenit[g]. Illuc ergo fratres Constantienses pro suo electo per regis suffragium acceptando cum venirent, praedicto symoniaco[h] illo vellent nollent urgente, regis comminatoria satis iussione pro eo illis superinposita tristes domum remeabant. Sic ille anathematicus episcopalem cathedram pervicax invasor sibi infeliciter usurpavit. Nec mora, mox ad quod venit opus studiosissime administravit, 45 scilicet ut deterius venderet quod male comparavit, et ut furaretur, et mactaret oves alienas et perderet. Vasa sacra, vestimenta missalia, tabulas altaris argento coopertas furtive dilaminavit; aurum, gemmas, et omnem aecclesiasticum thesaurum in suos suorumque usus Bern. a. 1071. utpote fur sacrilegus praesumptuose disperserat. Hoc a fratribus Alexandro papae per litteras ex toto querelosę intimato, apostolica auctoritate interdixit eis, ne omnino communica- 50

a) Wernherus secundus abbas S. Blasii obiit *addunt* 1. 1*. a*) XXXVI. *addit* 1*. b) eiusdem 2. c) cogerat 2. d) omnifaria 2. e) altera 2. f) fit 2. g) Dietmarus Curie episcopus obiit, cui Henricus monachus Augiensis successit *addit* 1*. h) praedicta symoniana 2.

26) Ughelli Ital. sacr. Tom. III. pag. 73. USS. 27) Vulgo Carolus appellatur. USS. 28) Sigefridus regis capellanus notatur inter legatos Heinrici regis ad rebelles Saxones a. 1073. apud Brunonem. USS. 29) Lotharingiae inferioris, Barbatus dictus, Beatricis Tusciae marchionissae maritus, ad quem extat beati Petri Damiani opusculum 57. (Opp. T. III. pag. 377.) in quo eiusdem 55 lenitatem in puniendis criminibus reprehendit, ac in subsequenti (p. 380.) quoque dissertatione id ipsum urget, proponens ei Hugonis magni itidem Tusciae marchionis exemplum. USS.

rent ei; simulque archiepiscopo Mogontino litteris missis praecepit, nisi se heresi praedicta expurgaret canonice, quod nequaquam episcopum eum consecraret. Set ipse regis et commercialium suorum sese promissis et auctoritate qualitercumque defendendo, causam suam ad usque secundum annum protelavit.

5 Francia civili laborat discordia. — Otto dux Baioariae proditionis in regem reus a quibusdam accusabatur, et ut se duello expurgaret, locus ei a rege dabatur. Quod dum facere nollet, hinc occasionem rebellandi suscepit, et cum eo simul Magnus filius Ottonis ducis Saxoniae aquilonialis. Set rex praedictum Ottonem cum legitime ad satisfactionem vocatus nollet venire, ducatu et caeteris beneficiis privavit. — Dietmarus Curiae episcopus obiit, cui Heinricus monachus Augiensis 10 successit. — MeginWardus regis exacturam et praecepta et servitia pati nolens, sponte Augiensem abbatiam dimisit. — Hiemps ventosa et pluvialis.

1071.

Rex natalem Domini . . . .[a] egit. — Welf dux Baioariae efficitur. — Heinricus rex multas insidias a Saxonibus passus, viriliter omnes transivit. — Otto iam dudum dux Baioariae, cum sociis suis in pentecoste 15 regi ad deditionem venit. — Karlomannus, Constantiensis ille appositus, ex praecepto Alexandri papae habito Mogontiaci concilio[30] a canonicis Constantiensibus constanter ob praedictam heresim et tot sacrilegia perpetrata, per accusatorias litteras obiecta illi, synodaliter convictus, utpote qui contra aecclesiasticae regulae disciplinam egisse negare non potuit, aecclesiam scilicet per precium adeptus, de sede, quam symoniace invasit, confusus abiciebatur; 20 non tamen publica, ut oporteret, depositione. Rex quippe quantum maxime poterat, ipsi favebat; cui etiam virgam episcopalem non in concilio synodali, set in camera sua, adhuc corde indurato rebellis et invitus reddiderat. Et si huiusmodi sententia nondum consecratum exspectat et damnatum[b], quid erit de consecratis? et si hoc de episcopis, quid fiet de presbiteris? Ecce argumentum depositionis a maiori ad minus. 25 Et cum iuxta praecepta sanctorum patrum nulli clericorum fas sit ignorare statuta canonum, de multis unum hoc breve ex decretis sancti Nicolai papae capitulum memoriae non pigeat commendare: *Quicumque presbiter per precium aecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam contra aecclesiasticae regulae disciplinam dinoscitur egisse. Qui autem alium presbiterum legitime ad aecclesiam ordinatum per peccuniam expulerit, eamque* 30 *sibi taliter vendicaverit, quod vitium male diffusum summo studio emendandum est* . . . . Otto Goslarensis canonicus Karlomanno a rege substituitur.

Quidam Roupertus, abbas Babinbergensis, Augiensem abbatiam dato regi multo auro symoniace intravit; qui postmodum anathematizatus expellitur[31].

1072.

35 Rex natale Domini . . . .[c] et pene sine difficultate bellorum sibi rebellantes superavit. Petrus Damiani piae memoriae cardinalis episcopus, iam dudum mundo crucifixus, 7. Kal. Mart.[32] migravit ad Dominum. Cui domnus Geraldus Cluniacensis monachus, scientia scripturarum insignis et moribus praedecessori suo non inpar, in episcopatum successit. Adalbertus Bremensis archiepiscopus obiit. Cui Liemarus successit.

Rex multa sibi munitissima castella construxit in partibus Saxoniae et Thoringiae, et plures sibi munitiones 40 iniuste usurpavit, unde multorum animos contra se excitavit.

His etiam diebus Mediolanensis aecclesia episcopo decedente aliquamdiu vacat. Cui quidam, maxima data peccunia regi et suis consiliariis, successit. Quem a papa excommunicatum rex consecrare praecepit. Clerus autem alium sibi idoneum elegerat, qui[d] ab illo coactura iurisiurandi expulsus deicitur[33].

45

1073.

Rex natale Domini . . . .[e]. Roudolfus dux Alemanniae, et Bertholdus dux Carantaniae, et Welf dux Baioariae a rege discesserunt, quia aliis subintroeuntibus consiliariis, suum consilium apud regem non valere perspexerunt.

Theodericus comes poenitentia ductus pro facinore, quod in beatum Chounradum Trevirensibus praesulem deputatum commisit, licet multa pericula obstarent, ardenti tamen fide cum multis aliis Ierusalem coepit ire. Qui cum 50 Laodiciae mare navigio coepissent intrare, subita tempestate circumventi, statimque obtenebrata[f] die quo irent incerti, post quatriduum[g] procella semper eodem motu navim conquassante, nocte coelesti lumine ad se descendente saepius exhilarantur. Deinde non iam mortem in periculis timentes, set vitam aeternam

a) Goslariae *inserit Uss., quod tamen in* 1*. *aeque ac in* 2. *deest.* b) damnat' 2. c) Wormatiae celebravit *inserit Uss. ex coniectura, quum in* 1*. *et* 2. *desit.* d) q̃ = quae 2. e) Babenberg celebravit *addit Uss. deest in* 1*. 2. f) opt. 2. 55 g) quadriduum 2.

30) 18. Kal. Sept. Mansi concil. collect. T. XX. p. 10. 31) Gregorii VII. regist. I, 82. ad univers. christ. Mansi T. XX. p. 122. 32) VIII. Kalend. Mart. Bernoldus, et VIIII. Kal. Mart. idem in Necrologio. 33) Ughellus Ital. Sacr. T. IV. p. 114 intrusum Gothofredum, alterum Othonem nominat. USS.

praemeditantes, marinis fluctibus a peccatorum emundati sordibus, 13. Kal. Martii naufragantes[a*] migraverunt ad Dominum, Theodericus comes, Widerold, Marchward, et cum illis numero 113.

Bern. a. 1074.

Herimannus marchio, filius ducis Bertholdi, adolescens adhuc ad euangelicam iam tendens perfectionem, cum[34] uxore et filio unico, omnibus quae possederat relictis, Christi secutor verus, et nudus nudae crucis baiulus, Cluniaci revera monachus efficitur. Ibi solo hoc uno parum plus anno regulariter omnino conversatus, 7. Kalend. Maii feliciter migravit ad Dominum; crebris revelationum oraculis[a] pro occultis et neglegentiis suis monitor adhuc fratrum exsistens.

Romae Alexander papa decessit. Pro quo venerabilis Hiltebrandus Romanae aecclesiae archidiaconus, vir prudens sobrius et castus, communi omnium consilio expetitur papa constituendus. Quo audito sese inparem tanto honori immo oneri reputans, inducias respondendi vix inploravit[b]; et sic fuga elapsus aliquod dies ad Vincula sancti Petri occultatus latuit. Tandem vix inventus et ad apostolicam sedem vi perductus, papa 158us[c] ordinatur, et Gregorius VII. appellatur. Cuius prudentia non solum in Italia, set etiam in Theutonicis partibus refrenata est sacerdotum incontinentia; scilicet quod praedecessores eius in Italia prohibuerunt, hoc ipse in aliis aecclesiae catholicae partibus prohibere studiosus attemptavit.

Tota Thoringia et Saxonia regi Heinrico rebellant propter praedictas munitiones et alia multa, quae contra voluntatem eiusdem populi rex in eorum regione insolenter fecerat et inconsulte, et quae ipsi diutius aequanimiter pati et sustinere non poterant. Et facta coniuratione cum magna multitudine ex inopinato eum constringere, ad quos illis erat animus, deliberabant. Ipse autem comperto illorum consilio, assumpto festinanter thesauro suo, prout temporis articulus concesserat, vix ab eis cum paucis Wormatiam evasit, et eo locorum aliquamdiu tunc infirmabatur. Dehinc disposita rex expeditioue in Saxoniam, praevenientes eum Saxones, satisfactionem illi, si iustitias maiorum suorum illis concederet, unanimiter promittebant. Et facto pro hac pactione Herbipoli colloquio, nichil illic aliud post multas illorum et intolerabiles iniustitiae quam sustinuissent quaerelas actum est, nisi quod dedignanter regi falsam denuo satisfactionem in natali Domini se facturos iuxta quorundam episcoporum et ducum praedictorum consilium condixerant. His ita peractis, unus quidam de consiliariis regis discedens ab eo, publicavit et accusavit eum apud duces praedictos, quod cum eo scilicet et cum aliis suis intimis consilium iam factum haberet, quod omnes quomodocumque interficeret; et se ipsum destinatum et maximis praemiis coactum esse in id ipsum facinus, palam protestatus est. Unde maxima discordia inter regem et principes effecta est, in tantum ut ipse vix evaderet insidias eorum, Wormatiam civium ope ingressus. Ibi undecumque collectis auxiliantium copiis, exspectabat diem in quo se duello de incusatione praedicti facinoris expurgaret. Statuto demum die adveniente, in quo se coram regni principibus aut expurgaret aut regno pelleretur, ipse proditor illius, qui perduellis in eum exstiterat, subita morte obierat; et sic intentionis praedictae causa, dum iusiurandum regis quo se expurgare voluit refutarent, dilata, ipse recollectis undique quoscumque potuit militum et fidelium suorum cuneis, coepit in dies parvipendere inimicitias adversariorum suorum.

Ruotperto iam et a papa anathematizato, et a rege pariter propulsato, quippe ut iuste sacrilego Symonis discipulo, tandem Eggehardus, unus ex Augiensibus fratribus et ab illis electus, abbas Augiensis efficitur, et iuxta privilegiorum suorum statuta a praedicto papa post pascha Romae consecratur[35]. Ruotpertus autem apud Genginbach abbas effectus[36], ob beneficium quoddam quod aecclesiae ministro cuidam auferre voluit, ab eodem interfectus est[37].

1074.

Heinricus rex natalem Domini, quamvis in maximis periculis et angustiis, Wormatiae celebravit. Dehinc collecto undique quorumcumque poterat auxilio, in purificatione sanctae Mariae Saxones adiit de repente. Qui vim belli metuentes, ad deditionem eo pacto venerunt, ut munitiones praedictae destruerentur, propter quas seditio orta est; quod deinceps peractum est. Sic absentibus ducibus praedictis et caeteris regni primatibus, reconciliatus est rex Saxonibus simulatorie, et cum eis ad usque Goslariam pervenit, non multum tamen confidens in illis. Roudolfus dux et caeteri rebelles reconciliantur regi.

In hac quadragesima imperatrix[d] et duo episcopi sedis apostolicae legati cum ea de Roma

a*) *Necrol. Bernoldi.* a) miraculis 2. b) *al.* impetravit *Uss.* c) 159. *Ann. Engelberg. et corrector Bernoldi* d) mater huius H. imperatoris *glossa saec. XIV.* 2.

34) Minime ita Bernoldus, quem scriptor Sanblasianus haud intellexisse videtur. 35) Gregorii VII. regist. I, 82. 36) nonnisi post Acelini obitum anno 1074. 37) anno 1075, 2. Idus Decembris; cf. Annales Gengenbacenses infra in praefatione ad Bernoldum edendos.

ad Phorzheim in Alemanniam ad regem venere pro ipsius regis moribus corrigendis. Rex pascha apud Babinberg egit. Inde ad Nuorinberg ad matrem et ad caeteros apostolicae sedis legatos perveniens, reum in eorum manus se, praesentibus episcopis Mogontino et Bremensi cum aliis multis, sub correctionis sponsione commisit, suumque auxilium domno apostolico ad deponendos symoniacos firmis-
5 sime promisit. Ipsi etiam regis consiliarii omnes res aecclesiarum iniuste acquisitas se reddituros coram eisdem legatis sub sacramento promisere, quippe qui eas a symoniacis emerunt, consilio suo indignos eosdem ad aecclesiasticum honorem adiuvando. His ita dispositis, imperatrix et legati apostolicae sedis redierunt.

Ea aestate rex expeditionem in Ungariam movit pro adiuvando rege Salomone, qui etiam ob flagitiorum suorum insolentiam et turpitudinem a patruo suo et caeteris regni
10 melioribus depulsus est dignitate sua, parvipendens et ipse consilia illorum. Sed rex ibi nichil ad votum suum efficax, scilicet ad restituendum Salomonem, efficere praevalens, recepta demum sorore sua regina Iuditha, uxore Salomonis, non bono omine[a], quo egressus est, domum Wormatiam revertitur. Regi filius[39] nascitur. Autumnali tempore denuo repetens Baioariam, et in illis partibus aliquamdiu moratus, inde per Augu-
15 stam et Augiam Argentinam devenit civitatem.

1075.

Rex natalem Domini apud Argenturacum non parvis optimatum suorum gloriosus copiis officiose celebravit, et ibidem sub nomine propalato Pannonicae quasi post pascha mox reiterandae expeditionis Saxoniam cum exercitu ex inproviso adeundi artificiosa iamiam-
20 que industrius intentione cum suis fidelibus moliebatur; sic undecumque prudenter conducto non modico militaris apparatus collegio, tanto suas facilius ultum ire posse sperans iniurias, quanto adversariis suis inopinatius iam totus ex toto animum intenderat.

Sinodus Romae quadragesimae diebus a papa Gregorio summo conatu colligitur, ob sedandas quomodolibet tot sine numero sanctae matris aecclesiae scandalorum prae-
25 sumptuosas inmanitates, et aliquantulum, quas modernitas nostra omnino ferme dedidicerat et annullaverat, rememorandas observabiles canonicasque sanctorum patrum constitutiones. Quippe qui contra spem in summe fortis agricolae auxiliatoris spem non parum confisus, agrum dominicum, quamvis multo iam ex tempore incuriosa praedecessorum suorum pigritia dumosis nimium usurpationum abusionibus asperrime satis fruti-
30 cantem, nec non veternosa fructus aecclesiastici eiulabili obsolentia luxurianter prorsus silvescentem[b], ipse tamen authenticis catholicae et apostolicae animadversionis securibus rite attemptavit expurgare; cuius spinas tribulos et zizania praedecessoribus illius facillimum iam tum suo tempore fuerat cum falce disciplinali sensim demetere, tum sarculo doctrinali radicitus exsarire. Ergo regulas sanctorum patrum authenticas per singula
35 nunc usque concilia rite constitutas proprium robur obtinere, toto sancto concilio iudicante et concordante, apostolica auctoritate firmissime decrevit; et si quis his contumax refragari praesumpserit, a membris aecclesiae omnino alienus sit. Dehinc praeter caetera iuxta[40] auctoritatem sanctorum patrum in eadem synodo sententiam dedit, ut hi qui per symoniacam heresim, hoc est interventu precii, ad aliquem sacrorum ordinum
40 gradum vel officium promoti sunt, nullum in sancta aecclesia ulterius ministrandi locum habeant; illi quoque, qui aecclesias datione peccuniae obtinent vel obtinuerint, omnino eas amittant. Nec deinceps alicui vendere eas aut emere liceat, nec decimis uti, nisi canonicae constitutionis norma, aliquis praesumat. Nec illi qui in crimine fornicationis iacent, missas celebrare, aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant.
45 Statuit etiam, ut si praenotati contemptores fuerint ipsius immo sanctorum patrum constitutionum, populus nullo modo eorum officium, utpote a membris aecclesiae abalienatorum, recipiat; ut qui pro timore Dei et officii dignitate corrigi noluerint, verecundia seculi et obiurgatione populi resipiscant. Oboedientibus autem et pro errore suo revera poenitentibus apostolica mansuetudine et auctoritate a peccato suo solutis mise-
50 ricorditer indulserat; sic induratorum iustus iudex et ligator, ut vere poenitentium remissor pius et solutor catholica fide indubitanter credendus. Ibi etiam regis consiliarios ob heresim symoniacam, parvipendentes quod legatis ipsius per sacramentum promiserant,

a) homine 2. b) invenerat *inserit Uss.* siluescente 2.

39) Conradus d. 12. Febr. natus. 40) *Iuxta auctoritatem — populi resipiscant,* paucis mutatis e Gregorii papae epist. ad Ottonem Constantiensem episcopum sumta sunt. Mansi T. XX. p. 404. Apud Bernoldum Opusc. IV, 1. p. 272. eadem epistola legitur.

iterum anathematizavit[41]. Quos ob id rex indignatus minime devitavit. In eadem synodo iuxta canonum statuta sententia depositionis simul et excommunicationis[*] in Heinricum Nemetensem episcopum data est[42]. Qui pro symoniaca heresi iam diu apud Romanam sedem canonice delatus, et ad causam suam examinandam illuc vocatus, venire contumax dedignatus est. Nunc autem mirum in modum eadem die et hora, qua Romae iudicialiter depositus gradu et episcopatu et excommunis factus est, tunc ipse Spirae more suo deliciose procuratus dum a mensa resurgit, mox tam acutissimo doloris spiculo guttur eius lętaliter praefocatur, ne dehinc nisi perraro verbum saltem, et hoc ad usque mane diei sequentis vix proferre sufficeret, post meridiem morte amarissima ab episcopatu simul et vita periculose satis deponendus[43]; ut in hoc miraculo ea virtus verborum Dei ut et veritas comprobaretur: *Quaecumque alligaveritis super terram, ligata erunt et in coelo.* — Ecce iam evaginatus Petri gladius iudex fraudium scientissimus et in adversarios zelotes efficacissimus, quo ipse Ananiam et Saphiram de precio agri fraudantes et Spiritui sancto mentientes mortaliter attigerat, quo Symonem quoque heresiarcham de illo suo coelesti ascensu ad usque terras in quatuor frusta[a] discerpendum, et dehinc ad usque inferos perpetuo damnandum deiecerat, nunc et semper ab omnibus symoniacis tanto sollicitius timeatur, quanto non est defensionis clypeus praeter poenitentiam perfectam, quo tam longus penetrabilis et inevitabilis vindex usquam praecaveatur.

Praedictis autem et omnibus ferme apostolicae sedis statutis in diversas aecclesias aut per litteras aut per mandata promulgatis, pene omnibus resistitur; et inde maximum odium in domnum apostolicum et in perpaucos eos qui consentiunt ei, et maxima scismata circumquaque, set maxime a clericis, excitata sunt. Et quia causae communes sunt, praecepit domnus papa ob eas canonice diffiniendas Mogonciaci universale fieri concilium[44]. Quod iam archiepiscopus suis suffraganeis 16. Kal. Sept. observandum innotuit. Qui[a*] iam tunc inoboedientiam praemeditantes, contempto apostolico praecepto infectum dimiserant[b].

Heinrico miserabiliter decedenti Outzmannus, Spirensis aecclesiae canonicus, successit. Heinricus rex pascha apud Wormatiam celebravit. Et post pentecosten exercitum numero non modicum, in Pannonias palam antea praeparatum, tunc in Saxoniam de repente promovit. Saxones autem et Thoringi comperto iam dudum hoc invasionis tam dolosae consilio, et ipsi quantum pro temporis articulo poterant, facta conspiratione occurrere regi deliberabant; ea tamen intenti pactione, ut si quolibet molimine cum corporali sua salute et integritate concessa, et paternarum legum et iustitiarum iure retento, regi possent satisfacere, ad deditionem ipsi se humiliarent; sin autem, potius pro vita, pro patria, proque suis omnibus inordinata hac regis coactione pugnando innocenter occumberent, quam se ipsos absque culpa intolerabiliter discruciandos, cumque suis omnibus, ut antea solebant, regi suisque militibus diripiendos et mancipandos inprudenter contraderent.

Rex autem alia animosus intentione venerat, ea scilicet, nisi absque omni conditione huiusmodi sese reos in illius manus dedissent, qui honor suus esset, omnino satisfactionem illorum recipere nollet; sin autem, bello cum eis potius decertaret, quo usque ad libitum suum reos in se perduellionis victos subigeret. Quod ipsi, iugum subactionis grave nimis, immo potius omnino durissimum fore pensantes, illud iam utpote inpar et inportabile cervicibus suis, non posse prorsus libero suo collo longius trahere, querula satis proclamatione detrectabant.

Rex denique hoc cum suis et regni optimatibus consilio minus salubriter communicato, acies castrorum armis officiose instructas, prior in eos ex inproviso appetendos artificiosus ordinaverat. Et ducibus Alamannorum[c] et Baioariorum cum cohortibus suis bellicosis ad primam coitionem, ut et se lex habet Alemannica[d], ante se caute nimirum praemissis, ipse se retro cum suis electissimis illis fore praesidio et adiutorio prudenter satis destinaverat. Saxones autem viso de repente hostium incursu bellacium, quamvis stupidis et non iniuste perterritis, se ex consilio armare et acies suas in pugnam iuxta solitum ordinare, neque locus neque tempus restaret, tamen inordinate, et prout articulus temporis momentaneus dederat, tumultuose omnifariam arreptis armis pugna-

*) excommunicatio 2. *Uss.* a) frustra 2. a*) Quo 2. *Uss.* b) *hic non distinguitur in* 2. c) *ita* 2. d) Nota legem alamannicam id est sueuorum quod in prima acie semper debeant pugnare. *glossa saec. XIV. in* 2.

41) Conc. Rom. II. Mans. T. XX. p. 443. 42) Conc. Rom. II. l. l. 43) Haec eadem refert Bernoldus Opusc. III. cp. 5. ad Alboinum n. 22. 44) Gregorii VII. regist. III, 4. ad Sigefridum Moguntinum archiep.

ces eos praestolabantur. Et sic bellum a nostratibus audenter inceptum, durissime ab utrisque in alterutrum permixtis aliquamdiu duraverat. Tandem vero Saxones vim et impetum bellantium, utpote ad pugnam omnimode instructorum, diutius ferre non sufficientes, fugam adierunt. Et ferme ad duo miliaria crudeliter eos fugientes insecuti sunt, 5 dehinc auxiliantibus eis ab utroque latere duce Gotifrido et duce Boemiorum[45]. Et ceciderunt ex eis ad octo ferme milia. Plures autem vulnerati, vix fuga dilapsi sunt. Nostrates tandem victoria quamvis cruenta potiti, quippe ex eis plus quam mille quingenti[a] interfecti sunt, pervasa illa patria et incendiis praedisque ex magna parte devastata, infecta causa et rege aliquantulum offenso repatriabant. Otto autem quondam dux[45*], 10 et Magnus dux, et caeteri maiores Saxonum adhuc in perduellione eadem et ratione qua prius demum post fugam rebelles et pugnaces pertinaciter duraverunt.

Dehinc igitur autumnali tempore rex item passim recollecto et undecumque praemiis conducto militiae non parvae apparatu, Saxonum reliquias perdomandas sibique ad libitum suum mancipandas, comminatorio simul et promissorio sermocinio artificiosus satis 15 et inportunus aggreditur. Pium et pro certo mitem, reconciliatorium, munificum, et in paternas eorum leges et iustitias cunctis sibi obtemperantibus iudicem rectoremque iustissimum sese extunc in posterum fore profitebatur, et sub iureiurando, ut aiunt, blanditiosus multum illud protestabatur; si autem e contrario perduelles huiusmodi sermonibus non acquiescerent, se illis, quoad viveret, durum, calumniosum, omnifariam inquie- 20 tum, et ad ipsam usque perniciem illorum inimicum, et direptorem infestissimum experiendum et sustinendum fore, minax satis et terrificus pertinaciter intentabat. His et huiusmodi in utramque partem per suaviloquos, illices, et corruptores internuntios minis et promissis astutissime viritim disseminatis, tandem regi etiam ob tot iniurias illis illatas quasi dolorem simulanti poenitentialem, nimium creduli et confidentes effecti sunt, 25 praesertim cum praeter haec, ut aiunt, ipsis ex parte illius sanctissime clam iurata sunt, inprimis exoptata vitae securitas, pacis fideique non fictae foedus inviolabile, iustitiarum legumque paternarum suarum plenaria libertas, si ei dumtaxat absque omni palam conditione, in hoc eum honorificantes, ad deditionem pervenire non dubitarent. Denique post huiusmodi plures tam fidei veritatique simillimas promissorias assertiones nichil 30 minus quam dolos aut perfidiam sperantes, suasu praesumptibili episcoporum Mogontini maxime et Augustensis, nec non ducis Gotifridi et caeterorum, qui prorsus nisi summa necessitate coartati illis bello detrectarent congredi, sese complices regi iuxta condictum promissorum ad deditionem pariter contulerant. Qui mox malesuadis auriculariorum suorum heu! perfidiose conspirans susurriis, in diversa praesidia et in custodiaria illos 35 disportari, eosque fide promissorum ex integro postposita pariter captivari, utpote durius illorum perduellionis iniurias ultum iri percupientissimus, mente pertinaci praeceperat. Et ipse dehinc iure quodam maiestativo possessiones quorundam illorum invaserat, et castella omnia, quae etiam antea sibi rapinatim per totam Saxoniam usurpaverat, denuo econtra nullo saltem vel musitante, praesidiis suis inpositis[b] imperiosus[b] regnator occu- 40 paverat.

Herimannus Babinbergensis dictus episcopus, ob symoniacam heresim a papa Gregorio ordine et episcopatu depositus et excommunicatus est. Qui conversione simulata, ab apostolico mox reconciliatus, monasterium Suarzaa petiit, illic se monachum fieri professus. Cui mox a rege Roupertus quidam, Goslariensis praepositurae et aliarum plurimarum praelatus, ipsius con- 45 secretalis intimus, pene omni clero et populo ingratus, subponebatur, et mox in natalitio sancti Andreae a Mogontino episcopo iussu regis ordinatur[46]. Per idem tempus Anno, fidelis et prudens Christi Iesu minister, Coloniensis archiepiscopus, qui hilaris multumque liberalis rerum sibi commissarum in pauperes Christi dispensator, et aecclesiarum quinque novellarum industrius et sumptuosus institutor et provisor, postquam omnia 50 quae habere videbatur temporaliter, in coeleste gazophilatium congesta thesaurizavit, felicis efficacia consummationis et ipse illuc prosecutus, gaudium Domini sui super multa

(Margin: 45 — 46 — supra p. 238.)

a) mille D. 2. b) *ita* 2.

45) Wratislao. 45*) Baioariae, et Magnus Saxoniae. 46) Cf. Bernoldi Opusc. I, 2. p. 207. X, 55 2. p. 379. XII, 6. p. 395. Vid. Gregorii VII. regist. III, 1. ad Bambergenses; III, 2. ad Sigifridum Mog. arch.; III, 3. ad Heinricum regem.

constituendus, et indeficientibus numquam praemiis remunerandus, beatissimus o utinam! intravit. Qui apud Sigibergense monasterium sepultus, multis revera miraculis inibi sanctissimus claruerat. Cui quidam Hildulfus Goslariensis canonicus, servus ipse regi, maiestate regia, clero et populo reclamante, vix appositus, et simoniace ordinatus, set in proxima sequente Romana synodo ob id et inoboedientiam deponendus, substitutus est.

Eodem tempore aestivali domnus papa regi post tot contempta illius promissa et mandata, adhuc apostolica mansuetudine[47] attemptando commonitorias direxit litteras[48], quatinus quid et cui promiserit, recogitando meminerit, neque se falsarius aut contumeliosus in Dei et apostolicae dignitatis contemptum et iniuriam pertinaciter erigeret, neque Deum, qui se prae caeteris tam honoratum sublimaret, contumax et incorrigibilis annullaret, set mente plurimum sollertissima id semper attenderet, quia superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Ipse autem pro victoria, qua tam magnifice potitus est, non quidem maximas Deo, qui ipsum vincere et triumphare dedit, grates, ut oporteret, referebat, verum potius, qualiter se secundum se delectatum et iocundatum haberet, totus semper attendebat. Monita[49] vero apostolicae lenitatis, quibus eum multotiens antea arguendo, obsecrando, increpando, ad emendatiorem vitam adhortatus est, quasi gratissima sibi simulatorię acceptavit, caeterum re et erroris exaggeratione omnino conculcavit. Aliquoties etiam devotas econtra ipsi salutationes et litteras direxit excusatorias[50], satis confitendo conquerens, tum aetate quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his in quorum manibus curia esset, multotiens sibi male suasum et consultum sit. Aliquoties etiam supplices[51] et omni humilitate plenas ipsi direxit litteras, in quibus se Deo et beato Petro valde culpabilem et criminosum professus est, insuper preces offerens, ut quod ex sua culpa in aecclesiasticis causis contra canonicam iustitiam et decretalia sanctorum patrum statuta depravatum fuisset, apostolica eius providentia et auctoritate corrigeretur, et in hoc suam oboedientiam, consilium et adiutorium sibi non defutura efficaciter experiretur. Nunc autem huiusmodi sui ipsius et aecclesiarum tam perplures correctionis sponsiones, quas tantotiens per legatos et litteras domno papae tam multifariam fecit, omnino contumax parvipendit, et excommunicatis in proxima Romana synodo consiliariis et familiaribus suis praesumptuosus communicavit, et aecclesias Dei, ut ab olim assolebat, confundere et diripere non cessavit[51*].

His compertis domnus papa, cum se tam palam contemptui haberi cerneret, adhuc induratum suum vel semel attemptare proposuit, et tres viros religiosos[52], ipsius utique fideles, quorumque duos ad se Romam, utpote caeteris familiariores, iam misit, ad eum quoque familiarius adloquendum et iuxta euangelicam doctrinam lucrifiendum festinanter legatos remisit, quique eum, ut est amicorum, suasoriis et secretis suggestionum incitamentis, nec non amicae et purae libertatis blandiloquiis ad dignam scelerum suorum poenitentiam instigatum revocarent, et ea, quamvis dictu horrenda, passim tamen vulgatissima, ipsi partim enarrando proponerent, et sic in ore horum trium testium staret omne verbum. Per hos etiam ipsi indubitanter intimari fecit, si eos seorsim sibi loquentes non audiret, quod eius flagitia aecclesiae per ordinem propalata innotesceret; si autem aecclesiam non audiret, ipse eum quasi ethnicum et publicanum a membris eius omnino separaret.

47) *Apostolica mansuetudine — dat gratiam.* Gregorii VII. ep. ad Germanos Mansi T. XX, p. 375. 48) Libri III. epist. 7, 10. et libri IV. epist. 1. et iam anno priore libri II. epp. 30 et 31. USS. 49) *Monita vero — consultum sit.* Gregor. epist. ad Germ. Mansi T. XX. p. 378. 50) Vid. Heinrici epistola inter Gregorianas post epist. I. 29. USS. 51) *Supplices et omni — adiutorium.* Gregorii ep. ad Germ. l. l. 51*) Gregorii ep. ad Germ. l. l. 52) Hos ipse Gregorius nominat l. III. ep. 10. Radbodum, Adalbertum et Uodescalcum. Data est haec epist. ad regem 6. Id. Ian. indict. 14. quod a. 1076. indicat, quo haec sunt referenda. USS. — Sed litteras papae anno 1075. scriptas fuisse, ex unanimi Lamberti et Bertholdi narratione constat, qui regem legatos Goslariae circa nativitatem Domini recepisse, et tum generalem principum conventum, Wormatiae d. 24. Ianuarii celebrandum indixisse referunt. Bernoldus regem litteras papae Kalendis Ianuarii accepisse scribit. Quae supra pag. 241. nota 22. in contrariam partem disputata sunt, inde concidunt, quod si rex litteras d. 8. Ianuarii scriptas exeunte mense Goslariae recepisset, principum in d. 24. eiusdem mensis Wormatiam convocandorum facultas non fuisset.

Qui Goslariam ad regem circa nativitatem Domini pervenientes, iuxta quod illis per oboedientiam inpositum erat, caute nimis set non absque maximo vitae suae periculo peregerant. Quos ille non bona patientia suscipiens, totum quod ipsi secreto in aurem elocuti fuerant, mox ira et indignatione non mediocri succensus, convocatis suis consiliariis palam fecit enarrari querelosus, ea ut fertur intentione, ut non solum ipsius set et suas proprias tanto magis defendere conarentur causas. Et mox, quod praeter caetera domnus apostolicus ei specialiter interdixit, excommunicatis ex studio tunc pervicaciter communicavit, non attendens caritatis et longanimitatis illius paternae tolerantiam, qua salutem et honorem ipsius in gremio sanctae aecclesiae se amplexurum fore per hos viros sibi fidelissime demandavit, si resipuerit; nec metuens econtra severitatis illius comminatorium gladium, quem ipsi pariter, si in errore consueto pertinax et inoboediens perduraret, inrefragabiliter nimis intentaverat.

Eodem tempore autumnali Hirsaugiense coenobium, ab Erlefredo quodam nobili et religioso senatore iam olim, ut fertur, sub Pippino rege[53] regulariter satis institutum, set posterorum illius invasione ex multo iam tempore destructum et direptum, a comite Adalberto, uxore eius Wieldruda et filiis eorum in id ipsum consentaneis, iam aliquamdiu restauratum, nunc sub testamentario regiae maiestatis iure et scriptione plenariae libertatis[a] omnifariam domino Deo, sancto Petro, sancto Aurelio et sancto Benedicto contradebatur. Et sic ex toto proprietatis illorum absolutum dominio, solita legis Alemannicae abrenuntiatoria testificatione coram multis testibus apud eundem locum, et in ipso sancti Aurelii die festo, liberrimum peractum a se prorsus emancipabant[54], et in servitium Dei abbati Willihelmo eiusque successoribus in liberam potestatem et curam, et fratribus inibi sub regula monastica victuris in necessariam sustentationem destinatum, satis legittime confirmabant. Pro cuius institutionis liberrimae decretis, apostolicae auctoritatis privilegio roborandis, dum mox eiusdem loci abbas Willihelmus Romam perveniret, et ad votum suum apud papam Gregorium id efficaciter, pro quo exierat, perageret, dum repatriare iam moliebatur, acerrima illa passione ilico invasus afficiebatur, quam Greci atrofiam, id est cessationem nutrimenti, dicunt, quae quidem a diminutione et tenuitate carnis ex causis quibusdam naturae latentibus et paulatim reconvalescentibus accidit. Insuper febribus planetis, disinteria, aemorroida, id est sanguinis fluore, tabefactus, nec non inguinario quodam tumore non minimum ad haec unâ distentus, circiter quinque menses, ab ipsis etiam medicis omnino desperatus, set non solus suorum, miserabiliter cruciabatur. Demum vero, postquam Deo omnipotenti medico miserante, tempus miserendi advenit, oleo sacro a fratribus unctum, et a peccatis dimissum, oratio fidei salvavit infirmum. Sic ad cellam suam, mox reconvalescens, cum acquisitis apostolicae liberalitatis privilegiis et benedictionibus vix repatriavit[55].

Dietwinus Leodiensis episcopus decessit, cui Heinricus Viridunensis praepositus successit.

1076.

Heinricus rex natalem Domini Goslariae egit, Saxonibus quamquam illi non parum infensis et non omnino fidelibus, utpote tam saeva et iniuriosa animositate ipsius maiestative suppressis.

Gregorius papa, ut bonum pastorem oportet, ovile Christi a lupina rabie undique oculatus sollertissime muniendo, non modo alibi, verum in ipsa Romana urbe nonnullos adversarios et insidiatores antichristianos propter iustitiam sustinebat. E quibus quidam nomine Quintius[b], raptor sacrilegus et praedo facinorosus, post multas insidias vesanus et sacrilegus contemptor omnium sacrorum Dei, consurgens in illum in nocte sacratissima nativitatis Domini, cum ad Sanctam Mariam maiorem missas faceret, cum manu armatorum vesana aecclesiam irrumpere[c] furiosus, et antequam post communialem orationem eucharistiatus finiret, ab altari rapuit, vulneratum cepit, et in turrim suam tanquam latronem sacrilegum cum maximo ludibrio tractum, et miserabiliter coartatum

a) libertati 2. b) *ita* 2. c) irrupit 1*. *Uss.*

53) Immo sub Ludovico Pio imp. anno 830. iactis ab Erlafrido comite de Calwa primis coenobii fundamentis. Vid. Hist. Nigrae Silvae Tom. I. p. 267. USS. 54) Traditio haec facta est Hirsaugiae a. 1075. indict. 13. fer. 2. 18. Kal. Oct. confirmatio vero Heinrici IV. eod. a. 7. Id. Oct. Chartam exhibet Besoldus Docum. monast. Wirtemberg. Tom. I. pag. 318. Bullam vero Gregorii VII. pag. 333. USS. 55) Similia fere habet Heymo in eius vita n. 4. apud Mabill. sec. VI. P. II. p. 727. USS.

incarceravit. Ibi diu gladio super collum illius furialiter stricto, torvus, minax, et omnifariam terrificus, thesaurum et firmissima sancti Petri castella in beneficia sibi extorquere non cessavit ab eo; set omnino non potuit. Nec mora, hoc summopere lamentabili per totam aecclesiam sacrilegio tota civitas eiulabiliter nimis commota est; turrim ipsam cum maximo zeli Dei fervore inpugnant, et eam, domno papa quem iam inter- 5 fectum putabant inde erepto, destruunt, et totum quod ad Crescentium[a] pertinebat, in brevi dissipant, ipso vix interventu papae, cui se reum dederat, inde vivo propulsato, uno autem solo, qui papam in caput sacrilegus vulneravit, ibidem interfecto. Sic apostolicus gratanter ad altare rediens, missas consummavit.

Quincius vero solita papam deluserat vecordia; quippe in turri sua dum civium suo- 10 rum tumultum zelumque Dei in se ardentissimum videret, metuens vitae suae et suorum, confessus est ipsi peccatum suum, et oboedientiam dignamque poenitentiam et satisfactionem ei devotione quamvis simulata promisit. Quod ex toto parvipendens, noctu Urbe fuga lapsus evasit. Dehinc papa datis indutiis eum ad poenitentiam, quam inposuit, revocavit; ipse autem non modo apostata in huiusmodi factus est, quin etiam 15 quoddam castellum firmissimum ibi contiguum occupavit, ubi latrocinando rapinis et sanguine victitabat. Unde papa per Praenestinum episcopum fecit eum excommunicatum damnari. Ipse autem regi per omnia morigerus, sic per biennium grassabatur, Dei contemptor induratus.

Tandem vero rex, non modico furore post discessum virorum praedictorum permo- 20 56 tus, et indignum[56] ducens, se a quoquam reprehendi debere aut corripi, non solum non resipuit, quin potius ampliori tergiversatione contra fas temerarius satis periculose desipuit. Namquę infausto consilio cum suis inito, plures regni episcopos et principes, Mon. Germ. Legg. II. p. 44 sqq. eos maxime quos suae voluntati consentaneos noverat, apud Wormatiam[57] convocavit. Quos pene omnes debitam[58] beato Petro et apostolicae sedis praesuli Gregorio oboedi- 25 entiam abnegare, eique palam unumquemque ex nomine suo specialiter scripto, inprimis autem sui ipsius praenotato, inita in id ipsum conspiratione abrenuntiare coegerat. 60 Indeque litteras abrenuntiatorias per episcopos duos, Spirensem[59] et Basiliensem[60], primum in Italiam principibus et episcopis illius patriae, huic conspirationi associandis, direxit, deinde Romam. Qui mox habito non minimo conventu iuxta Placentiam, non 30 solum verbis et litteris set testificatione iurisiurandi domno papae oboedientiam debitam non exhibendam, utpote qui se ab eo pro symoniaca heresi damnandos non parum timebant, communi voto simul omnes deliberabant. Denique litteras huiusmodi inoboedientiam continentes per legatos, quendam Parmensem canonicum, et servum quęndam regis, properanter ad Romanam synodum dirigebant. Ubi litteris et mandatis publice in audien- 35 tia totius conventus recitatis, domno papae inoboedientia deliberata pronuntiabatur, et ut cathedra descenderet, cui indignus praesideret, ex parte regis ipsi comminatorie satis imperabatur. Quid ibi tumultus et conclamationis et in legatos illos non ordinatae incursionis excreverit, noverint illi qui praesto fuerint. Hoc unum sit nostrum inde dixisse, 61 domnum[61] apostolicum non sine sui ipsius corporis magno satis periculo quam[b] vix eos 40 Romanorum manibus semivivos eripuisse.

Tandem facto silentio, domnus papa fecit synodalia statuta super his inquiri et recitari, qui quasi in medio totius aecclesiae contumaciter summo post Deum pontifici et suo rectori temere abiurato, inoboedientiam suam non erubuerant scriptis ex nomine profiteri, non intelligentes neque timentes, quod ad illum et caeteros aecclesiae magi- 45 stros pertinuerit, quod Paulus ait: *Parati semper ulcisci omnem inoboedientiam.* Ipsos namque oportuerat diligentius attendisse, quod sanctus Silvester[62] papa in Romana 63 synodo iam inrefragabiliter decrevit[63]: *Nemo primam sedem iudicabit, quia omnes sedes a primae sedis iustitia desiderant temperari, neque ab omni clero, nec ab omni populo iudex*

a) *ita* 2. b) quamquam *Uss.* 50

56) *Indignum — corripi* Gregorii VII. ep. ad Germ. l. l. p. 379. 57) Vid. Bernoldi opusc. I. epist. 3. p. 217. 58) *debitam — abnegare* Ibid. p. 380. 59) Huzmannum. 60) Burchardum. 61) *Sed Romanus pontifex (legatos) — de manibus Romanorum — vix demum eripuit — factoque silentio —* etc. Bernoldi opusc. I. p. 220. 62) *S. Silvester — iudicabitur* Bern. Opusc. I, 3. p. 218. 63) Fictitiam esse hanc synodum, adeoque et allatum Silvestri papae decretum, dudum consentiunt eruditi. Vide Bernoldi Opusculum I, epist. 3. n. 9. ubi haec 55 plenius habentur. USS.

iudicabitur; et illud decretum beati papae Gregorii[64]: *Decernimus, reges a suis dignitatibus cadere, et participatione corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi carere, si praesumant apostolicae sedis iussa contemnere;* et id genus multa. Quapropter[65] illic synodalis sententia data est, divinarum et humanarum legum auctoritate testificata, regem Heinricum non solum excommunicari, set absque spe recuperationis honore regni debere destitui, ut in excommunicatorum consortio foret, cum quibus ipse potius quam cum Christo habere partem eligeret. Primum[66], quod pertinax ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu symoniacae heresis excommunicati sunt, abstinere noluit; deinde, quod contemptor Dei publicus, pro criminosis actibus suis poenitentiam non solum suscipere set nec promittere quidem voluit, nequaquam servans ea quae legatis apostolicis iam promiserat; nec non quod publica pervicax inoboedientia, apostolicae sedi contumaciter resistere, et sic corpus Christi, id est unitatem sanctae aecclesiae, scindere et scandalizare induratus non expavit. Pro his denique culpis synodali iudicio illum domnus apostolicus nec non omnes qui studio et voluntate in illa inoboedientia rei pervicaciter exsisterent et omnes maiores et minores in huiusmodi re ex industria ipsi consentientes excommunicavit, et usque ad dignam satisfactionem a membris aecclesiae in perpetuum separavit, ut quos mitis non potuit, vel severus ad viam salutis Deo miserante revocaret. His omnibus Agnes imperatrix, mater regis, intererat, cuius animam ipsius gladius damnationis non parum sauciaverat.

His diebus synodalibus dux Gotifridus demum[a*] ab illa Wormatiensi conspiratione, non minimus suffragator et incentor illius, dum rediret, a milite quodam ad requisita naturae in secessu sedens de deorsum vulneratus, infeliciter exspiravit excommunicatus. Cuius marcham[67] sororis suae filius aequivocus illius, 40 libris auri vix emptam a rege possedit, ducatu, quem sibi iam avunculus praestitum ab eo acquisivit, iniuste privatus. Cui filium suum vix biennem[68] rex praesidere fecit.

Dehinc rex et sui comperto apostolico anathemati fere omnes contradixere[69], et omnino iniuste et non canonico ordine actum, quicquid tunc in synodo Romana a tam sacrilego errore actum sit, affirmantes, pro nichilo id prorsus habuere. Et hoc regis solummodo complices et fautores; caeterum quibus mens sanior erat, non ita. Ex quibus quidam episcopi, patriarcha Aquilegiensis, episcopus Salzburgensis, Pataviensis, Wormatiensis, qui et ipse cathedra sua pulsus est a rege, nec non Wirziburgensis, et pene omnes Saxonici, nec non duces Roudolfus, Berhtoldus, Welf, et caeterorum regni primatum pars non modica cum apostolico indubitanter sentiebant, quique praedictae conspirationi interesse noluerant. Unde et dehinc a rege vocati, ipsum devitabant, cum[a] propter anathema, tum etiam quod maxime in illo[b] confidebant.

Episcopus Paderbrunnensis[c] obiit, cui Poppo praepositus Babinbergensis non omnino canonice successit, quippe a rege iam anathematizato, communicans ipsi[d], episcopatum suscepit. Quem tamen antea Traiectensis episcopus cuidam suo consanguineo a rege dandum pro munere conditionaliter accepit, ut scilicet Coloniensis episcopi, qui symoniace et non[e] per ostium ascendit, ordinationi non resisteret, set ipse eum consecraret. Qui adeo delusus, non astitit regi toto animo, ut prius.

Apud Traiectum rex pascha egit, collectis[f] undecumque illuc non parvis suae rebellionis et inoboedientiae complicibus. Ibi tunc aecclesia, quam episcopus iam diu maximis inpensis et studiis construxerat, a Deo et sancto Petro despecta, igne ultore mirabiliter conflagravit. Indeque per Lotharingiam revertitur Wormatiam, illic in pentecoste colloquium cum suis comparibus habiturus.

Willihelmus Traiectensis episcopus regi subiratus declinavit[g] ab eo, et domum

a*) domum 1*. a) cum *corr.* tum 2. b) *scilicet* apostolico; *Ussermann* non *ante* maxime *inserendum censuit; fortasse* minime *legendum est.* c) baderbr. 2. d) ipsi *corr.* ipse 2. e) *deest* 2. f) collegit 2. g) declamauit 2.

64) Idem legitur in Bernoldi Opusc. VI, 9. p. 361. Decretum hoc desumtum est ex S. Gregorii M. epist. 8. (Libri 13. nov. edit. opp. T. II. p. 1223.) ad Senatorem abbatem, ad quam etiam provocat Gregorius VII. in hac causa ad Hermannum Metensem scribens. USS. 65) *Quapropter — eligeret.* Gregor. VII. ep. ad Germ. l. l. p. 379. 66) *Primum — revocaret.* Ib. 380. 67) Antwerpiensem. Huius Godefridus erat occisi consobrinus, qui sub Bullionii nomine celebris postea evasit. USS. 68) Conradum, cui tamen a. 1089. ob rebellionem ducatum ademit, et Godefrido concessit. USS. 69) De hoc legendus ipse Gregorius epist. 2 et 3. lib. IV. Item Otto Frising. Chron. l. 6. c. 35. et de gestis Friderici I. imp. lib. I. c. 1.

veniens, maximo sibi epularum apparatu fecit studiosissimus ministrari; et sic a mensa, in qua uno die tertio convivatus est, inpudenter nimis incrapulatus retrahitur, morteque repentina praeventus et inopinata, miserrime satis defunctus est, anathematis spiculo et ipse indubitanter condemnatus[70]. Cui Chounradus Mogontiensis camerarius, regis communicator sedulus, et episcopatus datione ab eo non canonice complacatus, successit.

Mai. Legg. II. p. 47. Colloquium quod apud Wormatiam fieri a rege constitutum est, ea condictum est[a] intentione ut aiunt, ut papa illic quasi canonice a tribus episcopis qui prae caeteris seniores viderentur praeiudicatus, et ob scelera accusatorie ipsi obiecta damnatus, sede apostolica qualitercumque deiceretur, et sic pro eo alius, quem iuxta cor suum sibi morigerum et obsequialem invenirent, ibidem mox supponeretur. Qui tres iam in ipsa conspiratione praenominati, in Dei autem praedestinatione, ne illuc pervenirent, retardati sunt. Quorum Traiectensis, ut praedictum est, subito moritur; Brixiensis in itinere ipso captus a comite Hartmanno[71], in custodiam et ipse iam ab apostolico excommunicatus mittitur; tertius Neapolitanus solus pervenit. Set nemo iuxta legis praeceptum damnatur, uno contra se testimonium dicente. Dux etiam Gotifridus, qui papam illic constituendum ad sedem Romanam se perducturum iam regi audacter promiserat, et ipse, ut notum est omnibus, excommunicatus interierat. Deo namque illud colloquium sic dissolvente, Mogontiae in festivitate apostolorum Petri et Pauli iterum conveniunt, (Iun.) et ut se ulciscerentur inordinatius et sese ipsis iudicibus damnatos plenius damnarent, sacrilego motus sui ausu domnum apostolicum, falsis testimoniis quasi iudicatum, temere satis excommunicabant, et quod synodali iudicio in regem et in caeteros suae confoederationis participes ab apostolico actum est anathema, utpote temerarium iniustum et nullius ponderis, prorsus conculcandum et flocci pendendum, quasi sententialiter confirmabant. Non enim attenderant cautissime, quod apostolicae maiestatis reatum incurrerint, iuxta quod decretalia sanctorum patrum statuta inrefragabiliter sanctiunt, quicumque sedis apostolicae iudicium quasi reprobabile inmutare seu retractare praesumpserint, et quod nulli umquam permissum est, aliquid inde hoc reprobato iudicaverint. Unde sanctus[b] Silvester in Romana synodo, cui 284 episcopi cum 40 presbiteris, et diaconibus plurimis, praesente Constantino augusto et matre eius sancta Helena subscripserunt, ita decrevit[c]: *Nemo primam sedem iudicabit*, et caetera, ut praescriptum est. Et beatus[72] papa Gelasius in decretis suis kapitulo 2.[73]: *Cuncta*, inquit, *per mundum novit aecclesia, quod sacrosancta aecclesia Romana de omni aecclesia fas habeat iudicare, neque cuiquam liceat de eius iudicio iudicare; siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus.* Set nec illa praeterimus, quod apostolica sedes absque ulla synodo praecedente absolvendi, quos iniqua synodus damnaverat, et nulla exsistente synodo damnandi, quos oporteat, habeat facultatem, quod[d] sanctissimi pontifices Calistus, Fabianus, Xistus, Iulius, et reliqui sine numero omnino astipulantur, qui adeo amplexati sunt veritatem, ut potius mori quam mentiri deliberarent. Et hoc nimirum pro suo principatu egerant, quem beatus Petrus apostolus verbo Domini et tenuit semperque tenebit. Hos sequitur beatissimus papa Adrianus[74] kapitulo 18.[e] in decretis suis, *Generali*, inquiens, *decreto statuimus, ut execrandum anathema fiat, et velut praevaricator catholicae fidei semper apud Dominum reus exsistat, quicumque regum seu potentum sive episcoporum deinceps statuta Romanorum pontificum*[75] *in quocumque violanda crediderit, vel perviolari permiserit.* Nec minus hoc metuendum est, quod sanctus Leo in decretis suis terrificus nimis decrevit[76]: *Omnis*, inquit, *qui diffinitiones nostras per inoboedientiam evacuare contendit, anathemate percellatur, et qui contumax nostris saluberrimis statutis contradixerit, a membris aecclesiae omni tempore separetur.* Et ideo cuicumque iudicium sedis apostolicae in dubium venerat, cum

a) *deest* 2. *Uss.* b) papa *addit* 1*. c) decretum *corr.* decreuit 2. d) quos 2. e) XIII. 1*

70) Cf. Gregor. regist. IV, 6. ad Henricum Leod. episc. 71) Dilingensi, infestissimo Heinrici hoste cf. Casus S. Galli Mon. SS. II. 157. 72) *Beatus papa Gelasius — semperque tenebit,* apud Bernoldum bis legitur. Opusc. I, 4. 5. p. 216. et Opusc. IV, 23. p. 308. Verba: *Callistus — deliberarent* secundo tantum loco inveniuntur. 73) Epistola 13. ad episcopos Dardaniae Labb. Conc. T. IV. 1203. USS. 74) Capit. 80. in capitulis Adriani I. ad Carolum M. (Labb. Conc. T. VI. col. 1838.) Bern. Opusc. I, 6. p. 361. USS. 75) Ed. *deinceps canonum censuram, in quocumque* etc. USS. 76) Videtur respicere ad cap. 5. epistolae I. ad episcopos Campaniae (Labb. Conc. T. III. col. 1294.). USS.

ipso apostolico potius quam cum aliis ventilare debuerat, sine quo id, quod iudicatum est ab eo, nullatenus retractari vel mutari poterat. Nostrum est enim, apostolicis institutis absque omni hesitatione oboedire, stultas autem et sine disciplina quaestiones devitare, quae generant lites et multum proficiunt ad subversionem audientium. Domni autem apostolici est, suas sententias ratione firmare, si cuiquam in eis quid dubium videatur occursare.

Diversus siquidem sermo inter synodiacos de hoc eodem anathemate regis per totum regnum sine intermissione terebatur, iustene actum sit an iniuste? Verumtamen hoc apud contentiosos maxime, qui non veritati set contentionibus conati sunt deservire; aut enim ignorabant, aut ex industria dissimulabant, quia duo iudiciarii ordines in sacris sripturis colliguntur[77], unus in dubiis rebus, ubi induciae, pro quibus nunc, ut ipsi aiunt et testantur, minime datis maxime controversati sunt, pro acquirendis testibus et defensoribus necessariae sunt. Alter vero in publicis criminibus, in quo nullae induciae concedendae leguntur, cum sine accusatore et teste in contumaces et inoboedientes sine mora sit sententialis proferenda vindicta. In[78] dubiis namque causis, licet veris, nondum autem publicatis vel sponte confessis seu aperte convictis, necessario eas ad inquirendum vel comprobandum induciae concedendae sunt, ut iuxta sanctiones apostolicorum virorum Felicis papae et Iulii et reliquorum ipse accusatus possit se contra accusatores pleniter praeparare ad abluenda crimina obiecta. Unde et beatus Eleutherius a beato Petro papa duodecimus in decretis suis kapitulo 1. testatur[79]: *Induciae*, inquit, *non modicae ad inquirendum dandae sunt, ne aliquid praepropere agi a quacumque parte videatur, quia per surreptionem multa proveniunt.* Unde et sanctus Ambrosius in expositione epistolae ad Corinthios testatur[80]: *Iudicis*, inquit, *non est, sine accusatore damnare; quia et Dominus Iudam, cum fur esset, cum non accusatus sit, minime abiecit;* sicut et in omnibus dubiis agendum est causis. Quapropter et Dominus ipse exemplum dedit nobis, ne passim audita, non probata et indiscussa, facile credamus, dum in figura angelorum Sodomam pergens dixit ad Abraham: *Descendam, et videbo, utrum clamorem, qui venit coram me, opere compleverint, an non est ita, ut sciam.* Postquam autem clamorem, quem quasi audivit, verum probavit, mox sine tarditate super eam ignis et sulphuris imbres vindex praesentissimus de coelo pluit a Domino. — Iustissime autem absque induciis damnantur, qui culpam suam iam dudum a sanctis patribus diffinite damnatam non negare, set publice contemptores obstinati contra apostolica statuta se conantur qualitercumque defensare. Ergo de manifesta et plurimis nota causa non sunt quaerendi testes. Unde[81] apostolus fornicatorem illum apud Corinthios praecepit, cognito ab omnibus quod fecit opere, de coetu fraternitatis expelli: *Vos*, inquiens, *inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit?* Omnes quippe crimen eius sciebant, et non arguebant. Publice namque novercam suam loco uxoris habebat; in qua re neque testibus vel inquisitione opus erat, nec tergiversatione aliqua tegi crimen poterat. Quapropter apostolus iudicium non differens in eum, *absens*, inquit, *corpore*, *praesens autem spiritu*, cuius videlicet nusquam deest auctoritas, *iam iudicavi ut praesens, eum, qui hoc opus fecit.*

Totum itaque corpus scripturarum sententiis domni apostolici suffragatur. Unde contradictores et perversores earum facillime possunt convinci. Ipse namque a vestigiis sanctorum patrum nullatenus deviavit. Incassum ergo quidam contentiosi musitabant[a] pro induciis regi eiusque complicibus non datis, et quod eos statim excommunicavit, postquam eorum crimina tam contumaciter publicata, et tam pro nichilo habita, nec non tam pertinaciter defensa, aecclesiam sanctam miserabiliter nimis confoedaverant, et super tot vulgatissima sua contumaciter inoboedientiam suam non alibi nisi in synodo Romana, et haec scriptis et nomine publicata, nimia[b] temeritate professi sunt.

a) *ita* 2. b) nimis 2.

77) Eadem, paucis mutatis, exstant Bern. Opusc. I, 1. p. 187. 78) *In dubiis — multa proveniunt,* leguntur in Bernoldi Opusc. IV, 22. p. 306. exceptis verbis, *vel sponte — comprobandum.* Eadem fere recurrunt Opusc. I, 1. p. 187. 79) Labb. Conc. T. I, col. 589. USS. 80) Vide in appendice ad opera S. Ambrosii T. II, p. 127, cui haec expositio perperam tribuitur. USS. 81) *Unde apostolus — opus fecit,* ordine mutato lege in Bernoldi Opusc. 1, 2. p. 193. *cognito — expelli, omnes — poterat* sunt verba Ambrosii.

In ipso anathemate[82] domnus apostolicus ex parte et nomine Patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti, et per auctoritatem sancti Petri omnibus christianis praecepit, ne quis regi excommunicato ut regi deinceps aliquomodo oboediat, aut serviat, aut iusiurandum servet, quod fecerat aut facturus sit. Quod principum regni pars non minima attendens, saepius a rege vocati ad eum venire detrectabant, elaborantes diligentissime, ut zelum Dei secundum scientiam haberent. Quem licet iniuste et non canonice excommunicatum nossent, tamen ei iuxta Sardicensis concilii statutum[83] nullatenus communicare deberent, nisi eum reconciliatum esse praescirent. Unde regi adhuc indurato metuentes communicare, quia illum neque arguere, neque punire, neque corrigere poterant, ipsi quia consentire abhorruerant, studebant ut oportuit devitare. (Oct.) Quapropter autumnali tempore cum eo optimates regni colloquium ob huiusmodi se habituros Parthenopolim[a] fore condixere, ubi quid agendum super tam grandi negotio foret, communi consilio possent diffinire, et ubi ipsis regi et domino suo commonito, et ad poenitentiam converso et reconciliato, liceret servire. Postquam illuc non parvis militaribus copiis convenere, rex cum suis assentatoribus citra[b] Renum apud Oppinheim villam cum non mediocri suae confoederationis coetu, adhortatu et suasu minax et animosus, consedit; regni autem primates cîs Renum commanentes, inter se quaeritabant, et Deo datore attentius unusquisque pro se ad invicem conferebant, quid super tam inmani causa ipsis diffiniendum fuerit. Illuc sedis apostolicae legati litteris huic causae congruis allatis advenerant, in quibus etiam nunc Pataviensi episcopo vice sua apostolica papa iam dudum concessa inposuit, ut omnes praeter regem solum ad satisfactionem dignamque poenitentiam digne venientes canonice reconciliaret, illos videlicet qui deinceps in parte sancti Petri stare voluissent. Ex quibus Mogontinus archiepiscopus cum sua militia, Treverensis, Argentinus, Viridunensis, Leodiensis, Monasteriensis, Traiectensis electus, Spirensis, Basiliensis, Constantiensis autem Ulmae[c], episcopi scilicet hi[d], et abbates plures, nec non maiorum et minorum non modica turba ob reatum communionis regis, seu quod ipsi ob inoboedientiam excommunicati sunt, sive quod receperunt missas et officia sacerdotum ob incontinentiam vel heresim symoniacam damnatorum, ibidem reconciliati in communionem recepti sunt.

Postremo diebus decem in huiusmodi studiis transactis, cum rex videret et audiret, tot et tantos apostolicae dignitati humiliter cessisse, eosque regem alium pro se constituendum deliberasse, et ipse quamquam nolens et invitus, et prae dolore hoc fere[f] ultra spiritum non habens, cessisse se quam vix[e] simulavit, non modo papae, verum quoque regni principibus in cunctis, quaecumque ipsi inponere et observare eum voluissent. Tunc visum est eis praeter caetera, ut inprimis Wormatiensi episcopo sedes et civitas sua libera redderetur, regina inde cum suis omnibus egrederetur, Saxonibus obsides illorum redderentur, et ut ab excommunicatis suis se rex omnino separaret, nec non litteras papae Gregorio, debitam oboedientiam satisfactionem et dignam poenitentiam se servaturum firmiter intimantes, absque mora dirigeret, ipse autem iuxta consilium eorum interim manendo responsum apostolicum et reconciliationem illius exspectaret. Haec et caetera omnia rex, quamquam non ex tota simplicitate, ilico peregit. Abhinc (Leg. II. p. 49.) litteras, iuxta quod condixerant inter se compositas, et in praesentia eorum sigillatas, quas tamen deinceps ipse clam alteravit et ad libitum suum mutavit, per Trevirensem episcopum Romam papae praesentandas transmisit. Primates vero regni, dolos solitamque vecordiam consiliariorum regis, quam tantotiens experti sunt, metuentes, et ipsi legatos boni testimonii, qui his omnibus quae ibidem acta sunt praesto fuerant, Romam pariter, ne papa dolis illorum deciperetur, properanter dirigunt, ipsumque per misericordiam Dei suppliciter obsecratum implorant, ut in has partes dissensionem huiusmodi compositurus venire dignaretur. Insuper ut regem ad apostolicae sedis oboedientiam

a) *vox deest* 2; Parthenopolim Megdeburg fore 1. 1*. b) *ita* 2. — ultra *legendum videtur;* circa *edidit Uss.* c) *Hansizius l. c.* ultimo *legit.* Ulmae *tamen iuxta codices legendum esse, patet ex Bernoldi apologetico pro Gebehardo Constantiensi episcopo* (*Opusc. X*, 4. *p.* 380.)*: ubi Ottoni apud Ulmam communio reddita dicitur. USS.* d) 1* *voces* et abb. p. n. n. m. et minorum *scripta iterum delevit, et tunc ita pergit:* „Tridentinensis vel Trient, Coloniensis et Agripinensis vel Kölln, item Metensis vel Metz, Tullensis vel Tol, Veinensis vel Veins, Lausannensis vel Losen, Frisiensis vel Frisingen, et abbates plures nec non maiorum et minorum non modica turba *etc.* e) quamvis ficte *Uss.* f) *ita codd.*

82) Verba ex ipsa excommunicationis formula mutuatus est auctor; v. Mansi XX. 469. 83) Can. 17. Dionysii (Labb. Conc. T. II. p. 649.). USS.

perfectius constringerent, ante quam ab invicem discederent, coniurabant, ut si culpa sua ultra annum excommunicatus perduraret, ipsi eum ulterius regem non haberent. Indeque ob metum futurae in eos regis ultionis et iniuriae, quem per plures eorum non visum et insalutatum sibique nimis subiratum reliquerant, data sibi in invicem, si quid eis ob huiusmodi causam adversaretur, fide adiutoria, unusquisque glorianter[a] in sua remearunt.

Hoc colloquio circa Kalendas Novembris finito, ilico praeter solitum praegrandis nix terras undique opprimere incępit. Haec siquidem praesagium et signum futurorum malorum non solum Cisalpinas partes, verum, quod potius mirabile visum est, totam Longobardiam nimietate inaudita non parum stupefecit. Nimio quippe frigoris congelamento Renus pariter et Eridanus, ut de fluviis caeteris taceatur, in tantum consolidati sunt, ut per longum tempus quasi per terram viam in se glacialem exhiberent cunctis itinerantibus. Sic hiemps aspera et nivosa algoris vi continuata usque in Idus Martii, scilicet a colloquio praedicto usque ad colloquium quod apud Forihcheim a regni optimatibus actum est, perduravit. Ipso denique die coepit nix per omnes terrarum nostrarum partes, diversis pro qualitate locorum liquefienda lapsibus, paulatim decrescere.

Rex autem transacto circa Oppinheim praescripto colloquio, Spirae cum tutoribus et actoribus, qui a primatibus regni ipsi deputati sunt, aliquamdiu more poenitentium victitans stetit. Dehinc ob coniurationem principum praedictam suspicans in se contorquendas perfidiam et versutias illorum supplantatorias, recollectis undique consiliariis suis, placitum optimatum suorum temerarius postposuit, et sic ne regno privaretur, toto industrius et attentissimus ingenio, omnifaria suorum scrutinia et consilia conferendo diligentissime se praemunivit.

Tullensis autem episcopus, nec non pariter Nemetensis mox cum multis aliis, quibus hoc per oboedientiam a Pataviensi episcopo inpositum est, Romam pervenientes, papae se reos cum satisfactione et oboedientia debita dederant. Quos ille canonice reconciliatos, eorum oboedientiam aliquamdiu probando in monasterialia quaedam custodiaria solos eos fecit incarcerari, donec imperatricis interventu vix inde reducti, absque ordine non[b] concesso, solius licentia communionis repatriare permissi sunt.

Hos e vestigio Trevirensis archiepiscopus cum regiae legationis litteris festinus nimis consequitur, papam salutavit, litteras adulteratas ipsi praesentavit. Quas ille nisi coram legatis optimatum regni recitari sibi noluit, ut ipsi testes recitationis adessent, qui et earum compositionis et emissionis scioli asstiterant. Postquam igitur recitatae sunt, legati materiam longe aliam, quam quae in praesentia primatum regni composita et sigillata fuit, recognoscentes, non eandem set alteratam et per loca mutatam fuisse, per dominum Deum liberrime protestati sunt. Sic Trevirensis archiepiscopus, quamquam in primis litteras defendere incepisset, postremo tamen convictus ab eis et rememoratus, fraudulentiam non suam set cuius nesciret alicuius alterius, in litteris publice confessus est. Ita omnia regis oboedientiae, quam littera mendax, non cordis veritas protulit, commenta simulatoria et deceptionum plenissima, cum imperatrice pariter domnus apostolicus vigilanter deprehenderat. Quapropter, quod rex obnixe satis rogaverat, ut scilicet Romam ei ad papam reconciliando pervenire liceret, nequaquam consentire papa voluit, set ut in praesentia regni primatum apud Augustam Vindelicam a se audiendus et reconciliandus sibi occurreret, apostolica auctoritate praeceperat, et illo se venturum ad eos circa festivitatem Ypapanti[84], si Dominus voluerit, firmissime satis per utriusque partis legatos ipsis remandavit. Qui litteris apostolicae benedictionis perceptis, in[85] quibus plurimum pro ducatu suo, pro caeteris necessariis, et pro pace ipsos, ut oportuit, diligenter praemonuerat, laetanter patriam suam tanti hospitis adventum praeconando reviserant.

Mox igitur omnes regni optimates, his quae litterae innotuerant congratulanter acceptis, toto mentis conatu ad haec omnifariam observanda sese percupientissime praeparantes, spe non modica aecclesiasticae religionis et observantiae restaurandae non parum exhilarati sunt. Rex autem longe alia intentione cordatus, dum papae proposi-

a) gloriantur 2. b) non *deest ed.*

84) scil. purificationis S. Mariae. USS. 85) Auctor Gregorii epist. ad Germanos ante oculos videtur habuisse, quam ex cod. Udalr. protulit Mansi XX, 379.

tum comperisset, occurrere ipsi ante quam nostras partes intraret, summa consultationum sollertissimus industria moliebatur. Proposuit namque, ut aut collecta peccunia qualitercumque conducta maxima suorum militari copia territum eum in fugam coegisset, sive per Romanos et caeteros consiliarios illius, tantis muneribus corruptos et sic individuos sibi astitores effectos, ad votum suum illum constringeret. Sin autem, unâ secum 5 ipsi tam perduelles et efferati repugnarent, ut ilico eum iniuriatum cathedra depellerent, et alium iuxta cor regis pro eo substituerent; et sic in imperium ab illo electus et ordinatus, unâ cum uxore sua in patria[a] gloriosus remearet. Si autem papam, metu minis et blanditiis Romanorum convictum, morigerum sibi rex per omnia efficeret, pium sibi, adversariis autem suis severissimum deinceps fore, stultissime satis praemeditabatur. 10

His et aliis non perpaucis, ut fama fuit, consiliariorum suorum vecordiis commonitus et animatus, contra dispositam iam optimatum regni correctionem et christianae religionis recuperationem sese pertinaciter erigens, non cessavit magistratus illorum qualitercumque opprimere, et se suum ad libitum ab eis omnino liberare. Ad hoc quidam marchio, nomine Opertus, de Longobardia tunc temporis adveniens, summo- 15 pere illum prae caeteris confortavit. Qui magnifice ob id ipsum ab eo donatus et honorificatus, in repatriando iuxta Augustam Vindelicam repentina morte praeoccupatus, equo decidit, et sic apostolicum anathema iam pro nichilo habens, tunc autem quanti ponderis sit re experiens, quam miser ille damnabiliter interiit.

1077. 20

Rex natalem Domini apud Bizantium in Burgundia, uno ibidem vix die commoratus, quomodocumque celebravit. Inde assumpta uxore et filio, nec non toto suorum comitatu et apparatu, ut antea iam deliberatum est, Genovae Rodano transito, Alpes asperrimo vix scandens reptansque itinere, festinus Longobardiam per Taurinensem[b] episcopatum intravit. Indeque collectis undecumque quos potuit, Ticinum perveniens, 25 excommunicatorum quoque turbam episcoporum ad se undique contraxit, et quasi causam illorum defensoria quomodocumque praemuniturus maiestate, papam alloquendum non modo ob sui ipsius, set potius ob illorum ab eo perscrutandam tam iniuriosi anathematis sententiam, nimis artificiosus ipsis praedixit. Ipsi autem econtra non minimum regi dissuadebant, ne ipsum saltem apostolicum nominaret, quem illi iussu eius tam 30 sancte abiuratum omnino proiecerint, et quem unâ rite damnatum sub anathematis censura a corpore aecclesiae perpetuo dimembrarent. Attamen ne optimatum regni Teutonicorum placitum et ipse pseudorex ex toto temerarius annullaret, et ob id illorum offensam iustissime incurreret, quoniam quidem[c] illum tam inevitabilis necessitatis constringeret articulus, ipsi ad tempus cedere et morigerari dignum aestimabant; deinceps 35 vero, post hanc scilicet dispensatoriam et tam sibi necessariam illius allocutionem toto nisu simul cum ipsis industrius intentissime elaboraret, quomodo se et totum regnum a tam sacrilego homine funditus liberaret; sin autem, tam versutissima apostolicae almae nominationis et hereticae usurpationis illius vecordia et maiestate sese procul dubio regno, honore, partimque vita ipsa, privandum non ignoraret, nec non omnes, qui in- 40 victissimi cum ipso in mortem et in perneciem ire semper parati fuerint, similiter perituros et damnandos minime dubitaret.

86 Postquam[86] autem legati regis pariterque regni optimatum a papa dimissi repatriare coeperunt, ipse confestim animam suam pro ovibus suis dare promptissimus, ad locum et tempus quae condixerant ad invicem, properanter pervenit, et illic, iuxta quod dispo- 45 suerant, itineris sui ductores desiderantissimus expectavit. Set frustra. Nam postquam Theutonici principes fugam regis tam inopinatam et furtivam ultra Alpes compererant, insidiarum et inpugnationum illius non parum metuentes molimina et incursiones, occurrere neque ducatum condictum exhibere papae, quamvis inviti et nolentes, omnino desiverant. Ita papa apud Canusinum castellum ipsos aliquamdiu exspectavit. Set dum illi 50 tot obstantibus periculis se ad eum nequaquam venire posse ipsi vix remandarent, tunc ipse, quia frustra venerit illuc, moleste nimis ferens, set tamen postea ad Theutonicas partes se qualitercumque pro necessitate sanctae aecclesiae pervenire posse non despe-

a) patriam *ed.* b) tauriensem 2. c) qũoquidem *c.* 86) Cf. Gregorii VII. epistolam ad Germanos, Reg. IV, 12.

rans, istic huiusmodi occasione aliquanto tempore morari disposuit. Tunc et ipse regis iter et consiliariorum eius sibi nec non sanctae aecclesiae non multum prodesse considerans, quippe qui Longobardos, quos rebelles Deo sibique reperit, non parum rebelliores reddiderit, quique Theutonum gentes omnino inter se scismate non modico discor- 5 des, quid de tam vecordi homine agerent, mirabiliter irritatas sollicitaverit, et totum undique regnum non mediocriter perturbaverit: totam curam suam, ut virum vere apostolicum oportuit, super Dominum iactavit, die ac nocte precibus lacrimosis institit, quatinus ipse sibi divinitus inspiraret, quid de tam grandi negotio ratione synodica rite diffiniendum ordinaret.

10 Tandem rex accepto suorum salubri satis consilio, prorsusque deposito priori, quem in papam iam malitioso vecors et odiosus excogitavit studio, interventu et auxilio praecipue domnae Mahthildis marchionissae, socrus suae Adelheidae itidem marchionissae, et abbatis Cluniacensis[87], qui et ipse cum papa nuper ob regis communicationem Romae reconciliatus advenerat, nec non omnium quoscumque suae parti attrahere poterat, papam 15 convenire, eique per omnia subdi, cedere, oboedire et consentire proposuit. Eaque intentione, quamquam inter Longobardos qualitercumque dissimulata, praemissis ante se ob adducendos ad se praenominatos interventores nuntiis, ipse ad castellum praedictum paulatim eos subsecutus est. Qui properanter ad condictum locum regi occurrentes, eam causam pro qua convenerant, diu inter se multifario sermone ventilabant, et sollerti 20 consultatione omnimodis secum pensabant; set nescio quos in ea dolosos, simulatorios pollicitationum amfractus suspicioso plurimum exploratu diligenter notaverant, quos papae, huiusmodi causarum ex multo iam tempore et usu cottidiano revera experientissimo, pro simplicibus et satis superque veracibus apportare metuerant. Attamen mox, quia sic necessitas expostulabat, remeantes, quicquid illud fuerit quod fucatum et perfidum aesti- 25 mabant, totum papae seriatim plenaria veritate enarrabant.

Hos confestim e vestigio rex subsecutus, ad usque portam castelli praeceps et adhuc inopinatus, et absque responso apostolico eiusque verbo invitatorio, praecipitanter cum suis excommunicatis luctuosus accessit, et pulsando satis, ut ingredi permitteretur, obnixe rogitat. Illic laneis indutus, nudis pedibus[88], frigorosus, usque in diem tertium 30 foris extra castellum cum suis hospitabatur; et ita multis probationum et temptationum scrutiniis districtissime examinatus, et oboediens quantum ad humanum spectat iudicium inventus, christianae communionis et apostolicae reconciliationis gratiam, ut est consuetudo poenitentium, lacrimosus praestolabatur.

Domnus autem apostolicus, qui tam falli quam fallere cautissimus noluerit, quique 35 regis tot pollicitationibus tanto totiens delusus, verbis illius non facillime crediderit, post multas consultationum sententiosas collationes vix ad hoc pertractus est, ut si iureiurando has, quas sibi nunc pro utilitate et statu sanctae aecclesiae inpositurus esset, oboedientiae et satisfactionis conditiones aut ipse per se, aut per eos quos sibi nominaret testes, confirmare promptissimus adveniret, et insuper fidem huius sacramenti in 40 posterum firmissime observandi in manus interventorum illorum qui praesto fuerant, nec non imperatricis quae necdum aderat, dare et hoc pactum sic foederare consentiret, in christianam tantum communionem eum recipere non recusaret. Rex autem huiusmodi responso a papa recepto, durissimum hoc, quod propositum est, et ipse omnesque sui iudicabant; verumtamen, cum aliter reconciliari nullatenus posset, vellet nollet, satis 45 moestissimus consensit. (Ian. 28)

Tandem vero ne ipse iuraret, vix apud papam interventum est; duo autem episcopi, Neapolitanus et Vercellensis, praeter alios familiares eius[89] qui deinceps iurarent, ad sacramentum pro eo faciendum electi sunt. Qui, ut summam sacramenti memoremus, in hunc modum iurabant: ut videlicet dominus illorum Heinricus, quandocumque ipsi infra 50 annum papa Gregorius constitueret, in concordiam et pacem cum principibus regni aut secundum iudicium aut misericordiam illius veniret, et nullam laesionem ipse sive suorum quisquam domno papae aut legatis illius inferrent, in quascumque partes regni ob regimen aecclesiae venirent, nec in captione nec in membrorum suorum truncatione; et, (Legg. II. p. 50.)

87) Hugonis, qui Heinricum parvulum de sacro 55 fonte levaverat, prout ipse rex indicat in epistola ad eum data, Dacherii Spicileg. T. III. p. 441. novae edit. USS. 88) discalceatus, et laneis indutus. Ep. ad Germ. l. l. 89) Hos enumerat Lambertus h. a. USS.

si ab aliquo alio laederentur, ipse, quando primum posset, bona fide illos adiuvaret; et si aliquod impedimentum ipsi obstaret, ut tempus et inducias, quas ipsi domnus papa constitueret, observare nullatenus posset, deinceps cum primum posset, absque mora indilate observare festinaret. Hoc ut praedictum est pacto, introitus et accessus ad papam regi, magno lacrimarum fluore ploranti, caeterisque excommunicatis non parum similiter plorantibus patefiebat. Quid ibi lacrimarum ab utraque parte effunderetur, non facile quis enarraret; ubi domnus papa non minimum pro ovibus quae perierant, Deo requirendis fletu miserabili conquassatus, ipsis ut oportuit humiliter prostratis, et praesumptionis suae pertinaciam confessis, canonicae reconciliationis et apostolicae consolationis idoneos protulit adhortatus, et sic apostolica indulgentia et benedictione reconciliatos et christianae communioni redditos, in aecclesiam introduxit. Dehinc facta pro eis consueta oratione, et in osculo sancto regi et episcopis quinque, Argentino, Bremensi, Lausannensi, Basiliensi, Neapolitano, et caeteris maioribus dignanter salutatis, ipse papa missas fecit, et in loco communionis regi ad se vocato eucharistiam porrexit[90], quam antea ipsi interdixit. Cuius participatione rex se indignum fore contestans, incommunicatus digreditur. Unde mox apostolicus quasi quoddam indicium inpuritatis et quasi testimonium latentis in eo cuiuslibet ypocrisis, Spiritu revelante, non inprudenter capiebat, et nequaquam se verborum eius fidei deinceps totum ex toto credere praesumebat. Demum vero cibo satis decenter praeparato, simul ad eandem mensam consedebant, sobrio se victu honeste procurabant; et inde cum gratiarum actione surgentes, et non multa praeter maxime necessaria oboedientiae promissae, fidei datae, sacramenti non violandi, perfectae poenitentiae, nec non cavendi Longobardorum anathematis commonitoriola, ad invicem sibi colloquentes, rex accepta apostolica licentia et benedictione cum suis inde discessit, praeter episcopos, quos papa iussit illic incarcerari, prout sibi bene complacuit. Insuper pactum sacramenti cuiusdam, quod a familiaribus regis papae adhuc persolvendum restiterat, ab eis fiendum exigebatur. Quod ipsi contentiosa quadam discordia longe aliter quam conderetur, pervertere conantes, sese reatu periurii cito a papa capiendos dum metuerant, ne omnino ipsi iurarent, modis omnibus cavillosi diffugerant. Ex quibus Augustensis episcopus absque licentia noctu inde clandestina fuga non reconciliatus evaserat. Sic in primo pacto, quod ad invicem statuerant, papam artificiose delusum et deceptum[91], mendaces abierant.

Ad haec dum apostolicus duos episcopos, Ostiensem et Praenestinum, pro necessitate et regimine sanctae aecclesiae Mediolanum, Ticinum, et in caeteras illarum partium civitates dirigeret, et sic non sine fructu Placentiam proficiscerentur, a Placentino antiepiscopo[92] periuro et anathematizato capti sunt. Ex quibus Praenestinus paullo post dimittitur, Ostiensis in quoddam castellum incarceratus transmittitur[93]. Ubi cum aliquamdiu in vinculis teneretur, et rex cum suis avaritiae lucris quolibet artificiosus ingenio insistere niteretur, cui solummodo papa in itinere Longobardico servitium necessarium ab eis, canonice autem illorum omnino devitanda communione sumendum vix licentiam dedit, sacramenti quod fecerat pro legatis apostolicis adiuvandis prorsus oblitus, nullam vel in verbi unius saltem auxiliaria inpensiuncula ipsi compassionem exhibuit. Set cum Papiae vellet iuxta ritum legis[a] Longobardorum coronari, missis ad papam pro huiusmodi danda licentia interventoribus, responsum datum est eis, ut quamdiu Petrus esset in vinculis, non haberet in hac re licentiam apostolicae auctoritatis. Set neque sic ipsius auxilium extorquere ab eo poterat. Tandem vero imperatrice et domna Mahthilda adiuvantibus, de carcere nonnullo tempore probatus relaxabatur.

Per idem tempus Quintius ille Romanus, qui ad cumulum damnationis suae episcopum quoque Cumanum[b. 94] iuxta aecclesiam sancti Petri Romae iam captum tenuerat, cum ipso regem Papiae visitare et non parum sibi munificum efficere studuerat; quippe

a) regis 1*. b) Cumadum 2.

90) Factum, ut videtur, inconsultum; potuit enim rex alio occulto peccato esse obstrictus, in hoc certe laudandus, quod publice se indignum declararit, quidquid dein iudicaverit pontifex. USS. 91) Accusativi absoluti loco ablativorum. 92) Dionysio scilicet, anno 1075. per papam in synodo Romana deposito. Legati autem fuere Anselmus Lucensis et Geraldus Ostiensis episcopi. Vid. Arnulphus lib. IV. c. 13. USS. 93) Cf. Gregorii ep. ad Udonem Trev. arch. Reg. V, 7. Mansi XX. p. 242. 94) Reginaldus Comensis episcopus. USS.

qui non modicas munerum grates non solum pro episcopi, verum quoque pro tam sacrilega domni apostolici captione, ab ipso sibi referendas promeruisse nullatenus dubitabat. Qui postquam ad curiam pervenerat, eumque rex ob anathema caute devitatum osculari et, ut solet amicos, salutare non ausus fuerat, quasi ob quasdam maximas suas occupationes nondum ut dignus fuerit, et prout plurimum promeruerit, ipsum acceptare non posse simulavit; et ita in dies acceptabilem suum dilatum procrastinavit. Ipse autem aliquantulum subiratus, se dedignationi et delusioni habitum proclamavit, donec tandem certissimas[a] dignae salutationis inducias et grates a rege sibi deferendas pertinax extorsit. Set in ipsa nocte statuti diei gutturę eius lętali quodam tumore repente praefocato, morte damnandus aeterna, rege non viso et insalutato, in puncto celerrimus descendit ad inferna.

Ita rex partibus illis quaecumque et undecumque poterat, auri argenti et palliorum copiosa pondera percupientissime corradendo, per totam quadragesimam peragratis, nullam deinceps ab apostolico regni iam interdicti, ut oporteret, licentiam petens, Veronae diem palmarum animosus plurimum et perturbatus celebravit. Inde etiam intimus suorum Vercellensis antiepiscopus digressus, in via, qua laetanter pergebat, subitanea morte et ipse praeoccupatus, equo, cui praesidebat, ilico lapsus, in momento satis infeliciter exspiravit.

Postquam vero regni primates perfidiam regis[b], et pacti quod ad Oppinheim actum est infractionem, fugam illius et reconciliationem simulatoriam, et cuncta per Longobardiam eius molimina artificiosa compererant, Ulmae post natalem Domini aliquid super tam grandi negotio consiliaturi convenerunt. (Febr.) Et quia pauci prae hiemis nivosae et frigoris nimietate asperrima impediti illic convenerunt, missis litteris et legatis suis principibus et episcopis Lotharingorum et Saxonum, nec non Baioariorum, item eos per fidem, quam inter se ad invicem pepigerant, et inprimis per misericordiam Dei obsecratos sollerter admonuerant, et plurimum sollicitantes rogitaverant, ut vel saltem in 3. Idus Martii apud Forichheim convenirent, ibique habito colloquio et prudenti consilio diffinite terminarent, quicquid eis optimum videretur, de statu regni et aecclesiae, et vitae illorum necessaria contuitione. Abhinc etiam, utpote qui plurimum anxiati undecumque se praemuniri quaeritant, domno apostolico, qui adhuc apud Canusium moratus est, litteras supplices et sollicitudinum instantium plenas dirigebant, et colloquium condictum et suae voluntatis propositum ipsi intimantes, eius super haec, ut in omnibus illorum causis oportuerit, consilium, auctoritatem, auxilium, nec non litteras huiusmodi indices[c] cum legatis ipsius, ad se quantotius ab eo dirigi humillime rogitabant.

Domnus autem apostolicus, ut est non minimae compassionis et benignitatis, iuxta quod ipsi tam desiderabant, toto sollertissimus conatu dignanter peregerat, et ad idem colloquium sanctae Romanae aecclesiae diaconum cardinalem, nec non Massiliensem abbatem legatos[95] cum litteris suis commonitoriis transmiserat. Ipse autem in castello eodem, quamquam pro tot et tantis hereticorum et scismaticorum scandalis et repugnantiis non parum moestificatus, usque in Augustum mensem perstitit[96], et inde Romam suam, dum via sibi in partes Theutonicas ad tot discordias componendas non patuerit, cum maxima acceptus dignatione civium Romanorum sibi occurrentium et venerabiliter eum salutantium, satis gloriose revisitavit.

Dux etiam Roudolfus cum consilio caeterorum regni principum, postquam regem vere reconciliatum audierat, nuntium direxit ad eum, nimis obnixe et dignanter obsecrans, ne ipse omnino in Theutonicas partes veniret prius quam aut papam sive imperatricem illuc praemitteret, qui ipsi dignam susceptionem et pacificam studiose praepararent. Ad hoc sane papa, ab eodem legato conventus et invitatus, sese paratissimum exhibuerat, set non nisi accepta ab ipso rege pacis et fidei securitate iureiurando sibi contestata. Rex vero legationem pervicaciter dedignatus, nec papae securitatem, neque oportunae praemissionis dignatus est peragere postulationem.

Denique in Idibus praedictis, ut deliberatum est, ex magna parte optimates regni (Mart. 15.)

a) dilationis *hic inserit Uss.* b) regni 2. c) indies 2.

95) Utrumque Bernardum nomine Reg. IV, 23. 24. 96) Carpinetae Gregorius plurimum eo tempore commoratus est. Reg. IV, 23–28.

Mart. 15. convenerunt. Ibique habito colloquio, perquam multis[a] iniustitiarum et iniuriarum calamitosissimis[b] proclamationibus et querimoniis, quas sibi et totius regni primatibus et aecclesiis inlatas haberet, regem accusabant; et quia papa, ne ut regi oboedirent aut servirent, ipsis tam interdixerit, regni dignitate privabant, neque regis saltem nomine dignum ob inaudita ipsius millefaria flagitia adiudicabant; set alium sibi pro illo eligere 5 et constituere unanimiter destinabant. Legati autem sedis apostolicae audito illic tam sacrilego homine, non parum quidem mirati sunt, quod tamdiu illum super se sustinuerunt. Verumtamen id quod iniunctum erat eis, non reticebant, quin potius in audientia cunctorum propalabant suae legationis commonitorium, ut si quolibet suae cautionis artificio posset fieri, isto adhuc aliquamdiu qualitercumque sustentato, alium sibi regem 10 nequaquam constituerent; alioquin ipsi, quia multo melius suae necessitatis expertum non ignorarent periculum, quodcumque sibi optimum prae caeteris iudicarent, apostolico non contradicente peragerent. Ad haec etiam litterae apostolicae in praesentiarum 97 recitatae sunt[97], in quibus praeter seriem et notitiam datae regi christianae communionis commemoratam et illud continebatur, quia non multum de poenitentiae illius spe et pro- 15 vectu[c] laetandum suis subditis foret, quoniam quidem Longobardos, quos inoboedientes satis invenerat, inoboedientissimos et ex malis pessimos reddiderit, et idcirco cunctis, qui sub manus illius sceptro antea fuerint, apostolica vigilantia sollerter multum exhortatum et consultum est, quatinus ob huiusmodi necessitates feliciter superandas domino Deo se unice commendatos, in via et amore iustitiae in dies semper attentiores et pro- 20 vectiores cucurrerint, et sic currendo in ea perseveranter, divinitus coronari commeruerint.

Proinde nimis in Dei gratia confisi et corroborati, episcopi seorsum, et senatorius ordo seorsum, pro constituendo rege diu multumque consiliati sunt. Tandem sane totum senatorum nec non populi novarum rerum cupidi collegium, episcoporum primum, ut- 25 pote spiritalium virorum, divinum et spiritale nominandi et eligendi regis dum exspectaret attentissime suffragium, dux Alemanniae Ruodolfus primum a Mogontino episcopo, deinde a caeteris in regem ab eis nominatus et electus est. Hos sequitur sine mora totus senatus et populus, solita iurisiurandi fidelitate sese illi omnes in id ipsum legittime subicientes. 30

Hac electione vere non heretica, utpote communi totius populi suffragio et laudamento, in non desiderante, nolente et coacto homine legittime sic peracta, confestim inde per Babinberch et Wurciburch peragratis, in media quadragesima Mogontiacum perveniens, ab eisdem episcopis et totius populi conventu sibi illic in iustum regem rectorem et defensorem totius regni Francorum laudatus unctus et ordinatus est. 35

Eodem die mox cives Mogontini bellum ex industria movebant in eum, ex quibus plus quam centum ceciderunt, et duo tantum ex parte regis; caeteros fuga et noctis inminentia vix a morte defensitant. Sic regis milites victoria mirabiliter potiti sunt, et tantum civibus pavorem intulerant, ut summo confestim mane episcopo et domno[d] suo sese reos dedissent, et eius adepta gratia, gratiam quoque regis, ipso cum quibus pote- 40 rat omnibus interveniente, vix acquisissent. Cives etiam Wormatienses assumptis undecumque non modicis militaribus praesidiis, contra regem et episcopum suum rebellantes coniurabant. Unde praeterita eadem civitate rex Triburia divertit, et sic per Laurisham Apr. 9. et Ezzilinga proficiscens, diemque palmarum Ulmae subsistens, ad usque Vindelicam Augustam ibidem pascha acturus pertenderat. In paschali enim ebdomada perplura 45 quae regno et aecclesiae sanctae necessaria fuerant, illic tractare et disponere cum principibus suis proposuerat; set ipsi statim se ab eo retrahere, quo nescio id infortunio actitante, viritim inceperunt. Non solum vero novitii milites, set etiam antiqui, qui ipsi iureiurando iam olim fidem suam confirmaverant, et ipsi periurium parvipendentes apostataverant. Qui etiam ab Herbipolitana iam civitate litteris ad papam invitatoriis prae- 50 missis, quatinus in nostras partes pro regimine aecclesiastico venire dignaretur, ductores ipsi dirigere destinaverat; set id tunc omnino peragere prae militari penuria non poterat. Tres solummodo secum vix collegit episcopos, Herbipolitanum, Wormatiensem, et

a) multas 2. b) calamitosissimas *corr.* calamitosissimis 2. c) prouectũ 2. profectu *ed.* d) đono 1.

97) Desunt in registro Gregorii. 55

Pataviensem. Quartus ille Augustensis, toto quo poterat versutissimus ingenio, corde durissimus adamantino, sedis apostolicae legatis et canonicis eorum sententiis tam pertinax toto biduo restiterat, quod nequaquam ad oboediendum papae sive regi constringi poterat. Ad extremum, quamvis simulatorię, vix convictus ab omnibus, in communica-
5 tione domini et regis sui Heinrici confessus est se peccasse, et ob id sacerdotio suo a legatis apostolicis privatus et dignae poenitentiae subactus est. Set tamen antequam abirent, rege id suppliciter ab eis vix omnifariam inplorante, ad tempus solummodo ipsi officium suum concessum est.

Ibi profecto in die sancto paschae, cum rex et omnis clerus et populus in proces- Apr. 16.
10 sione non modica ad aecclesiam sancti Iohannis sollemniter astarent, a legatis apostolicis[98] praeceptum non sine ratione et canonica datum et confirmatum est, ne ultra omnino usurpatio haec in aecclesia fieret, quae a nonnullis simplicioribus fratribus temere et praesumptuose contra decreta Clementis papae actitatur. Solent namque in sabbatho sancto paschae ante infusum chrisma in aquam baptismi, omnes circumstantes ex ipsa
15 aspergere, et ea in vasis suis accepta, sic per totam quinquagesimam[99] huiusmodi tantum abutuntur usurpativa et inordinata aspersione; non attendentes sancti papae Alexandri rationabile et inrefragabile statutum[1], qui praecipit, ut in omnibus dominicis diebus exorcismus salis et aquae a sacerdotibus agatur, et inde populus, officinae et loca eorum aspergantur. Ubi cellae sancti Galli a fratribus regulariter electus abbas praeficitur
20 Lutoldus, eiusdem coenobii frater reverendus[2].

Rex ibidem pascha festive satis peracto, per Ulmam revertendo Augiam intravit, et inde Constantiam pervenit. Unde episcopus civitatis, apostolicae sedis legatorum audientiam nec non regiae maiestatis praesentiam cautissime devitando, in quoddam castellum comitis Ottonis[3] secessit, et ibi per totum illum annum perstitit, officio sibi iam a
25 priori anno ab apostolico prorsus interdicto, et tamen ob id ab eo nequaquam devitato. Ipse namque Wormatiae cum a conspiratione inoboedientiae conscriptae[a] resurgeret, extunc, quod nos pro miraculo debitae ultionis divinae notamus, claudicare coepit, et sic deinceps debilitatus claudicavit[b], set tamen communionem, non officium, ab episcopo Pataviensi ante Oppineimense[c] colloquium iam recepit. Et qui toto biennio antea ad hoc
30 cogi nequaquam poterat, extunc ordinare clericos, aecclesias consecrare, et caetera episcopalia iura perduellis et contra fas pertinax frequentare nequaquam quieverat. Apostolici vero legati, convocato illic fratrum collegio, capitulum pro fuga et inoboedientia episcopi illorum, nec non pro caeteris ipsius temeritatibus neglegentiis et praesumptionibus cum eis fecerunt[4]. Ibi datis induciis episcopum ad se vocaverunt, et ne quis
35 officium illius reciperet, ex apostolica auctoritate firmissime praeceperunt. Symoniacam heresim et nicolaicam[d. 5], quae in episcopatu illo, cui valde infinitus subest populus, ultra modum regnat, iuxta sententiam in Romana synodo datam omnino damnaverant. Et speciale praeceptum prae caeteris ibi replicaverant, ne quis christianus clericorum ob incontinentiam damnatorum officia omnino reciperet. Ibi quoque dum quorundam sacer-
40 dotum iudicia et septem confratrum suorum super haec testimonium pro recipiendis aecclesiis suis, quas symoniace acquisisse testimonio multorum laicorum evidentissimo convincerentur, ab episcopo illo recipi solere comperissent, canonica ratione haec iudicia et testimonia prorsus recipi non licere inrefragabiliter comprobabant. Si autem exceptis heresibus pro crimine quolibet accusarentur, huiusmodi iudicia et testimonia non repro-
45 babant. Pro heresibus vero si quis accusaretur clericorum, super hunc omnium christianorum catholicam fidem habentium, clericorum, laicorum, virorum ac mulierum testimonium recipi debere rationabiliter affirmabant. Proinde hoc, quod canonica scripturarum

a) praedictae *ed.* b) claudicat 1*. c) oppinense 2. *v. infra pag.* 295. d) nicolaica 2.

98) Nescio, quid mali deprehenderint legati in hoc
50 usu, quem certe antiquissimum esse constat ex Gregorio Turonensi lib. I. de gloria martyrum c. 24. et ex ordine Romano, quique hodiedum obtinet. USS. 99) Scilicet usque ad pentecostem. USS. 1) Habetur can. *Aqua Sale* de consecrat. dist. 3.
55 ex decretali prima eius epistola cap. 5, quam spuriam esse norunt omnes. USS. 2) cf. Burchardi casus S. Galli c. 7. Mon. SS. II. p. 156. 3) de Brigantio et Buchhorn; v. Stälin Wirttemberg. Geschichte I. 559. 4) Cf. Bernoldi opusc. X, 4. p. 379, ubi de Ottone Const. episc. eodem fere ordine agitur. 5) cf. Bernoldi altercationem cum Alboino, ut videtur, Constantiensi canonico, N. III. USS. Cf. Gregorii epp. ad Ottonem episc. et ad Constantienses. Mansi XX, p. 626. 627.

auctoritate fiendum contestati sunt, pro huiusmodi causis omnino observandum apostolica sanctione et coërcione praeceperunt.

Rex denique inde Turegum perveniens, illic aliquantisper morabatur. Ea tempestate maxima pars incontinentium clericorum et symoniacorum, contempta apostolica sententia, pertinaciter iam reversa est ad vomitum suum, animata regis Heinrici necnon antiepiscoporum illius spe adiutoria et defensione. Et quia corrigi per Roudolfum regem non parum formidabant, ipsum damnando, anathematizando, et modis omnibus detestando omnifariam ei adversari et calumniari non cessabant. Heinricum autem, quem ab olim iam ferme totum regnum, utpote flagitiis et facinoribus vulgatissimis infamem, ab aecclesia longe profanandum calumniose proculcaverat, laudibus nunc e contrario inmanissimis super coelos exaltatum et quasi iniustissime damnatum satis eiulabiliter proclamaverat. Set istud summopere huius adulatorium laudamentum, illius autem hostile vituperium, quod tamen salva illorum pace dixerim, hereticae et incorrigibiles personae antichristianorum episcoporum, nec non suppariuni illorum clericorum, canonicorum, monasterialium, villanorum sacerdotum, et huiusmodi chorus synagogarum, dogmatizare et undique disseminare, et mendaciis inauditis attestari non quiescebat. Turba autem plebeiorum ab huiusmodi personis seducta, nichil aliud credidit, nil aliud egit seu scivit, nisi quod illorum sermociniis et pseudotestimoniis semper audivit. Unde liquido non minima scismatum diversiclinia per totum regnum exorta sunt. Nulla propinquitatum natura, non amicitiarum fiducia, non debitae subiectionis oboedientia, nullus divini timoris sive amoris respectus, non fidei pactum, non iustitiae debitum, nullius honor vel reverentia personae, nec fere quicquid fas et ius divinum semper in suis statutis continuit, sua lege et ordine dispensatoriae saltem consuetudinis observantia vel imaginatum constiterat; set a minimo ad usque maximum cuncti avaritiae sollertissime et indifferenter, non divina nec humana attendentes, studuerant. Disciplina nusquam, pudor revera pretiosus, veritas rarissima erat, mendaciorum myriades ubicumque regnabant. Sic fraudium inmanitas, scandalorum asperitas, nec non malorum omnifarius omnium numerus, sese ultra modum propalare nequaquam cessavere.

Rex vero Heinricus pascha in Aquileiensi episcopatu commoratus, postquam sibi Longobardos omnibus modis allectos, et in solitam subiectionis fidelitatem[a] adiuratos, suae voluntati consentaneos auxiliarios et prorsus individuos satis artificiose conduxerat, et filium suum symonianis[b] antiepiscopis, Mediolanensi, Placentino, et caeteris per Italiam excommunicatis procurandum commendaverat, ipse uxore assumta et, quam eo locorum qualitercumque corraserat, non parva peccunia, per Carantaniae abruptas angustias Bagoariam cum paucis clandestina et inopinata surreptione vix intraverat. Mox Ratisponae cum Pagoariorum, Boemiorum quoque, nec non Carantanorum principibus et, quem secum inde huc adduxerat, non multum viro probabili patriarcha Aquileiensi, habito colloquio de his omnibus quae acciderant, ipsis ut et nuper Longobardis non minimas suae depositionis querimoniarum proclamationes lacrimosus proposuit, et ut se ope illorum astitrice de his ad votum suum ultum iri posset, quos ipse ex quibusdam pauperibus in tam magnos dominos sublimatos extulerat, dignitatibus et beneficiis ipsorum eos a se gratanter et munerandos, dignificandos, ut fidelissimis suis promiserat. Ad haec magnificis muneribus mox ipsi[c] indifferenter corrupti sunt, et qualicumque ingenio excogitare potuit, sibi in auxilium undecumque satis obnixe contracti sunt[d], non modicam auxiliariorum militiam, scilicet ad duodecim ferme milia, in brevi collegit; quibus regi novo congredi attemptans, sese in occursum illius manu bellatoria promovebat. Praeter hos tota fere Burgundionum virtus, Basiliensis et Argentinus[6] antiepiscopi, qui nuper ab apostolico reconciliati et in parte iustitiae se deinceps permansuros professi sunt, non modica quoque pars Francorum, Herimannus comes Palatinus[7], qui gener regis Roudolfi futurus erat, et maxima pars militum regis, quos iam diu adiuratos sibi fidelissimos fore non dubitaverat, nec non omnes fere consanguinei et proximi illius, quibus ipse semper fidelissimus exstitit, in omnibus Heinrico regi unâ adhaeserant; ab isto autem viritim, fidem et iusiurandum parvipendendo, se subtraxerant[e]. Et hoc, quas maxime prae cae-

Mai.

a) fidelitate 2. b) symonianis *et infra pag.* 302. *legitur;* symoniacis *ed.* c) ipsis 2. d) sunt. Sic non *ed.* e) suptr. 2.

6) Burchardus et Wernherus, Canusii papae reconciliati. USS. 7) Rheni.

teris notavimus, tribus actum est ex causis. Quia per illum ad iustitiae regulam corrigi, ut et praedictum est, non minimum formidaverunt. Et quia propemodum naturale est, semper cives vitiosos virtuosis civibus invidere. Et quod proprie idolis servire est. Omnes quippe quaeritabant et exigebant ab eo insatiabilem suae cupiditatis voraginem 5 prodigiosa effusionis inauditae ingurgitari abusione; scilicet ut regnum, quod ut colligeret miserabiliter[a] dissipatum coactus suscepit, miserabilius[b] inter eos dispertiendum omnino dissiparet. Et quia prudens eis in hoc non consenserat, ad antiquum dissipatorem suum praeter sanae mentis pauculas nimis personas, omnes mirabiliter velut in sentinam coinquinandi confluxerant. — Mai.

10 Unde Heinricus rex tanta auxiliatorum copia roboratus, Alemanniam praedis rapinis et incendiis devastaturus invaserat. Nulla vero inter sanctum et profanum differentia erat. Boemii quippe mulieres in aecclesiis palam constupraverant, captivas more suo abduxerant, aecclesiam et stabulum eiusdem reverentiae computaverant; et sic fas nefasque simul omnes confundentes, ethnicorum insania partem non modicam illius patriae 15 hostiliter nimis perlustrabant; scilicet a partibus Austri-Franciae et Moinonis fluvii per Nechoram fluvium et Ezzilinga oppidum ad usque Ulmam et Danubium, quamquam non sine maximo metu, qualitercumque pertingebant. Sciebant quippe, regem Roudolfum in obsidione cuiusdam castelli iuxta Danubium non cum parva militia consedisse, et illic militum suorum, quos undecumque colligere in tantillo temporis articulo potuerit, con-20 ventum exspectasse.

Rex autem Heinricus habito Ulmae, cum quibus poterat, colloquio, regem Roudolfum cum ducibus suis Berhtoldo et Welfo et caeteris Alemannorum ipsi consentaneorum maioribus, secundum legem Alemannicam, quasi dignos iugulari, fecit sententialiter adiudicatos damnari, et pariter dignitatibus et beneficiis suis privari; quibus confestim non-25 nullos suorum beneficiatos ditavit; et sic in auxilium sibi hos, et omnes quos potuit, more suo adiuratos obnixe conduxit. Ibi patriarcha praedictus cum litteris pseudographis, quasi a domno apostolico in has partes per illum transmissis, coram populo recitatis, regem suum omnimodis[c] defensitando, et quasi authentica hac maiestate eum cunctis commendando, ipsum in regni fasces dignissimum assentatorię satis idoneavit. Qui tan-30 dem post huiusmodi mendacem assentationem se domum festinanter proripiens, et sumptuoso multum apparatu se in regis qualecumque suffragium studiosissime militaturum rependens, maniaco furore derepente factus est arrepticius. Et hac amentiae metuenda cunctis passione[d] aliquantisper ad exemplum mendacibus et apostatis daemoniace satis discruciatus, damnabili consummatione insanissimus exspiravit. Et sic cum non-35 nullis suorum subitanea itidem morte direptorum ad sedem suam tumulandus reportatus est[7]. O quam timendus Deus ultionum dominus! et quam terribilis in consiliis super filios hominum! Iste homo iam pridem zelo Dei succensus, et cum honestissimis Dei viris, archiepiscopo Iuvavensi et episcopo Pataviensi et cum caeteris Christi militibus, ad Oppineimense[e] colloquium praeterito anno perveniens, non parum quidem prae 40 caeteris regni primatibus aecclesiasticae correctioni et christianae religionis disciplinae et meliorationi necessariae sollertissimus studuit, et quasi angelus Domini exercituum, et secundum suum nomen[8] princeps patrum, regi Heinrico nec non cunctis Deo et sancto Petro inoboedientibus et repugnantibus gladio spiritus ancipiti minax multum et horrendus viriliter undique obstiterat. Nunc autem non modicis mammonae corruptus illece-45 bris, a zelo[f] et iustitia Dei levissimus apostata et princeps erroris infeliciter declinavit. Unde Deo iudice, aequitatis servantissimo, et hic in exemplo cunctis intueri volentibus partem calicis sui parumper praegustavit, et praegustatum in aeternum et ultra non exhauriendum epotare siticulosus semper minime cessabit. — Iun. — 7

Quem Augustensis episcopus non minus infeliciter est consecutus. Hic regi Rou-50 dolfo in proximo pascha quamquam vix hominatione et fidei non fictae pactione firmissime confoederatus, ilico dum reversus est rex Heinricus, ipsi gratulanter occurrens,

a) mirabiliter *codd. et Uss., qui tamen emendationem indicat.* b) mirabilius *codd. et Uss.* c) omnimod' 2. d) passionē 2. e) opineimense 2. f) cęlo 2.

7) Cf. Gregorii VII. epp. ad Aquileienses de eligendo successore datas 15. Kal. Oct. Ind. 1. Reg. V, 55 5, 6. Mansi XX. p. 239. 8) scilicet *patriarcha*.

omnifariam[a] quoque adulatus est, et in comitatu praedicto usque ad Ulmam ipsi studiose obsequialis et favoralis non deerat. Illic etiam missarum sollemniis usque ad locum communionis ab eo peractis, ad regem et caeteros auditores se convertit, et parum quid sermone assentatorio de instantibus causis praecontionatus, coram omnibus sua sponte professus est, se sanctam eucharistiam in probationem et huiusmodi iudicium accepturum fore, quod causa domini sui Heinrici regis iusta fuerit, Roudolfi autem prorsus iniusta. Et sic, ut in iudiciis solitum est, hac sacramentali conditione praemissa, scilicet ut id dominici corporis et sanguinis sacramentum ita sibi ad salutem corporis et animae profecerit, uti causa obtinendi regni Heinrico regi domino suo iusta et rata fuerit, ipse praesumptuosus iustitiae quasi populis commendandae examinator, in haec verba communicavit. Extunc profecto passione arreptus lętali, in dies semper se dolentior contabuit, donec miserabiliter iusto Dei iudicio discruciatus, et praesumptionis praedictae in se vindictam cecidisse confessus, non post multos dies et ipse morte praeventus amarissima, diem clauserat extremum. Quod itaque iudicium domno papae dux Welf mox fecit deligenter intimari. Cui ipse mox, non mendax propheta, indubitanter remandavit, quod ipse revera de hoc praescius esset, quia idem episcopus de novis illius anni frugibus numquam gustaturus fuisset; quod paulo post, ut divinavit vir apostolicus, rei comprobavit eventus. Quamquam non idcirco populis his et huiusmodi signorum ostensionibus satis superque commonitis, necessitatis aecclesiasticae et correctionis suae causa, hoc regis Roudolfi iustissimum omnino et desiderabile suffragium fuisse peractum nemo ferme sufficeret persuadere, set potius regi Heinrico, omnium bonorum suorum incensori et devastatori, et tot heresium et scismatum auctori et defensori, toto nisu percuperent individui semper adhaerere.

Tunc vero, quae heresis et seminarium erat clericorum, pertinaces nonnulli passim concionati sunt, in reges quamquam hereticos et cunctis flagitiorum facinorumque reatibus exoletos, sanguinarios nefandissimos, nec non omnifariam profanos et sacrilegos, nec ipsius papae nec alicuius magistratuum iudicium et sententiam cadere non debere. Non enim attenderant, Constantinum imperatorem, Pauli[b] Constantinopolitani episcopi et heretici sectatorem, in Romana synodo a sancto Martino papa 650. dominicae incarnationis anno excommunicatum fuisse[9]. Notandus[c] etiam eis Constantius est, a Felice papa ob Arrianam heresim excommunicatus[10]. Haribertum regem Francorum a sancto Germano Parisiorum episcopo ob libidinis flagitium non ignorent excommunicatum, et ita ad inferos descendisse damnatum[11]. Noverint quoque, Hiltericum regem Francorum auctoritate Stephani papae regno depositum, tonsuratum et in monasterium missum, et ita Pippinum in regem electum Francorum[12], et a sancto Bonefacio episcopo Mogontino ad regnum consecratum. Nicolaus papa Lotharium regem Francorum excommunicavit, eo quod repudiata legittima uxore sua, Waldradam[d] concubinam habere praesumpserit[13], qui cum Romae se de illatis criminibus excusare vellet, sibique hoc iudicium iniungeretur, ut si innocens esset, fiducialiter ad communionem accederet, accessit temerarius, et de manu domni apostolici iudicium sibi sumpsit. Nam non multo post ipse et omnes fautores eius subita morte perierunt[14]. Theodosius imperator a sancto Ambrosio ab introitu[e] aecclesiae propellitur, et ob scelera sua ad agendam poenitentiam octo mensibus in custodiam mittitur[15]. Ludowicus imperator armis depositis ad agendam poenitentiam episcoporum iudicio includitur.

Quid namque hoc et quae perplura huiusmodi sunt, necesse fuerit sanum sapientibus commemorasse, nisi ob responsiones inportunissimae et mendosae quorundam morionum garrulitatis? Plurima quippe, regibus inaudita hactenus, in synagogis suis fabulosis ineptiarum et nugarum ludibriosa proferebant privilegia ius publicum ignorantes, set

a) omnifaria 2. omnifarie *Uss.* b) paulo 2. *sec. XIV. corr.* pauli. c) Notandū 2. d) waldrada 2. e) intro 2. *corr. saec. XIV.* introitu.

9) Non ipsum Constantinum seu Constantem, sed cius dumtaxat typum damnavit Martinus. Vid. Pagi Brev. Rom. Pontif. T. I. p. 423. USS. 10) Vid. Bernoldus in Hermanno ad ann. 358. 11) Hermann. Aug. ad ann. 563. Idem legitur ap. Bern. Opusc. VI, 9. p. 360. 12) Eadem iisdem verbis exstant in Bern. Opusc. XII, 4. p. 393. 13) Idem exemplum similibus verbis bis protulit Bernoldus locis supra laudatis. 14) Hermannus ad ann. 869. 15) Poenitentia Theodosii certa est, sed custodia fabulosa. USS. Idem fere Bernold. Opusc VI, 9. p. 360.

neque scita sua plebeia, quamvis a sciendo vocentur, plenarie satis scientes. Namque pro motu sui libitus[a] quaelibet in utramque partem indifferenter et laudabant et vituperabant. Et ut iam pridem res sua vocabula ammiserant, ita apud eos adhuc usque non res set nomina tantum laudi et honori sunt, quae absque proprietate[b] et officiis suis 5 prorsus inaniter sonant. Sicut enim lex a legendo, sacerdos a sacro, dux a ducatu, consul a consulendo, graviones a morum gravitate, sive quod tanto plus quispiam illorum laborum pondere gravatur quanto caeteris praeponitur; ita rex a regendo proprie dici vel denominari comprobatur. Regulam vero, vel quod recte ducat nec aliorsum aliquando trahat, vel quod regat, sive quod recte vivendi normam praebeat, seu quod 10 distortum pravumque quid corrigat, nominari non ignotum est. Recte igitur faciendo nomen regis tenetur, alioquin amittitur; unde est hoc vetus elogium: *Rex eris, si recte facis; si non facis, non eris.* Regiae igitur virtutes praecipue duae sunt, iustitia et pietas; plus autem in regibus pietas laudatur, nam iustitia persevera[c] est. Si autem nec iuste iudicent[d], nec pie condescendant, neque regulam officii sui vel sola saltem nomi- 15 nationis imagine minimum quid attingant, set potius ultra modum et insanias ethnicorum superlativas, vitae facinorosae et luxuriosae libertatem nefandissimi omnifariam et portentuosi exerceant, crudelissima dominandi maiestate populum supprimant, et miserrime suppressum devorent, et ad interneciem[e] usque consumant, cur non magis proprie tyranni in huiusmodi fortissimi, quam abusive et absque rei veritate reges sint nuncu- 20 pandi? Tyrannus quippe grece, latine fortis interpretatur; apud veteres enim fortes reges tyranni vocati sunt. Apud Grecos autem, quod tamquam bases populum sustineant, basilei vocantur, unde et bases coronas in se congiratas ostentant. Notandum praeter haec christianis regibus est, qui dominari in populum potius quam secundum nomen suum ipsum regere percupientissimi sunt, quod de Octaviano in Romana historia scrip- 25 tum est. Postquam idem pro eo, quod rem publicam augeret, Augustus, iam Caesar et imperator appellatus est, dum ludis et spectaculo Romanorum interesset, et ipsi a populo pronuntiatum foret, ut vocaretur deus et dominus, statim manu vultuque averso indecoris adulationibus restitit, et appellationem domini ut homo declinavit, ac die sequenti omnem populum dictu gravissimo corripuit, dominumque se post appellari ne a liberis 30 quidem suis permisit. Et si tunc tanti vitrum, rex scilicet idolatra, at nunc quanti christianae dignitatis nobile margaritum? Set haec contra nugigerulos dixisse sufficiat.

His postpaschalibus diebus apostolicae auctoritatis litterae[16] omnibus citra Rhenum per Alsatiam et Lotharingiam et Theutonicam Franciam commanentibus, set ex nomine episcopis directae sunt, per quas eis omnes coniurationes et pacis perturbationes et 35 discordiae, et ne Heinrico regi, ut solet regi, oboedirent aut servirent, interdictum est. Quas prae caeteris Basiliensis et Argentinus antiepiscopi omnino contemptui habentes, flocci pendebant; alii vero, qualibet arte et occasione poterant, quasi numquam directas sibi dissimulantes non propalabant, et tantum, prout posse eis suberat, eis diligenter obaudiebant.

40 Eadem tempestate abbas Massiliensis[17], et cum eo Christianus[18] sapientissimus monachus, dum reverti ad domnum apostolicum niterentur, a quo ob sedandas nostrorum discordias in Theutonicas partes missi sunt, a comite quodam Oudalrico capti, depraedati, et in castellum Lenciburg[f. 19] incarcerati sunt. Quos rex Heinricus captos comperiens, non, ut domno apostolico iureiurando pactum iam fecit, dimitti praecepit. Cluni- 45 acensis autem abbas paulo post litteras ad eum commonitorias transmisit, in quibus satis superque illum pro periurio coarguit; quippe nota ipsi tota reconciliationis et confoederationis causa inter papam et regem fuerat, utpote qui praecipuus mediator his praesto intererat. Insuper ipsi facie revelata liberrimus demandavit, quod id certissimum perditionis illius indicium foret, quod tam magnos et sanctissimos Dei viros incar-

Iun. (margin, line 1) — 16 (margin, line 32) — 18 (margin, line 40) — 19 (margin, line 43)

50 a) libitis 2. b) propietate 2. c) *ita* 2. per se vera *ed.* d) iudicant 2. e) internecionem *ed.* f) Lenzburg prope Ararim fluvium in pago Ergaugia *glossa saec. XIV. in* 2.

16) Desunt hae litterae apud Mansium. 17) Vid. Gregorii epistola V. 7. 18) Paulus Bernriedensis refert, Bernardum abbatem Massiliensem 55 secum duxisse egregium doctorem quemdam, nomine Christianum, postmodum Aversanae civitatis episcopum, cuius opus extat eximium contra Turonensem Berengarium. Hic sub alio nomine Guitmundi celebris est. USS. 19) cuius comes erat.

Iun. ceratos propter iustitiam sedis apostolicae contemptor inhumanus non liberaret, set potius intrudi praeciperet. Qua ille commonitione satis liberrime coargutus et vix confractus, etsi non pro Deo, tamen pro tanti monitoris inportunitate, vinctos Dei, solutos et liberos, suis autem omnibus depraedatos, abire consensit. Qui rerum sibi direptarum rependium iuxta regis praeceptum aliquantisper praestolantes, tandem diu frustrati ac delusi, vacui et ferme nuduli ad sancti Aurelii coenobium[a] divertebant. Illic toto humanitatis studio ab abbate Willihelmo et suscepti et multum caritative per totum fere annum tractati, pacis tranquillitatem suaeque reversionis possibilitatem cum non mediocri suavitate praestolati sunt.

Rex vero Roudolfus collectis undique militum suorum copiis, regi Heinrico occurrere, et virtute bellica ipsi congredi attemptare, Deo iudice magnanimus proposuit. Accepta denique ducum comitumque suorum nec non totius militiae suae, quae vix ad quinque milium pugnatorum pertingebat numerum, unanimi satis consultatione, non visum est eis sanum huiusmodi congressionis consilium, set prudenti cautione differendum ad tempus deliberabant, quousque deinceps tot militantium myriades industrius undecumque contraheret, quibus absque detrimento suorum adversarios suos oportunitate adoptata subdere, et omnifariam sibi ad servitium constringere maiestate regia victoriosus sufficeret. Ipse autem quamvis nolens et invitus, consiliis illorum acquievit, et dimissa a se dignanter contracta multitudine, intimisque suis ad tuitionem regni et ad imminentium bellorum inmanitates cavendas diligentissime praemonitis, quia a primatibus Saxonum obnixe satis invitabatur, assumptis secum tribus episcopis, Pataviensi, Wormatiensi, Herbipolitano, nec non cardinali apostolicae sedis, cum nonnullis necessariorum suorum a secretis, in Saxoniam iter suum acceleravit. Quem totis[b] regiae honorificentiae insignibus et laudamentis gloriosissime satis salutatum et glorificatum, ut et regem et dominum suum oportuit, omni subiectionis et reverentiae dignatione et conamine acceptissimum eum congratulanter magnificabant et venerati sunt. Ubi aequitatis et paternarum illius gentis legum arbiter iustissimus, absque personarum acceptione omnium proclamationes querimoniarumque incusationes sollertissimo iustitiae scrutinio iudicialiter coram se diffinire conatus est. Unde non inmerito, cum ille prior pro motu sui libitus, in illos semper efferatus, praedis rapinis et omnibus pressurarum modis grassabatur, iste iuste iudicans, cum rigore iustitiae prava quaeque in directa reformans, ab omnibus pariter amabatur. Uxor[20] autem regis in partes Burgundiae a Turego divertens, in quodam castello suo, plurimas Burgundionum illic passura iniurias, plus quam annum dimidium morabatur. Quippe Basiliensis, Lausannensis et Argentinus antiepiscopi, cum omnibus quos ad se attraxerant, mox praedis incendiis et omnimodis persuasionum et inpugnationum pressuris cuncta quae ad regem pertinebant studiosissime devastabant, quousque totam ferme illam patriam sibi regique suo subiciebant. Set non absque malo et detrimento suo. Bis quippe a militibus regis Roudolfi victi, caesi et fugati sunt Burgundionum turmae, quae partes Alemannicas praedaturae impetu hostili superbissime[c] invaserant.

Rex autem Heinricus ab Ulma se in Pagoariam proripuit, et divisis inter suos et ducis Welfi et caeterorum sibi rebellantium beneficiis et aecclesiarum bonis, set maxime Pataviensis, omnes quoscumque et quomodocumque poterat, ad se more suo, scilicet Iul. iureiurando, undecumque contraxerat; et sic expeditionem in Saxoniam contra regem Roudolfum, et in Alemanniam contra duces Berhtoldum et Welfum et caeteros illorum suffraganeos, sollertissime disponebat. Et ferme nullus de Pagoariis erat, praeter archiepiscopum Iuvavensem et comitem quendam Eggebertum[21], quin iuxta voluntatem illius ipsi assisteret et consentiret. Eadem tempestate quidam comites de Alemannis, iam pridem regis Roudolfi electissimi adiurati milites, turpis lucri causa ab eo apostatabant, et occupatis quibusdam castellorum praesidiis, praedis incendiis et totis rapinarum et pervasionum direptionibus in dominum suum, in ducem Welfonem, in bona aecclesiarum, nec non in omnes a se discordantes, totis viribus et artibus inhumanissimi per totam

a) Hirsaug. *glossa saec. XIV. in* 2. b) totius *ed.* c) superbisse 2.

20) Adelheida, soror Berthae reginae uxoris Heinrici IV, altera Rudolfi coniux. Vid. ad ann. 1079. USS.
21) vide infra pag. 302.

Iul.

provinciam, prout poterant, grassati sunt. Undique igitur huiusmodi motus per provincias omnes ab utriusque partis sectatoribus promiscue, ut in bellis solet, per totum annum illum agebantur. Unde fames non minima, et quia terra fructum suum non dederat, et quia praedictis violentiis raptores et latrones omnia consumpserant, per partes nostras effecta, multos contabescere et miserabiliter interire coegerat. Divinae pariter ut et seculares legum constitutiones nec nominabantur saltem his diebus, set unusquisque, prout poterat, ita se iudice et correctore victitabat. Inaudita hactenus discordiarum scismata, fraudium turpisque quaestus ignominia, et in ipsis etiam aecclesiis, quo ob spem pacis et defensionis res suas conservandas omnes congesserant, a contemptoribus Dei innumera clam et palam sacrilegia plorabili maiestate imperiose passim conregnabant.

His denique domnus apostolicus auditis, litteras[22] specialiter legatis suis nec non omnibus qui in Theotonicis partibus sunt, maioribus et minoribus, transmittebat, toto nisu revera percupientissimus, ut quolibet ingenio posset, nostris ei suffragantibus, componendae pacis causa in hanc patriam perveniret. In his, inquam, litteris legatis suis praecepit, ut utrumque regem firmissime praemonerent, quatinus sibi viam cum pace et securitate in has partes et hos, in quibus confidere posset, ductores concedeient, ut Deo fautore tam praecipuas discordias sedaret. Et illum qui sibi in hac causa et caeteris regni sapientioribus et melioribus consentire et oboedire nollet, publica excommunicatione ab aecclesiae membris damnatum omnino separarent; ei autem qui oboediret, regni monarchiam apostolica auctoritate inponerent; et omnibus qui in regno essent, ipsi, ut oporteret, regi oboedirent, subessent, servirent, et omnifariam eum ad statum et aedificationem aecclesiae sublimatum dignificarent.

Ad hoc Roudolfus rex cum suis omnibus promptissimus oboediebat; set quia vias per Alpes undique obclusas et insidiarum plenas Heinricus rex sub sua manu obtinuerat, id frustra voluerat, quod nequaquam ad effectum perducere poterat. Heinricus autem rex timens apostolicae auctoritatis iudicium, suis omnibus unice praecepit, ne quis ad se accessum inveniret, qui legationem apostolicam haberet; quasi se hac arte defendere ex ratione a reatu vulgatissimo sufficeret. Iam enim aliud quiddam intenderat potius quam oboedientiam. Expeditionem scilicet, quam omnes sui iam iuraverant, in Saxoniam. .Unde se de Pagoaria cum quibus poterat omnibus in Iulio mense retraxerat in suam Franciam, illic undecumque collectitans militiae non parvissimae qualescumque copias.

Aug.

Rex denique Roudolfus postquam comperit, in se et in suos tot cohortium militarium contracto ipsum tantopere institisse collegio, ipse non diu moratus, occurrere et bello ei congredi industrius multum attemptare non cessavit. Et sic ad usque Herbipolim perveniens, illic eadem obsessa civitate aliquantisper tardavit, ea scilicet occasione, ne si ad Renum tam copioso exercitus sui impetu festinanter pertenderet, ipse timidus et exterritus ad eum transmeare non auderet. Illic etiam duces Berhtoldum et Welfum et caeteros militum suorum Alemannorum cuneos praestolatus auxiliarios, quibusdam machinis et instrumentis bellicis urbis[a] muros destruere sollertissimus moliebatur. Ipsi autem numero quasi quinque milium occurrere ei gratulanter accelerabant.

Rex vero Heinricus explorato illorum comitatu, per triduum illorum itineris quendam articulum occupavit, bellum eis non cum parvis suis cohortibus inferre temptaturus. Illi autem congressionis illius percupientissimi, iter ad eum festinanter promovebant. Et cum tam proximi convenissent, ut non plus quam duo miliaria a se distarent, et omnes in id ipsum armati bellum cum rege audenter destinarent conserere, ipse se eadem nocte fuga ab eis proripiens cum suis, ante solis ortum prae caeteris Wormatiam suam cum ludibrio et probris ipsorum etiam villanorum ingreditur. Ipsi vero comperta fuga eius, usque ad castrorum locum illum persecuturi[b], cum non mediocri impetus terribilis festinantia pertenderunt. Et cum tam longinquatum iam a se et tam vehementer exterritum eum ab explorantibus comperissent, ab insectatione proposita satis moestissimi cessaverunt; iter autem propositum ad dominum suum glorianter peregerunt.

a) urbes 2. b) persecutori 2.

22) ex Gregorii VII. regest. IV. 23. ad Bernardum diaconum et Bernardum abbatem.

Sept. His itaque diebus cardinalis Romanus[23] litteras, ut iussum est ipsi, commonitorias ad Heinricum regem pro praedicta apostolici adventus ad nos causa per quendam monachum Herbipolitanum dignanter transmiserat. Hunc autem, ante quam ad ipsum pervenire posset, quidam ex secretalibus eius, causa itineris illius diligenter explorata, captum et male tractatum, nec non servientem illius miserabiliter verberatum, incarcerabant; litteras vero ablatas non ut apostolicas, set quasi diabolicas, omnifariam profanabant. Mox ad eum denuo litteras idem cardinalis Romanus per quendam militem familiarem ipsius pro eadem re artificiosus dirigebat; quas sub alterius quidem persona ipse apportatas suscepit et recitari fecit, set aure statim obdurata, litteras auditas efferatus nimis floccipendit, latorem illarum itidem captum in custodiam mitti praecepit; qui post paullulum fuga dilapsus ab eo, vix comite vita se e custodia proripiebat.

Interea toto quoad poterat nisu exercitum undecumque non modicum industrius contraxerat, et Reno cum quibus collegerat omnibus retransito, occursurum se regi Roudolfo simulabat. Illic inter Renum et Nechoram fluvium, eius undique vadis qualitercumque obstructis, castra metati sunt, Pagoariorum exspectantes auxilium. Rex denique 24 Roudolfus comperto illorum metatu, relicta urbis[24] obsidione et machinis suis desolatoriis, festinato multum impetu ad ipsos, pugnae illis inferendae avidissimus, audacter pertenderat. Confestim ergo ad ipsam usque ripam fluvii praedicti animo audaci pro regni sibi inpositi et christianae religionis defensione bellaturus perveniens, hostibus e contrario ulteriorem ripam ad tria ferme miliaria cum suis copiis in longum occupantibus, transvadandi locum nequaquam inveniebat; quippe ripa ex adverso tam altissima eminebat, quod nemo, ne dicam eques, pedes saltim illic ascensum praeter vada artissima duo sola invenire potuisset.

Tunc Roudolfus rex ipse inclamitavit et rogitavit multotiens regem Heinricum et una caeteros primicerios exercitus, ut si regnum[a] sibi tam pertinaciter tantoque iure obtinere decerneret, unum e duobus eligeret; aut ille sibi ad se transvadandi locum daret; sin autem, ipse ad duo miliaria ripam et locum quae occupaverat relinquens, retrogradus abiret, donec cum tota sua militia ad se itidem transiret; et si in illo minime aliter confideret, hoc iureiurando pactum inviolabiliter confirmaret: demum vero iustissimi iudicis censurae uterque causam suam decernendam devotissime commendarent, et sic aut duello ipsi soli, aut si potius prudentioribus et melioribus regni consilium videretur[b], publico bello pro iustitia sua comprobanda domino Deo moderatore indilate concertarent. Rex autem Heinricus aure surditiosa obmutescens, nullum ei responsum dedit. Hic vero, ut id tota simplicitate dictum ostenderet, quod tantopere ab eo exegerat, et ut ad huiusmodi iudicium eum quolibet ingenio irritatum provocaret, loco suo et castris se cum suis ad duo miliaria quasi fugam simulans dimovebat. Sequenti denique die cum non in hoc etiam profecisse se persentisceret, iterato impetus bellici accursu metatum pridianum audacissime occupavit, ut si arte seu[c] virtute qualibet attemptare posset, ipsi bellicose[d] qualitercumque congredi conaretur.

Tunc quidam de primatibus regis Heinrici bellum omnino detrectantes, et dedecus suae timiditatis et manifestae iniustitiae conscientiam quantalibet honoris, quamquam falsarii, occasione defendere percupientes, pacis compendium fideique pactum a ducibus Berhtoldo et Welfo obnixe quaeritabant, quatinus sibi ad alterutrum pro instanti necessitatis tantae articulo colloqui quid familiarius licuisset. Quo, prout rogaverant[e], pacifice colloquio illis concesso, ad illud ilico hi qui ex utraque parte idonei visi sunt convenerunt. Illic sermociniis diversis ab utraque parte diutius consertis, haec collocutionis summa postremo diffinita est: ut videlicet in primis inter se pacem firmiter condixissent, bello inminenti prorsus tunc ea conditione dirempto et consopito, quatinus maiores totius regni omnes post paululum praeter ambos reges ad colloquium iuxta Renum convenirent, et ibidem cum legatis simul apostolicis iustissimo[f] rationis iudiciariae examine, quid optimum, quidve iustissimum super tam grandi causa foret, diiudicandum deliberarent; et alterutri regum qui diffinitionibus illorum non consentiret despecto, communi voto contrairent; alteri tandem consentaneo tota fidelitate et subiectione, ut regi oportet,

a) r. optinere s. 2. b) uideret 2. c) se 2. d) bellicos 2. e) rogauerat 2. f) iustissim' 2.

23) Bernardus. 24) Wirceburgensis.

oboedientissimi servirent. Cardinalem autem Romanum Trevirensis et Metensis episcopi Sept. in praedicto hoc colloquio cum quibusdam regis Heinrici consecretalibus primum audire prorsus recusabant, quia a rege non nisi fide data sibi, ne omnino reciperent et audirent papam et legatum illius, licentiam acquirere ad conlocutionem et pacem praedictam 5 agendam poterant. Postremo tamen, licet coactissimi, eundem legatum et litteras sanctionesque apostolicas et audierant, et ut par fuit tota veneratione susceperant. Sic pro colloquio condicto peragendo, ne quis regum seu principum qualibet arte vel factione id impediret, fide ab alterutrum data et accepta, et pace pariter donec omnes in sua redirent condicta, Roudolfus rex cum suis in Saxoniam[a] glorianter redit.

10 Rex autem Heinricus in eodem loco Pagoarios suos aliquot diebus praestolatos[b.25], 25 et de manu regis Roudolfi, cui fere obviaverant, pacis praedictae interventu liberatos mox assumebat, et inito cum eis consilio, Alemanniam praedis et incendiis denuo inhumanissimus devastabat, principibus Alemannorum nuper de bello praedicto reversis, et tam ex inproviso fraudulenter invasis. Quippe tunc maxime pacem putabant, et idcirco 15 milites suos ex itinere fatigatos domum abire iam securi permittebant. Set tamen non sine maximo suorum detrimento patriam illam pervaserat.

In eodem itinere in loco campestri, cum circa se undique incendiis ardere et fumare regionem depopulatam contemplaretur[c], ubi praeter alias plures una aecclesia cum plus quam centum hominibus combusta et desolata est, Imbricconi Augustensi episcopo, ut 20 et praedictum est infeliciter defuncto, Sigifridum capellanum suum, reprobato eo quem Sept. 8. fratres canonice electum iam habuerant, qualitercumque supposuit, non ut aecclesiam regeret, set ut sibi ad ingruentia bella ope individua praesidio assisteret. Quod deinceps ita res probavit. Eodem die et loco cellae sancti Galli quendam consanguineum suum[26], eiusdem loci non monachum, eadem intentione constituit super abbatiam[d], eo 26 25 itidem reprobato, qui regulariter a fratribus electus, a rege Roudolfo illuc abbas ordinatus est. Qui pariter ut Augustensis suppositus, dehinc contra regem Roudolfum non regulariter, semper loricatus, bella non monachica sollertissimus astruxit. Aquileiae quoque Heinricum[e], Augustensem canonicum et capellanum suum, patriarcham, reprobato eo qui canonice a clero et populo electus est, qualitercumque apposuit. Deinde in 30 Pagoariam itinere quo coepit profectus est. Inde collectis undecumque militum suorum auxiliariis cohortibus, iterum[f] in Franciam reversus est, set tamen prius Iuvavensi archi- Oct. episcopo, simulata quidem fide ad se vocato, et arte omnimoda, si eum sibi adiungere posset, satis superque licet frustra pertemptato. Ipse vero, ut revera sanctae aecclesiae inmobilis columna, basi veritatis pondere superni amoris fundatissime superposita, cum 35 se tot vecordiarum versutiis tantopere capi perspicaciter persensisset, toto quo poterat se inde proripiens studio, relictis suis omnibus vix ferme solus in Alemanniam ad suae partis et communionis viros noctu latenter fugiebat[27]. 27

Tandem igitur, cum tempore condicto undique ad colloquium destinatum qui ad hoc vocati nominatique sunt maiores melioresque regni convenire iam coepissent, rex 40 Heinricus non mediocri iterum collecta militia, fidem per principes eius iam condictam perfidus infringens, pacis pactum efferatus omnino parvipendens, toto quoad poterat ingenio, ne convenirent, illis undique sollertissimus obstiterat. Illi autem huiusmodi explorata eius vecordiae solita tergiversatione, causa suae collocutionis et propositae tot discordiarum et scismatum totius regni futurae confoederationis prorsus infecta, quamvis 45 non absque praegrandi murmuratione permoti, unusquisque in sua remeabat. Ipse autem, uti iam deliberavit, solitis incendiis praedisque insistens, rebelles suos ubicumque manu maiestativa pertinaciter pervaserat. Illic Argentinus episcopus[28], prae caeteris in huius- 28 modi negotiis incentor et auxiliator illius tunc praecipuus, quadam die more militari bellicose loricatus, et tot malorum et facinorum armiductor et primicerius, cum ad 50 castra remearet regi suo nimis crudeliter morigerus, morte repentina, cum se lecto collocaret, in momento praeventus est. Unde sui satis superque exterriti, non parum obstupuerunt, qui vita illius flagitiosa tantotiens scandalizati sunt. Ipse namque contra

a) saxonia 2. b) p̄stolatos 2. praestolatus *ed.* c) contemplaret 2. d) abb'. 2. e) h. 2. f) itē 2.

25) i. e. quos praestolatus erat. 26) Udalricum scilicet, Marquardi Carentani ducis filium. USS.
55 27) Cf. vitam S. Gebehardi. 28) Werinherus.

praeceptum canonicum concubina quadam vidua, publica pertinacia inpudoratus abusus est, quam militi suo nuptam, non modica ab eo peccunia et beneficiis emptam abstulerat; dehinc apud papam pro huiusmodi accusatus[29], ipsam abiuratam non devitaverat; praeterque haec nefandissimi cuiusdam incestus ipsam infamem suspicionem, numquam ob id sua abalienavit fornicaria coitione. Sic Dei contemptor industrius, ut Paulus Samosatenus episcopus ille Antiochenus[30], qui feminarum consortio delectatus, clericis suis idem concessit, ne sibi hoc ab eis crimen inputari posset, cunctis suis canonicis et clericis subparrochianis, nec non toti aecclesiae scandalum non minimum effectus, iram Dei promeruit, aeternae damnationis rigore feriendus: vae quippe homini per quem huiusmodi scandalum venit. Vae namque in divinis litteris pro aeterno luctu scribitur. Paulus hereticus ille cum damnatus ab aecclesia nollet discedere, ad sui dedecoris cumulum publica inde manu expellitur: hic itidem ab apostolica sanctione pro heresibus suis et flagitiis canonice iam damnatus, superni iudicis sententia ad exemplum cunctis evidentissimum est derepente ut a vita, sic a regno Dei eliminatus. Quem sui acceptum, mox ad sedem suam infausto itinere tumulandum reportarunt.

Rex vero Heinricus, dum tertio tunc Alemanniam[a] devastaturus suo ritu pervadere destinasset, et duces Bertholdum et Welfum cum caeteris Alemannorum cohortibus sibi bello congressuros non dubitaret, prudenti quidem consilio occursum illorum declinans, recta in Pagoariam cum suis itione, bello cedens, commigravit. Dehinc assumptis secum ducis Boemiorum, illorum provincialium, militaribus copiis, Eggibertum, non parvae valentiae et virtutis comitem, qui sibi rebellaverat, praedis incendiis et castellorum illius obsidionibus pertinax eius devastator hostiliter inpetebat. In cuius devastatione nivosas algoris nimietates sic cum suis quamquam vix perpetiens, tribus castellis illius aliquamdiu obsessis, et ad ultimum bellicis instrumentis captis et destructis, pervasor durissimus hiemabat. Ipsum denique sibi resistere minime sufficientem ad regem Ungariorum cum uxore[31] suisque omnibus fugatum exulare coegit.

Eadem tempestate Roudolfus rex, postquam praedicta expeditione finita in Saxoniam cum suis rediit, et colloquium condictum, regis Heinrici factione et perfidia impeditum recognovit, quid tandem potius ageret non habuit, quam ut iudex aequissimus regnum Saxonicum pacificaret, et secundum leges illorum prava quaeque iustissime examinata corrigeret. Praeter[b] haec quosdam Westfalorum et Thoringorum sibi rebellantes regia maiestate coercuit. Domno etiam apostolico totam rerum gestarum seriem, directo iam Romam legato, intimari fecit, eius super his consilium et auxilium sollertissime quaeritans. Ipse autem ei nichil aliud remandavit, nisi quod litterarum, quas proxime et legatis suis et una omnibus Theutonicarum partium principibus transmiserat, se non ignoraret non modica aviditate effectum exspectasse. Unde cardinalis ille Romanus non parum quidem animatus, iuxta quod in litteris continebatur, contracto Saxonicae provinciae episcoporum caeterorumque principum apud Goslariam collegio, regem Heinricum apostolicae auctoritatis sententia in 2. Idus Novembris[32] (Nov. 12.) a communione corporis et sanguinis Domini, nec non a liminibus sanctae aecclesiae catholicae iuridicialiter damnatum omnino excommunicavit, eique omnino regni gubernacula interdixit, eo quod summo primae sedis apostolicae pontifici[c] prorsus inoboediens factus, regnum, quo in Romana synodo eum iusta

a) alemannam 2. b) quosdam *usque* Mediolani (*pag.* 305. *lin.* 26.) *folio exciso desunt* 1*. c) *deest* 2.

29) cf. Gregorii VII. registr. III, 4. die 3. Non. Sept. a. 1075. data. 30) Similia profert Bernold. Opusc. III, 7. p. 252. et chronicon anno Claudii I. 31) cf. vitam beati Adalberonis episcopi Herbipolensis cap. 1. ubi Arnoldus eius pater filiam habuisse dicitur, quae (Mechtilda aliis dicta) „nupsit Ekkeberto comiti, cuius castrum, Niwenburc dictum, in ora Oeni fluminis est situm. Huic post felicem fratrum excessum in sortem dotis urbs Putina cum omnibus ad se pertinentibus cecidit". Paullo vero antea Putina urbs inclita et famosa vocatur, „quae quasi metropolis et mater civitatum versus Pannoniam ad australem plagam ad arcendos hostiles Pannoniorum incursus et devastationes antiquitus constituta fuit", et nunc Pitten appellatur. Patet hinc ratio tam persecutionis, quam fugae Eggeberti; quum enim hic partes Adalberonis episcopi Herbipolensis, soceri sui ab Heinrico sede sua pulsi, tueretur, ipse quoque eversis castris suis, quorum praecipuum erat Neuburg Scherdingam inter et Pataviam, in tutiora sese recipere coactus est, ad Putinensem scilicet urbem suam in Hungariae finibus sitam. USS. 32) *a communione — regnum* ordine mutato ex ep. Gregorii IV, 23. supra laudata petita sunt.

damnatum sententia privavit, et sic privatum anathematizavit, non ab eo permissus temeritate tanta invaderet; et insuper viam et ductum ad tot discordias scismata et totius regni facinorosas et calamitosas simultates componendas contemptor Dei et apostolicae sedis, ipsi pertinax omnino vel nunc saltem concedere detrectaret. Roudolfum 5 vero auctoritate apostolica in regnum confirmavit, et omnibus regni optimatibus, ut ipsi ut oportet regi faverent, firmissime praecepit. Per Alemanniam quoque utriusque partis bellicosae nimis in alterutrum phalanges diversis undique motibus, set circa Danubium praecipue, pace prorsus conturbata, praedis itidem rapinis et incendiis insistendo, et res alienas, set aecclesiasticas praecipue, sibi publica invasione usurpando, pro posse 10 suo debachantur.

Eodem tempore Agnes imperatrix[33] huiusmodi seditiones iam diu sedare summopere contendens, exitu felici 19. Kal. Ianuar. diem ultimum clausit. Quae duodeviginti[34] ex quo sacro velamine consecrata est annis, regia gloria et unâ vitae mundanae voluptuosis deliciis pro regno Dei spretis, vitae religiosae stadium certatim aggressa est. Psalm-15 odiae et orationibus die ac nocte indefessa semper institit; carnem suam cum vitiis et concupiscentiis, utpote quae Christi revera secutrix fuerit, semet ipsa verissime abnegata, sedula nimis crucifixit. Ipsi quippe cum desiderabili cordis compunctione lacrimae sibi divinitus datae panes fuerunt sine intermissione; sic cum Ezechia semper recogitans omnes annos vitae in tanta amaritudine animae suae. Quanto enim magna fuit in seculi 20 magnalibus, tanto se humiliavit in omnibus. Unde respexit ad humilem et spiritu pauperculam Spiritus sanctus. Regiis insignibus depositis, et in pauperes Christi et aecclesias dispertitis, vilibus usa est vestimentis, illud maxime non in hoc solummodo set in omnibus attendens, ut ne quid nimis sit. Cottidianis confessionibus non solum operum, verum quoque cogitationum inordinatarum nec non insomniorum, sese sui in principio 25 accusatrix expurgare solita est. Ipsa quippe magistros oboedientiarios, quos prae caeteris religiosiores et prudentiores noverat, semper individuos secum sollertissima habebat, quorum cottidiana lectione, collatione, disciplina et contuitione salutari discretissime se undique praemuniri cupiebat. Quicquid[a] enim illi oneris per oboedientiam inponebant, sine mora Deô subdita voluntativa satis supportabat. Ieiunia illius simplicia et non 30 superstitiosa, victus modestus et satis sobrius et mirabiliter temperatus erat, et ad mensulam eius semper ex divinis recitabatur lectio, quae fuerit etiam cibus et delectabilis animae refectio. Illic conviva Christus semper in pauperibus officiose procurabatur. Fecit namque sibi amicos de mammona iniquitatis, ut cum deficeret, in aeterna eam tabernacula reciperent. Quicquid enim de suis habere poterat patrimoniis, quae amplis-35 sima tantae personae responderant, praeter manifestas necessitates, cottidie in huiusmodi studiose disperserat. Balnearum fomenta et plumarum mollitiem omnino devitabat. Stratum eius frequentius terra fuit, seu quid aliud de durioribus, psiathio[35], tapetio sive paleis rarissimis praeparata[b]; et cum paullisper fragile corpusculum dormitiuncula rapta reficeret, ilico ad vigilias orationesque solitas nimis inpigerrima fervebat. 40 Cui Christus in corde, psalmus verbumque illius semper in ore sonuit. Quid tunc sibi laboris insumpserit, ipse solus testis et conscius est, cum quo tam intime[c] conversata est. Omnes suos tam ultra modum diu noctuque laborando convicerat, in vestimentis pauperum manibus suis consuendis, ipsisque pauperibus sordidulis, set prae caeteris scabiosis, leprosis, ulcerosis, sanie profluenti tabidis, sive qualibet passione foeti-45 dis, accuratissime balneandis confovendis vestiendis visitandisque operosa Christo ministraverit, et omnibus servis Dei se tota humilitate humanissimam exhibuerit et liberalem omnimodis, chorus huiusmodi et turba per terras in id ipsum conclamitans, praedicare non quiescit. Quippe omnibus ubicumque per aecclesias aut monasteria vitae religiosae personis, qualitercumque largitatis suae inpendiis communicare conabatur, et sic 50 privatim et communiter fraternitatis eorum et orationum memorias sedulissima partici-

Dec. 14.

a) quiquid 2. b) praeparatum *ed.* c) intimo 2.

33) Virtutes eius praedicat etiam Petrus Damiani, tam in epistolis ad eam datis (Opp. T. I. p. 112. et seqq.) quam in Opusculo 56. (T. III. p. 372.) 55 conf. Mabill. Annal. Bened. T. IV. p. 617. seq. et T. V. p. 115. USS. 34) a. 1061. exeunte vel 1062. ineunte monialis facta est; v. supra. 35) parva storea monachorum.

pabat. Hereticis autem et ypocritis, ut absque personarum acceptione magnae in omnes Dec. libertatis et invectionis erat, nimis aspera, auctoritate et coargutione magisteriali satis infesta resistebat, et maxime nicolaitis et symonianis. Primum namque cum a nonnullis regni primatibus obnixe rogaretur, ob filii sui puerilia dehinc vero iuvenilia errata coercenda seu temperanda, ut in Theutonicis partibus monitrix illius et correctrix 5 materna disciplina et libertate caeteris sollertior et familiarior moraretur, aliquantisper consensit. Demum vero cum filio suo eiusque a secretis[a] tantotiens commonitis, et omni arte et ingenio coargutis, obiurgatis, obsecratis oportune pariter et inportune, et nec minimum quid propterea correctis, immo potius deteriora molientibus, omnino abhominabilis nec non etiam gravis ad videndum fieret, tot insolentias, rapinas, invidias, 10 repugnantiam, vecordias et multifarias eorum insanias diutius pati recusans, se Romam ad sanctum Petrum et tot sanctorum contubernia cum omnibus suis ex toto contulerat. Illic quicquid de bonis suis habere poterat, in usus pauperum cottidie expenderat, et sic vitae sanctae et religiosae provectu in dies se semper in anteriora extendens, et posteriora obliviscens, supernae vocationis bravium legittime certando cursumque con- 15 summando, ibidem triumphaliter et glorianter persecuta est. Cum autem pro tot magnificis vitae tam beatissimae remunerandae pietatibus tempus instaret, febrium languore laetanter ultra solitum arrepta, quarum intemperantiam ipsa medicinalis artis non inperita ante multotiens mitigare consueverat, per dies quatuordecim semper in horas viribus corporis diminutis, mentis autem in Christo gratiosius amplificatis et corroboratis, 20 aegerrime multum defecit et contabuit. Postremo cum ad usque finem perventum est, bonis illius iam ab ea in usus pauperum et aecclesiarum discretissime dispositis, convocatis ad se in primis domno apostolico, cunctis fidelium suorum et amicorum personis carissimis, quibus ultimum vale faciens animam suam commendaverat[b], et omnibus suis prout desideravit ordinatis, communicata dehinc devotissime eucharistia, cum cae- 25 teris orantibus et psallentibus et ipsa unâ psallens et gratias agens, in manus Dei et sanctorum Petri et Pauli spiritum suum exultanter commendavit. Tandem domnus apostolicus exequialibus officiis, missarum sollemniis, elemosinis, vigiliis quoque per aliquot 1078. Ian. 5. dies sollemniter pro anima illius celebratis, in aecclesia sanctae Petronellae, quae Vaticanum Appollinis appellatur antiquitus, iuxta altare dominicum, ad latus scilicet sanctae 30 Petronellae, sacrum Agnetis imperatricis apostolica sua indulgentia et absolutione tantotiens a peccatis remissae corpusculum, in sarcophago consignatum, cum ymnis et laudibus totius sanctae Romanae aecclesiae in id ipsum consonantibus dignanter sepelivit.

36 Aestivo tempore eiusdem anni Romanae urbis praefectus[36] a quibusdam Quintii proximis per insidias interfectus est. Qui iam dudum domno apostolico peccata sua per- 35 fecte confessus et ad Deum conversus, mundum cum suis delectamentis illecebrosis omnibus omnino relinquere et ad monasticae vitae perfectionem tendere percupientissimus voluit; set ab apostolico per oboedientiam omnino prohibitus est, et in praefectura sua permanere iussus est, ut zelo Dei armatus et iudex aequitatis et iustitiae servantissimus tot malefactoribus obsisteret, et in hac oboedientia Christo gratanter militaret. 40 Quod et non minimo oboediens conatu, pro posse suo omnimodis exsecutus est. Unde et Quintio, malefactorum omnium primicerio, sollertissimus ob tot rapinas et latrocinia illius, et quia domnum papam sacrilegus in aecclesia inter missarum sollemnia altari assistentem in contemptum Dei captum in turrim suam abstraxit, perfecto odio et digna persecutione adversatus est. In quo oboedientiae certamine hic vir Dei zelotes perfectus, 45 hereticis infestus, iudex iustus, elemosinarum dispensator largus, magnae compunctionis et lacrimarum gratia in orationum suarum sedulitate donatus, castitatis et continentiae dilector praecipuus, utpote a puero legitime coniugatus et paulo post viduus effectus iuvenilem in se ardorem deinceps iuxta consilium apostoli sic permanens viriliter continuit, caritativus, humilis, hospitalis, suavis, affabilis, constans, modestus, patienter 50

a) assecretis 2. b) commendaverit 2.

36) Cinthium appellat S. Petrus Damiani, cuius ipse virtutes epist. 1 et 2. lib. 8. ad eum datis depraedicat, nec non Paulus Bernriedensis, qui eum Cincium vocat, a quo alter Cincius seu Quintius, de quo anno priore actum, in carcerem coniectus est, cuius propterea odium incurrit, nonnisi suo sanguine extinguendum. Ipsum ab apparitoribus Heinricianae persecutionis occisum scribit. USS. 55

longanimis, pacis et veritatis sectator, et mirae religionis miles industrius et administrator: qui beatae vitae et christianae militiae tyrocinio prudens in carne ambulavit set non secundum carnem militavit, pro iustitia et fide fausto triumphans martyrio vitam finivit temporalem, mox pro eo feliciter adeptus ineffabilem vitae perennis inmortalitatem et semper virentis paradysi desiderandam prae omnibus amoenitatem. Hic quidem a civibus Romanis, set praecipue ab Urbis optimatibus, magno planctu et eiulatu, ut oportuit, lamentatus, post magnificas exequiales agendas officiose satis et honeste iuxta ritum Romanum apud sanctum Petrum celebratas, in medio ipsius paradysi debita laudum et ymnorum inpensione gratiosa, devotissime est tumbae marmoreae inpositus, et ita decentissima sibi tumulatione Deo et sancto Petro est ab omnibus intentissime commendatus. Tandem vero, cuius in vita sua tyro municipatui inpensius militaverit, et quod mundo revera usus sit tamquam non uteretur, palam omnibus apparuit, cum tot miraculis et virtutibus non modo Romanis, verum quoque omnibus illuc undique concurrentibus iam iamque evidentissime exclaruit, quam magnus sit apud Deum. Enim vero tot et tanta meritis ipsius ibidem Deus operatur magnalia, ut vix quibusdam probari possint, scilicet aemulis illius, in veritate fuisse facta. Unde nunc, ut illorum invidiosa palam confutaretur incredulitas, in proxima Romana synodo[37] quaedam miracula sub testimonio tot et tantorum virorum tantae auctoritatis tamque probabilium, illic procul dubio facta litterisque commendata publice recitabantur; de quorum veraci relatione omnino fas non sit quempiam dubitare. Quiddam vero, quod non minimae apud Romanos admirationi haberetur, adhuc viventi eodem interfectionis eius anno revera actum in eo refertur. Quadam namque die cum quoddam oratorium causa orationis est ingressus, ante finitam orationem duo pili ad mensuram digiti unius longi in pollice manus illius excreverant; quo ipse viso[a] non parum cum omnibus, quibus mox monstravit, stupidus effectus, tunc et in posterum secum satis mirari solebat. In eadem quoque synodo quaedam item miracula, quae Mediolani ad sepulchrum domni Erlebaldi[38], qui et ipse propter iustitiam ante triennium passus est, facta sunt, probabilibus personis tota veritate illic attestantibus et litteris ea commendata demonstrantibus, recitata sunt. Qui et ipse orator facundissimus, et sub seculari habitu athleta Dei sollertissimus, canonicae restaurator disciplinae et observantiae, nicolaitis et symonianis hereticis zelo Dei in tantum restitit, ut ferme in toto Mediolanensi episcopatu nullus eorum non correctus sive non conversus remanserit. Si quis autem canonicae districtioni perduellis et inoboediens repertus est, mox ipse assumptis secum turmis suis militaribus, ad canonicam illum censuram aut coegit, sive fugavit, aut captum incarceravit, et omnia quae possidebat diripuit et dissipavit. In cuius factionis ultionem quidam Mediolanenses, qui episcopi sui symoniaci[39], cui et ipse tota qua poterat virtute adversatus est, nec non regis Heinrici, qui eundem illis hereticum apposuit, morigeri et assentatores fuerant, Dei tyronem egregium pro iustitia et fide nec non oboedientia quam ipsi domnus papa Alexander pro huiusmodi inposuit, per insidias dolose quinque simul lanceis perfossum interfecerunt. Dehinc interfectum in platea civitatis cadaver eius exanime per triduum ne sepulturae traderetur, gladiatoria manu inhumanissime prohibuerunt. Tertia vero nocte in ipsa eius intempesta lux coelitus emissa tam clarissima, ut quidam qui ab urbe plus quam decem miliaria aberant, certissimum urbis ipsius incendium non dubitarent, super corpus ad trium horarum spatium resplenduit; et inter plures qui pro huiusmodi signo concurrerant, quidam fratres qui visionibus ad hoc in somnis praemoniti fuerant, audacter accedentes, tulerunt corpus eius, et debito orationum et exequiarum officio, Deo prout oportuit gratias agentes, in monasterio sancti Celsi martyris sepelierunt. Demum vero multis virtutum et miraculorum testimoniis hic vir Dei, zelotes pravitatis

a) uisa 2.

37) mense Martio a. 1078. 38) De S. Erlebaldo seu Arlembaldo vid. Arnulphi hist. Mediolan. lib. III. cap. 14. sqq. Pluribus agunt Bollandiani T. V. Iunii ad diem 27. p. 279 sqq. ubi caedes eius ad a. 1075. refertur, ad annum vero 1076. consignat Pagius in critica Baronii, qui etiam annis 1057, 1061, 1066, 1067, 1071, 1072, 1074 et 1076. de eo agit. Necem Arlembaldi, ut vocat, pariter describit Arnulphus in hist. Mediol. lib IV. cap. 10. (Murat. script. rer. Ital. T. IV. p. 39. et Leibnit. Script. Brunsv. T. III. p. 727.), ubi etiam nimius eius zelus reprehensione non caret. Conferatur Gregorii VII. lib. 1. epist. 25, 26, 27, 28. USS. 39) Gothefredi.

hereticae tam industrius, revera Dei amicus esse et fuisse indubitanter satis divinitus probatum est. Cuius industriae et intentioni quemlibet summi regis militem et sanctae fidei defensorem fortiter et exultanter in Christo insistere non pigeat, si peracto certamine legittimo tam insigni gloriae coelestis triumpho perenniter coronari delectat. Eodem anno quaedam matrona in Alemannia puerum non multum vivacem, et cum eo pariter 5 caput quasi hominis, absque omnibus humanis membris solitarium, set vivens et ex toto cunctis suis sensibus humanitus bene formatum, generavit. Quod, dum infantulus ille mox moriturus baptizaretur, obstetrices acceptum, secreto tamen propter quandam erubescentiam, et ipsum, pro toto homine nomen inponentes ei, in nomine sanctae Trinitatis baptizabant; set non multo post moriebatur. 10

1078.

Roudolfus rex in Saxonia apud Goslariam nativitatem Domini cum maximis Saxonicae gentis copiis gloriosissime celebravit. Rex autem Heinricus Ratisponae biduo tantum qualitercumque non multum festive vix commorans, iterum ad obsidionem cuiusdam castelli, unde venit* illuc, properanter redibat, in illis Norici sinus orientalis parti- 15 Febr. bus usque in mediam quadragesimam quomodocumque per loca incertus vagans, et illam Mart. patriam quoque non modicis itionibus huiusmodi hostiliter devastans. Inde etiam legatos suos episcopos Osniburgensem et Viridunensem[40] Romam ad domnum apostolicum et ad Romanam synodum pro causa sua inibi agenda direxit. Legationem autem apostolicam et commonitariarum Romani cardinalis litterarum ad eum contemptum et conculca- 20 tionem et inoboedientiam, quam toto nisu palam omnibus professus est, astutissima quadam occasione, ac si nichil umquam vel parum quid inde audiret, omnino dissimulavit. Hos etiam de synodo reversuros Ratisponam non cum minima sollicitudine praestolatus est; quippe uti sua teste conscientia promeruit, quiddam novi quod maxime noluerit, ab apostolica sede sibi reportari non dubitavit. — Rex quoque Roudolfus et 25 ipse pariter nec non omnes consentanei illius legatos suos, non quos voluerant, set qualescumque poterant, et hos artificiosa qualibet occasione et dissimulatoria, ad eandem synodum transmiserant, domno apostolico veram per omnia oboedientiam demandantes, et ut tyrannicam tamque flebilem sanctae aecclesiae desolationem paterna sollicitudine respicere dignaretur, unanimi rogatu ipsi sollertissime commendantes. Legati autem 30 regis Heinrici, quia palam ire et omnia quae voluerant pacifico libitu efficere et in Longobardia et in ipsa Romana urbe poterant, muneribus, mendaciis, promissis, assentationibus, querimoniis flebilibus, nec non omni arte et ingenio, uti in huiusmodi experientissimi erant, a minimis adusque maximos, corruptos, delusos, seductos omnino omnes in favorem sui regis attrahere semper non cessabant, et e diverso in odium et 35 calumnias Roudolfi regis permaximas.

Mart.5. Synodus dehinc statuto tempore[41], id est 3. Non. Martii, ordine canonico initiata 42 est, quae fuit fere 70 episcoporum[42], in quibus erat Albanus episcopus[43], qui unus de fratribus, qui in episcopatu Florentino, in loco qui vocatur Vallis Umbrosa commorantur, per ignem et flammam 12 pedum longam pertransiit, et Petrum, qui Florentinae 40 aecclesiae episcopus dictus est, vere symoniacum hereticum fuisse, et ob hoc ipsum non recipiendum, nec officia illius heretica, intactus a flamma et illaesus evidenti iudicio probavit. Illic quoque de Galliarum partibus aderat episcopus Divensis, qui non humana 44 set divina electione episcopus factus est[44]. Quippe causa orationis dum se domo sua Romam moveret, ad Divensem civitatem illic pernoctaturus devenit. Legatus autem 45 apostolicae sedis Geraldus Ostiensis episcopus, qui et ipso tempore eo loci concilium pro utilitate et necessitate aecclesiae collegit, videns eum, non parum de adventu illius gavisus est; namque ipsi notus et amicissimus fuerat. Et osculato eo statim intulit: *Bene venisti, quia Deo auctorante huius aecclesiae, episcopo suo orbatae et destitutae, te*

40) Bennonem et Theodericum. 41) Quadragesima hoc anno d. 21. Febr. incepit. 42) In actis conc. Mansi XX. p. 503. legitur numerus 100 et 5. Non. Mart. 43) Petrus, v. supra pag. 273. 44) Sermo hic est de Hugone Diensi episcopo, antea Lugdunensi camerario, qui d. 19. Oct. anni 50 1073. in Lancelini simoniaci locum substitutus est, uti scribit Hugo Flaviniacensis in chronico Virdunensi. USS.

*) venerat *ed.*

pro illo episcopum et provisorem habituri sumus. Et ille modestius subridens, putabat, Mart.
eum hoc iocando sibi dixisse. Deinde, cum non ioco set serio hoc dictum sibi veraciter persensisset, inducias pro hoc respondendi in crastinum usque vix ab eo acquisivit. In ipsa nocte pondus curae pastoralis quomodocumque subterfugere toto conatu praemedi-
5 tatus, sociis suis id nescientibus, ipse solus ab eis furtive se subtrahebat, cuiusdam illic aecclesiae latibulum se occultaturus ibidem irrepserat. Mane facto dum diu ubique multumque quaesitus non posset inveniri, legatus apostolicus assumptis secum cleri totiusque populi non modicis processionibus, cum letaniis et obsecrationibus per aecclesias illas devotissime eum a Domino quaeritando circuibat. Cum vero ad aecclesiam ubi
10 fugitivus latuit perventum est, lux coelitus emissa super eum resplendens, electum Dei prodidit. Sic itaque proditus, regiminis culmen, quod ex corde humiliter fugerat, dispositioni divinae subditus, quamquam invitus subire coactus est. Tales semper tantaeque auctoritatis et reverentiae viros secum semper habere solebat, in quorum consilio effectum suae sollicitudinis et diffinitionis, fidelis et prudens misteriorum Dei dispensator,
15 sollertissime ponebat.

In eadem synodo legati regis Heinrici multum in tot, quos sibi qualitercumque assciverant, fautoribus animati et confisi, in primis omnifariam domno apostolico oboedientiam, et eam quomodocumque probandam, ex parte domini sui publice promiserant. Tandem causae illius iniurias ipsi magnopere in primis, dehinc totius audientiae con-
20 sessus, modis omnibus et commentis ad hoc instructissimi, et oratoria satis proclamatione linguosi, non ineptissime conquesti sunt. Quam quasi iustissimam[a] cuncti favorales illius concordi tenore et ipsi commurmurantes, iudicio apostolico et synodali decernendam obnixe multum commendabant. Cuius quidem causae status huiusmodi erat: quod Roudolfus, dux et miles regis Heinrici, quique ipsi ut fidelis et in auxilio per omnia
25 quae ad regni sui tutamenta pertinerent individuus assisteret, sacramentorum firmamentis adiuratus fuerit, eum caeteris suis consentaneis regno suo periurus et perfidus iniuste expulerit, et sic ipse regnum temerarius invaserit. Set non ea necessitate hanc querimoniam fecisse dominum suum professi sunt, quin facillime suos adversarios comprimere possit; verum idcirco maxime, quia iustum et dignum sibi visum sit, apostolicae
30 sedis diffinitionem super hoc in primis interpellare. Nonnullis igitur iudicibus, qui illorum intentioni benivoli favebant, indifferenter complacuit, quod ob tam manifestam et sacrilegam tanti reatus factionem apostolici anathematis sententia Roudolfus rex indilate damnari dignus fuerit; et hoc plurimum rogitabant, ut id iuridicialiter decretum, canonice perageretur.

35 Domnus autem apostolicus, cui ex toto nota erat causae instantis interturbatio, et quem non facile seductilem in personarum acceptionem adulatoria quorumlibet protrahere posset argumentatio, ante utriusque partis cautam examinationem, et cui adhuc prorsus in dubio penderat veritas excommunicationis iam per cardinalem suum factae, sese nichil inde posse decernere, palam protestatus est. Utriusque regis oboedientiam,
40 legatos, proclamationes, quos ambos quidem non modica pars regni primatum, episcoporum, virorum sapientium et religiosorum diverso tramite consentanea sequeretur, se multotiens audisse profitebatur. Unde oportunum pro huiusmodi cum sanctae Romanae sedis optimatibus et magistratibus, nec non cum quibus posset, cunctisque sanum sapientibus se necessario consilium et ad hoc tempus congruum habiturum fore praedicebat,
45 ne quid iniuste in alterutrum illorum ab apostolica sede decerneretur. Ad haec omnes sollerter rogitabat et commonebat, ut in commune Deo pro hoc devotissime supplicarent, quatinus sibi divini sui spiritum consilii inspirare dignaretur, quo auctorante sancta mater aecclesia per tot hereses scismata et discordias miserabiliter dissipata, in Christo uniri et pacificari mereretur.

50 Sic dilata huiusmodi usque in sabbatum sententia, alia quaedam quae aecclesiae utilitati et necessitati proficua fuerant, canonica diligentia ibidem cautissime pertractata et diffinita sunt. Inventum autem et diffinitum est ab apostolico et cunctis in Christo secum consulentibus huiusmodi pro regis Heinrici querimonia prudens et discretum satis consilium: quod ipse domnus apostolicus, sive pro eo legati sui idonei, in Theutonicas

55 a) iustissima 2.

Mart. partes venirent, et illic in loco qui aptissimus ad hoc fuerit, regni totius primates, sapientes, et quique optimates praeter utrosque reges ipsis occurrerent, et ibidem habito colloquio, tota utriusque illorum causa iustissime et absque personarum acceptione discussa et ventilata ab omnibus aut iustificaretur aut inprobaretur; et sic communi prudenti iustissimoque omnium iudicio et consilio inrefragabiliter decerneretur, quomodo 5 regnum in se ipsum tam miserabiliter scismaticum factum et periurum, vel nunc saltem non omnino desolaretur, quin potius in Christi pace coadunatum et recuperatum ratio- 45 nabiliter consolidaretur[45].

Mart. 10. In die vero sabbati domnus apostolicus legitime et ordinate ad hoc paratus, et cum suis suffraganeis synodum ingressus, consilium praedictum palam omnibus enarravit. Et 10 cum placuisset omnibus, mox apostolica auctoritate fiducialiter linguatus et armatus, anathematis vinculo sempiterni metuendi multum, universaliter omnes condemnavit, sive reges seu duces, episcopos, clericos, nec non ex toto, quicumque fuerint maiores et minores, qui versutiis, artibus, machinationibus, factionibus seu ingeniis quibuslibet, colloquium illud condictum ne fieret, qualitercumque ex studio et voluntate detrectarent et inpedi- 15 rent, et qui legatis apostolicae sedis quolibet modo, ne ad idem colloquium pervenire possent, adversarentur, et qui diffinitiones, quae ibidem pro huiusmodi causa et discordia et seditionibus tam maximis a legatis apostolicis et caeteris regni primatibus optimatibus et sapientibus ad hoc laudamentum nominatis et electis, communiter in id ipsum concordantibus statuerentur, tenere et inrefragabiliter observare refutarent. Sic cum, can- 20 delis ardentibus ab apostolico et caeteris suis suffraganeis in anathematis praedicti complementum canonice in terram missis et extinctis, huius damnationis sententia diffiniretur, satis obnixe oboedientiam regis Heinrici primum in hoc probaturus, per dominum Deum, et si se amaret, rogavit eum et obsecravit, et paternitate apostolica per legatos illius admonuit, ut pacem cunctis adversariis suis usque ad illius colloquii perfectionem 25 haberet. Deinde ut ipsum per omnia honorando ad consensum concordiae industrius contraheret, nuntios suos cum legatis illius se ad illum directurum prudenter destinavit, ut iuxta suum beneplacitum tempus et locum futuri colloquii ipse deliberaret, et hoc regni primatibus et cunctis illuc convocandis indubitanter notificato et praenuntiato, nuntius apostolicus Romam rediret, quatinus sedis apostolicae legati in hoc destinati et electi, 30 in tempore oportuno rectoque itinere et ipsi ad hoc instantis causae conventiculum consultores mediatores et correctores idonei pervenirent. Ita legatis regiis a se domnus apostolicus, set tamen absque apostolica benedictione quam regi reportaverint, dimissis, 46 idcirco quia fama passim eum a legatis apostolicis excommunicatum iam fuisse[46], quamquam dubia aestimatione praedicaverat, ad caetera quae adhuc synodaliter exsequenda 35 restiterant, efficaciter se conferebat.

In eadem synodo sententia anathematis data est in episcopos Ravennatem, Mediolanensem, Cremonensem[a], Tarvisiensem, nec non in omnes symoniacos hereticos, et nicolaitas, pertinaciter et inoboedienter in sui erroris insania voluntate et industria perseverantes; et specialiter in eos, qui infra biennium temerarii, pervicaces, et incontinentes, 40 aecclesiasticas ordinationes datione peccuniae sibi acquisitas, relictas, et concubinas sibi interdictas apostatica praesumptione receperant. Qui quidem numero non pauci in nostris partibus publica tyrannide in authenticas sacrorum canonum sanctiones perduelles insanissime consurgebant. Illis quoque absque spe restitutionis inrevocabiliter omnino per datam iudicialem sententiam quicumque ordines et consecrationes, excepto solo baptismo, 45 adempti sunt, qui per episcopos officio et sacerdotali dignitate, apostolica sanctione privatos, et nondum sive per se seu per certum ipsius legatum ordini restitutos, ubicumque officio praesumptuose usurpato se ordinari, immo potius deordinari praesumpserunt. Aecclesias etiam quascumque consecratas ab eis, utpote Deo numquam canonice initiatas, a primis reconsecrari oportere, illic iudicatum et statutum est. 50

In laicos quoque cuiuscumque dignitatis data est sententia anathematis, sive clericos, nec non in omnes personas, quicumque contra sacrorum canonum decreta episcopa-

a) Cremensem *ed.*

45) De his et sequentibus conferenda sunt acta conc. Roman. IV. Mansi XX. p. 503. Ante oculos quoque habuit auctor Gregorii ep. ad Germanos Reg. V, 15. p. 248, et 16. 46) Vid. a. 1077. p. 302. 55

tus, abbatias, praeposituras, qualescumque aecclesias, decimas, vel quascumque aecclesiasticas dignitates, cuilibet clerico seu cuicumque personae iuxta usurpationem suam antiquam in beneficium dare, et quod domino Deo prius canonica et legittima traditione in proprietatem et servitium legaliter delegatum est, hoc quasi proprium quiddam et hereditarium laica et non consecrata Deo manu, consecratis Deo altaris et aecclesiasticae dispensationis ministris procurandum et ordinandum contradere seu praestare omnino praesumpserint. (Mart.)

Illic quoque sententia data est, ut anathema sint, quicumque praedas, rapinas, seu quaslibet artificiosas temerarias invasiones in aecclesiis Deo consecratis, sive in aecclesiarum atriis et cimiteriis, et claustris pariter consecratis, seu in his aecclesiasticis rebus possessionibus et pertinentiis quibuslibet earum facere praesumpserint. Quae specialia prae caeteris ad praebendas cottidianas et omnimodas victualium et sumptuum necessariorum dispensationes canonicorum, clericorum, presbiterorum, monachorum, virginum sanctimonialium, nec non sub regula cunctorum Christo servientium separatim et quasi proprie nominata ac decreta attinere dinoscuntur.

Domnus vero apostolicus id maxime in huiusmodi decretis intenderat, ut pace per aecclesias facta, quamvis undique bella et seditiones in secularibus regnarent, in spiritalibus tamen personis canonicae Dei laudes et orationes ob[a] exteriorum detrimenta subsidiorum minime cessarent. Quia vero subiectorum offendicula aliquotiens prudenter dissimulanda, aliquotiens autem aperte cognita[b] mature toleranda sunt, ut oportuniori tempore corrigantur, et quia nonnisi cum tempore medicamina conveniunt; domnus apostolicus prudens dissimulator et tolerator, multorum episcoporum et presbiterorum in Theutonicis et Italicis partibus hereticas pravitates inoboedientias et tot praesumptuosa scandalorum milia in tempus oportunum diiudicanda multum sollicitus distulerat, ut scilicet post, prius maxima illa discordantium inter se et bellantium regni principum et optimatum tam seditiosae ac plus quam civilis controversiae scismata Deo auctore qualitercumque sedata, et Christi pace legittime confoederata, tandem ipsis quoque corrigendis coarguendis et puniendis cura sollertissima insistere non tardaret.

Legatis autem regis Roudolfi a se dissimulatoria et satis cautissima licentia clam et furtive dimissis, quia per omnia ipsum oboedientissimum et consentaneum sibi et apostolicae sedi minime dubitaverat, paternam dilectionem pietatem et gratiam ipsi cum apostolica indulgentia et benedictione vigilanter demandare studuit, nec non omnibus maioribus et minoribus, qui sedis apostolicae praeceptis et decretis oboedienter subesse et favere studio et voluntate in pace Christi unanimes non cessarent.

Rex denique Heinricus apud Ratisponam ex legatis suis, qui prae caeteris festinantiores ad eum praecucurrerant, quosdam praestolatos et illic conventos, mox aliquantulum subtristis inde se Mogontiacum properanter, diem inibi palmarum acturus, promovebat; indeque Coloniam contractis secum quas potuit militum suorum copiis pertendebat. Ibi quoque non multum gloriosę pascha egit. Postquam vero, legatis suis cum apostolicae sedis nuntiis et cum apostolica pariter legatione iam ad eum reversis, omnia quae in Romana synodo acta sunt et decreta, relatione veraci diligentissimus compererat, mox ad solitae versutias vecordiae cum suis auriculariis secum assumptis totus sollertissime intenderat, id summopere in id ipsum consiliantes et toto nisu astutissime per omnia machinantes, ut se absque apostolici observantia et oboedientia praecepti et decreti quasi ab illa excommunicatione apostolica liberasse viderentur, et totum, quod ipsis ex culpae reatu manifestissimo imminebat, regi Roudolfo et cunctis partis sibi adversariae consortibus quasi ex ratione iustissima onus Romani anathematis inposuissent. (Apr. 1. — 8.)

Rex autem Roudolfus non minima principum et militum suorum Saxonicorum multitudine collecta, apud Goslariam pascha sollemniter satis celebravit. Illic, qui revera primum canonicę a clero et a populo et a meliori et maiori parte aecclesiasticae militiae electus est, in episcopum Augustensis aecclesiae quidam canonicus, qui et ipse ad sancti Mauritii aecclesiam praepositus iam constitutus probatus est, venerabilis multum et bene litteratus clericus, nomine Wigoldus, electione et suffragio cardinalis Romani, metropolitani et archiepiscopi sui Mogontini, nec non aliorum qui ibi[c] convenerant novem (Apr. 8.)

a) ab 2. b) cognite; *saec. XIV. corr.* cognita 2. c) ibi non c. 1*.

Apr. episcoporum, in paschali die canonice in episcopum consecratus et ordinatus est. Cui rex post peracta legittime omnia quae ad ordinationem ipsius pertinebant, videlicet anulo, virga pastorali et cathedra episcopali ab archiepiscopo Mogontino susceptis, ex sua parte quicquid regii iuris fuerit in procurandis bonis aecclesiasticis diligenter commendavit. Cavebat namque, ut oboedientissimus erat in omnibus, quod in Romana synodo nuper 5 canonice diffinitum est, et post datam iudicialiter sententiam sub anathemate interdictum et prohibitum est, ne quis laicorum aecclesias et aecclesiasticas decimas et[a] dignitates personis aliquibus quasi proprium suum praestiterit, sive contra canones sibi usurpare praesumpserit. Insuper archiepiscopus Mogontinus Sigifrido, qui a rege Heinrico Augustensi episcopio non canonice appositus sit, post datas inducias praecepit, ne ultra par- 10 rochiam suam temerarius invaderet; alioquin ipsum et omnes consentientes sibi iusto anathemate a membris aecclesiae omnino separavit. Id ipsum quoque canonicis Augustensibus et populo intentavit, si[b] electum suum, ut dignum et iustum fuerit, non reciperent. Sic episcopus Augustensis accepta a rege licentia repatriavit, et in quoddam castellum 17 iuxta Fauces Alpium[17] sese cum suis, quia firmissimum et munitissimum erat, prudenter 15 contulit, pacem aecclesiae inibi praestolaturus. Ubi confestim per plurimas iniuriarum illationes ab Augustensibus inpetitus et molestatus est; set illud qualicumque longanimitate et patientia aliquamdiu tolerans, Deo iudici et defensori se cum suis devotissime commendavit.

Rex vero Heinricus post pascha mox Moguntiacum rediens, omnes quoscumque et 20 quomodocumque attemptare potuit, suae parti contraxit. Unde Saxonum optimatibus terrificis sive blanditiosis ad se pelliciendis sermociniis et inductionibus sub nomine et occasione apostolicae illius legationis et sententiae intimari fecit, ut causa pacis componendae et totius regni tot scismatum et discordiarum sedandarum, quibusdam primatibus et optimatibus regni apud Friteslariam occurrerent. Quod cum animo libenti perceptum, 25 Saxonum principes suasu regis Roudolfi ad hoc sollerter incitati, condicto tempore venientes attemptare conarentur, Heinricus rex praeter suos quosdam auricularios ne vel unum saltem de regni primatibus illuc dirigebat. Ita dum se delusos viderent, et inde subirati redire destinarent, tamen quia obnixe ab aulicis illis mysteriarchis rogabantur, ipsis secum colloquendi seque temptandi locum dare consenserant. Illic ab eis nichil 30 aliud nisi mendacia et quasi comminationes quasdam ab apostolico in eos factas audierant, eo quod dominum et regem suum periuri et infideles contra fas iniuste abiecerint. De sermone autem colloquii praedicti et anathematis apostolici nulla ibi ab eis secundum veritatem mentio facta est; totam quippe illius sententiae seriem regi Roudolfo et suis consentaneis falsa sua obstinatione pertinaces inponebant. Tandem vero 35 Saxones his auditis, et cur illuc venerint evidentissime exploratis, ne se quasi reos in his quae illis obiecerant, et quasi de adventu et sententia domni papae timidos aestimarent, immo potius percupientissimos et laetissimos fore probarent, colloquium quod destinavit omnes laudabant, ipsius sive legatorum eius adventum quam vix se praestolaturos et sententiae illius omniumque regni optimatum super hoc negotio diffinitiones se per 40 omnia observaturos, constanti animo et ratione liberrima firmissime palam protestati sunt; et omnes domno apostolico inoboedientes eiusque sententiae iudiciali in hac re quolibet ingenio vel versutia sive vecordia refragantes, anathematizatos et a membris aecclesiae re vera separatos confirmabant et omnino adiudicabant. Et ut huiusmodi inter utrasque partes controversiam rationabiliter publice dirimerent, legatum suum cum eis 45 ad dominum suum et ad caeteros regni principes illi consentientes inde direxerant, per quem illis locus et tempus colloquii statuti intimaretur, et qui eos ad hoc promptissimos et paratissimos, et omni necessitate et dubietate postposita Domino volente perventuros illuc protestaretur. Postquam huiusmodi sermone controversiali utrobique aliquantisper habito, set tamen praedicta inrefragabili et iusta Saxonum ratione et oboedientia novis- 50 sime laudabiliter consummato, pax ab utrisque ad usque futurum colloquium est collaudata, ab invicem domum unusquisque discedebat.

Regis autem Heinrici consiliarii, assumpto secum Saxonum legato, ad dominum suum versus Rhenum profecti sunt. Non enim bene sapiebat in palato cordis illorum

a) aec. et dec. 2. b) si non c. 1*. 2.

17) Füssen. 55

auditus iustus et verax sermo principum Saxonicorum. Illi namque alia longe ratione et intentione exierant, ut Saxones scilicet ad se quomodocumque adducere pertemptarent. Cum autem id efficere non possent, mox reversi falso rumore undique diffamabant, quod illi pro certo obsidibus datis, cum domino suo pactum pacis inirent, et gra-
5 tiae illius indubitanter firmitatem promeruerint. Legatum autem illorum huiusmodi sermone remiserant, quod rex locum colloquio cuilibet dare nollet, set id causa et amore domni apostolici facere promptus esset, ut quicumque sibi rebellaret, eum[a] gratia sua donandum reciperet, si modo se sibi cum poenitentia et oboedientia dedititium[b] exhiberet.

10 Saxones autem et Roudolfus rex hoc comperto, manifeste eum excommunicatum cum omnibus consentaneis illius adiudicabant et comprobabant, eo quod colloquium ab apostolico tam inrefragabiliter decretum, ipse tam pervicax et inoboediens annullavit. Pacem etiam quam auricularii regis et Saxones inter se condixerant, ante quam legatus praedictus ad eos repatriaret, qui ex parte regis Heinrici erant, castellum quoddam inva-
15 dendo et contra fidem datam expugnando omnino parvipenderant. Metensis quoque episcopus et alii quamplures Lotharingorum, qui eisdem diebus ad regem Heinricum ductu fidei venerant, attemptandi si ad illius voluntatem inclinari possent, audito apostolicae legationis contemptu se in parte domni apostolici manere et persistere palam profitentes, cum offensa ipsius gratia domum redibant. Quos ipse confestim duce Theoderico
20 et aliis militum suorum copiis assumptis prosecutus, ex inproviso Metensem civitatem dolo praeoccupavit, episcopum cum caeteris inde fugavit, et inpositis illic praesidiis suis, urbem Argentinam profectus, inde egressus[c] est. Ibi diebus rogationum commorans, Thiepaldum[d] Constantiensem praepositum, suum quoque capellanum, contra voluntatem canonicorum et domni apostolici bannum illic episcopum incathedravit. Illi namque, Mai 13.
25 quia, ne aliquem a rege Heinrico reciperent, iam ex parte domni papae eis interdictum est[e], canonice sibi quemlibet eligendum in Christo concorditer deliberabant. Istius autem promotioni cum illi canonici de Sancto Thoma magnopere assensum et laudamentum praebuerint, divinam non multo post ultionem experti sunt. Ignis quippe aecclesiam claustrum et cuncta eorum aedificia et caminadas penitus combusta insumpserat. Dehinc
30 rex Heinricus Alemanniam invadere proponens, set non tantos sibi coadunare valens, quod hoc sine periculo peragere posset, in Pagoariam divertit. Ibi apud Ratisponam pentecosten celebravit, et marchio Liutpaldus[48] in aliquantulum ab eo offensus regreditur. Mai 27.

Legatus autem apostolicus qui ad regem Heinricum in pascha pro illo disponendo colloquio quod papa decrevit advenerat, in primis quia ipsi, licet invito et nolenti, eius
35 omnino interminationis terroribus parvipensis legationem apostolicam liberrimus intimaverit, aliquantisper occultabatur, ita ut plurimorum suspicione clam interfectus sive exhiliatus aestimaretur; tandem publica palam reverentia et honore ab eo tractatus et habitus est. Set eum tantisper quidam pro hac detentum coniciunt occasione, ut sese per illum ab inposita qualitercumque defenderet excommunicatione. Cum scilicet omnes
40 cernerent, apostolicum legatum illi communicare, nemo prorsus eum quasi excommunicatum aestimaret seu devitaret, immo potius pro mendacio firmiter computarent, quicquid passim dictum sit de sententia synodi Romanae, et de anathematis facti diffinitione: quia, sicut rex Roudolfus cardinalem Romanum, ita ipse legatum apostolicum in testimonium suae oboedientiae et innocentiae palam omnibus posset ostentare[f].

45 Rex autem Roudolfus apud Goslariam pentecosten magnifice celebravit, collecta Mai 27. illuc principum Saxonicorum et Thoringorum non modica multitudine, et ibi cum eis communicato consilio, expeditionem contra regem Heinricum paravit et disposuit. Illuc ad eum legati Philippi regis Galliarum, et Fladirtingorum, et Lotharingorum quam plurium, nec non regis Ungariorum, adiutorium ipsi propter Deum et sanctum Petrum ad
50 defensionem sanctae aecclesiae et regni totius Theutonicorum studiosissime promittentium advenerant; quamvis non ita, ut promissum est, omnino perficerent.

Dehinc per totam aestatem plures undique motus per Alemanniam, Alsatiam et Austrifrantiam conferbuerant, et privatis bellis ex parte Heinrici regis victi, interfecti et

a) cum 2. b) deditium 2. c) ingressus *correxit Uss. absque ratione evidenti.* d) thietpaldum *ed.* e) est cano-
55 nici *ed.* f) ostendere *ed.*

48) Austriae.

fugati sunt, qui praedas incendia et sacrilegia plurima in ipsis aecclesiis sacris, temerarii violatores earum, exercuerant. Ex quibus Basiliensis et Argentinus antiepiscopi vix 49 fuga elapsi sunt, militibus illorum a marchione[49], Berhtoldi[a] ducis filio, fortiter pugna prostratis et captis, rusticisque quos per comitatus sibi adiuratos in auxilium undique coegerant, ex parte eunuchizatis. Ipsa tempestate duces Berhtoldus et Welfo Franciam 5 cis Rhenum ex magna parte praedis et incendiis devastaverant.

Interea rex uterque expeditionem in alterutrum non minimo studio et apparatu disponebant, collectis undecumque et quomodocumque auxiliariis militaribus suis copiis. Aug. 1. Et circa Kalendas Augusti duces praedicti cum Alemannica militia regi Roudolfo de Saxonia egredienti occurrere deliberabant. Set hoc omnino rex Heinricus cum maximo 10 exercitu interveniens, ne fieri posset, impediebat. Et sic bellum cottidie sperantes, et occasiones suae destinationis percupientissime fieri molientes, quamvis non sine minimo periculo, e proximo regi consederant. Insuper comprovinciales rusticos undique per omnes illarum partium centenarias adversum se coniuratos et armis militaribus instructos, ad duodecim fere milia pugnacissimos et infestissimos sibi, e vicino sustinebant. 15 Sic Saxones et Alemannos ab invicem sequestratos, et, ne convenire aut per internuntios saltem inter se deliberare possent quid in tantis periculis coartatis agendum sibi 50 esset, omnimodis prohibitos[50], rex Heinricus in tam maximo suo confisus exercitu, prius de Saxonibus, exin de Alemannis triumphare satis artificiosus destinavit, et id facillime et absque suorum detrimento fieri posse non dubitavit. Mox ille huiusmodi consilio cum 20 suis communicato, exploratores quosdam, viros non ignobiles, quasi pro pace inter se confirmanda regi Roudolfo nec non primatibus Saxonum simulatorie direxit. Qua ad invicem condicta et solito foedere ad tempus ab utrisque confirmata, dum ipsi ad dominum suum festinanter redirent, ille eos astute sic delusos de repente et fere ex inproviso vecors et insidiosus armata manu et impetu bellicoso inparatos invasit. Rex autem 25 Aug. 7. Roudolfus vix cum suis de castris festinantissime se proripiens, et quantum in tali articulo fieri potuit, acies suas contra hostem imminentem prudenter ordinans et exhortans, ipsi tam fortiter pugnacissimus congreditur, ut in prima statim coitione victoria Deo dante feliciter potiretur, prostratis in brevi duabus primis legionibus. Nec mora, rex[b] ipse primicerius cum suis intimis fugam turpiter iniit; reliquus dehinc exercitus, visis 30 quae fiebant, inbellis timidus et mirabiliter perterritus, et ipse in diversa fugitando se salvare satis superque anxiatus omnifariam pertemptavit. Saxones autem plus quam ad tria miliaria persecuti sunt eos, instantes pugnaciter a tergo fugientibus. Illic ex parte regis Heinrici de nobilioribus plus quam triginta, de minoribus vero, ut aiunt, ad quinque milia interfecti procubuerant; et ex parte adversaria de minoribus tantum ad 80 35 viros cecidisse testantur. Insuper eiusdem partis[c] qui praesto aderant episcopi, a fugientibus quibusdam falsariis audito quasi rex Heinricus vicerit, cum suis in diversa fugerant. Ex quibus cardinalis Romanus cum plerisque aliis satis periclitatus est, nec non a latronibus Sclavis in silvis, quo latibulum quaerebant, episcopus Parthenopolitanus[d] sagitta percussus est, Baderbrunnensis captus exspoliatus et ferme nudus profugit ab 40 eis; et Wormatiensis itidem captus, regi Heinrico cum Herimanno nobili quodam comite contraditus est. Profligatis[e] autem et interfectis tot hostium turmis, Saxones laetanter ad locum primae belli congressionis et ad castra sua revertebantur. Ibique pernoctantes, in crastinum consilio cum rege suo inito, et iure legum suarum, ne ipsis in bello victoribus progrediendum esset ulterius, ab ipso accepto, in Saxoniam suam cum tripu- 45 dio grandi triumphatores remeabant.

Rex autem Heinricus absque mora Pagoariam usque pertenderat. Non minimum[f] quippe, qui ex ista parte ipsa die cum Francorum coniuratis centenariis bello durissimo omnino profligatis et eunuchizatis dimicabant[g], et victores mirabiliter exstiterant, Alemannorum impetum metuebat. Qui et ipsi vere comperta hostium fuga et sui regis 50 victoria et reversione, successui suorum congaudebant, et incendiis praedisque undique devastatis et expugnatis oppidis adversariorum suorum quam plurimis, reditu triumphali ovanter repatriabant.

a) B. 2. b) h. (= Heinricus) *glossa saec. XIV. in* 2. c) scilicet R. *glossa saec. XIV. in* 2. d) partenop. 2. e) Profugatis 2. f) Nec mirum *ed.* g) *ita correxi;* dimicabat 2. *et ed.* 55

49) Bertholdo II. 50) Accusativi absoluti. (*prohibuit. Rex* ed.)

Tandem falsarii et mendaciorumc ommentarii regis Heinrici circum circa terrarum, dominum suum victorem de Saxonico bello remeasse, inpudenter affirmabant, et ita commenta sua ipsum[a] domno papae, Romanis et cunctis Longobardis per litteras[b] commendare effecerant. Eisdem diebus abbas Massiliensis, sedis apostolicae legatus, qui cum duci-5 bus Alemannorum praedictae expeditioni praesto interfuit, et cui omnia bellorum gesta ex toto non ignota fuerant, quia nullum inpositae legationis et aecclesiasticae utilitatis profectum apud apostolicae sedis adversarios se nec habuisse nec habiturum fore perspexerat, et ipse Romam ad eum qui se miserat, mendaciorum destructor non defessus et sincerae veritatis testis re vera idoneus, properanter regressus est. Ipse vero nec non[c] 10 alii deinceps per plures rem gestorum indubitabilem domno papae caeterisque, mendaciis mirabilibus non parum nutantibus ac sese desolantibus, seriatim testificati sunt.

Autumno dehinc sequente Heinricus rex recollectis undecumque copiis militaribus, Oct. iterum expeditionem quasi in Saxoniam simulatorie disponebat; et quos contra Saxones adiuratos contraxerat, maximum Roudolfi regis in occursum sibi pugnacissime exercitum 15 comperiens advenisse, in Alemanniam devastandam periuros induxerat.

Illic pessimis praedonibus et inhumanissimis de Boemia, Pagoaria, Burgundia, Francia, nec non quoscumque poterat de ipsa Alemannia conductis, praedis, incendiis, castellorum et oppidorum nonnullorum destructionibus, et in divina sacra inauditis sacrilegiis, passim efferatissimus Dei contemptor miserabiliter insistebat. Nulla inter sacrum 20 et non sacrum differentia, nulla in tot miseriis miseratio fuerat. Aecclesias quippe, ad quas cum rebus suis conservandis terrae inquilini confugerant, miserabiliter[d] sacrilegi et praesumptuosi incenderant, depraedati sunt; sacerdotes sacris vestibus indutos, seminudos et miserrime vapulatos proculcaverant; altaria sanctorum reliquiis inde ablatis destruxerant; super ea, quod a paganis inauditum est, cacaverant, carnibus praedae in 25 frusta dilaniatis superinpositis ea cruentaverant, mulieres quas in aecclesiis ceperant, inpudenter illic velut in prostibulo constupraverant; stabulum equis et animalibus suis, nec non latrinas in eis erexerant. Mulieres item ad usque mortem constuprando nonnullas oppresserant; plerasque viriliter tonsuratas ac vestitas, captivas abduxerant: ligneam Christi crucifixi imaginem apud Altorf, et alibi etiam, capite manibus et pedi-30 bus detruncaverant abscisis. Quid plura? Omne sacrum et divinum temerantes, plus quam ethnica insania omnifaria polluerant. — Haec quidem omnia episcoporum, qui simul cum eis aecclesias Dei invaserant, data licentia fiebant. Fiebat autem haec detestabilis sanctae aecclesiae conculcatio et desolatio circa festivitatem omnium sanctorum. Nov. 1. Tunc quoque parum minus quam centum aecclesiae in illa expeditione violatae sunt. 35 Attamen haec[e] non inpune omnino facta sunt; quidam namque illorum, ut aiunt, ab inmundis spiritibus arrepti, usque ad mortem vexabantur; nonnulli vero a principibus Alemannis interfecti, capti, exspoliati; plurima pars eorum enaricati[f] et detruncati sunt. Sic Alemannia miserabiliter devastata, ipsi cum non minimis praedarum et sacrilegiorum honerati sarcinis, domum, non pleno tamen triumpho, tripudiantes redibant.

40 Ipsis diebus dux Berhtoldus christianae religionis amator et defensor studiosus, et secundum Deum et seculum sobrie et ordinate honestae vitae cultor non modicus, aequitatis et pacis, modestiae et disciplinae, misericordiarum zelique Dei servantissimus, legum et dignitatum paternarum exsecutor scientissimus, vir magni consilii prudentissimus et tota morum honestate satis virtuosus, anima sua tota, qua oportuit, spe fideque 45 in manus Dei commendata, domoque sua prudenter disposita, felici consummatione diem, o utinam! felicissimus[g] clauserat extremum.

Hildulfus symoniacus ille Coloniensis appositus, apostolicae auctoritatis sententia, utpote hereticus fur et latro, super terram damnatus, eodem autumno migravit a seculo, etiam in coelo perenniter ligatus.

50 Synodus magna Romae facta est, tum[h] ob plurimas aecclesiae sanctae necessitates, Nov. 19. tum maxime ob tyrannidem Heinrici regis qualitercumque sedandam. In qua utriusque regis legati ex causa dominorum suorum se proclamaverunt, eosque iureiurando, ne colloquium, quod domnus papa in proxima synodo, ne quis inpediret, sub anathemate constituit, ipsi nulla arte vel ingenio impedirent, innocentes esse testificati sunt. Legato

55 a) ipsi *ed.* b) l. suas *ed.* c) nec *deest* 2. d) mirabiliter 2. e) omnia *inserit ed.* f) enaricati *correctio saec. XIV. in* 2. g) felicsimus 2. h) cum *corr.* tum 2.

autem regis Roudolfi ab optimis quibusque optime credebatur, alii vero periurii incriminati sunt. Tandem vero pro invasione regni anathema ab apostolico in regem Roudolfum extorquere attemptabant; set econtra tota synodo vix suffragante[51], ne id in regem Heinricum ob inoboedientiam et tot sacrilegia quae praedicta sunt mendaciorumque versutissimas illusiones illius iudicialiter[a] retorqueret[52], ipsi datis ei ad conversionem et responsionem ad usque proximam synodum vel infra induciis, domum cum dedecore et absque apostolica benedictione confusibiles remeabant. E quibus unus, Eigilberbertus Pataviensis praepositus, qui iam ab episcopo suo iudicialiter excommunicatus est, ad regem Heinricum sic periurus rediens, aecclesiae Trevirensi ab ipso, eo qui a clero et populo canonice electus est[b] reprobato, solita violentia sua invitis et nolentibus cunctis symoniace est praelatus[53].

In eadem synodo hae sententiae decretales consensu et subscriptione universali datae sunt[54]:

Quicumque militum cuiuscumque ordinis vel professionis praedia aecclesiastica a rege seu seculari principe, episcopis seu abbatibus aut aliquibus aecclesiarum rectoribus invitis, suscepit vel susceperit, invasit vel invaserit, vel eorum consensu tenuerit, nisi eadem praedia aecclesiis restituerit, excommunicationi subiaceat.

Si quis Nortmannorum praedia monasterii beati Benedicti montis Cassini invaserit, vel quascumque res eiusdem monasterii iniuste abstulerit, et bis vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi subiaceat, donec resipiscat, et aecclesiae satisfaciat.

Quoniam investituras aecclesiarum contra statuta sanctorum patrum a laicis in multis terrarum partibus fieri cognovimus, et ex eo plurimas in aecclesia perturbationes esse, immo ruinas religionis sanctae oriri, ex quibus ipsa christianae censurae dignitas conculcatur, perspeximus; decernimus, ut nullus clericorum investituras episcopatus, vel abbatiae, vel aecclesiae, seu praeposituræ, vel alicuius clericalis dignitatis de manu imperatoris, vel regis, vel alicuius laicae personae, viri vel feminae, suscipiat. Quod si praesumpserit, recognoscat investituram illam apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

Si quis episcopus praebendas, archidiaconatus, praepositurás, vel aliqua officia aecclesiastica vendiderit, vel aliter quam statuta sanctorum patrum praecipiunt ordinaverit, ab officio suspendatur. Dignum est enim, ut sicut gratis episcopatum accepit, ita membra eiusdem episcopatus vel dignitatis distribuat.

Ordinationes, quae interveniente pretio, vel precibus, vel obsequio alicui personae ea intentione inpenso, vel non communi consensu cleri et populi secundum canonicas sanctiones fiunt, et ab his ad quos consecratio pertinet non comprobantur, falsas et irritas esse diiudicamus; quoniam qui taliter ordinantur, non per ostium, id est per Christum, intrant, set ut ipsa veritas testatur, fures sunt et latrones.

Falsas poenitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum inponuntur. Ideoque quicumque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus quod sine peccato exerceri non possit, culpis gravioribus irretitus ad poenitentiam venerit, id est qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat, se veram poenitentiam non posse peragere, per quam ad aeternam vitam valeat pervenire, nisi miles arma deponat, ulteriusque ea nisi aut consilio religiosorum episcoporum et pro defendenda iustitia non ferat: et negotiator negotium derelinquat, et officialis officium deserat, bona quae quilibet illorum iniuste abstulit restituat, et odium ex corde dimittat. Nec tamen interim desperet, set quicquid boni facere poterit, hortamur ut faciat, ut Deus omnipotens cor illius ad poenitentiam illustret.

Decimas, quas in usu pietatis concessas esse canonica auctoritas sanctivit, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet personis idem[c] in proprietatem eas acceperint, nisi aecclesiae reddiderint, sciant, se sacrilegii crimen committere, et ob id aeternae damnationis periculum incurrere.

Quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus, ut quicumque se christianae

a) iuridicialiter 2. *hoc loco.* b) episcopus *addit ed.* c) *deest in ed.*

51) i. e. abstinente. 52) scil. synodus. 53) 8. Id. Ianuar. a. 1079. 54) Mansi T. XX. p. 507.

religionis participem esse desiderat, ab esu carnium eodem die, nisi maiori festivitate interveniente vel infirmitate impediente, abstineat.

Ut nullus abbas decimas et primitias, et reliqua quae secundum statuta canonum ad episcopos pertinent, sine auctoritate Romani pontificis, seu episcopi consensu in cuius diocesi 5 *habitat, detineat, apostolica sanctione firmamus.*

Nullus episcopus gravamen seu servile servitium ex usu contra aecclesiasticam normam abbatibus seu clericis suis inponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat; idem si fecerit, officii sui periculum subeat.*

Si quis praedia beati Petri apostolorum principis ubicumque posita in proprietatem 10 *suam usurpaverit, vel sciens occultata non propalaverit, vel debitum servitium exinde sancto Petro non exhibuerit, recognoscat, se iram Dei et sanctorum apostolorum velut sacrilegum incurrere. Quicumque autem in hoc crimine deprehensus fuerit, eandem hereditatem beato Petro restituat, et poenam quadruplicem de propriis bonis persolvat.*

Si quis episcopus fornicationi presbiterorum diaconorum seu subdiaconorum vel crimini 15 *incestus in sua parrochia precibus vel precio intervenientibus consenserit, vel commissa auctoritate sui officii non impugnaverit, ab officio suspendatur.*

Ut omnis christianus procuret ad missarum sollemnia aliquid Deo offerre, et ducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: „Non apparebis in conspectu meo vacuus". Etenim in collectis missalibus sanctorum patrum liquido apparet, quia omnes christiani ex 20 *usu sanctorum patrum Deo aliquid offerre debent.*

In eadem synodo sententia anathematis data est in omnes symoniacos et nicolaitas hereticos, qui in erroris sui secta indurati, synodalibus sanctorum patrum diffinitionibus et decretalibus eorum statutis scienter inoboedientes, apostatarumque pertinacia eis recalcitrantes, studio et voluntate refragantur. Multa etiam ad utilitatem aecclesiae praeter 25 ista illic promulgata sunt, quae nunc recensere non est temporis. Actum in aecclesia domini Salvatoris Lateranensi 5. Idus Novembr.[55] anno dominicae incarnationis 1078. 55 indictione 1.

Heinricus Curiensis episcopus obiit.

1079.

30 Heinricus rex natalem Domini apud Mogontiacum non satis magnifice celebravit. Illic contra nostri climatis situm magna fulgura visa, et tonitrua satis terribilia audita sunt, et turbo tempestatis partem non minimam de episcopalis aecclesiae tectura direptam, proiecit in terram; et hoc eo tempore gestum, non minimum admirationi a cunctis habebatur. Posthoc[56] Coloniensi aecclesiae rex contra decretum apostolicum Sigwinum 56 35 quendam, eiusdem loci decanum, non canonice per ostium intrantem praefecit episcopum. Qui investituram illam de manu regis et ipse accipere contra fas praesumens, mox excommunicationi infelix subiacebat. Dehinc rex iuxta[a] Rhenum usque in mediam quadragesimam qualitercumque commoratus, iterum omnes quos contra apostolicam dignitatem conducere et provocare poterat, privatim ad inoboedientiam et rebellionem 40 adiuratos contraxerat; et non solum id privatim et clam molitur, verum potius apud Friteslariam in colloquio, quo Saxonum optimates et ipsius intimi astitores his diebus convenerant, palam omnibus fecit praedicari, quia in nullo quod ad se pertinuerit actu vel negotio curam vel respectum prorsus in domno apostolico habere voluerit. Quod etiam hoc argumento probavit, quia legatos quos in proxima synodo ab eo sibi Romam 45 ad sequentem synodum papa pro causae illius responsis mittendos constituit, omnino contumax mittere contempsit.

Postquam rex Roudolfus post peractum bellum et victoriam adeptam denuo sibi 1078. insurrecturum cum non modico exercitu hostem suum praedictum comperit, ipse iterum cum maximo electissimorum suorum militum pugnatorum impetu ei congredi acerrimus 50 omnifariam[b] attemptans, omnifariam[c] perterritum et stupefactum a se profugavit eum. Quo facto dum nichil aliud hac vice ab eo fieri, nisi militiam suam domum a se dimissurum arbitraretur, ipse in Saxoniam suam cum suis glorianter remeavit. Ille autem

*) id enim *ed.* a) circa circa iuxta 2. b) omnifaria 2. c) omnifaria 2. omnino *ed.*

55) 13. *Kal. Dec.* habent acta. 56) exeunte Decembri anni 1078, ut videtur.

inmaniter efferatus, Alemanniam, ut praedictum est, eam devastaturus ex inproviso invaserat: nullum fere nominabilem praeter Hugonem comitem[57] hac violentia ad deditionem vel conditionem fidelitatis coacturus. Roudolfus autem rex, Saxonibus suis a se domum dimissis, paci et secundum leges eorum iudiciis et iustitiis absque personarum acceptione iustissimus studuit, quantum maxime ipsis adiuvantibus potuit. Post modicum denique ipse febribus et pleurisi inmanissime arreptus, plus quam duos menses in tantum laborabat et contabuit, ut a plerisque nimirum de vita et salute numquam recuperanda omnino desperatus fuerit. Demum namque tot periculis Deo ipsum medicante satis desideranter reconvalescens, nativitatem Domini gloriosissime apud . . . . . . cum non modico Saxonicorum principum collegio festivissimus celebravit, et mox ante septuagesimam undecumque recollectis militum suorum turmis expeditionem in regem Heinricum accelerare deliberat.

Quod dum ille primum comperit, seque ei in tam brevi temporis articulo non posse resistere vidit, consilio cum suis inito, non ex sua set ex optimatum suorum persona, legatos quasi pro pace quantulacumque ad invicem componenda ad optimates Saxonum astutissime fallendos properanter dirigebat, qui bella et seditiones, aecclesiarum desolationes, et tot facinorum inmanitates simulatorie conquerentes detestarentur, quique domno papae, ipsis et optimis[a] quibusque sese dominumque suum regem Heinricum consentaneos, et in huiusmodi causis emendandis per omnia oboedituros firmissime protestarentur, et si aliter verbis fidem non haberent, iureiurando datisve obsidibus ea sibi comprobarent. Quo audito Saxones in brevi eis, utpote tam dulcissime blandientibus, nimium creduli facti, expeditionem inceptam in primis domino suo dissuadebant. Dehinc certum diem in proxima quadragesima ad colloquendum sibi apud Friteslariam constituunt; et ita pacis foedere clam condicto, domum ab invicem gratulantes discedunt. Demum vero cum, ut condixerant, convenirent, optimates regis Heinrici commenta sua et vecordias qualitercumque defendentes et dissimulantes, se non alia ratione venisse testati sunt, quam ut Saxones apud dominum suum, quantum possent, adiuvarent, si modo ad deditionem venire vellent. Illi vero, quamvis frustra se venisse solitisque fallaciis et dolis delusos esse persensissent, bona tamen patientia ad pacem concordiam et apostolicae sedis oboedientiam ipsos secundum sese paratissimos fieri oportere, satis admonebant. Isti autem econtra, nullam pacis neque papae curam sese et dominum suum habituros fore, publica conclamatione professi, fide pariterque pace ad invicem renuntiata, sic temere provocati repatriabant.

His diebus ante quadragesimam dux Welfo assumptis secum commilitonibus suis, cum magnae virtutis impetu Raetiam Curiensem devastaturus invadebat, praedis et incendiis insistebat, comitis Ottonis[58] filium cum aliis quibusdam maioribus adiuratum, regi Roudolfo subigebat. Dehinc fortiter quadam clusa seu palma expugnata, interfectis captis fugatisque hostibus, Deo donante cum maxima vi victor regreditur[b], quosdam alios deinceps subacturus.

Eadem quadragesima[59] synodus magna Romae collecta est anno dominicae incarnationis 1079, indictione 2, 3. Idus Februarii. Ad quam, licet furtivo vix diversiclinio itinerantes, cardinalis Romanus, Pataviensis et Metensis episcopi, pro tot suarum et aecclesiasticarum iniuriarum causis apostolicae sedi proclamandis, plerisque insidiarum et custodiariorum articulis Dei gratia secure pertransitis, gratulanter pervenere. Ubi in audientia totius synodi se proclamantes, episcopi gratanter auditi acceptabantur. Ubi legatus regis Roudolfi[60] praedictas Alemannicae devastationis calamitosas multum miserias seriatim conquerendo enumerans, nec non caeteras regis Heinrici tam tyrannicae praesumptionis per totum ubicumque regnum insanias proclamatorie satis exaggerans, non sine lacrimosa domni papae perpluriumque commiserantium amaritudine, prout opor-

a) optimatibus *ed.* b) egreditur 2.

57) Palatinum Tubingensem, quod castrum ab Heinrico fuisse obsessum anno priore exeunte, ex gestis Trevirorum adnotamus. USS. 58) Otto comes et provincialis regius in Rhaetia Curiensi notatur in charta Heinrici IV. ann. 1050. 12. Iul. Filius eius fuisse videtur Udalricus comes de Bragantia, uti vocatur in alio eiusdem diplomate ann. 1095. utrimque certe idem comitatus intelligitur. USS. cf. Stälin hist. Wirtemberg. p. 559. 59) eo anno incepit d. 7. Februarii. 60) Mansi T. XX. p. 525.

fuerat cum[a] collegatis suis dignanter audiebatur. — Legatus quoque Heinrici regis causas ipsius, quamvis revera non iustissimas, plurimis sibi ut fieri solet confaventibus, qualitercumque depromebat; qui cum suis a papa falsitatis convicti sunt; aliis autem ab optimis quibuslibet optime satis credebatur. Publice nimirum in synodo domnus papa legationes Heinrici regis mendosas esse professus est; seque eum a regno iudicialiter deposuisse, nec postea aliquatenus restituisse protestatus est. Unde et ilico eum anathematizaret, nisi quod omnibus utriusque partis astitoribus hoc potius placuerat, quod usque in ascensam Domini adhuc exspectando differretur, ob id praecipue, ne quid inordinatum synodus Romana in eum praecipitanter fecisse causari potuerit. Legatus namque illius palam professus est, quod non callide set necessitate coactus dimiserit, quod nondum, iuxta quod in proxima synodo papa sanctivit, tales ei legatos direxerit, qui legatos apostolicos pro tam maxima sedanda discordia in Theutonicam patriam securos ducere possent. Iuravit autem, quod dominus suus tales Romam infra ascensionem Domini missurus esset, et quod ipse in causa regni oboediret omnimodis apostolicae sedi. Iuratum est et ex parte regis Roudolfi, quod et ipse in colloquio quod papa constitueret, ei pariter oboediret. Denique domnus apostolicus denuo excommunicavit illum, quicumque, ne in praeterito anno colloquium fieret, quolibet ingenio seu factione impedierit; pariterque eum, qui futurum impedierit, quod denuo hac vice constituit.

Febr. 11.

Praedictis autem induciis omnium Romanorum animos sibi conciliavit in tantum, ut non ulterius anathema in Heinricum regem differri petant, si modo sibi oboedire contemnat. Nichil vero de regibus papa nunc sanctivit, nisi quod Pataviensi et Metensi episcopo aliisque collegatis eorum, quantum pro temporis necessitate oportuit, non usquequaque displicuit. Omnes siquidem meliores in parte Roudolfi regis firmissime constiterant, quem oboedientissimum domno papae per omnia comprobaverant.

Theodericus dux[61] comesque Folmarus[62] pro invasione Metensis aecclesiae excommunicati sunt. Itemque omnes, qui bona episcoporum, Mogontini scilicet et caeterorum qui de sedibus suis expulsi fuerant, iniuste sibi vendicaverunt. Item Mediolanensis episcopus et Ravennas; nec non pariter qui abbatem Augiensem ceperant, qui et ipse ad synodum pro causa sua proclamanda tetenderat, Parmensis episcopi[63] milites anathematizati sunt. Ipse autem ob eandem capturam ab officio suspensus est. Abbas[b] tandem, cum aliter se non posse liberari persentisceret, peccunia suis pacta ac iurata captoribus, dimissus ab eis, Romam, prout antea disposuit, gratulanter pervenit. Inde causa sua apud papam ad libitum peracta, non sine periculo ad Augiam quondam suam revertitur; cui rex Heinricus iam in pascha tyrannum illum anathematicum, quem etiam cellae sancti Galli destruendae superposuerat, antiabbatem suo more apposuerat.

Misit quoque domnus apostolicus litteras[64] per totum Theutonicum et Italicum regnum sancto Petro oboedientibus in haec verba: „*Si qui sunt presbiteri diaconi vel subdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei et auctoritate sancti Petri introitum aecclesiae, usque dum poeniteant et emendent. Si qui vero in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrum officium eorum auscultare praesumat, quia benedictio illis in maledictum vertetur, et oratio in peccatum.*“ Et caetera.

Beringarius Turonensis[65] heresim suam illic abiuravit, catholicam fidem professus.

Heinricus Augustensis clericus, qui a rege Heinrico investituram Aquileiensis aecclesiae iam suscepit, electionem suam testimonio probabili canonicam esse ibidem testificatus est; set pro investitura contra canonicam et apostolicam sanctionem a laica persona sibi usurpata a papa reprobatus, diffinitionis eiusdem statutum se ignorasse et non audisse, synodo id ita iudicante, iureiurando palam comprobavit. Dehinc toto conventu pro eo in id ipsum apud papam intercedente, in primis, ut moris est, iustam et idoneam oboedientiam ac subiectionem et suffragium apostolicae sedi et sancti Petri vicario papae Gregorio per iusiurandum professus, ab eo anulum et virgam et caetera Aquileiensis

a) cum 2. b) Augiae *glossa saec. XIV. in* 2.

61) Lotharingiae; cf. Gregorii VII. Reg. VI, 22. data 5. Non. Mart. a. 1079. USS. 62) Mettensis. 63) Eberhardi, clerici antea Coloniensis, qui Cadalao successerat; cf. Greg. VII. Reg. VI, 18. 64) Hae litterae inter Gregorianas haud leguntur. USS. 65) De hac causa in synodo tractat Bernoldus in opusculo N. 17. et Hugo Flaviniacensis. USS. Cf. acta concilii Mansi XX. p. 523.

patriarchatus insignia canonice suscepit; set non cum eo deinceps usquequaque fideliter egit. Cardinalis quoque Bernardus, quid laboris et periculorum in partibus nostris sustinuerit, et quam minimum aecclesiae prodesse potuerit, et inter caetera, quia regem Heinricum suo consensu in primis a Mogontino et sex aliis cum eo episcopis iudiciali censura iuste excommunicatum, et ipse iuxta praeceptum illius a communione corporis et sanguinis Domini eum cum omnibus sibi consentientibus abalienaverit, et a liminibus aecclesiae ut sacrilegum eiecerit, et ei regni gubernacula utpote tyranno et invasori interdixerit, et regi Roudolfo utpote sedi apostolicae per omnia oboedientissimo subdiderit, domnum apostolicum non omnino tacuit; nec non Romanorum praecipuis et quibusque optimis haec omnia seriatim intimare non omisit.

Domnus autem apostolicus miro quodam ingenio iam plus quam annum haec omnia sibi non ignota quasi dissimulando sustinuerat. Quod nonnullis magnae fuit admirationi cur fecerit: nisi forsitan illud colloquium, quod pro tam maxima discordia sedanda denuo iam iamque sub anathemate constituerat, ad efficiendum quod voluerit, solum sibi sufficere non dubitaverit. Sin autem, colloquium impedituris et sibi ad pacem et concordiam non oboedituris, istud tunc ad priora sua anathemata quasi ex inproviso accumulatum, iustissimus ac severissimus iudex tanto magis in aeternum damnandis[a] inponere destinaverit: ut quem mitem et dissimulantem perduelles contempserant, vindicem tunc durissimum perditissimi experiantur.

Mart. 3. Eidem Romanae synodo Gregorius papa praesidens dixit[66].

„*Ordinationes*[b] *illorum, qui ab excommunicatis sunt ordinati, sanctorum patrum sequentes vestigia, irritas fieri censuimus.*

Item[c] *sanctorum praedecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a sacramentis absolvimus, et ne sibi fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus.*

Item[d]. *Et quoniam multos peccatis nostris exigentibus per causam excommunicationis perire cottidie cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate; devicti misericordia, anathematis sententiam ad tempus, prout possumus, oportune temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus: videlicet excommunicatorum uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, nec non rusticos et servientes, et omnes alios, qui non adeo curiales*[e] *sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et illos qui ignoranter excommunicatis communicant, seu illos qui communicant cum eis qui communicant excommunicatis. Quicumque autem aut arator, sive peregrinus, aut viator, in terram excommunicatorum devenerit, ubi non possit emere, vel non habet unde emat, ab excommunicatis emendi et accipiendi licentiam damus. Et si quis aliquid excommunicatis non pro sustentatione superbiae, set humanitatis causa dare voluerit, fieri non prohibemus. Actum in aecclesia domini Salvatoris 5. Nonas Martii anno dominicae incarnationis* 1079."

Domnus itaque apostolicus pro causa praedicta diffinienda synodum denuo in ebdomada pentecostes fieri destinavit; missisque legatis ad regem Heinricum patriarcha[67], Albanensi episcopo Petro viro religioso, et Oudalrico Paduano episcopo, cum aliis suis fidelibus, quid ipse in synodo super eo statueret, per ordinem illi demandavit, et ut certum tempus et locum colloquii ad arbitrium suum et otium cum legatis praedictis in brevi determinaret, ipsi tractandum concessit; et ut oboedientiam, quam ei multotiens Romam probandam verbis demandavit, nunc re ipsa veram experiretur, ab eo exigebat. In argumentum quoque oboedientiae probandae ipsi praecepit, ut pacem cum omnibus sibi adversantibus usque ad praedicti colloquii consummationem firmissime pepigisset, et episcopis quos sede sua iam expulerat, potestatem liberrimam aecclesiarum rerumque suarum, et securum pacificumque ipsis utendis et possidendis ingressum et arbitrium, remota omni laesione et perfidia, concederet; et de potentioribus religiosissimisque suis

a) damnand 2. b) Cap. I. *in marg.* 2. c) Cap. II. *in marg.* 2. d) Cap. III. *in marg.* 2. e) id est efficaces *glossa saec. XIV. in* 2.

66) Litterae Gregorii, Reg. VI, 28. 29. datae sunt in synodo 16. et 13. Kal. Mart. ind. 2, igitur a. 1079; non ut Ussermann vult a. 1078. 67) Cf. ep. Gregorii ad Heinricum Aquileiensem patriarcham Reg. VI, 38.

septem viros Romam ad condictum tempus sibi dirigeret, qui iureiurando sibi securitatem facerent, ut legatos suos ad praedictum colloquium cum pace perductos, et in commissa legatione illic peragenda omnimodis communitos, Romam ad se securos cautissime reducerent.

5 Patriarcha autem, qui unus ex intimis regis Heinrici fuerat, non optima fide et studio inpositam sibi legationem observans, nuntium secretalem, qui voluntatem illius et oboedientiam exploraret, regi festinanter Ratisponam pro se direxit. Ipse autem collegatos suos hac vice retardando, Aquileiam suam revertitur, ipsi autem Padaugiam[a][64] divertunt. Rex autem huiusmodi legationem a papa sibi directam comperiens, solita con-

10 tumacia eam non maxime, utpote non observaturus, diligebat. Verumtamen quasi legationis apostolicae inscius, nuntium Romam non modicis fallaciis dolisque instructum Osniburgensem episcopum ad condictas inducias dirigebat, qui quolibet ingenio et oboedientia illius tantotiens falso simulata, hac etiam vice papam deluderet, et ut anathematis illius sententiam et synodum iam in tyrannidem regis compescendam specialiter ferme

15 destinatam artificiosus plurimum qualitercumque impediret. Ipse denique pascha Ratisponae quomodocumque egit, ducatum Alemanniae in erroris irritamentum comiti Friderico ibidem commendans, et Augiensem abbatiam[b], quam ipse iam bis symoniace venditam, dehinc Eggihardo, a fratribus suis regulariter electo et iuxta privilegii eiusdem loci statutum a papa legittime ordinando, contradidit; et quia iniuste[c] parti eius[65] favere

20 non ausus est[66], nunc iniuste reprobato et in praedicta captione detento, tyrannum quendam[67], sancti Galli cellae quem praediximus invasorem et devastatorem, pariter illic[d] contra fas praeficiens, in orientalibus Pagoariae et Norici sinus partibus, incolas illos devastando et Liupaldum marchionem ad deditionem sibi cum aliis quibusdam coartando, usque in pentecosten ferme commoratus est.

25 Uxor vero regis Roudolfi nomine Adelheit, filia Adelheidae marchionissae, soror Berhtae reginae uxoris Heinrici, ex quo ipse Saxoniam intravit, in episcopatu Constantiensi in Duello[68] et in aliis castellis iuxta Rhenum qualitercumque conversata, egestate, moerore, variisque adversitatum calamitatibus confecta, demum aegritudinum mortaliumque febrium aliquamdiu confecta molestiis, disposita domo sua et, prout oportuit, ani-

30 mae suae salute omnimodis in Christo provisa, felici o utinam! consummatione in manus illius devotissime moriens spiritum suum commendavit, et ad monasterium sancti Blasii[69] cum omnifario exequiali debito officiose satis sepeliebatur.

Rex autem Roudolfus iam viduus factus, apud Goslariam pascha magnifice celebravit, et expeditionem suam, quamprimum optimatibus suis oportunum videretur, in Hein- (Mart. 24.)

35 ricum acerrimus, satis prudenter disponebat; nec non tota Saxonia pace firmissima mirabiliter counita, legali gentis illius iure et constitutione, iudicium et iustitiam absque personarum acceptione omnibus in id ipsum aequi servantissimus sollertissime faciebat. Filium vero illius[70], cui iam parvulo adhuc ducatus Alemanniae a rege Heinrico delegatus est, dux Welfo cum nonnullis senioribus qui ad eum pertinebant, assumptum Ulmam

40 perduxerunt, eique se cum civibus iure solito subdiderunt, communique suffragio et laudamento dominum sibi et ducem nunc denuo confirmaverunt.

Illis autem inde domum digressis, comes Fridericus collectis undecumque ex parte regis sui Austrifrancis, Raetis, Vindelicis, Pagoariis, et quibuscumque poterat militaribus copiis, et ipse Ulmam non sine periculo, illic pentecosten acturus, invaserat; set audito (Mai 12.)

45 ducis Welfonis citato in eundem contra se locum hostili impetu, vix pernoctans illic, cum tribus suis episcopis inde secum proturbatis cum dedecore timidus et inbellis loco cedebat. Dux itaque illuc ingreditur, et post paululum obsesso illic in proximo quodam firmissimo castello[71], ad iniuriam Friderici praedicti plus quam duas ebdomadas illum ibidem sibi pugna congressurum audax nimis et bellicosus praestolatus est, donec machi-

50 namentis balisticis quae mangones theutonizant, totum diruit expugnavit et incendit, castellanosque omnes sine qualibet conditione ad deditionem sibi coartavit. Fridericus

a) p ad augiam 2. b) abbatię 2. c) *ita* 1*. 2. iustae *Uss. scripsit.* d) *vox supra lineam scripta* 2.

64) i. e. Paduam, Oudalrici sedem; v. pag. 318. lin. 41. 65) Heinrici. 66) abbas. 67) Oudal-

55 ricum. 68) Hohentwiel. 69) Ubi familiae huius mausoleum erat, uti apud C. Gerbertum de Rudolpho anticaesare videre est. USS. 70) Bertholdum. 71) Fortasse Kirchberg aut Erbach. USS.

autem congregatis omnibus qui tanto tempore quomodocumque poterant[a], et videns se duci ad congrediendum bello adhuc longe nimis inparem, cum dedecore suo non minimo suis in diversa vertentibus, tristissimus returnabat. His quoque postpascalibus diebus Berhtoldus marchio, ducis Berhtoldi filius, spectabilis multumque liberalis adolescens, et omnifaria morum honestate strennue se et satis virtuose agens, uxorem sibi accepit Agnetem, Roudolfi regis filiam, et ipsam admodum in suis omnibus non minus marito virtuosam.

72 Praedictus autem patriarcha caeterique sedis apostolicae legati[72], per nuntios quos praemiserant et Osniburgensem episcopum regis Heinrici responsis, quamvis simulatae, oboedientiae eius compertis, circa pentecosten ad eum Ratisponam pervenerunt. Ubi non satis magnifice acceptati, negotium pro quo missi sunt pro viribus exequi pertemptabant. Demum vero plurimum toto ingenio et artificio regi instantes et surripientes, vix ab eo verbialiter tantum quamquam pacis simulatae, et colloquii Romae in synodi audientia per legatum ipsius iurati, laudamentum et consensum extorquebant. Et missis statim prae se in Saxoniam ad Roudolfum regem et ad caeteros Saxonum principes, nec non ad ducem Welfonem et Alemannorum meliores et maiores legatis, demandabant eis, ut et ipsi ob eandem causam secum tractandam ad Friteslariam in condicto die sibi occurrerent. Nec mora, percepta huiusmodi legatione, Saxones cum rege suo praeceptis apostolicis oboedientissimi, iuxta quod demandatum est illis peregerant.

Dux autem Welfo caeterique de Alemannis illuc advocati, dum et ipsi iam venire paratissimi fuissent, ductores, qui a rege Heinrico ad securum ductum ipsis nominati sunt, ab eo solita eius perfidaque vecordia retracti sunt, ne ad condictum eos perduxissent. Saxonibus quoque eadem perfidia molitus insidias, dum et ipsi patriae suae fines egressi legatis apostolicis occurrebant, non paucos militarium copiarum cuneos de Boemia a tergo eis inmiserat, qui terminos illorum irrumpentes ac devastantes, manu praedatoria diripientes, eosque hostiliter omnimodis molestarent. Quos tamen, malo suo dum marcham sic invaserant, marchionales turmae in unum collectae, incursu bellico profligatos partim interfecerant, partim victos ceperant, praeter quos fuga ipsis paucissimos quam vix diripuerat.

Iun. Legati vero apostolici honorificentissime a Mogontino archiepiscopo caeterisque omnibus et maioribus et minoribus apud Friteslariam acceptati, causam et rationem sui adventus palam omnibus simul aperiebant, salutem et apostolicam benedictionem pacis, iustitiae, et oboedientiae amatoribus enuntiabant. His gratulanter auditis, Saxonum principes cum rege suo nec non suae partis communiter universis ad pacem indictam custodiendam, et ad tanti dissidii et seditionis causam iuste et sententialiter examinandam, et colloquii sententiam statuti observandam se per omnia domno papae oboedientissimos fore protestati sunt; eo autem pacto, si pars adversaria in id ipsum, datis a se utrisque obsidibus mutuisque iurisiurandi firmamentis, pari voto consentiret. Aliter namque non maximam fidem in regem Heinricum eiusque tantotiens expertam perfidiam et vecordiam se habituros professi sunt. — Patriarcha autem caeterique regis[b] familiares, quos legati apostolici in suo[c] comitatu secum adduxerant, huiusmodi pactum quasi non necessarium diu multumque recusantes, laudare noluerant. Demum vero cum legatos, Saxonum sententiae utpote probabiliori favere persentiscerent, non multum contradicentes, dominum suum quamvis refragantem ad hoc pactum se coacturos fore, ficta et vecordi pollicitatione profitebantur. Ea ratione Saxones legationi apostolicae sedis, si pacis et securitatis firmitudine fieri posset, se cum rege suo oboedientes futuros per omnia subdiderant. Dehinc die et loco colloquii habendi apud Herbipolitanam urbem ab utrisque condictis, hi Saxoniam, isti autem cum legatis apostolicis ad dominum suum remeabant festinanter Ratisponam.

Ipse autem, fidei pactum quod condixerant dum ei notificarent, corde verboque pertinaci parvipendens, pacificum propitiumque se illis exhibiturum fore ob domni papae honorem pariter et amorem, vix ab eis constrictus profitebatur, set si ad deditionem sibi

a) potat 2. b) h. *glossa saec. XIV. in* 2. c) secum *addit* 2.

72) cf. Hugonem Flavin. et Gregorii epistolas ad ipsos legatos et ad Germanos. USS. Gregor. Reg. VII, 3. Mansi XX, 289.

indilate occurrere et humiliari non detrectarent. Eaque conditione colloquium, quod Romae in synodo a legato suo iuratum, et excommunicationis auctoritate a nullis partium utrarumque personis non modo non impediri, quin potius omnimodis observari decretum est, se cum Saxonibus habiturum laudabat; aliter autem nequaquam. Quod 5 cum primatibus Saxonum Alemannorumque caeterisque suis commilitonibus compertum fuisset, quamquam ad condictum colloquium iam consentaneos se domno apostolico exhiberent, tunc simul omnes pertinacem regis Heinrici vecordiam commirantes, et contumacem inoboedientiam detestantes, sollicitudines necessitatesque suas Deo per[a] omnia commendantes domi unanimiter se continuerant.

10 Ipse autem undecumque non modicis suae partis episcoporum caeterorumque complicum suorum contractis copiis, ad praedictam civitatem[73], ac si per hoc apostolico se excusabilem, anathemate periuriique reatu inmunem[b] posset efficere, circa sanctae Mariae assumptionem cum legatis apostolicis, et ipsis ut aiunt muneribus partim corruptis, partim metu minisque confractis, et blanditiis, astutiis, omnique ingenio in illius favorem 15 ferme seductis, temerarius satis pervenit. Illic ad libitum suum synodo hac simulatoria omnifariam per suos synodicos et causidicos secundum cor suum disputaturos disposita, ipse pro regni sui disturbatoribus et invasoribus sese legatis apostolicis intentione satis suasoria querimoniosus proclamavit, et ut Roudolfum cum suis omnibus auctoritatis apostolicae anathemate digno percellerent, satis superque efflagitavit. Multaque id genus 20 adinventionum, accusationumque clamosarum, set non ut fertur ex omni parte idonearum excogitamenta ipse cum suis omnibus tumultuosa nimis animositate inportunus illic set non sententiose concinnabat; se quoque apostolicae deliberationi oboedisse, adversarios autem suos inoboedientiae convictos fore, et in hoc excommunicationi subesse, liberrime asseruit, reatusque probamentis inrefragabilibus. Demum vero apostolicae sedis 25 legati, spiritu libertatis non ut[c] oportuerit roborati, se pro pace componenda proque die locoque colloquii, non huiusmodi autem, set quale Romae a domno papa decretum est, constituendis, et ut[d] sic partis utriusque oboedientiam diligenter examinarent, examinatamque ad sedem apostolicam renuntiarent, missos fuisse professi sunt; seque non solos, set cum aliis suis quos domnus papa destinaverit, deinceps idoneis collegatis ad illam 30 quam tunc expostularent seditionum et praeliorum causam iuste dirimendam[e] iudices nominatos, modo non autem, set futuros fore dispositos, his qui se tantotiens inclamitabant[f], protestati sunt. Eoque responsionis artificioso modo vix se ab inclamantibus et tumultuantibus liberabant; scientes pro certo, regem Heinricum cum consentaneis omnibus suis, colloquii ab apostolica auctoritate statuti non modo non observatorem, quin potius 35 temerarium impeditorem exstitisse, et in hoc anathemati se apostolico palam cum suis complicibus substravisse; nec non ipsum praesentis synodi suae simulatoriae locum cum incolis suis iusto iam iudicio ab episcopo suo similiter damnatum fuisse, seque ipsos his omnibus contra fas et ius canonicum periculose satis communicasse.

Sic anathematicum hoc concilium tergiversatione vecordi tum execrabiliter initiatum, 40 tum execrabilius finitum[74], turbidus satis et animosus Heinricus rex, assumptis secum legatis apostolicis, exercitum quem[g] non mediocrem undecumque contraxerat, in Saxones hostiliter devastandos temerarie multum abhinc dimoverat. Comperto autem tam hostilis incursionis in se suosque impetu, Roudolfus rex in Deo eiusque miseratione[h] confisus et corroboratus fiducia, et ipse non modicum quem studiose collegerat suae militiae 45 apparatum in occursum illius prudenter ordinatum promoverat; missisque ad omnes exercitus hostilis optimates nuntiis, eos per misericordiam Dei obsecratos, humiliter satis rogitavit, quatinus colloquium, quod papa iam pro pace et unitate aecclesiae ac totius regni concordia componenda decreverat, et ipsi cum domino suo observarent, sibique locum eiusdem observandi fide paceque non ficta concederent. Illic denique se per omnia 50 domno papae caeterisque regni optimatibus consentaneum oboediturumque in hac quae instaret causa, firmissime multum cum suis omnibus collaudabat. Si autem id contumaces refutarent, se eis hostem Deo propitiante acerrimum armis congressurum et ut in

Aug. 15.

a) *supra lin. alio atramento* 2. domno papae *ed.* b) inmanem 2. c) *ita* 1*. non *deest ed.* ut *deest* 2. d) *vox deest* 1. 2. e) dirimendāt 2. f) inclamitabunt 2. g) quam 2. h) miserationis 2.

55 73) Herbipolim. 74) Accusativi absoluti.

pacis ac iustitiae anathematicos induratosque contemptores oportuerit, se in illis fore vindicaturum, minime dubitarent.

His auditis, tamque eius inmanissimi et in se efferati exercitus cohortibus per exploratores suos nimis indubitanter compertis, non parum quidem cum belli instantia, tum iniustitiae excommunicationis et inoboedientiae suae conscientia[a] perterriti, dominum suum, quamvis lacrimoso eiulatu diu multumque pertinacissime reluctantem, ad hoc constringebant, ut inminens periculum iuxta consilium illorum dissolvere, seque ab his quibus congredi ac repugnare non sufficeret, quoquo modo liberare non detrectaret. Iustam namque causam a se Saxones cum domino suo expostulare, sequestratis ab hoc sermone episcopis suis cunctis, unanimiter asserebant. Illi quippe lingua tantum pugnaces, ipsos rem mortis gladiis experiri indefessi semper et inportuni instigabant, eam quae ab his egressa et initiata est tam inmanem sanctae aecclesiae regnique totius desolationem discordiam et iniquitatem sic miserabiliter tueri ac corroborare perditissimi satis existimantes. Nec mora, legatis apostolicis ad se vocatis, toto nisu id cum illis actitabant, ut sub anathematis articulo utriusque partis acies indissolubiliter constringerent, ne in se alterutrum bello consurgerent, set potius pace ad invicem confoederati, pro instanti causa in brevi colloquium utpote regni subministeriales et communicipes conderent[b], et per optimates quos ad hoc eligerent, tanti causam dissidii iustae rationis censura componere pertemptarent. Ad haec quidam ex parte Heinrici regis, pace a Saxonibus accepta vicissimque data, eandem causam tam obnixe serii pacificique mediatores cum eis tractabant, donec ab utrisque ad hoc laudamentum perventum est, ut eam partem, quam in colloquio, quod eis apostolico indictum fuit praecepto, iustam fore decernerent, sese omnes unanimiter contraherent.

Hoc quasi honoris defensorio quodam argumento sese artificiose liberantes Saxonibus, qui pactum pacis prius duri prorsus respuebant, tunc gratissima ipsius opitulatione communiti, fugaci vix reversione inde cum rege suo confusi valde discedebant. Quod in primis namque non modica Baioariorum pars, viso Saxonico procinctu obstupefacta, inceperat, deinceps tota pariter castrorum series tumultuose multum peregerat. Sic se domum qualitercumque proripientes, ac colloquii pactum Saxonibus delusis flocci pendentes, iterum rex suos toto nisu ipsos non minimum seductiles in eundem procinctum coartabat, et eos in id ipsum more solito tantotiens peieratos examussim adiurabat. Legati vero apostolici his negotiis, ut aiunt, ac si inviti intermanentes, tandem magnifice donati Romam, set non simul, infectis pro quibus missi fuerant omnibus, regressi sunt. Quorum alter, scilicet Paduanus, tantis muneribus corruptus, cum ad domnum apostolicum perfidiosus ypocrita, collegatum suum, simplicem nimis sanctumque virum, cis Alpes relictum praevenerat, multifariis figmentorum argutiis ac responsis mirabiliter instructus, non solum obiter Longobardos, Romanos etiam, set et ipsum papam decipere, ac Heinrico suo qualitercumque complacare studiosissimus intendit. Humillimam per omnia oboedientiam ipsi, cum quibus excogitare de caetero posset obsequiorum promissis omnibus, ex parte Heinrici pseudolegatus apportavit; et hoc in colloquio et in caeteris, pro quibus se ultra montes transmiserit, quantum ad illum observantiis satis probatum fuisse ostentavit. Cum autem tanta inverecundus audacia tam mendosissimus passim cum suis commendacibus omnes pertinaciter deludere non cessaret, quidam frater[73], a rege Roudolfo suisque consentaneis qui illuc missus hunc praevenerat, satis super illius non sufficiens permirari inpudentiam palam mentientis, ac tot tantosque suis falsitatibus dementantis, ei coram domno papa caeterisque Romanis in medium adducto, in faciem testis veritatis confidentissimus restitit, quousque illum cum suis figmentis omnibus inrefragabili ratione evictum, confessum, confusumque palam omnibus ostentavit. Quippe cum illo pariter in Ultramontanis gestis illius ac negotiis multotiens aut ipse commoratus, aut a veridicis cognitoribus rem totam exploratam sibi diligenter enarrantibus edoctus, tanto testimoniali illum refellebat, quanto eum de universis nil prorsus latebat. Sicque a domno papa iustissime profanatus et abalienatus, domum moestissimus cum non minimo dedecore returnavit.

Dehinc missis litteris papa Petrum illius collegatum ad sedem apostolicam quanto-

a) conscientię 2. b) condrent 2. condicerent *ed.*

73) ipse Bertholdus?

tius redire praecepit. Qui iussis obaudiens, sicut ille mendaciis, ita iste fidei ac veritatis plenitudine testimoniatus, Romam suam honorifice reviserat, totamque inoboedientiam, falsitates, dolos, inauditas vecordias, et quicquid Deo iustitiaeque repugnat, de tyrannide Heinrici domno papae reportabat. Qui tandem verissime legatorum suorum gestis compertis, nichil ultra de Heinrico sciscitatus est: set tamen regi Roudolfo caeterisque suis consentaneis, missis litteris[74] demandavit, se non parum moleste ferre legationis suae inefficatiam; et quam in eum quidam aestimarent in hac causa personarum acceptionem, nullam omnino fore, nullaque usum fuisse levitate, set iuxta ingenii sui intellectum se ad hucusque iustitiae favisse[a] et consensisse, conscio sibi Deo testificatus est. Illos autem in incepto iustitiae tenore perseverare, ut solitus est, paternis praedicamentorum suasionibus obnixe satis cohortatus est.

Rex vero Roudolfus in suam se Saxoniam recipiens, ac colloquium quod cum Saxonibus primates et complices Heinrici callide multum condixerant, tam falso laudatum quam non observatum persentiscens, non parum triste tulit, quod eorum tantotiens expertum illum sic astutissime vecordia delusit. Attamen se prudenter coniuratae illorum contra se expeditioni tunc occurrere magnanimus et constantissimus praeparavit, et si ultra sibi occasio talis ut antea Deo propitiante succederet, ne ita se deluso Heinricus cum suis divaserit, toto nisu incessabiliter praemeditari non quievit.

Heinricus autem per totam circum circa errabundus Bawariam autumnando, qualicumque potuit ingenio et ipse cum suis contrahere non cessavit militum praegrande collegium, mox post nativitatem Domini Saxoniam invasurus. Saxonum quoque plerosque clandestinis maximis munerum et possessionum promissis per internuntios suos familiarissimos incessanter attemptans, sibique corruptos et adiuratos coniungere qualitercumque festinans, indubitalem spem totius Saxoniae sine bello in brevi subiciendae acquisivit.

His etiam diebus Curiensi aecclesiae, iam plus quam annum episcopo suo orbatae, Nortpertum Augustensis aecclesiae praepositum, symoniacum avarissimum, et quo sui erroris non[b] facillime sibi parem consensorem adinvenire nequiverit, illo quem clerus militia et populus aecclesiae ipsius canonice elegerant eiusdem domus praeposito, viro valde religioso, reprobato, invitis et nolentibus universis violenter praefecit. Qui mox omnibus modis et artibus suae, ut semper solebat, avaritiae industrius suberat. Et quia se non per ostium set aliunde in ovile aecclesiasticum ingressum non ignorabat, Mediolanensi heretico antiepiscopo se subesse et ab ipso ordinari debere hereticum, efficere pertemptavit[c]. Mogontinum vero episcopum, cuius vere aecclesia Curiensis subparochiana fore constat, metropolitanum suum non esse, novis et pseudographis quibusdam privilegiis qualitercumque attestari conatus est. Set tamen in hoc non maxime profecit[75].

Aestas vero ipsius anni nimis pluviosa praeteribat, set tamen non magnam frugum penuriam intemperies talis effecerat.

Eberhardus Neapolitanus[76] episcopus, a domno apostolico propter inoboedientiae contumaciam iam damnatus, set a rege Heinrico Herbipolitanae aecclesiae contra ius pro Adalberone episcopo legittimo inde propulsato temere incardinatus, et ipse excommunicatus et excommunicatis toto nisu communicans, cum his quos libenter complexus est portionem habiturus, diem extremum infausta pertinacia letaliter clauserat, iustissime a regno Dei in aeternum excludendus. Cui successit . . .[77] Parthenopolitanae aecclesiae canonicus, canonica electione huic subrogatus. Eodem anno Hiltinisheimensis episcopus Hecilinus ex hac lacrimarum valle, o utinam gratulanter! emigravit ad Dominum, successorem habiturus Utonem, aecclesiae suae canonicum. Parthenopolis quoque isdem diebus pro suo iam feliciter martyrizato archipraesule tandem Hartwigum, Mogontinae aecclesiae camerarium, electione canonica provisorem susceperat. Abbas quoque Massiliensis, Bernhardus nomine, vir non minimae sanctitatis, sapientiae, religionis, caritatisque, qui nonnullas pro iustitia iam iamque constanter sustinuerat persecutionis iniurias,

a) *ita Uss.* fuisse 2. b) *vox abundat.* c) pertemptatū 2. *saec. XIV. corr.* pertemptavit.

74) hodie non extant. 75) Suberat revera ab origine Curiensis ecclesia Mediolanensi metropoli, postea Moguntinae circa S. Bonifacii tempora subiecta. Ordinatus demum est Norbertus IV. Non. Febr. a. 1085. a Wecilone Moguntino schismatico, et anno eodem in synodo Quedlinburgensi depositus. USS. 76) i. e. Niunburgensis ut V. Cl. Stenzel bene observavit. 77) Guntherus.

et quem pro incomparabili tantarum virtutum industria, intimum, familiarem, nec non prae caeteris omnibus re vera sibi dilectissimum domnus papa unice sibi praerogavit, et 78 idcirco Romae sancti Pauli aecclesiae[78] satis idoneum hunc iam primicerium incardinavit; dum Massiliam suam revisitare proponeret, in revertendo febribus mortaliter arreptus, viam universae terrae, tota cordis alacritate ad coelestia suspensus, felix plurimum 5 79 ingressus est. Et apud monasterium[79], quod in via regia Romam euntium situm est, ubi „Nar albus aqua"* cis Sanctum Dionisium transvadari solet, cum devotissimo exequiali honore tumulatus, in pace Christi requiescit 14. Kal. Augusti[a].

*) Nar est fluuius, habens turbidas aquas. Unde Lucanus ait: Sulphurea Nar albus aqua. 2. *in margine, manu eadem.* 10

1080.

Rex Roudolfus nativitatem Domini magnifico plurimum apparatu regio apud . . . sollemnissime celebravit; ubi prudenti cum suis, ut oportuit, intentissime consilio communicato, qualiter Heinrico Saxoniam suam invadere iam iamque attemptanti absque sui detrimento resistere posset, sollicitus satis pertractavit. Qui et ipsis diebus Mogontiaci 15 non dignitate regia set qualitercumque commorans, et militiam[b] non parvam de Burgundia, Francia, Alemannia, Baioaria, Boemia et undecumque collectitans, mox post octa- Ian. 13. vas theophaniae in Saxoniam expeditionem hostili impetu acerrimus promovere non cessavit. Cui rex Roudolfus, collecto et ipse praegrandi suorum militum exercitu, occursare animosus plurimum, Deique misericordiae[c] eiusque iustitiae fiducia summopere cor- 20 roboratus bello congredi constantissime destinavit; eaque intentione ipsi obviam[d] sese bellicoso terrore audacter promovens, vix illius congressum praestolatus est. Namque tam validus zeli Dei ardor illum succenderat, ut si aecclesiae sanctae statum suumque ius legittimum per hoc recuperare posset, se in omne periculum et in ipsam mortem dare nequaquam detrectasset. Heinricus vero milites suos solita infatuans suae callidi- 25 tatis et falsitatis vecordia, promisit absque bello et omni repugnantia hostili, ac ut aiunt iureiurando confirmavit illis, Saxoniae regnum sibi patere, et per Saxonum maiores, quippe quos omnes ferme sibi adiuratos et confoederatos habuerit, hostem suum Roudolfum cum suis optata facilitate sibi captum in manus suas tradendum fore, et idcirco eis nihil periculi aut difficultatis obstare; quin potius, pro quo tot laborum insumpse- 30 rint, sibi secum de caetero tamdiu adoptato libitu conregnare praesto propediem restare. Sic namque seductiles sibique nimium credulos factos, in ipsam mortem periclitandos cavillatorie satis praecipitavit. Regem quippe Roudolfum cum praegrandi exercitus sui collegio et in bellum nimis promptissimo ex improviso ferme offenderant. Quos dum ipse sibi tam proximos arrepsisse per exploratores suos comperisset, quasi illorum metu 35 fugam simulans, locum eis invadendi provinciam cum suis retrogradus artificiose dederat. Ea tamen intentione simulaverat, ne si in alterutrum bello[e] consurgerent, ipsi a se persequente tanto minus more suo diffugissent, quanto infra patriae illius terminos a compatriotis omnibus undique impeti et circumdari Deo propitiante[f] potuissent.

Illi vero fugam Saxonum veram et non dispensatoriam arbitrantes, audacter illos 40 insequentes[g], praedis et incendiis, set prae caeteris dux Boemianus, insistere passim praesumpserant[h]. Unde consilio in id ipsum cum Iuvavensi caeterisque scilicet[i] ad hoc sibi suffragantibus coepiscopis collato, Mogontinus archiepiscopus, cuius eo locorum res aecclesiasticas devastando pervaserant[k], Heinricum sacrilegum huius dissipationis armiductorem cum suis complicibus universis, iusta in eos data sententia, dampnatos et 45 excommunes anathematis strictura convinxerat. Quod iuxta solitum ipsi, Dei iustitiae contumacissimi contemptores, nichili factitantes, Saxonum castris belli caedisque perquam

a) *Hinc inde Murensis et Engelbergensis codices Berhtoldo omisso, Bernoldi textum exhibent:* Doctor Adalbertus facto verboque disertus *etc. usque a.* 1091. b) militia n. parva 1*. c) minime 1*. d) obvia 1*. e) bella *U.* f) propitio *U.* g) consequentes 1*. h) praesumserunt *U.* i) suis *U.* k) pervaserunt *U.* 50

78) Eam cum Massiliensi unire intenderat Gregorius, ut ex eius epistola 7. libri VII. liquet. Cf. quoque VII, 8. USS. 79) Padolironense coenobium seu S. Benedicti in agro Mantuano inter Padum et Larionem fluvios esse putat Ussermannus; sed Nar fluvius hodie est *Nero*, dextram Arni ripam infra S. Miniatum influens; Sancti Dionysii vestigia nulla reperi.

temere spirantes satis approximaverant. Hiemps autem, quae solito asperior tunc inhorruerat, utrisque partibus ad instans negotium non parvo impedimento fuerat. Rex denique Roudolfus hostem adesse comperiens, ac se cum suis cohortibus ad[a] bellum ordinatissime satis instructis bellax nimis et horrendus promovens, in Deo eiusque iustitia magnopere speratus et corroboratus, hostes se gratis impetentes praestolatus est. Nam ipse non caput et inceptor tantae congressionis, set suimet suorumque defensor et liberator, et hoc[b] summa necessitate coartatus, et esse et dici, non minimi nominis et gloriae computavit. Heinricus vero cum suis legionibus ritu bellantium terribiliter multum praeordinatus, impetu acerrimo ipsi congreditur, partim ex adverso, partim per insidias et succentarios ex improviso tota arte sibi rebellantes supprimere et qualitercumque subiugare totus industrius. Sed mox in prima coitione Roudolfus rex cum tanto impetu terrore et incursu pugnacissimus ipsis violenter institit, ut virtutis illius constantiam omnino sustinere non sufficerent; quin potius aut interfecti illic occubuerunt, aut enerves et imbelles fuga se ab eo quamvis turbulenta liberarunt[c]. Post nonam ergo belli conflictatio exorsa, ad usque noctem diversissime perduravit, et quod divino creditur actum[d] iudicio, in ipso pugnae exordio statim partes utrasque turbo nivium[e] ventosissimus tam mirabiliter obtenebravit, ut ferme nemo suos commilitones cognoscere quivisset; donec nox adveniens, fugitantes et persequentes in hoc articulo belligerantes diremisset[f]. Baioarii et Franci cum rege suo praefugere proximum[g] se a tam strage dirissima, praeceleres ac non minimum[h] perterriti, enerviter praeripiebant. De Boemis autem, qui in suis multis milibus confidentes, eidem bello avidissimi se intulerant, utpote qui pro servitutis suae remuneratione hoc solum, ut prae omnibus primi Saxonibus congredi meruissent, percupierant, praecipua strages ac ruina illic facta est. Quorum summam fore determinant 3255, praeter hos qui illic perplures ceciderant de Theutonicis, sive qui de utrisque capti sunt, ad plenum et ad certum non est comprehensum quot fuerint. De militia autem Roudolfi regis 38, et hi omnes praeter duos de minoribus, non de militaribus ensiferis, cecidisse referuntur. Quorum unus Meginfridus, comes quidam Parthenopolitanus, arma iam diu pro Deo deposita ob turpes quorumdam praediorum quaestus apostata resumserat, unde et Dei iusti iudicis ultore gladio illic confossus perierat. Fugatis vero et vi bellicosa passim in diversa hostibus propulsatis, quidam ex parte Roudolfi regis stationem, ubi custodes tyrones et scutarii hostilis exercitus, saumarios vehicula et sarcinas cibariorum sumtuum vestimentorum omniumque[i] supellectuariorum suorum a pugnantibus remoti finemque belli praestolantes observabant, non parum alacres undique circumdantes invaserant, ceperant, et omnia secum sic letaliter spoliatis hostibus in castra sua gratulanter abduxerant.

Ian. 27.

Ergo Heinricus cum suae tyrannidis complicibus sic adversariorum suorum persecutoria inmanitate, famis internecione, frigoris asperitate, tamque fugae dedecorosae et infaustae satis superque profligatus exacerbatione, ipse vix Ratisponam suam qualitercumque revisitavit. Caeteri autem non minus miserabiles, turpes, ac tot miseriis ipsi non impariter contabescentes, patriam suam unusquisque non glorianter multum repetiverunt. Rex autem Roudolfus, recollectis undecumque militum suorum copiis, locum belli ad usque mediam noctem victoriosus occupavit. Set quia tam maxima vis algoris, nec non ad hoc pugnae recentis praecipui labores omnes in id ipsum confectos, defatigatos, ac plerosque illorum vulneratos multifariam exacerbaverant; locum cum his qui interfecti sive adhuc semineces illic procubuere deserentes, in quamdam iuxta villam, ubi frigorosi calefierent ac quiescerent, ad horam divertebant, et mox ante lucem illuc revertentes, ac per totum diem summe triumphantes, gratulanter illic incrastinabant.

Magnus vero dux ac patruus eius Herimannus comes, qui in praecedenti bello Saxonico captus ac Heinrico traditus, iam ab illo pro fidei condictione et promissione quam ipse ac dux praedictus sibi iuraverant, relaxatus ac liberatus est, fidem et auxilium quam ipsi[k] iam antea regi Roudolfo iureiurando contra omnes sibi adversantes confirmaverunt[l], perfidi plurimum infringentes, collectis omnibus quos poterant, addere se fraudulenter ante inceptum bellum praedicto tyranno pertemptabant; set a quibusdam Saxo-

a) ab *U.* b) homo *U.* c) liberarent 1*. d) a. c. *U.* e) nimium *U.* f) dirimisset 1*. g) praefugare 1*. primum *U.* h) minime *U.* i) omnium *U.* k) ipse *U.* l) confirmaverat *U.*

num primatibus illorum perfidiam explorantibus mox repulsi ac refugati, vix domum ab eis salvi se proripiebant. Eadem clandestina perfidiae coniuratione ipsi cum suis omnibus marchionissa Adala, generque suus marchio Eggebertus[80] confoederati, post eventum belli fronte satis aperta, quibusdam firmissimis castellis militum suorum subsidiis derepente occupatis, regi suo pervicaces, apostatae rebellabant. Quos denique Deo favente omnes in id ipsum suam ad deditionem in brevi coegit, et hoc non absque illorum dampnis hisque non minimis. Quippe milites illorum ipsis distrahens, sibique adiuratos[a] cum bonis illorum recipiens, praedia beneficia marchiasque illorum aliis ea percupientissime petentibus et acceptantibus largiens, ipsos de loco ad locum regia maiestate fugans et persequens et omnimodis subiciens, tam multifaria eos coarctavit et humiliavit acerbitate, quoadusque re ipsa experti sunt, quam stultum atque dampnosissimum sit, regi ac domino suo quomodolibet[b] gratis ac fraudulenter recalcitrare. Sic post praedictum quod cum Heinrico gessit maximum bellum, victor gloriosus rediens Goslariam, dehinc his non parum minoribus adusque quadragesimam sollicitus laboraverat[c] tot rebellium et adversantium[d] sibi bellicosis motibus, donec eos sibi subactos[e] dedititiosque[f], prout oportuerat, perdomuit.

Heinricus denique, cum neque bello neque clandestina hac quam cum Saxonum primatibus gerebat coniuratione ad libitum suum proficeret, quin potius teste sua conscientia iustitiae Dei palam contumacem et inoboedientem, et ob id iam apostolica censura excommunicatum cum suis, se repugnare non ignoraret, simulans tandem ob tot et tantas sanctae aecclesiae miserias et desolationes, quas[g] ipse cum suis ei intulerat, sedis apostolicae metum, Romam ex antiepiscopis suis Bremensem et Babinbergensem, set non sine magno ut aiunt auri et argenti pondere, quo Romanos corrumpere ad suum votum pertemptarent, direxerat[h]. Paduanum[i] quoque episcopum, qui[k] praecedenti aestate legatus apostolicus in nostras partes destinatus est, eadem intentione cum quibusdam aliis suis familiaribus peccunia copiosissima onustum et suffarcinatum illuc transmiserat; qui iam ab ipso muneribus non minimum corruptus set et[l] ad corrumpendum alios intentus, in ipso itinere a quodam suo comite ex industria lancea perforatus, ad inferna corruptissimus quam repente Dei iudicio praecipitatus est. Thesaurus autem, propter quem . . . . .

Reliqua exciderunt.

a) adiuratis 1*. b) quamlibet 1*. c) laboraret 1*. d) adversariorum *U.* e) subiectos *U.* f) dedidítiosque *U.* g) quos 1*. h) dixerat 1*. i) Baduanum 1*. k) quo 1*. l) *deest* 1*.

80) Saxoniae marchio.

BRUNONIS

LIBER DE BELLO SAXONICO.

Bruno, natione Saxo, Magdeburgensis ecclesiae clero adscriptus[1], *familiaris*[2] *fuit Werinheri archiepiscopi, qui belli inter Heinricum IV. regem et principes Saxoniae exorti una cum Ottone duce praecipuus auctor, a.* 1075. *cum reliquis principibus sponte sua regi se tradidit, et postquam in patriam redux, a.* 1077. *Rodulfum Suevorum ducem in regnum elevaverat, a.* 1078. *ex pugna Melrichestadensi profugus inter rusticorum manus occubuit. Cui anno* 1079. *Hardwigo archiepiscopo suffecto, Bruno ad Werinherum Merseburgensem episcopum, patroni sui defuncti amicum et in omnibus quae pro re publica egerat socium, se contulit, et in familiam episcopi receptus*[3], *domino suo dilectissimo gratum animum ostensurus, anno* 1082.[4] *quod optimum poterat, librum de bello Saxonum cum Heinrico obtulit. Eiusmodi donum viro quem Thietmari libros manibus trivisse novimus*[5] *gratum et acceptum fuisse, facile creditur. Bruno „breviter et veraciter sicut ab his qui rebus interfuerant cognoscere poterat“ scribendum sibi proposuit*[6]. *Ipse quidem duorum episcoporum, qui magna pars belli erant, consilio opereve*[7] *adiutor, quae cum ipsis*[8] *aliisque non solum Saxonum sed et Heinricianarum partium principibus*[9] *collocutus compererat, quaeve ipse praesens viderat*[10] *vel in publicis indubitatae fidei scriptis*[11] *legerat, memoriae tradidit. Nec fidei eius in universum officit, quod patriae amore et odio servitutis ductus acrius in Heinricum invehitur*[12], *quum in tanta rerum commotione vir nulli parti addictus vix ac ne vix quidem reperiri potuerit, et noster scelera ab Heinrico iuvene*[13] *perpetrata vel a familiaribus eius se accepisse profiteatur. Heinrici res cum Gregorio VII. nonnisi quantum ad bellum Saxonicum faciebant attigit, et summum pontificem patriae semper posthabuit. Bellum igitur civile, quale nondum compositum Saxonum principibus apparuit, Bruno scribendum sibi proposuit. Eminet liber documentis authenticis insertis, scribendi ratione vivida, aliquotiens faceta et iocosa*[14], *stilo simplici, sententiis rhythmo quodam praeditis et haud raro in eosdem sonos exeuntibus, et licet adversae partis scriptoribus Ekkehardo Uraugiensi*[15] *et aliis minime*

1) c. 38, 39, 40. 2) c. 38 et 52. 3) praefatio. 4) Opus absolvit post d. 26. Decembris anni 1081 (c. 131.), superstitibus Werinhero († a. 1101.), Burchardo Halberstadensi episcopo (c. 83.) († a. 1088.), Hermanno rege et Ottone duce (c. 131.), quorum ille a. 1087, hic d. 3. Id. Ianuarii a. 1083. obiit. 5) SS. III. p. 729. 6) praefatio. 7) c. 52, cf. c. 58. 8) cf. cap. 96. „ab ipsius ore non semel audivi.“ 9) c. 13. 10) e. g. c. 38, 40, 52. fortasse et Werinherum utrumque in itineribus comitatus fuerat, fortasse epistolas eorum nomine scripsit. 11) c. 42, 48, 49, 51, 59, 65, 66, 67, 69 etc. 12) Res fere incredibiles de eo referre accusatur; sed nostro quoque tempore res multis incredibiles visas oculis nostris vidimus et auribus nostris audivimus. 13) Brunonem initio operis de iuvene Heinrico scribere patet; unde nonnulla a V. Cl. Stenzel T. II, 55—66. in eum monita diluuntur. 14) e. g. cap. 75, 77, 83, 96. 15) Ekkehardus nostrum novisse videtur, sed in chronico suo a. 1068—1080. res plerumque diversas scribit.

placere potuerit, apud posteros tamen haud parva auctoritate gavisus esse videtur, quum maxima eius pars saeculo XII. exeunte ab Annalista Saxone, et saeculo XVI. ineunte ab auctore chronici Magdeburgensis transscripta sit. Sed unus tantum libri codex extat, in monasterio Veteris Cellae saeculo XV. exeunte exaratus, unde editiones Freheriana, Struviana et nostra fluxerunt. Servatur hodie

1.) *in bibliotheca universitatis regiae Lipsiensis numero* 1323. *insignis, chartaceus in* 4°. *foll.* 2—55 *Brunonem, foll.* 55′—66 *quaedam ex Platina transscripta, foll.* 66′—73 *excerpta ex Ekkehardo Uraugiensi complexus, hac epigrapha:* Finit de bello Saxonico . et fine Henrici quarti . 19. Iulii Anni 1500. per fratrem M. S. Tunc priorem. Gratia Deo. *Foll.* 74—83. *alius codex legendas de S. Antonio exhibet. Scriptor multis compendiis usus, textum in universum qualem repererat fideliter et accurate secutus, nonnulla tamen haud bene intellexisse et in formis nominum propriorum suum potius tempus expressisse videtur. Capitum initium littera rubra indicat.*

1b.) *Chronicon Magdeburgense, cuius codex in membrana scriptus anno* 1600 *a Marquardo Frehero ad Meibomium transmissus*[15] *et postea Tomo II. SS. Germ. Meibomii typis evulgatus est, omnia quae inde a pagina* 288 *usque ad p.* 319 *leguntur, praeter* 21 *lineas paginae* 313 *et tres lineas paginae* 314, *ex capitibus Brunonis* 1—41, 44—47, 52—58, 60—65, 68, 74—102, 117, 121—131, *documentis scilicet plurimis praetermissis, petivit. Textus in minimis etiam tam presse ad lectionem codicis* 1. *accedit, ut non ex eo quidem sed ex communi cum eo fonte fluxisse censendus sit. Sunt enim loci nonnulli, quibus utriusque scriptores idem vocabulum diverse intellexisse et expressisse patet, e. g. cap.* 40, *ubi Lipsiensis lectio* ymmo *ex Magdeburgensi* nimio *emendanda erat. Quum autem alia in utroque eodem modo peccentur, e. g. cap.* 56, *ubi uterque ex fonte iam corrupto Ekkiberti marchionis nomen* Erribertum *effert, gratulandum est, quod in textu restituendo ope*

2.) *Annalistae Saxonis uti licet. Qui annis* 1067—1082 *plurima ex Brunonis capitibus* 1, 5, 16, 2—15, 17—31, 32, 31, 33—47, 52, 47—51, 53—56, 64, 57, 58, 60—63, 65—68, 70—74, 82—88, 75, 74, 76—78, 80, 79, 81, 89—97, 99—101, 96, 101—103, 76, 77, 104—116, 98, 117—123, 122, 123 —131 *narrationi inserens, codicis saeculi XI. aut XII. quo usus est, lectionem haud raro optimam, necnon et sententias aliquas quae in codicibus* 1. *et* 1b. *communi fato exciderunt, servavit. Quarum tamen nonnisi eas, quas aperte sensus requirebat quasve minime ex aliis Annalistae fontibus, Ekkehardo praecipue Uraugiensi, cuius pauca nonnunquam verba textui infert, derivatas constabat, in textu recepi. Usus sum codice Annalistae authentico, inter libros bibliothecae regiae Parisiensis ex coenobio S. Germani adportatos numero* 440. *signato, cuius lectiones Waitzius noster enotavit.*

3.) *In textu epistolarum Gregorii VII. papae et aliarum restituendo, ad Registrum Gregorii et Pauli Bernriedensis vitam Gregorii VII. recurri, et ex codice Trevirensi finem epistolae ad Rodulfum regem scriptae subieci.*

Quibus subsidiis ita usus sum, ut codicem 1, *cuius copia mihi a viris doctissimis et de re nostra bene meritis DD. Ernesto G. Gersdorf bibliothecae universitatis Lipsiensis praefecto, et Gustavo Haenel eiusdem custode, libentissime facta est, fundamenti loco ponerem, et cum in scribendis nominibus propriis*[16] *tum aliis in locis ubi necesse erat, reliquorum, praecipue Annalistae*

15) v. Meibomii iunioris praefationem.

16) Constanter scribo Heinricus, Adalbertus, Werinherus,

Saxonis ope, corrigerem; capitum divisione auctoritate codicis Lipsiensis instituta.

Prodierat Bruno primum anno **1600.** *edente Marquardo Frehero, inter SS. Germ. T. I.* **99—153**; *textus est codicis Lipsiensis, sed saepe haud bene enodatus, et saepius ex chronico Magdeburgensi*[17] *aut ex coniectura probabili correctus. Qua editione a.* **1717.** *repetita, Burcardus Gotthelfius Struvius loca nonnulla adhibito iterum codice Lipsiensi emendavit, alia tamen vitiavit*[18]. *Quarum cum editione nostra collatio, nobis quoque non pauca emendanda relicta fuisse ostendet.*

Bruno initium anni a nativitate Domini computat[19].

PROLOGUS SAXONICI BELLI.

Domino suo dilectissimo, numquam sine pia veneratione nominando, Werinhero[a] *sanctae Merseburgensis ecclesiae praesuli venerando, Bruno, licet perexigua suae tamen familiae portio, quicquid valet hominis utriusque devotio.*

Inter eum qui munus aliquod donat, et eum cui donatur, haec est observanda ratio, ut cum iste in thesauris nichil pretiosius quod donet invenire valeat, tunc ille munere tali nichil iocundius accipiat. Quod ego considerans, cum paternitati vestrae, cui pro viribus meis immo ultra vires meas semper servire desidero, munus aliquod offerre voluissem, quo fervorem mentis etiam foris alicuius operis attestatione monstrarem, omnibus scriniis mearum facultatum perquisitis, solum litterarum genus inveni, quod et vestrae convenire dignitati et meae non impar esse putarem devotioni. Hoc enim munus ceteris omnibus, quae sibi invicem possit benignitas humana largiri, pretiosius aestimo, quia eius et origo nobilior, et usus excellentior, et aetas probatur esse diuturnior. Aurum namque vel cetera quae homines praecipua ducunt, de terrae visceribus nata[b]*, nullum tribuunt animae profectum, sed fragilitati corporeae breve subsidium vel etiam luxuriae praebent turpe servitium, et dum corpora sustentant hominum, effugere proprium non possunt interitum. Quamvis etiam si quieta iaceant, non sint tuta, dum tinearum morsibus vel scabra rubigine corrosa, diu manere non valeant. Studium vero litterarum a lateris animae stercoribus*[c] *ligone rationis effossum, nullum debet corporis imbecillitati servitium, sed eum, cuius industria processit, format et instruit animum, adeo senectutis vel interitus ignarum, ut etiam ea quae torrente violentia temporis rapiuntur ad interitum, ab ipso temporis impetu litterarum virtus conetur eripere, et semper nova quasi stationaria legentibus ostendere. Igitur bellum quod Heinricus*[d] *rex cum Saxonibus egit, volo breviter et veraciter scribere, sicut ab his, qui rebus intererant, potui cognoscere. Quod cum sui magnitudine, tum*[e] *misericordia Dei, quam in ipso bello experti sumus, est memorabile, sicut in sequentibus, si quis legere dignabitur, poterit agnoscere. Sic enim in flagello vino severitatis oleum pietatis admiscuit, ut et prophetam vera locutum esse gaudentes agnosceremus: cum iratus fueris, misericordiae recordaberis, et apostolum: fidelis Deus, qui non permittet vos temptari super id quod potestis. Sed priusquam incipiam ipsius belli seriem explicare, oportet me pauca de pueritia vel adolescentia eiusdem Heinrici praemittere, ut dum, qualem vitam puer vel adolescens agebat, lector agnoverit, minus miretur, quod intestinum bellum vir factus inceperit. Verum ne hoc opus quilibet in manus accipiens statim velit conspuere, placuit michi illud vestri nominis praenotatione munire, quatenus dum vestrum nomen pagina prima demonstrat, sequens opus a sputis defendat. Ergo vestra dignitas dignetur illud tanta alacritate suscipere, quanta a me offertur devotione.*

a) Werinnero 1. b) *ita edd.* nato 1. c) secretioribus *ed.* d) Henricus 1. *nonnunquam.* e) t. magis m. *ed.*

Fridericus, Halberstadensis, ———burg, Bawarii, Boemii, Merseburg, Magedaburg, Babenberg, Herimannus, Sigefridus, Wirtzeburg, exsurgo, exstirpo. 17) cf. e. g. cap. 65. in fine „non iuramento“, cap. 40. v. infra. 18) ita cap. 40. in Magdeburgensi prato *cerros* pugnantes codicem Lipsiensem secutus scripsit, quum iam Freherus ex chron. Magdeburgensi recte *corros* scripsisset, Annalistae quoque Saxoni probatum. 19) cf. a. 1076 - 1081. cap. 131.

SAXONICUM BELLUM INCIPIT.

1056. 1. Postquam Heinricus imperator ab hoc seculo felici morte migravit, filius eius Heinricus quartus, infeliciter in hoc seculo relictus vitae, regnum patris electione communi suscepit. Quod quia adhuc decenter, utpote puerulus quinquennis, gubernare non potuit, ipsum cum regni cura[a] curandum cunctorum iussu principum mater ipsius Agnes venerabilis imperatrix accepit. Sed cum procedente temporis cursu, puer aetate quidem sed non sapientia vel apud Deum vel apud homines proficeret, matrisque monita regio fastu tumidus[b] iam minus audiret, Anno, Coloniensis praesul venerandus, eum violenter matri eripuit, (1062. Mai.) eumque cum omni diligentia, sicut decebat imperatoriam prolem, non tam regi quam regno prospiciens, nutrire curavit. Non enim ignorabat, quod rex insipiens perdet populum suum, et civitates[c] habitabuntur per sensus[d] prudentium, nec nesciebat etiam, quod sicut aliquos humili stirpe procreatos virtutes declarant, sic a magnis natos parentibus, si doctrina bonique defecere mores, culpae dedecorant. Verum postquam ille, puerili simplicitate transcursa, adolescentiam, quae communis est omnium campus flagitiorum, ingressus, ad bivium Samiae litterae pervenit, (Horat.) derelicta sublimi semitae dexterioris angustia, declivem plateae sinistrae latitudinem, qua incederet, elegit, calleque virtutum penitus abdicato, totis viribus post concupiscentias suas ire disposuit. Quod ut liberius facere potuisset — non enim sub illo magistro sibi licebat, quicquid libuit —, prius magisterii illius auctoritatem a se penitus excussit, et qui ad regnum gubernandum fuisset electus, iam se ab aliquo gubernari est dedignatus. Igitur rex ab episcopo manumissus, (1065. Mart. 29.) cum sui iuris esse coepisset, tunc patefecit quin[e] viam vitae sectari decrevisset. Vepres enim libidinum[f], quae in hac aetate etiam eos fatigant qui eas in se frequentibus ieiuniis arefaciunt et assiduis orationibus eradicant, eo fructuosius in eo germinabant, quo eas nec ipse, utpote igne primae iuventutis ardescens et regni luxus deliciis affluens, ab agro sui cordis evellebat, nec eas aliquis ab eo, rege videlicet monitores aspernante, exstirpare[g] ferro correptionis audebat.

2. Erat eodem tempore Bremensis praesul Adalbertus[h], sic typho[i] superbiae turgidus, ut nec in seculari nobilitate nec in sancta conversatione quemquam putaret sibi aequalem. Ipse cum in aliqua summa festivitate publicam missam rege praesente celebraret, et populo verbum Dei dicturus ex more locum altiorem ascenderet, inter cetera quasi bonos et nobiles in hac terra conquerens defecisse, se solum et regem, se scilicet anteponens regi, dixit de nobilitate remansisse, — cum duo fratres ipsius iisdem parentibus nati[k] starent praesentes, — et quamvis apostolorum principis, fratris sui, Petri nomen non haberet, se tamen eandem quam Petrus habere potestatem, vel etiam maiorem, quia Dominum suum non, ut Petrus, umquam negasset.

3. Ipse cuidam in suo episcopatu abbatissae[l], quae nescio quid[m] in eum peccaverat, praecepit per obedientiam, ut intra dies quindecim hanc praesentem relinqueret vitam. Et quia ipsa tunc aegrotabat, ille vanus suum in ea praeceptum impleri posse sperabat, et si casu moreretur, mortuam suo iussu volebat ut crederetur. Die vero 15. illa iam sanitate recuperata, misit episcopo legatum, nescio pro qua causa. Quem[n] ut ille de longe adventantem vidit, sibi assidentibus laetabundus dixit: *Numquid mea potestas minor in ista, quam fratris mei Petri fuit in Saphira? Ecce ista misera est mortua, auctoritate iubente mea!* Sed postquam, nuntio propius accedente, vivere eam et ab infirmitate convaluisse cognovit, a superbia sua valde confusus obticuit.

4. Aliquando cum, sicut solebat, in curia regis esset, et mensam regis cottidie delicatioribus quam ipse rex epulis oneraret, quadam die cunctis ad cibum pertinentibus prae nimio luxu consumptis, dapifer eius nichil habebat, quod tum[o] ex consuetudine sua venustum ipsique regi comedendum, mensae regis imponeret[p]; sed nec erat pretium quo cibum emeret pretiosum, quia in similem usum totum consumpserat argentum. Quod cum episcopus non ignoraret, die illa latitabat, ne eum dapifer invenire potuisset, volens ut ille per suam industriam quolibet modo perquireret, quod ad mensam sibi decenter apponeret. Sed ille postquam dominum suum diu quaesitum tan-

a) causa *ed.* b) faustu tumultus 1. c) civitate 1. d) ss' 1. e) *ita corrigo; cf. cap.* 11. q̇a 1. quam *edd. sed* via vitae *est* via salutis. f) liuidinum 1. g) extirpare 1. h) *ita, vel* adelbertus 1. i) typo 1. 1b. k) orti 2. l) abatisse 1. m) quia 1. n) Quam 1. o) *ita emendandum esse videtur.* cum 1. *deest* 1b. p) imponerent 1.

dem in capella quadam, quo confugerat, esse cognovit, ad hostium capellae confidentius pulsans, se intromitti postulavit. Cuius vocem ut episcopus agnovit, subito se in terram quasi in orationem prostravit. Ille ingressus, ut eum iacentem conspexit, et eum nec tussi nec screatu erigere potuit, tandem sese iuxta episcopum velut simul oraturus 5 extendit, et ei in auriculam loquens: *Orate*, dixit, *ut vobis hodie sit, quod manducetis; quia nondum quicquam, quod honeste super mensam vestram ponatur, habetis.* Episcopus velut ab extasi repente expergefactus: *Quid*, ait, *stultissime, fecisti, qui me a colloquio Dei temerarius abstulisti? Si, quod frater Transmandus*[a] *videre meruit, tu vidisses, numquam michi posito in orationibus appropinquasses.* Ille autem in praesens aderat, et quia 10 talia videbat episcopo placere, angelos cum eo loquentes in oratione se iam dudum dixerat vidisse. Erat autem ipse pictor ab Italia.

5. Hic igitur episcopus ubi regem velut infrenem equum per abrupta flagitiorum ruere vidit, eius se lateri familiariter adiungere quaesivit; non ut vitiorum spinas, quae fuerant ortae, manu severae auctoritatis radicitus erueret, et virtutum semina episcopali 15 praedicatione plantaret, sed ut germina vitiorum adulationis aqua rigaret, et si quae virtutum fruges emergerent, amaritudine perversi dogmatis enecaret. Neque enim ut ante, dum perpetratis facinoribus caveret, cum Tobia dicebat: *Attende tibi ab omni fornicatione, et omni tempore benedic Deum, et pete ab eo, ut vias tuas dirigat;* nec ut perpetrata lacrimis poenitentiae lavaret, cum Nathan sub velamento parabolae ferrum incre- 20 pationis portavit, quo ulcere mentis repente percusso conscientiae virus efflueret; sed velut apostolicum dabat ei praeceptum: *Fac omnia quae placent animae tuae; hoc solum observans, ut in die tuae mortis in recta fide inveniaris;* cum scriptura dicat: *Post concupiscentias tuas non eas*, et rursum: *Non semines mala in sulcis iniustitiae, et non metes ea in septuplum.* Ille vero ita docebat, quasi sit in hominis potestate, in una hora mu- 25 tare vitam suam, cum proverbium sit: *Adolescens iuxta viam suam etiam quum senuerit, non recedet ab ea*, et: *Odorem quem semel imbiberit recens testa, diu servabit.* Hac igitur episcopi non episcopali doctrina rex in nequitia confortatus, ivit per libidinum[b] praecipitia, sicut equus et mulus quibus non est intellectus; et qui multorum rex erat populorum, thronum posuit in se libidini, cunctorum reginae vitiorum. [Horat.]

30 6. Binas vel ternas simul concubinas habebat; nec his contentus, cuiuscumque filiam vel uxorem iuvenem et formosam audierat, si seduci non poterat, sibi violenter adduci praecipiebat. Aliquando etiam ipse uno sive duobus comitatus, ubi tales esse cognoverat, in nocte pergebat; et aliquando voti sui mali compos efficitur, aliquando vero vix effugiebat, ne a parentibus amatae sive marito occideretur. Uxorem suam, 35 quam nobilem et pulcram suasionibus principum invitus duxerat, sic exosam habebat, ut post nuptias celebratas eam sponte sua numquam videret[19], quia[c] et ipsas nuptias non sponte sua celebraverat. Ergo multis modis eam a se separare quaerebat, ut tunc quasi licenter illicita faceret, cum hoc, quod licebat, coniugium non haberet.

7. Denique cuidam de suis familiaribus, ut peteret reginae concubitum, praecepit, 40 magnumque ei praemium, si potiretur eo, promisit, quod inde illam non negaturam sperabat, quia iuvencula, virum experta, iam quasi deserta vivebat. Regina vero sub femineo corpore cor habens virile, statim de quo fonte consilium hoc emanaret intellexit. Et primo quidem velut indignata negavit; sed sicut ille pertinaciter, sicut praedoctus erat, instaret, quod rogabatur, ore tantum promisit. Ille gratulabundus rem regi nuntiat, 45 et horam qua perficienda esset indicat. Rex vero laetus ad cubiculum reginae simul cum adultero pergit, ut dum eos pariter commisceri ipse videret, eam a suo coniugio legaliter abiceret, vel etiam, quod magis volebat, occideret. Sed cum adulter ad hostium reginae pulsaret, et hoc illa velociter[d] aperiret, rex timens, ne, illo prius intromisso, ipse excluderetur, ostium concitus irrupit. Quem regina agnoscens, adultero foris relicto, 50 ianuam citissime clausit, et suis virginibus convocatis, eum scamnis et baculis, quae arma ad hoc collegerat[e], in tantum verberavit, ut eum semianimem relinqueret: *Fili meretricis*, inquit[f], *unde tibi haec audacia, ut*[g] *reginae, quae fortissimum habet maritum, sperares adulteria?* Ille clamat, se esse Heinricum, se esse ipsius maritum, se voluisse legi-

a) *ita* 1. 1b. trosmandus 2. b) liuidinum 1. *saepius.* c) Quia 1. d) volociter 1. e) colligerat 1. f) *ita* 2. 55 *deest* 1. inquiens 1b. g) ut r. q. f. h. m. s. a. *desunt* 1. 1b. *addit ea* 2.

19) anno demum 1071. filium ex ea tulit.

timum eius concubitum. Illa reclamat, hunc non esse maritum, qui furtivum quaesisset adulterium; si maritus esset, cur non aperte ad suum thorum accederet? Itaque pene usque ad mortem percussum de cubiculo eiecit, ostioque clauso lectum suum petivit. Ille quid sibi accidisset, nulli ausus est confiteri; sed aegritudinem aliam simulans, integrum fere mensem iacuit in suo cubili Illa enim non capiti, non ventri pepercerat, sed totum corpus integra cute contuderat. Qui postquam convaluit, quamvis acriter correptus, antiqua flagitia sua non deseruit.

8. Si qua coram eo querelam de qualibet iniuria fecisset, et ab eius regia potestate sibi iustitiam fieri postulasset, si illius insaniae aetas eius et[a] forma placebat, pro iustitia, quam petebat, iniustitiam multiplicem reportabat Nam postquam ipse in ea quamdiu placuit libidinem suam implevit, alicui de famulis suis eam velut uxorem dedit. Ita nobiles in hac terra mulieres, ipse prius eis turpiter abusus, servili coniugio turpius dehonestavit. Haec omnia vidit ille falsus et fallens episcopus[b]; vidit, neque prohibuit; immo sua doctrina eum, quo sine timore vel pudore talia faceret, velud adhortando confortavit. Stultum namque dixit esse, si non in omnibus satisfaceret suae desideriis adolescentiae.

9. Multa et magna in hoc genere eius flagitia sponte praetereo, quia ad alia alterius generis ipsius scelera festino; hoc tantum hic ultimum locum teneat, quod in eo iustus iudex inultum non relinquat[c], ignominia videlicet quam sorori suae fecit[20], quod eam manibus suis depressam tenuit, donec alius ex ipsius iussu coactus fratre praesente cum ea concubuit; cui non profuit, quod imperatoris filia, quod ipsius ex[d] utroque parente soror unica, quod sacro capitis velamine Christo fuerat desponsata.

10. Sed quia nefanda stupra nefandiora generare solent homicidia, sicut ille non unam Bathsebam[e] libidinosus stupravit, ita non unum Uriam crudelis interfecit. Tot enim in homicidiis inmania perpetravit facinora, ut dubium sit, quae maior sit eius infamia, libidinis incestae an crudelitatis inmensae. Omnibus erat horribiliter crudelis, sed nullis ita ut familiarissimis suis. Qui omnium particeps erat secretorum eius, et conscius vel adiutor flagitiorum sive facinorum, dum securus sui de aliorum morte tractanti favebat, coactus est mortem pati, quam non timebat. Et hoc pro qua culpa? Quia unum contra eius voluntatem dixit verbum, vel tacens, aliquod eius consilium sibi non placere, gestu quolibet ostendit. Multos namque consiliarios habebat, sed nullus ei dare consilium audebat, nisi quod ipsi placeret. Si quis vel inscius aliquid quod nollet ei consulebat, delictum quod ignoranter egerat, sui sanguinis effusione luebat. Nec alicui suam demonstrabat iram, donec incauto faceret auferri vitam.

11. Quidam de secretariis suis nomine Conradus, — iuvenis nobilitate et moribus insignis, si hoc solum ei Deus dedisset, ut consiliarius regis numquam fuisset — hic erat quadam die Goslariae, certus se tam bene gratiam regis habere, sicut tunc cum eam habebat optime. Rex autem erat in Hertesburg[f] castello, quo praeter[g] eos, qui facinorum ipsius erant conscii et fautores, nullus nisi nomine vocatus ascendebat. Mittit igitur rex Goslariam, iubens ut Conradus ad se citissime veniat, et nullum praeter armigerum suum, qui se comitetur assumat. Ille se putans ad aliquod consilium, cui nulli praeter se liceret adesse, vocari, ut fidem suam maiorem ostenderet, etiam plus quam iussus fuisset fecit, et ipse suus armiger factus, cunctis incomitatus equitavit. Ergo veniens in silvam, vidit insidias, nec credidit eas sibi paratas; tamen quia, utpote solus, tantam multitudinem timuit, ecclesiam quae prope erat celeriter petivit. Burchardus Misnensis praefectus, huius latrocinii[h] ductor nequissimus, ad ecclesiam sequitur, eique, si velit egredi, quod nichil mali patiatur in sua fide pollicetur. Ille quamvis ei nullam fidem haberet, tamen sciens, quod si sponte non exiret, ecclesiae non parcerent, exivit eiusque se fidei commendavit. Quem ducentes in solitudinem, sicut erant iussi, crudeliter interfecerunt; et nec in ipsa morte ei, quare moreretur, indicaverunt. Nec umquam vere cognovit aliquis, quare fuisset occisus, nisi quidam mussitabant[i], quod illi rex imponeret, quia cum quadam concubina sua iacuisset. Sed rex, ut suspicionem mortis eius a

a) vel 2. b) c. Adelbertus 1b. 2. c) reliquat 1b. relinquet 2. d) *deest* 1. 1b. e) Bersabe 1. *et edd.* f) hertesburck 1. hertesburh 2. g) propter 1. praeter 1b. 2. h) latrocii 1. i) musitabant 1.

20) Idem Saxonum legati apud Lambertum p. 198. innuere videntur.

se tolleret, auctores eiusdem mortis, quos latitare ad horam iusserat, persequi ab omnibus amicis suis imperat; et illum sepeliri in loco fecit honorabili, ipseque eius sepulturae tristis interfuit, et ut ad omnia simulanda doctus erat, non parum lacrimarum fudit. Sed nulli, quin esset, sicut erat, praecepto regis occisus, credibile fuit.

12. Fama fuit, quod quendam de familiaribus adolescentem nobilissimum sua manu, dum quasi iocaretur, interfecerit; et eo furtim sepulto, in crastino quasi poenitens ad suum magistrum Adalbertum episcopum venerit, et ab eo sine ulla satisfactione indulgentiam perceperit[a]. Sed quia huius rei veritatem michi non contigit agnoscere, placuit michi eam inter ambigua relinquere, quamvis pene omnibus versaretur in ore.

13. Novi autem quendam de familiaribus regis, qui aliquando de curia venit ad fratrem suum, — frater autem ille episcopus erat[b] — et quasi iactando fratri suo narrabat, quod nullus esset in curia, qui magis quam ipse esset in regis gratia. Quod cum frater eius episcopus libenter audiret, eumque diligenter ammoneret, ut gratiam regis omnibus modis servare quaereret, quia et ipsi honestum et omnibus suis utile esset: *Facerem*, dixit ille, *si simul cum gratia terreni regis possem tenere gratiam coelestis. Sed veraciter*, inquit, *agnovi*, *quod si quis huius regis familiariter habet gratiam*, *habere non poterit aeternam vitam.* Igitur paulatim se sicut prudens a curia subtrahebat, et iam minus et minus ad secreta regis accedebat, et nec omnino aberat, nec sicut erat solitus frequens aderat. Quem ubi rex minus assiduum vidit in suo servitio, causam quare faceret non inquirit, nec ei quicquam malae voluntatis ostendit; sed suo iam volens parcere ferro, quaerebat eum perdere ense alieno. Itaque, pro qua causa ficta vel vera nescio, misit eum ad regem Rusciae[c]. Quam legationem ille libenter accepit, primum quia per hoc quasi probavit, se a gratia regis non abesse, cui secreta non dubitaret ut antea credere; deinde quia speravit, se legationis huius labore meriturum, ut legatione prospere peracta reversus, non parvum a rege deberet accipere beneficium; nec haec etiam minima fuit causa, quia libenter aberat a curia. Igitur perrexit, nec adhuc, quid de se dispositum fuisset, intellexit. Post aliquot vero dies, cum vespere declinasset in diversorium, iubet sibi bonum parari convivium. Cumque iam comites eius aliquantum bibissent, exilivit Sclavus quidam, vilis persona, et: *Nescio*, dixit, *quid est quod ego porto*, *quod episcopus*[d] *Eppo michi dedit, et ut regi, ad quem missus vadis, darem praecepit.* Quod cum sibi ille monstrari rogaret, protulit Sclavus epistolam regis imagine sigillatam. Ille nil moratus sigillum fregit, clericum suum, quid illae litterae vellent, exponere sibi praecepit. Clericus legit, et exposuit; hic autem sensus erat in litteris: *Scias in hoc te maxime, qualis amicus michi sis, posse monstrare, si hoc effeceris, ut iste meus nuntius numquam in meum regnum possit remeare; quod utrum*[e] *aeterno carcere vel potius efficias morte, nichil puta differre.* Litteris itaque consumptis igni, ipse laetus iter suum peregit, legationem prudenter implevit, non parvo munere donatus rediit, domino suo regi regalia dona portavit.

14. De quodam intimo ipsius consiliario, cuius vocabulum sicut aliorum multorum sponte praetereo, rem comperi, quam idcirco hic placuit inseri, quia duo non minima continet in se regis vitia, quae sunt videlicet crudelitas et luxuria. Hic cum non esset ortus a Saxonia, duxit uxorem natam de Saxonia, virginem tam formosam corpore quam et nobilem genere. Rex ipse eam illi a parentibus eius impetravit, rex ipse nuptiis interfuit, sed dubium, utrum magis pro sponsi honore vel[f] pro amore sponsae. Nondum illa desponsatae[g] virginalis pudicitiae[h] pudorem deposuit, cum rex omni pudore deposito, ut eam sibi ad lectum suum mitteret, ipsum sponsum petivit. *Cum nec ullam rem,* dixit ille, *nec ipsam vitam vobis umquam velim negare*, *haec sola res est*, *quam nec vos decet a me petere*, *nec ego vobis possum concedere.* Rex magnus dissimulator, dolorem quem[i] in corde magnum habuit, nec vultu nec verbis ostendit. Post non multos autem dies, cum ille iam securus nichil sibi timeret, rex fere media nocte misit ad eum, praecipiens, ut solus ad se veniret. Ille quamvis more regis cognito certus esset, quod in ipsa nocte mori debuisset, tamen, quo iubebatur, ivit; sed prius loricam triplicem subtus tunicam induit. Cumque ad vestibulum cubilis regii venisset, ecce duo gladii ad duo latera eius

a) pepercit 1. b) Frater archiepiscopi eiusdem, Fridericus palatinus comes, fratri iactans aliquando narrabat *etc.* 2. c) *ita* 2. ruciae 1. d) e. Cicensis Eppo 2. e) *ita ed.* q̇ vr̄e 1. f) an 1b. g) desposite 1. h) pudicie 1. i) quam 1.

affixi, in mediis eius visceribus sibi obviarent, nisi eos thoracis fortitudo repulisset. Ille tamen ad regem pervenit, et ei qualiter ante cubile eius susceptus esset indicavit. Cui rex praecepit, ut si deinceps vivere vellet, hoc ab eo nullus umquam sciret.

15. Omnibus his malis hoc malum superaddidit, quod ceteris omnibus malis, et antiquis firmamentum quo vigerent, et novis quo surgerent initium, dedit. Episcopos enim non pro qualitate meritorum secundum canonum decreta constituit, sed si quis maiorem pecuniam dedit, vel ipse maior eius flagitiorum adulator extitit, hic dignior quolibet episcopatu fuit. Cumque alicui sic episcopatum dedisset, si ei alius plus daret, vel eius magis facinora laudaret, illum priorem quasi symoniacum fecit deponi, et istum secundum quasi sanctum in eodem loco consecrari. Unde contigit, ut multae civitates in illis temporibus duos episcopos simul haberent, quorum neuter episcopi vocabulo dignus esset. Bavenbergensem[a] episcopatum, tam rebus exterius divitem quam sapientibus personis intus venerabilem, cuidam mangoni dedit immo pro inaestimabili pecunia vendidit, qui melius sciebat nummos monetae cuiuslibet aestimare, quam textum cuiuslibet libri, ne dicam intelligere vel exponere, saltem regulariter pronuntiare. Qui tum in sacro officio vigiliae pascalis primam ex more lectionem coram sapientibus clericis pronuntiavit: *Terra autem erat inanis et vacca!* ipse nimirum, licet bipes, vacca bruta et omni probitate vacua! Ipse tamen, quamvis nec suo nec ecclesiae, quam ipse quasi regendam acceperat, auro parceret ut gratiam regis obtineret, ipso rege consiliante deponitur, et episcopatus alii datur, non qui vita et sapientia sit episcopatu dignior, sed qui regis flagitiorum maior in omnibus fuisset assentator.

16. Inter haec omnia iam abeunte adolescentia, mox ut Adalbertum Bremensem episcopum nactus est consiliarium, ipsius suasionibus coepit in desertis[b] locis altos et natura munitos montes quaerere, et in his huiusmodi castella fabricare, quae si in locis competentibus starent, ingens regno firmamentum simul et ornamentum[c] forent. Quorum primum et maximum Hartesburg appellavit; quod ita forti muro et turribus et portis exterius munivit, ita regalibus aedificiis intus adornavit, tale monasterium in ipso construxit, tales ornatus in ipso monasterio collocavit, tales et tot clericos illuc undique congregavit, uti[d] aliquot episcopales locos[e] omni suo apparatu aequipararet[f], aliquot etiam transcenderet. Quicquid ornatus ecclesiastici quemlibet episcopum magis decorum videbat habere, sive praecepto sive precibus acceptum, suo monasterio studebat conferre. Cetera vero castella non tam pulcra quam fortia esse laborabat. Beatus et valde beatus esset, si munitiones easdem contra paganos erexisset. Nam ipsi iam dudum aut omnes fuissent christiani, aut christianis principibus in perpetuum tributarii. Sed haec castellorum diversis in locis constructio[g] primo nostratibus puerilis[h] ludus videbatur, quia nondum eius intentio mala cognoscebatur. Et non solum ea fieri, nichil adhuc periculi timentes, cum iam possent, non prohibebant, verum etiam ex hoc eum fore contra nationes exteras bellicosum quasi divinantes, ad ipsas aedificationes eum vel opibus vel operibus adiuvabant. Postquam vero praesidia in ipsis castellis collocata coeperunt in circuitu suo[i] praedationes agere, non suos labores in suos usus comportare, liberos homines ad opus servile compellere, filias vel uxores alienas ludibrio habere: tunc primum, quid illa castella portenderent, intellexerunt, nec tamen adhuc resistere vel se defendere praesumpserunt. Tantum illi qui laedebantur, querelas occulte faciebant apud illos, qui longius a castellis remoti[k] nichil adhuc mali patiebantur. Illaesi vero dum laesis auxilium ferre negligebant, tyrannidi vires in se ipsos tribuebant. Nam ab agricolis ad militares, a terrae fructibus ad libertatem adimendam ascendit; et Fridericum de Monte, qui inter liberos homines vel[l] nobiles eximius habebatur, famulum suum esse rex asseruit; Willehelmum[m] quoque, qui propter nimium cultum sui rex de Lotheslovo[n] [21] appellabatur, tanta crudelitate persequitur, quia multa ei erant praedia, sed non multa sapientia, ut propter hos duos ab omni Saxonia praecipue facta sit adversus regem coniuratio, quamvis ab ipsis duobus pessima reddita sit retributio. Nam postquam Saxones

a) Bauenburgensem 1. b) *ita* 1. 2. c) ornatum 1. d) *ita edd.* ut 2. ubi 1. e) loco 1. f) equipperaret 1. equiperaret 2. g) constructo 1. h) puerulis 1. i) sui 2. k) *ita* 2. semoti 1. l) et 2. m) *ita* 2. Wilhelmum 1. n) lutisleue 2.

21) i. e. de amore Lothi; qui filias suas amaverat.

omnes manifestum iam contra regem bellum coeperunt, illi duo fidei iuratae obliti, primi relicta patria transfugae viles ad hostes defecerunt. Hoc vero postea patebit.

17. Gens vero Suevorum, audita Saxonum calamitate, clam legatos suos ad illos misit, et foedus cum eis fecit, ut neuter populus ad alterius oppressionem regi ferret auxilium. Volebat enim rex etiam Suevos violenter opprimere, et ut sibi de praediis suis redderent tributa compellere. Quod foedus Saxones si fideliter servassent, et ab infamia[a] perfidiae et a magna parte calamitatis liberi fuissent.

18. Sigifridus[b] Magontinae sedis archipraesul, Werinhero[c] Magedaburgensi et Burchardo Halberstadensi[d] episcopis litteras querimonia plenas misit, quod rex in episcopatu suo loca praedationibus faciendis apta elegisset, positisque inibi castellis et praesidiis, multa mala rebus suae ecclesiae faceret. Rogavit etiam in eisdem litteris, quatenus se cum Annone Coloniensi archiepiscopo fidelissimo foedere coniungerent; non quod qualibet inimicitia dissilirent, sed quia non talis amicitia eos fideliter adunaret, ut uterque alteri secreta sua credere, sicut vellet, auderet. Hoc autem omni regno fore necessarium; quia si illi duo, qui maiores erant in regno, fideliter in unum convenirent, in multa securitate totum regnum constituere potuissent. Hoc autem illos duos episcopos eo facile efficere posse, quo alter eorum, scilicet Magedaburgensis esset frater, alter vero consobrinus superius nominati Coloniensis archiepiscopi. Eandem querimoniam fecerunt ad invicem omnes pene regni Theutonici principes; sed tamen palam nullus audebat fateri, tanto rex erat omnibus terrori. Sic quamvis soli Saxones hoc aperte viderentur incipere bellum, tamen non ipsorum solummodo consilio fuit inceptum. Qui cum tot et tantas calamitates et contumelias singuli paterentur, dum quisque suum tantummodo vulnus dolebat, et intactus adhuc vulnerato non condolebat, communi malo non resistebant communi consilio. Rex universale dampnum disponebat, et ad hoc quaelibet impedimenta repellebat, et auxilia, quibus sua mala voluntas impleretur, undecumque quaerebat; illi vero putantes speciale malum, contra communem perniciem nulla defensionis instrumenta parabant. Ille, quo facilius cunctos ut volebat opprimeret, prius illos, in quibus eorum virtus maxime stabat, singulos labefactare temptabat.

19. Ottonem denique, virum prudentem et fortem, qui natus[e] e Saxonia dux erat in Bawaria, omni calliditate[f] deponere quaerebat, quia illum cum omnibus Bawariis[g] Saxones adiuturum non dubitabat. Ergo quendam nomine Einnonem[h], praeter audaciam nichil virtutis habentem, pretio conduxit et promissionibus sollicitavit, ut ducem de regis morte secum tractasse diceret, et hoc[i] se, si negaret, singulari bello probaturum promitteret. Ita[k] certaminis illius constituto die, Otto ab amicis suis episcopis et aliis principibus praemonetur, quod si Goslariam veniret, ubi duellum fieri debebat, etiamsi adversarium suum vinceret, tamen inde cum vita non rediret. Elegit ergo honore suo potius iniuste privari, quam tale iudicium subire, ubi sciebat ipsi iustitiae violentiam fieri. Igitur ad sua recessit, et associato sibi Magno, duce Saxoniae, per duos fere annos cum rege bellum crudele gessit. Deinde consiliis amicorum coacti, cum se regiae traderent potestati, rex Magnum ducem in carcere suo per integrum biennium tenuit, ita ut nullus in hoc tempore sciret, utrum viveret vel ubi esset.

1070. 1071.

20. Postea legatos ad regem Danorum misit ultra mare, eumque sibi ad Bardanwich rogavit occurrere, quo et ipse cum paucis perrexit, cum nulla fama testetur, quod ante eum ullus rex in illas partes pervenerit[22]. Regem illum ibi obvium habuit, cum eo secretum colloquium fecit, cui colloquio praeter episcopum Adalbertum et unum de regiis consiliatoribus nullus interfuit. Ipsum tamen colloquium non diu latuit, quia ille qui cum episcopo solus aderat, cum consilium quod ibi fecerunt prohibere non posset, illud quod poterat effecit, quod principes Saxoniae, quorum intererat, ipsum consilium non lateret. Rex enim Danorum regi Heinrico iuravit, ut ei contra omnes hostes suos, et nominatim contra Saxones, quantum posset terra marique auxilium ferret; et rex Heinricus illi promisit, ut ei cunctas regiones suo regno contiguas in proprium daret.

1073. 22

21. Igitur illo colloquio finito et Danorum rege reverso, rex Heinricus[l] castellum

a) infancie 1. b) Sigefridus 2. c) wernero 1. *nonnunquam.* d) *ita* 2. halberstatensi 1. *constanter.* e) n. de Northeim a Saxonia 1b. f) callidititate 1. g) *ita* 2. bawaris 1. h) emnonem 1. i) *deest* 1. k) Itaque 1b. l) N. 1.

22) cf. Annales Einhardi a. 795.

1073. Liuniburg, quod ibi prope erat, consideravit; cuius munitione perspecta, in eius cupiditatem suo more vehementer exarsit, quasi si illud in sua potestate teneret, nullus in illis partibus sibi resistere potuisset. Illud autem castellum Magni ducis parentum semper fuerat, et ad ipsum suumque patruum Herimannum tunc hereditario iure pervenerat. Ex paucis ergo quos habebat secum, fidelissimos septuaginta[a] fere dimisit in illo castello, qui etiam ipsum totamque regionem circa compellerent regio parere serviliter imperio. Sed his temere ingressis, Herimannus, dum rex e finibus suis fuisset egressus, expectat[b], et mox ipsum castellum cum multa virtute circumdat. Illi quid facerent? Castellum quidem forte et cunctis nisi soli fami insuperabile, sed praeter paucos panes, quos discedentes monachi reliquerant, nichil quod manducari posset habebat, et fames eos castellum relinquere iubebat, sed obvia ferri virtus eos exire non sinebat. Paucis autem non erat tutum cum exercitu venire in proelium. Deditionem ergo comiti Herimanno offerebant; sed ille, nisi Magnus dux, filius fratris sui, rediret, nullum istorum abiturum dicebat. Quo comperto, rex multas angustias habuit, nec, quid sibi fuisset utile, facile excogitare potuit. Illos obsessos per vim liberare non potuit, quia de Saxonibus, quos offensos habebat, exercitum congregare non credidit; de gentibus vero aliis suae ditioni subiectis eam multitudinem, cui illuc ire tutum esset, non habuit. Ducem reddere noluit, quia dum illum in vinculis tenebat, securus a bello Saxoniae fuit. Solus enim timor, ne ille occideretur, fecit, ut tot iniuriis acceptis bellum non inciperetur. Tot autem fidelissimos suos, inter quos etiam erant qui nobiles cognatos habebant et fortes, si perire dimitteret, nullum ultra fidelem sibi inveniret, et tutum tempus ab eorum propinquis nullum haberet. Reddidit ergo Magnum ducem, et suorum fidelium recepit multitudinem. Inde natum proverbium per totam Saxoniam divulgatur: quod unus Saxo septuaginta Suevis ematur, vel septuaginta Suevi uno Saxone redimantur.

22. De reditu ducis Magni quanta fuissent omni Saxoniae gaudia, Tulliana non posset explicare facundia: non magis de illo gauderent, si eum a morte redivivum accepissent. Quanto[c] eum se umquam vivum visuros desperaverant, tanto eum videntes vivum maiore laetitia tripudiabant; nec solum sui vel cognati[d] vel clientes eius de salute plaudebant, sed omnis omnino populus omnipotenti Deo, qui eum mirabiliter liberavit, laudes unanimiter reddebat. Quem enim patruus suus inaestimabili praediorum sive pecuniarum pretio redimere non valuit, hunc divina pietas eo modo, quem humana prudentia numquam posset excogitare, liberavit. Itaque nichil fere iam sonabat ex ore totius Saxoniae, nisi: *Deo gratias de Magni ducis ammirabili liberatione!* Illi qui numquam eum viderant, pro[e] eius ereptione non minores[f], quam si de eius genere vel familia fuissent, Deo gratias agebant.

Iun. 23. Deinde cum principum festivitas apostolorum, Petri videlicet et Pauli, propinquaret, praecepit rex, ut universa principum Saxoniae multitudo Goslariam conveniret, ut si quid de communibus regni negotiis agi dignum emergeret, hoc ipse communi principum consilio tractaret. Omnes illuc alacres festinabant, quia calamitatum, quas Saxonia iam diu tolerabat[g], aliquem terminum fore sperabant. Igitur festivitate celebriter celebrata, cum dies ad causas agendas statuta venisset, episcopi duces comites ceterique ad palatium diluculo[h] primo congregantur; ibique sedentes, donec ad se rex egrediatur vel ad se iubeat eos intrare, nequicquam operiuntur. Nam ille cubilis sui foribus clausis, intus cum suis parasitis aleis vel ceteris rebus nugatoriis operam dabat, et tot magnos homines ad suam ianuam excubare, quasi mancipia vilissima, nichili pendebat[i]. Tota dies illa transiit; nec ipse nec aliquis vera portans nuntius ad eos exivit. Cum iam nox facta fuisset, quidam de parasitis eius egressus, principibus irrisorie dixit, quamdiu ibi vellent expectare, cum rex per aliam ianuam egressus, ad urbem suam veloci cursu properaret? Ibi sunt omnes[k] adeo turbati, qui tanto fuerant habiti a regis superbia contemptui, ut nisi Dedi marchio eorum furorem sua prudentia compesceret, eadem hora regi pariter omnes, omni proiecto timore, manifeste renuntiarent. Illa dies et haec causa bellum primitus incepit; illa dies principium omnium quae sequuntur malorum[l] fuit. Eadem namque nocte principes omnes parum pransi, cum singulis quibus

a) LXX. 1. b) expecta 1. c) quanti 1. d) agnati *corr.* cognati 1. e) per 1. f) inmemores 1. g) tollerabat 1. h) diculo 1. i) *ita* 1b. vilipendebat 1. parvi pendebat 2. *infra cap.* 74. vilipendebat *suo loco est.* k) *deest* 1. *adest* 1b. 2. l) *deest* 1. *adest* 1b. 2.

optime credebant, in unam ecclesiam, cum omnes ceteri iam dormirent, ex condicto convenerunt; ibique non paucis prius lacrimis effusis, melius sibi fore mortem quamlibet pati, quam talem vitam in tantis calamitatibus et contumeliis vivere dixerunt. Constituto itaque die et loco quo omnes cum omnibus Saxonibus convenirent, et de libertate communi, quam sibi videbant ereptum iri, communiter agerent, ita sunt singuli ad sua reversi, quasi numquam amplius ad regis servitium venturi. 1073.

24. Igitur non longo[a] tempore transacto, magni parvique, sicut constitutum fuerat, ad villam, quae Normeslovo[b. 23] vocatur[c], omnes convenerunt; cur autem tam magnus conventus in parvo loco factus fuisset, non omnes agnoverunt. Tunc Otto, qui dux olim fuerat, sed adhuc ducis nomen habebat, omni congregata multitudine, collem, a quo loquens ab omnibus audiri posset, ascendens, fieri silentium postulavit; quo facto, cum omnes arrectis starent auribus, huiusmodi sermonem incepit:

25. *Quare vos, o milites optimi, principes vestri tam frequentes in hunc locum convenire rogassent, licet omnes fere singuli cognovistis, tamen ut nullus vestrum[d] sit, qui se nescium possit asserere, visum est nobis, ut universi causam pariter agnoscatis. Calamitates et contumeliae, quas singillatim vobis omnibus rex noster iam per multa tempora fecit, magnae sunt et intolerabiles[e]; sed quas adhuc, si Deus omnipotens[f] permittet, facere disponit, multo maiores sunt et graviores. Castella fortia, sicut vos scitis, in locis natura munitis plurima construxit, ibique suorum fidelium multitudinem non modicam universis armorum generibus instructam collocavit. Quae castella, cum non contra paganos, qui nostram terram quae sibi confinis est totam vastaverunt, sint fabricata, sed in medio terrae nostrae, ubi nemo ei umquam bella cogitabat[g] inferre, tanto molimine sint munita, quid portendant, et ex parte[h] plurimi estis experti, et nisi misericordia Dei vestraque virtus prohibuerit, cito omnes experiemini. Bona vestra, qui iuxta manetis, vobis invitis in ipsa castella deportantur; filiabus vestris et uxoribus pro sua libidine, quando[i] volunt, abutuntur; vestros servos et iumenta, quicquid volunt, sibi servire praecipiunt; immo et vos ipsos in liberis humeris vestris quaelibet onera, licet foeda, portare compellunt. Sed quando ea quae futura sunt mente concipio, ista quae nunc toleratis, tolerabilia puto. Postquam enim sua castella per totam terram nostram pro sua voluntate construxerit, et ea militibus armatis et rebus ceteris ad hoc negotium pertinentibus impleverit, tunc non amplius iam bona vestra particulatim diripiet; sed universa quae possidetis, vobis simul eripiet, et hominibus advenis vestra bona largiens, vos ipsos, liberos et ingenuos, ignotorum hominum servos praecipiet esse. Quae omnia numquid in vos[k] fieri patiemini, fortissimi viri? Nonne emori per virtutem praestat, quam vitam miseram et inhonestam, ubi illorum superbiae ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Servi aere parati iniusta imperia dominorum non perferunt, et vos in libertate nati, aequo animo servitutem tolerabitis? Fortasse quia christiani estis, sacramenta regi facta violare timetis. Optime, sed regi. Dum mihi rex erat, et ea quae sunt regis faciebat, fidelitatem quam ei iuravi, integram et impollutam servavi; postquam vero rex esse desivit, cui fidem servare deberem, non fuit. Itaque non contra regem, sed contra iniustum meae libertatis ereptorem; non contra patriam, sed pro patria et pro libertate mea, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit, arma capio, et ut vos ea mecum capiatis expostulo. Igitur expergiscimini, et hereditatem vobis a parentibus vestris relictam, liberis vestris relinquite; nec vestra socordia vel desidia vos et liberos vestros exulum hominum servos fieri permittite. Sed ne cuiquam vestrum causa non satis vehemens videatur, qua adversus regem arma capiamus, praecipue nos, qui ab infantia eum in terra nostra maxime nutrivimus et ei prae ceteris gentibus suae ditioni subiectis fideles magis extitimus, unusquisque suas, quas ab eo passus est iniurias, coram omnibus vobis exponat; et tunc, utrum satis magna necessitas nos ad iniurias repellendas cogat, iudicium commune decernat.* (Salust. Iug. 31.)

26. Ergo Werinherus Magedaburgensis archiepiscopus, civitatem suam bis a rege caedibus et praedationibus invasam dicebat; et praeterea communes iniurias se non minus dolere quam suas asserebat, et eis, quasi solus omnes fuisset passus, obviaturum se promittebat. Burchardus praesul Halberstadensis querebatur, quia praedia[l]

a) longe 1. b) holcinesleue 2. nockmelslouo 1b. c) vacatur 1. d) nostrum 1. e) intollerabiles 1. *constanter.* f) omes 1. g) cogitabant 1. h) p. iam 1b. i) *ita* 1b. quam diu 1. k) n. vivos fieri 1. l) praeda 1.

23) Haldensleben?

1073. cuiusdam nobilis viri cui nomen Bodo, quae iure suae deberent esse ecclesiae, rex sibi abstulisset iniuste. Otto dux querimoniam fecit, quia ducatum Bawariae, quem diu iuste possederat, rex sibi in nullo crimine convicto, fraude quadam excogitata, iniuste rapuerit. Dedi marchio de praediis ad se iure pertinentibus, sibi per iniuriam ablatis, fecit querelam. Herimannus comes, quod nuper erat factum narravit, quia[a] urbem suam Liuniburg[b], hereditate relictam, callide rex occupavit; et si eam retinere potuisset, totam illam regionem, quam sibi parentes iure dimiserant, non regia potestate sed iniusta possidere voluit. Fridericus comes palatii conquestus est, quia beneficium quod de abbatia[c] Herolfesfelde[d] magnum habuerit, iniusta sibi iussione regis ablatum, centum mansis agrorum a rege redimere volebat, nec valebat. Fridericus de Monte, et Willehelmus, rex agnomine, quorum priori libertatem, alteri rex eripere voluit hereditatem, uterque pro se querelam faciebat, quae cunctos plus aliis querimoniis ad misericordiam commovebat, quia in illis duobus quid universis facere cogitabat, aestimabant; quia scilicet omnibus, si posset, libertatem simul et possessiones auferre disponebat. Deinde ceteri suas quisque proferebant, quas erat passus, iniurias; ad quas commemorandas nec pagina sufficit nec memoria. Omnes ergo qui ibi convenerant — convenerat autem maximus exercitus — singillatim iuraverunt, episcopi quidem, ut, quantum salvo ordine suo possent, totis viribus ecclesiarum suarum necnon et totius Saxoniae libertatem contra omnes homines defenderent; laici vero, ut quamdiu viverent libertatem suam non amitterent terramque suam nullum deinceps violenter praedari permitterent.

Aug. 27. Nec multo post recta via ad Hartesburg[e], ubi rex erat, cum magno exercitu perrexerunt, et contra urbem ita, ut inde possent videri, castra posuerunt. Quos cum rex vidisset, subito quidem stupore perculsus expavit; sed ut erat dissimulator, quasi nichil timens, nuntios misit qui dicerent, se non parum mirari, quid vellet tanta[f] congregatio populi; se non putare, quod quicquam contra eos tantum meruisset, quare merito civile bellum incipere debuissent. Discedere eos ab armis. Si quid quaerendum habeant, se paratum animo pacato cognoscere, et si quid sit corrigendum, consilio principum et amicorum suorum corrigere. Nuntii autem erant Fridericus episcopus, Bertholdus dux, Sigefridus regis capellanus. Nam mortuus iam nuper erat Adalbertus Bremensis episcopus. Quibus omnium Saxonum dedit dux Otto responsum: se non hostili animo, nec ut civile bellum vellent incipere, ibi esse congregatos; se regi, si rex esse vellet, omni fidelitate servituros; se petere, ut castella, quae non ad munitionem regni sed ad destructionem fabricaverat, vellet destruere; si vero nollet, tunc se intelligere, quare constructa fuissent; se libertatem suam sive bona sua contra omnium hominum violentiam cum divinae pietatis auxilio velle defendere. Cumque nuntii reversi regi talia retulissent, ipsique, quamvis multum temptarent, ei, quo rogata faceret, persuadere non potuissent; ipse iam nec amicis familiaribus, quia non ut volebat sibi consilium dederant, fidem habuit, sed omnibus semotis solus secum quid ageret deliberans, cum nec honestum putaret, ut quasi vi coactus subito castella sua per multos annos constructa destrueret, nec tutum crederet, ut cum paucis, quibus etiam iam minus credere coeperat, cum tanto exercitu ad omnia parato placitum aliquod adiret: paucis quibus ipsum castellum commendabat scientibus, noctu Saxoniam deseruit, et per confraga silvarum, quae saepe dum locos castellis quaereret peragraverat, fugiens, ad Franciam orientalem paucis comitantibus venit. Cuius fugam ut principes qui cum eo fuerant agnoverunt, male se desertos dicentes, ad sua quisque simili fuga festinaverunt. Haec autem fuga facta est anno ab incarnatione Domini 1073.

28. Postquam vero regis fugam, quae diu celari non poterat, Saxones agnoverunt, nil morantes, eos qui hoc castellum, quod facile destrui non poterat, obsiderent, ibi reliquerunt; ceteri vero ad cetera destruenda, quae non adeo erant fortia, perrexerunt. Quidam autem ex ipsis ad Thuringos transierunt, et eis totam rei seriem innotescentes, ipsos in suam societatem sacramentis datis et acceptis adiunxerunt. Quicumque etiam prius, dum rex erat in provincia, secum iurare non ausi fuerant, eos iam rege fugato aut e terra sua fugiendo regem sequi, aut secum pro terra sua contra regem iurare[g] compellebant.

a) q. per 1. b) s. quam liunburgk 1. c) abacia 1. d) Heraldesfelde 1. Heroldesfelde 1b. Heresfeld 2. e) hertesburg 1. f) tanto 1. g) iura 1.

29. His omnibus rite peractis, brevi tempore cum Hartespurg castellum capere fuisset difficillimum[a] — nam si in loco competenti staret, regali palatio locus idoneus esset — et illud dimittere fuisset omni Saxoniae periculosum, quia si illic escae tantum comportatae essent, quamlibet ingenti exercitui insuperabile maneret, aliud castellum aeque firmum construxerunt[b], in quo positis per vices praesidiis, hostibus auxilia vel alimenta venire prohibuerunt. Sed illi nonnumquam, dum Saxonibus ad novum castellum deferrentur alimenta, subito eruperunt, et intra[c] suos muros ea deportari fecerunt. Verum haec faciendo, damnum quidem aliquod sive contumeliam suis hostibus intulerunt, sed exinde magis cautos eos et industrios esse docuerunt. Ergo ex utraque parte pene singulis diebus fortiter pugnatur; sed Saxones inde fortiores erant, quia et castellum suum in altiori monte positum erat, ita ut in illo inferius constituto nullus nisi sub tectis tutus esset a iactibus lapidum, et fatigatis novi milites succedebant, et eis alimenta copiose veniebant; quae omnia hostibus erant econtra. Nam neque facile lapides in altiora mittebant, neque fessos ipsos alii sublevabant, et fames, acerrimus hostis, eos non parum affligebat; quae eos dudum devictos ad deditionem coegisset, nisi eis cibos quidam ex Saxonibus furtim ministrarent, qui prius eis familiares fuerant. (1073.)

30. Interea rex singulos Theutonici regni principes supplex adivit, se de regno Saxoniae, quod cum paterna hereditate, tum eorum omnium electione suscepisset, iniuste depulsum, flebiliter indicavit, in qua re non tam sibi dedecus factum, quam illis omnibus qui in se fuissent despecti, narravit; ob omnibus auxilium, quo et suam et illorum vindicaret iniuriam, suppliciter postulavit. Sed non multos ipsorum sermones eius movebant, quia quantas calamitates Saxonibus intulisset, pene omnes noverant: praesertim quia eadem mala etiam Suevis et orientalibus Francis inferre voluerat. Tamen suo magis quam illius honori prospiciunt, eique se venturos in auxilium hac ratione promittunt, ut Saxonibus ad placitum convocatis, utriusque partis causas diligenter agnoscerent; et si quidem eum sine culpa violenter eiecissent, totis eum viribus in regnum suum restituere laborarent; si vero culpa sua terram omnibus opulentiis plenam stultorum consiliis credulus amisisset, ei, si se vellet audire, suaderent, quatenus furore deposito, subiectis sibi nationibus iustus et pius, quod esset proprium regis, existeret, nec eos quorum male consilio deceptus erat amplius audiret. Se contra homines christianos, innocentes, sibique cognatione propinquos, gratis omnino pugnare denegant. Quos sermones rex ideo quasi gratos accepit, quia quod intendebat fieri non posse cognovit, scilicet ut sine placito Saxoniam cum exercitu violentus[d] intraret, et eos invitos[e] suae ditioni subiectos ex liberis omnes servos faceret. Misit itaque nuntios ad principes Saxoniae, omnia bona promittens, si se permitterent in regnum suum cum pace redire; Ottoni duci, de quo sciebat omnium consilia pendere, honorem iniuste ablatum pollicetur cum magno augmento restituere, si se[f] vellet in honorem pristinum reducere.

31. Igitur exercitu quidem magno, sed non ad praeliandum parato nisi magna necessitas cogeret, congregato, Kal. Februar. cum dominicae incarnationis annus **1074.**[g] nuper inceptus ageretur, Saxoniam ingredi disposuit. At Saxones adventu praecognito, terram suam defensuri cum maximo exercitu ad oppidum quod Nachan[h. 23] appellatur, occurrunt, et a rege non longius, quam ut uterque exercitus alterum videre potuisset, castra constituunt. Tamen invicem missi speculatores, exercitus utriusque virtutem diligenter explorant, et utrique suis quod viderant certissime renuntiant. Erat autem Saxonum tam magnus exercitus, ut duplo crederetur esse maior quam regis exercitus. Ergo qui erant ex parte regis, audita Saxonum multitudine simul et armorum instructione — nam rex suis dixerat, illos nec equos habere nec usum militiae, sed rusticanos homines bellicarum rerum imperitos — cum prius ad preliandum fuissent incerti quia dignam non videbant causam pugnandi, nunc ad non pugnandum facti sunt certi quia cum causa deerant eis copiae, quibus tantae multitudini tuto possent obviare. Missis itaque rex, ut principes sui iubebant, ad Saxones legationibus promisit, se facturum omnia quae vellent ipsi praescribere, dummodo paternam[i] dignitatem, quam pueritiae suae malorumque consiliariorum culpa se fatebatur amisisse, nollent sibi denegare. Tunc Otto dux et ceteri quibus magna fuerant promissa, persuadent aliis, quatenus hac (1074.)

a) difficilimum 1. b) estruxerunt 1. c) infra 2. d) uiolenter 2. e) *ita* 1b. mmcos 1. f) *deest* 1. 2. eum 1b. g) MLXXXIIII 1. h) nachan 1. 1b. Hachan prope Wirram 2. i) paternitatem d. 1.

23) Vach.

1074. eum conditione reciperent[a]: Castella sua destrueret, nec ulterius ea restauraret; depraedationes amplius in sua terra nullas exerceret; in Saxonia Saxonum consilio cuncta disponenda disponeret, nullumque extraneae gentis hominem suis[b] rebus agendis consiliatorem admitteret; et hanc sui expulsionem numquam in aliquo eorum vindicaret. Cumque rex omnia haec et his maiora se facturum fidelissime promitteret, exercitu suo dimisso, cum paucis ad Saxones transivit, et cum laudibus et gaudio triumphali deductus, Goslariam usque pervenit. Huius foederis inconsulta compositio Saxonibus maximorum malorum fuit origo. Nam Suevorum, qui foederis iam pridem cum Saxonibus facti non inmemores, cum rege contra Saxones venire noluerant[c], ipsi Saxones, dum foedus cum rege facerent, fuerunt obliti; et ob hoc illis Suevi facti sunt ex amicis fidelibus hostes atrocissimi. Quod si aut illud non fecissent, aut in illo faciendo Suevos sibi associassent, et perfidiae nota carerent, et non tam multos hostes saevissimos haberent.

32. Eodem tamen tempore maximam circa nos clementiam Dei cognovimus, quam numquam tradere oblivioni debemus. Nam cum tanta esset hiemis asperitas, ut omnes fluvii vel paludes transire volentibus iter terrestre praeberent, et cum viris omnibus contra regem congregatis, solae mulieres cum parvulis domi relictae fuissent, pagani semper nobis infesti, totam Saxoniam, mulieribus et parvulis abductis, poterant in cinerem convertere, nisi Deus eos mirabili sua pietate, velut genuinae[d] crudelitatis oblitos, intra proprios fines quasi clausos iuberet quiescere.

33. Igitur cum rex exercitu Saxonum comitante Goslariam venisset, sui non oblitus, coepit occasiones quaerere, ne, sicut promiserat, deberet in praesenti castella sua destruere. Quem cum moras nectere quidam principes nostri viderent, volentes ei placere, suaserunt, ut illud castellum maius[e.24], quod manere volebat, alicui de principibus Saxoniae quasi in deditionem traderet, donec populi furor, qui tunc vehementer ardebat, aliquantum tepesceret, et tunc castellum, sicut volebat, integrum permaneret. Nam populus, ut dirueretur, vehementer instabat; quod nisi fieret, se statim ab integro rebellem fore clamabat. Rex vero in multis angustiis positus, quid faceret nesciebat; quia nec castellum illud destruere volebat, nec alicui principum, qui illud, si sibi quasi traderetur, staturum promittebant, fidem habebat; et populum, ne recidiva bella resumeret, valde metuebat. Qua enim virtute pene solus in medio exercitu deprehensus se defenderet, vel qua fuga se, septus undique saevis hostibus, absconderet? Igitur ad ingenium suum reversus, excogitavit dolum; qui tamen non eum, quem sperabat, tenuit effectum. Nam quibusdam de suis antiquis familiaribus occulte praecepit, ut eius tantum propugnaculum summatim deponerent, et cum populus hoc viso totum sperans casurum discederet, illi a diruendo cessarent, et sic[f] paucis ruinis restauratis, integrum sicut volebat permaneret. Sed illi suo labori parcentes, vicinos adduxere rusticos, quos, sicut erant iussi, iusserunt summos tantum muros demoliri. Rustici vero cum eius loci potestatem nunc accepissent, quo multa iam pridem mala passi fuissent, non quid iuberentur sed quid iam diu desiderassent intendebant, a diruendo non quiescentes, donec lapidem super lapidem non remanere videbant. Ergo regalia aedificia, regali sumptu per multos annos constructa, brevi tempore destruunt, et in tantis moenibus nec fundamenta non eruta relinquunt. Legati regis non audent verbum facere, quia et ipsos, si quid contradicerent, minantur interficere. Itaque monasterium laborioso opere perfectum deiciunt usque ad fundamentum, totum thesaurum ibi congestum, sive regis esset sive ecclesiae, diripiunt, campanas dulcisonas confringunt, filium regis et fratrem, quos ibi posuerat, effodiunt, ossaque eorum velut quaslibet immunditias dispergunt, et nichil penitus eius loci permanere permittunt. (cf. Lamb. p. 211.)

34. Sed rex cum castellum suum sic agnovisset adnichilatum, magno quidem dolore cordis intrinsecus conturbatus, sed eum nullo forinsecus signo protestatur, quia superfluum putabat, his quos habebat odio dolorem suum monstrare, cum non posset in eorum suppliciis ad praesens odium suum pro velle suo saturare. Primates autem Saxoniae, cum regis animum scirent non inmerito, quamvis ipse celaret[g], valde turbatum, omnibus modis eum mitigare quaerebant, se ipsos a consilii sive voluntatis crimine, quocumque modo iuberet ipse, purgando; et eos, qui crimine erant involuti, quacumque vellet

a) recipere 1. b) eorum 2. c) noluerunt 1. d) *ita* 2. gemme 1. e) ut c. Harcesburh 2. f) sic illud p. 1[b]. g) velaret 1[b].

24) scil. Harzburg.

poena cruciando; sed nil proficiebant. Nam rex non tantum illis qui scelus confessi[a] fecerant, quantum istis qui se a se perpetrato scelere purgabant, irascitur; et dedignans irasci in rusticos, in maximos huius regionis homines furorem suum, si quando tempus haberet, accendere meditatur. Interea tamen non quantum volebat, sed quantum in praesenti valebat, suum castellum vindicat, et omnia castella vel quaslibet huius terrae munitiones, praeter antiquas urbes ad honorem regni constructas, dirui imperat. Quod imperium non ex tranquillo rigore iustitiae, sed ex iracundi pectoris commotione turbida processisse, hinc praecipue cognosci potuit, quia castella quaedam de nullo malo infamata destrui, plurima vero de praedis et latrociniis convicta, si pecunia data fuisset, intacta manere praecepit. His ita patratis, non quasi ullo dolore commotus vel quicquam mali Saxoniae cogitans, Martio mense nondum peracto Saxoniam reliquit, et ad habitatores Rheni ceterarumque Franciae partium male laeta mente[b] transivit. Fertur vero, a finibus nostris discedens, cum iuramento dixisse, quod numquam vellet amplius in Saxoniam redire, nisi prius eam virtutem contraxisset, qua posset in Saxonia facere, quicquid sibi libuisset.

1074. Mart.

35. Congregatis itaque illarum partium principibus, nunc singulis nunc universis humiliter[c] se prosternens, querimoniam fecit dicens, quod priores suae expulsionis iniuriae sibi nunc leves essent, istas sibi magnas et insanabiles videri; in prioribus se cum suis principibus fuisse despectum, in istis vere suo suorumque despectui coniunctum esse coelestis militiae, et quod esset his maius, maiestatis divinae contemptum. Nam narravit eis lacrimans, quia dum ipsorum consiliis contra suam voluntatem cedens, Saxonibus suum castellum regali sumptu constructum traderet demoliendum, illi non solum, quod eis permissum erat, illud inhumano more destruerent, sed insuper monasterium Deo sanctisque consecratum, paganis omnibus crudeliores, funditus diruerent[d], campanas calices et cetera ad honorem Dei collecta velut profana confringerent, vel hostili praedatione diriperent, fratrem filiumque suum, utrumque prolem regiam, miserabiliter a sepulcris eiectos in ventum membratim dispergerent, et quod his omnibus magis esset nefandum, sanctorum reliquias ab altaribus sacris execrandis manibus erutas, velut immunditias quasdam per profana loca dissiparent. His omnibus non sine largo fletu peroratis, singulorum pedes osculans oravit, ut si non suam curarent vindicare iniuriam, saltem contumeliam Deo Deique sanctis illatam remanere non paterentur inultam. Ait, Saxones non dicendos esse christianos, qui cum supradicta scelera in domo Christi facerent, se Christum nec[e] amare nec timere monstrarent. Illos vero debere per hoc esse se Christi fideles ostendere, si zelo Christi ferventes, eius iniurias non dubitarent ipso adiuvante vindicare. Has querimonias et supplicationes dum, quotiens fieret principum conventus, repeteret, annus integer evolvitur, antequam sua voluntas, ut in Saxoniam ducere posset exercitum, compleretur. Namque omnes qui miserias miserabiles, quas intulerat Saxoniae, sciebant, cum omne bellum res sit aspera nec huius belli satis pateret idonea causa, ad differendum hoc bellum quaslibet occasiones quaerebant. Quod nisi Rodolfum ducem Suevorum, quando cum rege foedus inibant, ut supra dictum est, Saxones offendissent, adhuc forsitan rex copias contra Saxoniam non haberet. Ille enim a Saxonibus, quorum confidebat auxilio, deceptus, regi quomodo poterat reconciliatur, et ei primus se cum suis omnibus Saxones hostiliter invasurum pollicetur. Sed hoc, ut dixi, post annum fiet integrum.

36. Interea missis vero in omnes circumquaque gentes legatis, donando, maiora promittendo, cunctos si posset homines Saxonibus voluit hostes efficere, quia non tam eos suae potestati, quod leviter fieret sine bello, subicere, quam funditus ab hominum numero quaerebat adimere. Duci Boemorum Wrotizlao[f] Misnam civitatem cum omnibus[g] ad eam pertinentibus promisit, et sic eum, ut suis partibus adiutor esset, ascivit. Liuticensibus paganis crudelitatis quam semper in Saxones habuerant frena laxavit, et quantum Saxoniae suis finibus possent adiungere concessit. Illi vero dixerunt, se Saxones multis bellorum tempestatibus expertos agnovisse, et se raro vel numquam de bellis eorum gavisos fuisse; sibi suam terram sufficere, seque, si suos terminos defendere valeant, contentos esse. Regem Danorum promissionis iuramento confirmatae comme-

a) confesse 1. b) mete 1. c) humilem 2. d) diruerunt 1. e) n. Ch. 1. f) wratizlao 2. g) *deest* 1. *adest* 1b. 2.

1074. morat, seque illi daturum cuncta quae sit pollicitus affirmat. Philippum, Latinae Franciae rectorem, multis pollicitationibus sollicitat, ut antiquae memor amicitiae, sibi quandocumque vocatus fuerit in auxilium veniat. Sed ille similiter a suis accusatus, et pene paterno solio depositus, vix suum honorem, cui adhuc haerebat, se dixit retinere; nedum isti suum, a quo penitus ceciderat, temptaret reponere. Willehalmum gentis Anglicae regem hac conditione suum vocavit in auxilium, ut ei vicem redderet aequam, si se umquam haberet necessarium. Ille vero respondit, se terram illam bellorum violentia pervasisse, et ideo, si reliquerit eam, ne posthac recipiatur in ea, formidare. Willehalmum ducem Pictavorum, matris suae germanum, sororis suae filio rogavit misereri, sibique ferre auxilium, quo posset in regnum patris sui, quo careret iniuste, restitui. At ille tantas Francigenarum, Nortmannorum[a], vel Aquitanorum virtutes inter se et illum esse respondit, ut nullo ingenio per tantam fortitudinem cum exercitu transire potuisset.

37. His omnibus praeter Boemios fraudatus, cum de gentibus exteris vires satis magnas contra Saxones non haberet, pessimum, quod optime sciebat, consilium invenit, ut Saxoniam divideret, et Saxonibus contra Saxones pugnaret, ut quaelibet pars victa iaceret, ipse victor exultans triumpharet. Principes igitur Saxoniae singillatim iubet ad se venire, causam fingens aliquam grandem, quam dicebat eorum consilio se velle terminare. Illi nil dubitantes, quo sunt vocati venerunt, quo nec venire cessarent, si nullius causae interpositione simplici praecepto regem adire iussi fuissent. Sed venientes singulos primo blandus accipiebat, cumque iam secum aliquamdiu starent, animum suum eis aperuit, et eos, ut se ad opprimendam Saxoniam pro viribus suis adiuvarent, et hoc ipsum nulli proderent, iurare cogebat; quod nisi statim facerent, ab eo recedere non valebant. Inde factum est, ut in nostra parte pater, in[b] adversa filius esset; hinc frater unus, illinc staret alius. Multi etiam de maioribus qui bona in utrisque regionibus habebant, ut utraque servarent, sponte sua hic relicto filio sive fratre ad regem transibant, vel ipsi hic remanentes, fratres vel filios ad regem transmittebant. Plerosque militaris ordinis ad se eodem modo vocabat, et prout cuiusque animum cognoscebat, minis sive promissionibus ad bellum civile sollicitabat. Etiam famulos ad se vocatos non dedignatur orare, ut vel interficiendo vel deserendo dominos, mererentur libertate donari vel etiam domini dominorum suorum fieri. Sed haec omnia occulta erant adhuc; quia si quis ei suum iurabat adiutorium, iurare cogebatur eiusdem fidele silentium.

38. Quid dicam, quod episcopis, quos in suas partes trahere non poterat, huiusmodi dona mittebat, quibus illis episcopatum pariter et vitam adimeret, quatenus his personis daret episcopatum, qui suae voluntati praeberent ad omnia consensum. Per quendam fallacem[c] monachum Werinhero[c*] Magedaburgensi archiepiscopo pulverem pigmentarium munus egregium misit, quem contra multas aegritudines salubrem sibi ab Italia a matre sua transmissum esse mandavit. Cuius partem crustae panis insertam catulo dari praecepit; eumque[d] sine mora mori vidimus, et quia episcopus talem medicinam non gustaverat laetati sumus.

39. Sed postquam haec omnia famae loquacitas per Saxoniam coepit praedicare, et mala futura eodem quo postea veniebant ordine praedicere, plebs quidem, quae causas nescit pensare, laetatur, et omnes qui suas terras invaserint, impetu primo prosternere minatur; at nobilitas magnis angustiis afficitur, dum robur regis praevalidum suumque perexiguum subtili rationis examine metitur. Illinc namque venturos ad pugnam Francos utrumque littus Rheni tenentes, Suevos, Bawarios, Lotharingos, et Boemios aspiciunt; hinc vero non nisi Saxoniae vix tertiam partem inveniunt, quia omnes Westfali et omnes circa Misnam habitantes, regis auro corrupti, a nobis defecerunt[e]. Ipsa quoque pars tertia vix secum fida manebat, quia[f] singulos in ea regia[g] promissa assidue sollicitabant. Omnes etiam episcopi praeter quatuor, Magedaburgensem, Halberstadensem, Merseburgensem, Patharbrunensem[h], aut aperte ad regem transierunt, aut animo nutanti nobiscum steterunt, ut in quamcumque partem res prospere cederent, illic securi declinare potuissent.

40. Eodem tempore multa per Saxoniam signa fieri vidimus, ex quibus mala quae

a) normannorum 1. b) *deest* 1. c) falsum 2. c*) werenhero 1. d) cum si praecepit ne 1. e) defecert 1. f) qui 1. g) regis 2. h) pathabrunensem 1?

1074. post venerunt praescire potuimus. Quod enim in Magedaburgensi prato vidimus corvos[a] tam acriter inter se pugnantes, ut alii alios iacere dimitterent exanimes, narrare supersedeo, quia sacratiora, non minus futurorum praesaga, narranda habeo. Episcoporum nostrorum virgae pastorales, aere sereno, immo[b] aestivo calore perusto, stantes in capellis ita madescebant, ut aqua sua manum suam implerent, si quis eas accipiebat[c]. In Stidaraburg erat lignea Christi in cruce pendentis imago, quae eodem tempore tanto sudoris in aestivis diebus manabat fluvio, ut nec mappulis[d] tersa sudare quiesceret, et[e] vascula nonnulla suscepto sudore impleret. Werinherus Merseburgensis episcopus, dum sacra missarum solemnia celebraret, et more solito sanguini dominico partem corporis Christi imponeret, fundum calicis pars illa petebat, ac si caro Christi in plumbum versa fuisset. Quidam presbyter in episcopatu Magedaburgensi in villa Weddinge[f. 1], in neutra parte conversationis egregius, qui nec vitiorum labe nec virtutum laude clareret eximius, dum in sacramentorum confectione venisset ad communionem, calice levato vidit vinum non solum spiritualiter, sed et[g] visibiliter, in sanguinem conversum; cuius rubore[h] pariter et densitate perterritus, nihil inde sumere praesumpsit, sed in Magedaburg civitatem, ubi adhuc[i] venerabiliter servatur, cum magno timore portavit. Quae omnia quid significasse putemus, nisi laborem, quem post experti[k] sumus?

41. Ergo cum regis ira longitudine temporis in nos nimis accensa, diutius latere non posset, certisque signis, quae mala nobis cogitabat facere, pateret; tunc principes nostri singuli et universi pariter legationes assiduas nunc cum litteris nunc sine litteris ipsi regi fecerunt, quibus hoc solum ab eo multa supplicatione petierunt, ut coetu principum suorum collecto, se coram eis aut culpabiles ostenderet, et convictos eorum iudicio puniret, aut ipsi suam innocentiam iudicio quolibet ostenderent, et in eius gratia, sicut hactenus erant, permanerent. Verum cum ab eo nullum pietatis responsum accepissent, et eum de sua tantum perditione modis omnibus tractare cognovissent, ad eos qui cum eo principes erant legationes dirigunt, et eos, ut animum regis sibi placare velint, humiliter petunt. Ex quibus unam, quam Magedaburgensis archiepiscopus Magontino misit archiepiscopo, placuit epistolam supponere, ut ex hac omnes alias, quia omnes unius modi erant, quilibet possit agnoscere.

42. *Domno Sigefrido*[l] *Christi sanctissimo sacerdoti, Werinherus*[m] *licet indignus sanctae Magedaburgensis ecclesiae archiepiscopus, et cum eo omnes Saxoniae praesules duces comites, et universi simul clerici et laici, magni vel parvi, orationem devotam pariter et servitutem subiectam. Multiplices et magnae tribulationes, quae nos nostris peccatis exigentibus inremediabiliter nisi pietas divina subvenerit affligunt, omnium qui vel Deum timent, vel se homines esse cognoscunt, misericordiam suppliciter quaerere nos compellunt. Unde quia vestram excellentiam Deum timere pariter et amare cognoscimus, specialiter ad almitatis vestrae misericordiam confugimus, humiliter orantes, ut pro ipso Dei timore causam nostram iuste pensetis, et si iusta fuerit inventa, misericordiae vestrae nobis auxilium ipsius amore iustitiae, quae Christus est, tribuatis. Dominus noster rex, postquam factus adolescens, abiecto principum suorum consilio, sui iuris esse coepit, et eorum, qui nec aequum nec bonum considerant, magisterio se subdidit, semper nos insolito more quaerebat opprimere, bona nostra nobis eripere, suisque familiaribus ea contradere, non ob aliam culpam, nisi quia illi domi parum vel nichil habebant et terram nostram fructuosam videbant. Itaque munitiora nostrae regionis loca fortissimis castellis occupavit*[n]*, in quibus armatos non paucos constituit, qui nos aut serviliter sibi servire compellerent aut libertatem defendere volentes occiderent. Ibi quanta pericula, quantas contumelias, quanta dampna in nostris corporibus, in nostris uxoribus, in nostris possessionibus passi sumus*[o]*, et qualiter inde nos ad tempus misericordia Dei liberavit*[p]*, quia vobis notum esse credimus, praeterimus. Postquam vero, tempestate tanta misericordia Dei sedata, pacem et gratiam suam nobis reddidit, nichil nos scimus contra eum fecisse*[q]*, unde merito debeat in nos recidiva bella movere. Praedia quae querebatur ablata, legatis ipsius reddidimus, donec ipsi legati dixerunt, nichil esse reliquum quod reddere deberemus. Castella vel ceteras munitiones quas*

a) *ita scribendum, res ipsa et Annalista Saxo indicant;* ceruos 1. b) ymmo 1. c) arripiebat? tangebat 2. d) mapulis 1. e) *deest* 1. f) in neutra parte conversacionis in villa Weddinge egregius 1. g) *deest* 1. 1b. h) c. corobore 1. i) a. in sacello argenteo v. 1b. *cod. Dresd.* k) eperti 1. l) S. 1. m) W. 1. n) occupatum 1. o) simus 2. p) liberaverit 2. q) deliquisse 2.

1) hodie Wedringen?

1074. *in nostris partibus destrui praecepit, omnes confregimus*[a], *nisi quas ipse nobis nolentibus*[b] *stare permisit. De monasterio suo destructo vel de sepulcris filii vel fratris sui violatis et ossibus eorum disiectis cum qualiter factum sit audieritis, quia nos sumus innocentes agnoscetis. Ipsius castelli ubi haec acta sunt destructionem nulli nostrum credere voluit, sed hanc operam suis famulis et*[c] *familiaribus iniunxit; qui negligentes et pigri, quo citius quod erant iussi peragerent, omnes rusticos qui in illa vicinia erant convenire fecerunt, et eis demoliendi castelli potestatem dederunt. Rustici vero, sicut rustici imperiti et ab eodem castello multa mala perpessi, cum nullus adesset qui castigaret, nichil in ipso voluere relinqui, quo*[d] *iterum deberet renovari. Postea saepius domino nostro regi legationem sicut humiles servi cum multa supplicatione misimus, ut, si quid in illa vel qualibet causa contra eum fecisse videremur, principum suorum iudicio vel negando vel emendando satisfaceremus. Quam legationem quia adhuc ut accipere vellet nullius auxilio obtinere potuimus, vestrae sanctitati simul omnes, pedibus vestris advoluti, supplicamus, ut nobis iram domini nostri regis mitigare velitis, eique suadere, ut quod uni faceret homini, facere dignetur universae genti, scilicet ne prius nos furore bellico devastare quaerat, quam nos coram principibus suis criminosos et crimen emendare nolentes ostendat. Securitatem quam vos et alii principes eius iusseritis, a nobis accipiat, ut ad nos sine bello veniat, et vestro nos iudicio vel puniat, si meruimus, vel in pace cum gratia sua dimittat, si innocentes inventi fuerimus. Sin hoc noluerit*[e], *in qualibet regni sui parte principes suos convenire iubeat, et quoscumque ex nobis adesse voluerit, eis eundi redeundi*[f] *securitatem tribuat, et quicquid vos iudicaveritis de nobis faciendum, faciat. Hoc*[g] *igitur domino nostro suggerite, et ei pro Dei timore suadete, ut nos homines esse cogitet, ne ad periculum animae suae nos innocentes perdere desideret. Si vestra sublimitas pigra vel minus pia in his agendis fuerit, districtum Dei iudicium nostras animas a vobis exigere habebit. Quod si vestrum pium consilium rex forsitan audire noluerit, rogamus vos et obsecramus, ut saltem vos et vestros instrumentum sui furoris habere non possit; ne, dum furori eius ministratis, vitae vestrae*[h] *et animae periculum incurratis. Valete.*

43. Eundem sensum continentes vel litteris vel verbis legationes cunctis ex illa parte principibus singuli principes nostri miserunt, et tandem a rege vix, magis importunitate devicto quam pietate mollito, responsum hoc acceperunt, quod hoc solo modo suam gratiam habere possent, si se suamque libertatem et omnia quae possidebant potestati regiae sine omni conditione tradere voluissent. Quod facere rennuebant, quia nullius eum pietatis esse saepe experti fuerant.

1075. Apr. 5. 44. Anno igitur et amplius, postquam de Saxonia rex abiit, evoluto, quum rex esset Maguntiae, in dominicae resurrectionis festo, Saxonum nuntius illuc cum litteris venit, quas Udoni Treverensi archiepiscopo, qui missas eo die celebrabat, cum stans in pulpito faceret populo sermonem, porrexit, et ut eas omni populo recitaret et exponeret, ex omnium persona Saxonum pro Dei amore rogavit. Quod cum rex fieri prohiberet, nuntius ipse litterarum sensum cuncto populo brevi sermone fidenter exposuit, et omnes qui Deum timerent, ne Saxoniam, priusquam de aliquo crimine convicta fuisset, armis invadere vellent, verbis omnium Saxonum postulavit. Sed dux Suevorum Rodulfus, foederis a Saxonibus cum rege subito compositi non oblitus, regem, quatenus iniuriam cum Deo tum sibi suisque principibus universis contumeliose factam non sine vindicta dimitteret, instigavit, et ei se cum tota virtute quam posset habere promisit. Idem ceteri principes universi fecerunt, aliqui quidem multis promissionibus allecti, plures autem vicinae mortis necessitate, quam vitare non poterant, adducti.

45. Quod ubi Saxonibus est auditum, tunc frequentes regi cunctisque primatibus legationes miserunt, obsecrantes, ut se cum ferro nollent innocentes invadere; quia si in aliquo rei maiestatis regiae ostenderentur, ad ipsorum arbitrium parati essent poenas dare. Tunc rex archiepiscopo Magedaburgensi cum quibusdam aliis suam gratiam mandavit, sibique a suis amicis esse consultum, ne totam gentem sine culpa deleret, innotuit; quorum consilium se velle, dixit, audire, si isti vellent a suis inimicis discedere, sibique[i] Burchardum Halberstadensem episcopum, Ottonem ducem, Fridericum prae-

a) *ita* 2. confringimus 1. b) uolentibus 2. c) f. et *desunt* 2. d) quod 2. e) *ita* 2. voluerit 1. f) eis e. et r. 2. g) Hec 2. h) nre 1. i) sibi 1.

fectum palatii[35], cum ceteris quos adhuc quaereret, traderent[a]. Cui legationi cum consensu ipsorum qui poscebantur est responsum, ut ipsi ei hac conditione praesentarentur, quatenus sub utrorumque principum iudicio starent, ut eos illorum sententia vel convictos dampnaret, vel innoxios regis gratiae cum tota Saxonum gente reconciliaret. Sed Willehalmus Rex agnomine, et Fridericus[b] de Monte, cum viderent aperte iam bellum coepisse, sacramenti quod cum ceteris Saxonibus fecerant obliti, multarumque calamitatum quas ipsi fuerant passi, necnon quod ipsi causa principalis erant incipiendi belli, patriam infideles deseruerunt, et infideliores ad hostem patriae regem noctu transfugerunt. Nam postea nec cives nec hostes eis fidem habebant, et apud utrosque viles et infideles, despecti et miseri erant.

46. Ergo rex cum toto quem poterat habere exercitu iuxta Beringa[c][36] venit, ibique positis castris consedit. At ex alia parte Saxones circa[d] Nechilstedi[e][37] sua castra locant, et dum rex eos ad concilium vocet, expectant. Cumque verba quibus suos accusatos volebant expurgare disponerent, aderat nuntius regis, qui regem cum Saxonibus non verbis sed ferro[f] disputare velle dicebat, et huic disceptationi diem crastinum determinabat. Nondum bene nuntius ille verba finierat, cum veniens alter, regem cum toto exercitu adventare dicebat. Quod primo non credentes, ubi nimis verum esse cognoscunt, quia nec consilii locus erat ineundi nec exercitus ad proelium ordinandi, quod ex improviso deprensi solent facere, pauci quibus vel animus[g] vel arma fuerunt in promptu, fortiter ibant ad pugnam, plures vero, quibus longe vel animus vel arma erant[h], vertuntur in fugam. Verum ipsi pauci qui ad proelium persliterunt, bene quantum poterant vel suam vel illorum qui fugerant vicem peregerunt. Nam nisi Deus ibi superbiam nostram humiliare decrevisset, paucissimi nostri totum exercitum illum in fugam vertissent. Postremi enim illorum nescientes, quod nostrorum pars maior fugae se dedisset, coeperunt et[i] ipsi fugae praesidia quaerere, et nisi illi nostrorum fugam prius agnovissent, fugiendo nobis victoriam reliquissent. Quem cui belli casus daret occidere, nec ipsis qui occidebant dabatur agnoscere, quia tanta fuit pulveris facta commotio, ut cuiquam vix inter civem et hostem posset esse discretio. Hoc tamen comperimus, quod Udo noster marchio[k] consobrinum suum Rodulfum ducem gladio fortiter percussit in faciem, et nisi nasus galeae dependens fideliter defenderet, partem capitis ei superiorem penitus abscidisset. Fratres in illo proelio fuere diversi, patres contra filios, necnon et alii affectus[l] erant contra se divisi. Sed si quis scelus in suo propinquo faceret, a nemine poterat sciri. Saevissimum quidem fuit illud proelium, sed brevissimo tempore peractum. Nam nostri numero quam pauci sed virtute multi — ipsi enim hostes numquam tantos ictus gladiorum se fatebantur audisse — postquam se a suis desertos esse viderunt, et ipsi multos occidendo fatigati fuerunt, ex paucis pauciores, paulatim se a periculo subtraxerunt, regique victoriae quidem gloriam, sed cum multa suorum ruina reliquerunt. Nam cum nostris ex partibus, ex summis principibus Gevehardus comes, ex mediis vero Folcmarus[m] et Suidgerus cecidissent, ex illa parte iacuerunt octo primates, non minus ipso rege nobiles. Hoc proelium primum factum est anno Domini 1075, Idus Iunii, feria tertia.

47. Ergo rex, adepta cum multo suorum cruore victoria, aliquot dies intra sua castra manebat, donec eos quos de suis metus disperserat[n] recollegit, et mortuos suos vel sepeliri vel in patriam sepeliendos fecit deportari. Deinde Saxoniam nimis laetus intravit, quam sic prostratam, ut ulterius non resurgeret, aestimavit. Obvia quaeque praedando diripuit aut incendio consumpsit. Si pagani nos ita vicissent, non maiorem in victos crudelitatem exercerent. Feminis nil profuit in ecclesias fugisse vel illuc suas res comportasse. Nam viri per silvas diffugerant, vel ubicumque spem salutis invenire latendo potuerant. Feminas in ipsis ecclesiis, etiam si fugissent ad altare, corrumpebant, suaque libidine barbaro more completa, feminas cum ecclesiis comburebant. Principes vero nostri diversas munitiones intraverunt, et inde legationes regis principibus[o] obviam miserunt, obsecrantes, ut vel nunc Deo de sua gloria[p] gratias agerent, et fra-

a) traderet 1. b) fritthericus 1. c) betinga 1b. c. *Dresd.* d) S. c. *desunt* 1. e) Hechilstedi 1. Wichelstedt 1b. c. *Dresd.* Nechilstede 2. f) *deest* 1. g) animis 1. h) erat 1. i) etiam 1b. k) Udo marchio de Stadhen 2. l) effectus 1. m) folomarus 1. n) disperat 1. o) princibus 1. p) victoria 2.

35) i. e. comitem palatinum. 36) Beringen prope Langensalzam. 37) Nägelstädt ad Unstrudam.

1075. tribus suis in Christo pro Christi nomine vel victis parcerent. Quarum legationum quasdam supponere complacuit, ut ex his lector ceteras, quia omnes eundem sensum habebant, agnoscere possit.

48. *Sigefrido Magontino et Adalberoni*[a] *Wirtzeburgensi*[b], *praesulibus*[b'] *sanctissimis, Werinherus*[c] *solo nomine Magedaburgensis episcopus, quicquid humilius potest et devotius. Quia vos duos duorum praeceptorum Dei flamma plus aliis fervere non dubito, specialiter ad vos duos supplex confugio, rogans et obsecrans, ut in hoc perfectam Dei caritatem, sicut confido vos habere, probetis, ut in miseros fratres misericordiae viscera misericorditer habeatis. Cogitate quia, sicut vos melius quam ego novistis, quicquid alicui gratia divina largitur, hoc ei vice talenti de quo rationem venturo iudici reddat imputatur. Itaque quia vobis familiaritatem coram domino nostro rege, regis coelestis misericordia voluit concedere, sic ipsam familiaritatem facite cunctis qui vestro indigent auxilio prodesse, ut et omnis qui vestro sublevatus fuerit auxilio, de vestra felicitate gaudeat, et ipse Deus aeternam mercedem vobis pro lucro talenti tribuat. Inprimis igitur meam causam cum domino nostro dignetur misericordia vestra misericorditer tractare, scilicet quia semper volui et volo pro viribus meis, et ultra vires, eius honori servire. Quod si me forte maiestas eius accusat*[d], *quia*[e] *nuper quasi pugnaturus cum eo venerim, hoc quod ipsa veritas, quae Christus est, novit verum esse, respondete, me nulla pugnandi causa venisse, sed ob hoc solum, sicut coram legatis eius fuerat constitutum, ut eos quos in nostris partibus suos vocaverat inimicos, volentes sive nolentes ei praesentarem, quatenus vestro aliorumque principum iudicio, vel in crimine deprehensi iusto supplicio subiacerent, vel innocentes inventi, vobis intercedentibus gratiam eius reciperent. Quorum causam quia non est dignatus accipere, quid me nisi, sicut feci, decebat abscedere? Si alias michi quaslibet culpas imponet, ne longum faciam, vestram aliorumque eiusdem ordinis virorum patiar sententiam. Deinde domino*[f] *nostro regi dignetur almitas vestra suggerere, ut recordetur, se coelestis regis vicem simul et nomen habere, qui dicit se misericordiam magis velle quam sacrificium, et qui venit non ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum; quatenus dum haec recogitans eum, cuius est*[g] *membrum et cuius nomen habet, actibus studet imitari, mereatur in regno coelesti beatitudinis aeternae gloria coronari. Per totum fere annum litteris aliisque legationibus nostris omnes fere principes regni suppliciter adivimus, et ut nobis copiam coram veniendi acquirerent oravimus, quatenus eorum iudicio vel noxii dampnaremur*[h] *vel innoxii solveremur. Quod quia numquam impetrare potuimus, iterum vos et omnes Dei fideles suppliciter oramus, ut saltem nunc, postquam iram suam nostro cruore satiavit, postquam Deus illi, sicut oportebat, honorem donavit, furorem deponat, Deo gloriam reddat, et quod ante sanguinem effusum fecisse poterat, nunc tanto sanguine fuso faciat. Det nobis locum, ubi vobiscum, et cum Rodolfo, Berchtaldo*[i], *Godefrido ducibus convenire possimus*[k], *et in quacumque re vobis culpabiles esse videbimur, omni voluntate nostra deposita, vestrae prudentiae iudicium volentes patiemur. Nulla fuit umquam in quolibet pagano tanta crudelitas, ut quos sine omni periculo vel labore suae dampnationis subdere potuisset, non sine suo suorumque periculo sibi subicere vellet. Quod si nostrum sanguinem, dum nichil eius supersit, laborat effundere, cogitet, hoc non facile fieri posse sine suorum aliqua commixtione*[l]. *Itaque si nobis nullam misericordiam facere disponit, saltem suorum manibus et gladiis parcere velit. Haec igitur et si qua potueritis aptiora, domino nostro suggerite, eique ut Deum timeat, populumque, cui rector est datus, non perdat sed custodiat, suadete: ut et ille si vos audierit, et vos si bene suaseritis, aeternam mercedem recipiatis.*

49. *Dominis et N. sacerdotibus sanctis, ceterisque viris eiusdem virtutis et ordinis, Werinherus*[m] *plenus omni miseria, aeterna participari misericordia. Quamvis omnes supplicationes, quas vestrae paternitati verbis vel litteris feci, nichil michi adhuc videam profuisse, tamen iterum vestrae pietati non cesso supplicare, ut si vos nec mea innocentis calamitas, nec, quae vel nocentibus solet misereri, flectit ulla pietas, saltem vos taedio suo mea vincat importunitas. Per omnipotentis igitur Dei clementiam vos rogo pariter et moneo, praesules sanctissimi, ut in me vos ipsos considerare dignemini, et me non solum in nullo crimine convictum, sed nec de ullo*[n] *crimine compellatum, condempnari ne patiamini. Culpa*

a) alberoni 1. athelberoni 2. b) wertzeburg. 1. b') praesulis 1. c) W. 1. d) incusat 2. e) quod 2. f) domno 2. g) e. m. et c. *desunt* 1. h) dapnemur 1. i) bertoldo et g. 2. k) possumus 1. l) admixtione 2. m) W. 1. n) illo 1.

michi prius imponatur, defensionis michi locus donetur, ubi vel nocens vestro iudicio dignum cogar subire supplicium, vel innocens vestrum sub gratia domini nostri[a] *merear habere consortium. Quis enim fuit umquam iuste prius dampnatus, quam de aliquo crimine fuisset accusatus? Nondum michi cognovi culpam quamlibet imponi, et iam quasi criminum plurimorum convictus, poenas saevissimas dedi. Quod si me quisquam domino meo fuisse vel esse perfidum criminatur, non minus quam qui dixit Domino: „Demonium habes“ mentitur. Haec igitur cum domino nostro clementer tractate, et ut se regem esse recogitet*[b] *suadete, et unde rex sit appellatus edocete. Vestra quoque sapientia dignetur secum pensare, cuius vel quanti criminis sit, ecclesiarum bona vastare, ipsas ecclesias polluere vel incendere; et si ullum vel magnum crimen esse videatur, in hoc*[c] *vos domino nostro fideles esse probate, ut dum eum ab iniusto revocatis, eius animam ab incendio gehennae liberetis; ne dum ille externa sanctorum bona iniuste devastat, internis bonis sanctorum gratia privatus, iuste careat. Recorderetur etiam prudentia vestra, quia mortem minatur apostolus non solum morte digna facientibus sed etiam consentientibus.*

50. Fridericus vero, Monasterii praesul venerandus, quia de nostris partibus erat oriundus et Magedaburgensis ecclesiae fuerat olim canonicus, archiepiscopo Magedaburgensi litteras misit, quibus eum[d] commonuit, ut quocumque modo potuisset, pacem facere cum rege satageret. Quibus litteris has litteras Magedaburgensis archipraesul remisit:

51. *Sacerdoti Dei Friderico*[e] *sanctissimo, Werinherus*[f], *eo quod vocatur indignus, devotos fraternae servitutis affectus. Quamvis eo moerore, quem nova tribulatio genuit, ita sim plenus, ut in penetrabilibus cordis mei nullus ulli gaudio possit inveniri locus, consolationis tamen vestrae litteras ut accepi, non parum lacrimas moeroris repressi, quia nonnullum lenimen doloris*[g] *habeo, cum vel unum fratrem fraterno dolore dolere video. Tunc autem solido gaudio gauderem, si vos sicut tribulationem quam sumus experti, sic innocentiam nostram*[h] *considerare viderem, vel si consilium, quod michi de facienda pace datis, ut ipsa re fieret, adiuvare possetis. Ut enim a rege nostro cunctisque regni principibus, maximeque ab episcopis nostris confratribus, igni ferroque terra nostra vastaretur, quod crimen nostrum tale praecessit? Vel si ullum fuit, in quo concilio sacerdotum, in quo palatio principum declaratum patuit? Quando vocati*[i] *ad satisfactionem venire contempsimus? A quibus accusati et*[k] *convicti sumus? Immo postquam domini nostri regis iram, licet sine causa, in nos exarsisse cognovimus, singulos principes, sacerdotes et laicos, scriptis et dictis suppliciter oravimus, ut coram veniendi copiam nobis impetrarent, quatenus aut criminosi ipsorum iudicio dampnaremur*[l], *aut sine crimine cum pace et gratia domini nostri dimitteremur. Quod cum nobis nichil prodesse videremus, ipsi domino nostro legationem sicut humiles servi saepe fecimus, supplicantes ut nos vel in crimine deprehensos iudicio principum palam dampnaret*[m], *vel sine crimine repertos gratiae*[n] *suae serenitate donaret. Hac igitur de culpa terram nostram saevus vastator invasit, igni ferroque pene desertam reddidit. Quod si soli laici in illo exercitu fuissent, forsitan ecclesiis et ecclesiasticis rebus pepercissent. Nunc vero quia*[o] *plurimi sacerdotes aderant, nulli rei sacrae parcebant, sed ecclesias, quas vel ipsi vel fratres*[p] *eorum consecraverant, igne nefario succendi videbant, nec contradicebant. Quid igitur tunc laici facerent, cum episcopos ut talia fierent consentire vel etiam instigare viderent. Sed ut haec gesta sint*[q], *quamvis ante simus ultra modum puniti quam aliquo modo in culpa qualibet inventi, quamvis ab illis simus caede et incendio sine culpa vastati, a quibus nos oporteret vel in aperto crimine defendi; tamen de facienda pace consilio vestrae pietatis acquiescimus, si eam fieri posse sine maiore*[r] *dampno nostro viderimus. Illarum partium principes in aliquem locum, quo nos tuti possimus occurrere, veniant, nosque sua sapientia quid nunc acturi simus edoceant; quia quicquid eis placuerit, dummodo nobis vel posteris nostris non noceat, noster consensus concorditer implebit. Quod si paternitas vestra suscipiens hanc*[s] *operam opere complebit, cum coelesti praemio nos omnes fideles semper amicos habebit.*

52. Ipso tempore Deus omnipotens urbi Magedaburgensi per sanctorum merita, qui ibi plures habentur, magnam misericordiam ostendit, et ipsam urbem totumque illud

a) d. n. regis 2. b) *ita* 2. cogitet 1. c) v. nichil vos 1. d) eum ut fidelis terrae de qua natus erat c. 2. e) F. 1. 2. f) W. 1. g) cordis 2. h) vestram 1. i) *deest* 1. k) vel 2. l) dampnaretur 1. m) dampnare 1. n) sue g. sue 1. o) quam 1. p) vel e. confratres dedicaverant 2. q) st̄ 1. r) maiori 2. s) h. piam op. 2.

1075. episcopium a crudeli regis invasione ita mirabiliter defendit, ut nulli qui hoc cognovit[a] liceat dubitare, ipsorum meritis sanctorum tunc illam civitatem incolumem permansisse. Nam cuidam ancillae Dei ante proelium per visionem fuerat revelatum, si caput sancti Sebastiani, quod in eadem civitate cum multa veneratione habetur, circa terminos episcopii fuisset portatum, eosdem terminos nullus posset intrare hostium. Quod cum ipsa 5 Meginfrido[b], eiusdem urbis praefecto, et praefectus, antequam exirent ad bellum, nobis 38 audientibus archipraesuli nostro retulisset[38], peracto iam proelio, caput ipsum omnes terminos nostros, antequam rex veniret, circuire fecimus[38]; et ita esse sicut ancilla Dei praedixerat, ex ipso rerum eventu comperimus. Nam ubicumque rex ad ipsos terminos venit, divino nutu perterritus rediens, nusquam illud episcopium intravit. 10

53. Sed cum rex exercitu comitante venisset Goslariam, ibique a quibusdam nostris episcopis triumphali susceptus esset gloria, ab amicis suis, quid sibi foret agendum, quaesivit, et vix, quod sibi utile esset, invenire potuit. Nam consilium quod ei dederunt pene omnes, ut Deo de victoria sua gratiam[c] ageret et Saxones in pacem et gratiam suam sicut rex christianus reciperet, non accepit; quod vero ipse solus volebat, 15 ut statim cunctos suae servituti subiceret, ad praesens implere non potuit. Nam nec Iul. principes omnes capere valebat, quia per diversa dispersi fuerant, nec diu cum exercitu in hac terra manere potuit, quia fames in illo anno nobis tunc utilis fuerat, et Iulius mensis fruges adhuc maturas non exhibebat; nec vero tutum putabat sine exercitu tunc in Saxonia remanere. Abiit ergo cum toto exercitu, et Saxoniam, sicut prius, 20 habuit in incerto. Nam postquam recessit, Saxones iterum congregantur, Deumque quod eos misericorditer castigans, non penitus opprimi permiserit, humili devotione collaudant, et se invicem, quatenus unanimiter pro sua libertate tota virtute pugnent, adhortantur; Deique misericordiam non ex toto sibi sublatam inde[d] coniectant, quia[e] quasi paterna pietate flagellati, ad recipiendam virtutem discessu regis oportunum tempus acceperant. 25

Oct. **54.** Interea rex totum exercitum iterum congregabat, ut Octobri mense Saxoniam ingressus, fruges, quas Iulio mense multas in agris viderat, aut utendo aut comburendo consumeret, populumque totum vel rebellem gladio devorandum daret, vel humilem perpetuae[f] servituti subiceret. Econtra Saxones magno iam periculo facti prudentes, cum non minore venerunt exercitu, iam non sicut antea fugaces terga daturi, sed fortiter 30 pro sua libertate pugnaturi, ita ut eam vel Dei auxilio firmiter retinerent, vel cum vita 39 simul amitterent. Ergo ambo exercitus in loco qui dicitur Everha[39] convenerunt, et a se non loco sed animo longe fuerunt. Tamen exercitus regis ad proelium non ut antea promptus erat, quia non, sicut audierat, inbelles esse Saxones expertus fuerat; et magna sibi pars de priori multitudine deerat. Nam Berchtoldus et Rodulfus duces postquam a 35 priori sunt proelio reversi, divina pietate compuncti, quadragesimas publice[g] ieiunaverunt, et amplius se pro rege contra Saxonum innocentiam non esse pugnaturos, fideliter Deo voverunt. Tunc illi[h] ad Saxones miserunt; et accepta dataque fide, ad secretum consilium principes ex utraque parte convenerunt. Ibi illi nostris in sua fide promiserunt, quod si se sponte tradendo regi vellent honorem facere et tota Saxonia quieta 40 staret in pace, et ipsi nec in dura nec in longa forent captivitate. Fama quoque testante comperimus, quod rex suis iurasset principibus, ut si hoc ad honorem suum perficerent, in principio Novembris proximi omnes ad sua cum pace et gratia sua dimitteret. Igitur Oct.25. omnes episcopi nostri, duces, comites, ceterique maiores[i], manu fidei ab illis accepta, regiae potestati se sponte tradiderunt, totumque populum suum valde tristem in patriam 45 redire iusserunt.

55. Distributis ergo per custodias principibus nostris, rex omisso exercitu Saxoniam cum magna gloria ingreditur, et ab his qui domi erant cum maiore gloria suscipitur. Nam sperabant eum, sicut promiserat, cum pace et pietate venire, omnesque suas iniurias oblivioni perpetuae tradere. At ille, suae promissionis oblitus, nec Deo 50 pro victoria, quam sic leviter acceperat, dignas laudes humiliter reddidit, nec illam quam tunc habebat gloriam umquam se disperditurum[k] credidit. Quod si regi regum

a) cogno[t] 1. b) meinfrido 1. 2. *cf. infra cap.* 117. c) *ita ed.* glam [gloriam] (daret *corr.*) ageret 1. d) idem 1. e) quod 2. f) *ita* 2. perpetuo 1. g) p. pro dei timore i. 2. h) Hi 2. i) maiores Saxonum et Thuringorum 2. k) *ita correxi;* dispoturum 1. dispositurum *ed.* 55

38) Hinc patet, Brunonem inter clericos archiepiscopi familiares fuisse. 39) Ebra prope Sondershausen.

se tunc humiliter substerneret et in victos misericordiam Dei ostenderet, non solum quos vicerat Saxones, sed omnes quibus imperabat gentes, timere se pariter et amare faceret, et ad illas etiam nationes quae sibi non subiacebant, gloriae suae famam cunctis laudandam transmitteret. Quia vero crudelitatis antiquae non immemor, timeri tantum nec amari curabat, nec Saxones sibi fideles nec alias sui regni nationes devotas habebat, et ingentem apud exteras gentes laudem, quam posset habere, perdebat. Amicis enim non minus quam hostibus crudelis fuit, nisi quod in amicos crudelitatem prius exercebat, ut hostes ex hoc cognoscerent, quid sibi futurum sperarent.

1075.

56. Ekkiberti[a] denique marchionis, qui Saxonibus nullum fecerat auxilium, sed regi, utpote valde propinquo genere, toto animo favebat, possessiones prius invadit, easque Othelrico[b], cuidam de suis consiliariis, donavit. Hic Othelricus de Godesheim oriundus fuit, et quia Dei timorem penitus abiecerat, Godeshaz[c. 40] agnomen habebat, quia vere ex odio Dei venerat, quod ille regi familiariter adhaerebat regisque mentem pro suo velle disponebat. Deinde nostrorum bona captivorum, quae ipsis manere debebant integra si fides fuisset ei integra, suis parasitis largitur; et quae suis principibus in nos bona promisit, cuncta mentitur. Tunc urbes et castella vel quascumque munitiones adhuc habebat Saxonia, suis sequacibus commendavit; et ut per totam regionem tyrannidem exercerent imperavit.

57. Natalis dominici festivitatem, ubi 1076. annus ab incarnatione Domini inchoatur, convocatis[d] ad se suarum partium episcopis[e], animo non festivo Goslariae celebravit, quia festum salutis humanae principium Ottonis occisione nefanda contaminare disposuit; quem[f] Christus ad honorem suae nativitatis eadem gratia mirabiliter eripuit, qua ad liberandum genus humanum ipso tempore Deus homo fieri voluit. Nam ipsum ducem Roperto[g] Bavenbergensi episcopo servandum commiserat, et episcopus eum in castello quodam, dum ipse pergeret ad curtem regiam, militibus suis custodiendum tradiderat. At rex illuc episcopo nesciente misit, ducemque ad se duci praecepit, ita ut, temporum vicibus mutatis, per noctes irent et per dies noctium vice quiescerent. Cumque in media nocte a quatuor armatis inermis ipse ductus Goslariam venisset, et illi per curtem ad silvam tendere voluissent, tunc primum intellexit, quod in silva se[h] occidere iussi fuissent. Igitur eos rogat, ut sibi ad monasterium orare liceat. Quod ei cum fuisset negatum, subito unius ipsorum gladium comprehendit[i] per capulum, et cum ense nudo, invitis illis, ad episcopi sui custodis cubiculum[k] pervenit, et cum magno strepitu episcopo expergefacto, rem quae secum agebatur innotuit, eumque ut se a furtivae casu mortis eriperet oravit. Quod cum per oppidum divulgatum fuisset, rex eum, sicut voluerat, non praesumpsit perdere, sed eum libere per curiam quo vellet ire permisit. Sed ille, sicut erat vir in omnibus prudens, ad consilia regis frequenter accessit, et sapientia sua brevi tempore promeruit, ut quicquid ad honorem regis pertineret, eius consilio maxime rex ipse disponeret. Denique quem nuper habebat hostem saevissimum, eum nunc coepit habere consiliatorem fidelissimum.

1076.

58. Nos autem ubi principes illos, qui nostros habebant in custodia, Goslariae esse comperimus, litteras eis supplicationum pro principum nostrorum liberatione transmisimus, quaeque civitas sive provincia pro sui episcopi sive primatis ereptione. Ex quibus unam tantum placuit epistolam subnectere:

59. *Domno Udoni, ovium Christi sanctarum sanctissimo pastori, clerus et populus Magedaburgensis[l] ecclesiae devotionem fidelissimam utriusque hominis. Quod tanti viri notitiam familiariter et gratiam nulla nobis adhuc nostrae servitutis exhibitione quaesivimus, nosmetipsos inter nos vehementer accusamus, et nulla nos servitute nostra vobis[m] vel notos esse factos eo magis erubescimus, quo non promeriti tanta pietatis vestrae solatia in multis nostris tribulationibus accepimus. Ex omnibus enim tribulationibus, quas vel longus iam nos usus ferre patienter edocuit, vel quas ipsa novitas quo insolitas[n], eo nobis graviores reddit, nulla nobis umquam gravior incubuit, quam quod nostro domino archiepiscopo[o], immo patre piissimo, per tam longae captivitatis aerumpnam carere contigit, his praecipue*

a) Erriberti 1. 1b. Ekberti marchionis de Bruneswic 2. b) *ita* 2. Otherico 1. 1b. *ita et infra.* c) *ita* 2. godeshez 1. godeshetz 1b. d) conuacatis 1. e) cum frequentia suae partis principum 2. f) quam 1. g) Roperte 1. Roberto 2. h) se furtim o. 2. i) appr. 2. k) hospitium 2. l) magdeb. 1. m) nobis 1. n) insolitos 1. o) archi. 1.

40) i. e. odium Dei.

1076. *tempestuosis temporibus, in quibus nobis esset maxime necessarius. Sed quia, sicut ex ipsius legatione cognovimus, multa vestrae pietatis humanitate fruitur, ita ut se non dolore captivitatis affici, sed a labore, quo plurimo fatigatus erat, multa dulcedine vestra refici fateatur, omnium quas*[a] *nos patimur afflictionum libenter obliti, dum caput nostrum gaudere cognoscimus, dolorem membrorum, vel si magnus sit, nullum putamus. Paternitatis igitur* 5 *vestrae pedibus omnes unanimiter devoto corde prostrati, plurimas plurime referimus gratias vestrae pietati, quia dum hanc quae maxime nos affligebat curam misericordia vestra mitigastis*[b], *omnes alias sollicitudines nos ventis in Creticum*[c] *mare portandas tradere fecistis. Quod si divina favente clementia solidum nobis hoc gaudium vestra paternitas effecerit, et ad sua citius redire dominum nostrum suis suorumque supplicationibus adiu-* 10 *verit, numquam vos priora nobis beneficia praestitisse poenitebit, dum et ipsum dominum nostrum vobis amicum semper ad omnia paratissimum, nosque omnes non minus devotos habebitis et subiectos, quam clerum sive populum proprium. Ad quod perficiendum si vestra sublimitas eo quo speramus studio voluerit eniti, sine multo labore credimus id posse fieri, quia hoc certum tenemus, quod ipse tenetur innocens captivus, et sola suae salus* 15 *ecclesiae fuit ei causa traditionis suae. Omnipotens igitur Deus diu vos in hac vita conservet, ecclesiae suae solatium, et post hanc vitam tribuat vobis sempiternum beatae vitae praemium. Valete*[d].

60. Cum ergo rex urbes et omnes in Saxonia munitiones suorum fidelium praesidiis occupasset, et nichil sibi, quominus in Saxonia faceret cuncta quae vellet, putaret 20 Mart. obstare, transivit a nobis in medio quadragesimae, obsides multos secum ducens, et apud nos, qui tributa de regionibus nostris exigerent, relinquens. Cumque suos fines intrasset, et duces eius ceterique qui fortiter in proelio pugnaverant dona triumphalia 41 expectarent, ille munus quod fere cunctis suis fidelibus largiri solitus erat[41], etiam nunc in praemio virtutis dare parabat; dolensque quod ex principibus in proelio non ad votum 25 suum cecidissent, vitam, quam per ignaviam eos servasse credebat, eis per saevitiam auferri[e] cupiebat. Nam ut solus omnium dominus esset, nullum in regno suo dominum vivere vellet. Itaque cum tribus fortissimis viris armatis quandam domum desertam medio noctis intravit, et illuc unum ex militibus Rodulfi ducis secreto introduxit. Qui visis gladiis sibi timuit, quia quo effugeret non habuit. Sed cum rex multis eum pro- 30 missionibus oneraret, si Rodulfum ducem, ubi primum sibi daretur oportunitas, occideret, non amore promissorum sed timore gladiorum praesentium, hoc se facturum quasi laetus promisit, suamque promissionem iuramento confirmavit. Mane autem facto, cum dux de virtute et fide multum laudatus a rege, cum multa suavitate dimissus abiret, ille correptis armis velociter insequitur, et lancea protensa per mediam turbam 35 festinans, alto clamore se ducem occidere minitatur. A militibus vero circumdatus et causam terroris interrogatus, totam seriem negotii quod in nocte gestum fuerat exponit, armisque proiectis ipsi duci, quid et qua vi coactus iurasset, innotescit.

61. Alio tempore, cum idem dux reginam in manu sua a monasterio duceret, rex sagittario[f] cuidam praecepit, ut eum iuxta reginam sagitta transfigeret. Sed ab eodem 40 sagittario praemonitus dux, reginam non perduxit, sed inventa qualibet causa, festinus ab ea recessit.

62. Tertia vice cum causae quaedam[g] intra cubiculum regis agerentur, et actionibus illis dux cum paucis suis interesset, nunciatum est ei, quod duo regis famuli ianuam cum nudis gladiis obsiderent, qui ducem egredientem ex utroque latere perfo- 45 derent. Itaque suos cum gladiis occultis occulte fecit advenire, et aliquos ex ipsis cubiculum fecit intrare, plurimos vero prae foribus stare. Cumque omnia sicut iusserat essent disposita, cum suis accedens ad ianuam: *Tales*, inquit, *ianitores, domne rex, in vestro cubiculo nollem modo vidisse, nec umquam posthac amplius volo videre.* Haec locutus et abiit cum magno furore, et dixit, quod et implevit, quod numquam[h] vellet 50 ulterius ad regis curiam venire.

63. Eodem vel[i] simili dolo etiam Bertoldum ducem[k] quaerebat perdere, quia hi duo magis videbantur eius malitiae obsistere. Et quare de duobus tantum eius saevitiam commemoro, qui nullum de principibus possum asserere securum tali periculo?

a) quos 1. b) mitigasti 1. c) *ita emendavi ex Horat. Od. I. 26.* v. mercium 1. in Ercium *ed.* d) Val. 1. 55
e) auferre 1[b]. f) sagitario 1. g) quadam 1. h) *deest* 1. i) et 1. k) B. d. de Zaringe 2. 41) i. e. mortem.

Quadam namque die dum ipse cum suis scurris moraretur in cubiculo, et episcopi ceterique primates excubarent in vestibulo, fertur illis dixisse qui conscii et fautores erant suae nequitiae: *Ecce isti sunt, qui regni mei divitias habent, et me meosque omnes in paupertate reliquerunt. Quod si illi de medio fuissent ablati, ego cunctique mei familiares cito possemus divites fieri. Quapropter, si viri estis et divitias habere cupitis, istos nunc inermes armati fortiter invadite, et omnia quae illi possident accipite.* Habebat autem in cubili suo semper multas secures lato ferro splendentes, quibus nec clipeus nec galea resistere poterat virtute aliqua. Quod nisi Anno Coloniensis praesul ab uno qui cum ceteris facinus erat acturus paulo ante fuisset submonitus, ea die fuisset perpetratum miserabile facinus.

1076.

64. Verum ut ad priora paulisper revertar, ubi primum primates nostri deditionem fecerunt, omnes semitas quae per montes ducunt in Italiam, rex claudi praecepit, nec ulli homini viam patere permisit, ne rei veritas ad apostolicum prius veniret, quam ipse per legatos in suum favorem ipsum apostolicum traduceret. Deinde misit Romano pontifici legatos, qui ei intimarent, quod episcopi Saxoniae sui ordinis obliti, contra se in proelio congressi[a] fuissent, eumque rogarent, ut eos, sicut infideles periuros et belli civilis auctores, gradu sacerdotali deponeret, quatenus tales per quos[b] ecclesia pacata regeretur, ipse in eorum locum poneret. Sed regis legatos ad apostolicum fama praecesserat, eique seriem rerum gestarum totam veraciter indicaverat. Misit ergo regi litteras, quibus eum de multis aliis criminibus arguebat, et ut episcopos a captivitate dimissos, ecclesiis bonisque suis integre restitutis, remitteret, orabat, et post haec[c] concilium in eo loco quo venire posset apostolicus congregaret, ubi episcopi vel, si digni essent, episcopalem perderent dignitatem, vel iniuriarum quas erant passi canonicam reciperent satisfactionem. Quod si in his sacris canonibus noluisset rex obediens existere et excommunicatos a societate sua repellere, se eum velut putre membrum anathematis gladio ab unitate sanctae matris ecclesiae minabatur abscindere. Qua legatione suscepta, et venientibus suis quos miserat apostolico confirmata, tristis valde fuit, quia in apostolica dignitate malitiae suae, sicut sperabat[e], auxilium non invenit.

65. Rex igitur cum suis deceptoribus una Wormatiam venit, et cum singulis vel[f] binis consilium inivit, qualiter dignam vicem rependeret[g] illi contumeliae, quam omnes audierant Romanum pontificem sibi fecisse, quod eum se minatus sit excommunicaturum[h], cum tale quid cunctis temporibus fuisset inauditum. Cumque multa multis modis diu volutarent, tandem quibusdam eorum placuit, ut episcoporum concilio facto, papam quasi simoniacum communi consensu dampnaret, eoque deposito, rex in loco eius unum de suis amicis constitueret, qui omnia quae regi fuissent placita, tota voluntate perficeret. Hoc igitur inito confirmatoque consilio, fecit omnes suos episcopos convenire, et coegit eos Hildebrando, qui Romanus pontifex vocaretur et non esset, subiectionem et obedientiam interdicere; et hoc ut post nullus eorum posset negare, fecit unumquemque eorum nomine suo praenotato manu propria abnegationem Hildebrando chartis[i] singulis inscribere hoc modo: *Ego N.*[k] *civitatis N. episcopus, Hildebrando subiectionem et obedientiam ex hac hora et deinceps interdico, et eum posthac apostolicum*[l] *nec habebo nec vocabo.* Quod quidem pauci fecerunt ex animo, qui et auctores ipsi fuere consilio; plures vero litteras quidem abrenunciationis mortis timore scripserunt, sed invitos se fecisse per hoc ostenderunt, quia cum primum datur eis oportunitas, apostolico supplices confessionis litteras dirigunt, et se reos ei agnoscunt, sed expurgationem necessitatis obtendunt. Deinde per totam Italiam misit epistolas, magnis donis et maioribus promissis illius terrae principes in favorem suae partis inclinans. Itaque nostrates[m] episcopi solummodo scripto, illi renuntiabant etiam[n] iuramento. Romanos etiam quam plurimos pecunia corrupit, et ut Hildebrandum ab apostolicae sedis honore deicerent, talibus litteris oravit. Ipsi quoque apostolico plenas contumeliis litteras direxit, in quibus, ut apostolicum nomen et sedem cito relinqueret, minaciter praecepit. Hoc autem exemplum est litterarum:

a) congessi 1. b) *deest* 1. c) p. h. in c. 1. d) ee 1. e) sperarat 2. f) *ita* 2. illis 1. 1b. g) *ita edd. recte;* repelleret 1. h) excommunicarum 1. i) cartis 1. k) enim 1. l) apostolicu 1. m) Teutonici 2. n) non 1b. *et edd.*

1076. 66. *Heinricus*[41] *Dei gratia rex, universae sanctae Romanae ecclesiae clero et populo, gratiam salutem et omne bonum. Haec fides firma et inconcussa*[a] *creditur, quae semper et eadem et praesenti servatur et absenti, nec diuturna eius cui debetur absentia, nec longi temporis taedio immutatur. Quam talem vos nobis servare scimus et gratias agimus, et ut eadem perseveret petimus, videlicet ut, sicut facitis, amicis nostris amici, inimicis nostris* 5 *inimici iugiter existatis. Inter quos scilicet Hildebrandum monachum notantes, vos in eius inimicitiam excitamus, quia hunc et ecclesiae invasorem et oppressorem, et Romanae rei publicae vel regni nostri insidiatorem deprehendimus*[b], *ut in subsequenti epistola sibi a nobis directa pernoscere in promtu est*[c]:

„Heinricus Dei gratia rex Hildebrando. Cum hactenus ex te ea quae patris sunt ex- 10 *pectarem, tibique in omnibus magna fidelium nostrorum indignatione obedirem, percepi a te*[d] *vicissitudinem, qualem oportebat ab eo, qui vitae regnique nostri pernitiosissimus hostis esset. Nam cum in primis omnem hereditariam dignitatem, quae michi ab illa sede debebatur, superbo ausu rapuisses, longius inde progrediens, regnum Italiae pessimis artibus alienare temptasti. Nec hoc contentus, in reverentissimos episcopos, qui nobis velut dulcissima* 15 *membra uniti sunt, manum mittere non timuisti, eosque superbissimis iniuriis acerbissimisque contumeliis contra divina et humana iura, ut ipsi aiunt, exagitasti*[e]. *Quae omnia cum ego quadam patientia dissimularem, tu hoc non patientiam sed ignaviam aestimans*[f], *in ipsum caput insurgere ausus es, mandans quae nosti, scilicet, ut tuis verbis utar, quod aut tu morereris aut michi animam regnumque tolleres. Hanc inauditam contumaciam ego* 20 *non verbis sed re confutandam diiudicans, generalem conventum omnium regni primatum ipsis supplicantibus habui. Ubi cum ea quae hactenus metu et reverentia tacebantur in medium deducta fuissent, veris assertionibus illorum, quas ex ipsorum litteris audies, palam factum est, te nullatenus in apostolica sede posse persistere. Quorum sententiae, quia iusta et probabilis coram Deo hominibusque videbatur, ego quoque assentiens, omne tibi papatus* 25 *ius, quod habere visus es, abrenuntio, atque ut a sede Urbis, cuius michi patriciatus, Deo tribuente et iurato Romanorum assensu, debetur, ut descendas, edico."*

Haec series nostrae epistolae ad Hildebrandum monachum. Quam idcirco et vobis scripsimus, ut et vobis nostra voluntas, et nobis, immo Deo et nobis, vestra satisfaciat caritas. Exsurgite[g] *igitur in eum, fidelissimi, et sit primus in fide primus in eius dampna-* 30 *tione. Non autem ut sanguinem eius fundatis dicimus, quippe cum maior sibi sit post depositionem poena vita quam mors, sed ut eum, si nolit descendere, cogatis, et alium communi omnium episcoporum et vestro consilio a nobis electum in apostolicam sedem recipiatis, qui quod iste in ecclesia vulneravit, curare et velit et possit.*

42 67. *Heinricus*[42], *non usurpative sed pia Dei ordinatione rex, Hildebrando, iam non* 35 *apostolico sed falso monacho. Hanc talem pro confusione*[h] *tua salutationem promeruisti, qui nullum in ecclesia ordinem praeteristi, quem confusionis non honoris, maledictionis non benedictionis, participem non feceris. Ut enim de multis pauca et egregia loquamur, rectores sanctae ecclesiae, videlicet archiepiscopos, episcopos, presbyteros, non modo non tangere sicut christos Domini timuisti, quin sicut servos, nescientes quid faciat dominus eorum, sub* 40 *pedibus tuis calcasti; in quorum conculcatione tibi favorem ab ore vulgi comparasti; quos omnes nichil scire, te autem solum omnia nosse iudicasti. Qua utique scientia non ad aedificationem, sed ad destructionem uti studuisti, ut iure*[i] *beatum Gregorium, cuius nomen tibi vendicasti, de te prophetasse credamus sic dicentem: „Ex affluentia subiectorum plerumque animus praelati extollitur, et aestimat se plus omnibus nosse, cum se videt plus* 45 *omnibus posse." Et nos quidem haec omnia sustinuimus, dum apostolicae sedis honorem servare studuimus. Sed tu humilitatem nostram timorem fore intellexisti, ideoque et in ipsam regiam potestatem nobis a Deo concessam exsurgere non timuisti, quam te nobis auferre*[k] *ausus es minari, quasi nos a te regnum acceperimus, quasi in tua et non in Dei manu sit regnum vel imperium; qui dominus noster Iesus Christus nos ad regnum, te autem* 50 *non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti: scilicet astutia, quod monachica professio abhominatur, pecuniam, pecunia favorem, favore ferrum, ferro sedem*

a) inconcussa 1. b) *ita* 2. compreh. 1. c) *hic* 1. *novum caput orditur.* d) *deest* 1. e) exacerbasti 2. f) existimans 2. g) Exurgite 1. *constanter.* h) confessione 2? i) i. hoc b. 2. k) auferri 1.

41) v. Legum T. II. p. 46. 42) v. Legg. T. II. p. 47. 55

pacis adisti, et de sede pacis pacem turbasti, dum subditos in praelatos armasti, dum episcopos nostros, a Deo vocatos, tu, non vocatus, spernendos docuisti, dum laicis ministerium eorum super sacerdotes usurpasti, ut ipsi deponant[a] *vel condempnent*[b], *qui ipsos a manu Domini per impositionem manuum episcoporum docendos*[c] *acceperant. Me quoque, qui*[d] *licet indignus inter christos ad regnum sum unctus, tetigisti, quem sanctorum patrum traditio soli Deo iudicandum docuit, nec pro aliquo crimine, nisi a fide, quod absit, exorbitaverimus, deponendum asseruit, cum etiam Iulianum apostatam prudentia sanctorum episcoporum non sibi sed soli Deo iudicandum deponendumque commiserit. Ipse*[e] *verus papa beatus Petrus clamat: „Deum timete, regem honorificate." Tu autem quia Deum non times, me, constitutum eius, inhonoras. Unde beatus Paulus, ubi angelo de coelo, si praedicaverit alia, non pepercit, te quoque in terris alia docentem non excepit. Ait enim: „Si quis, vel ego, vel etiam angelus e coelo, praeter id quod euangelizavimus, vobis euangelizaverit, anathema sit." Tu ergo hoc anathemate et omnium episcoporum nostrorum iudicio et nostro dampnatus descende, vindicatam sedem apostolicam relinque! Alius in solium*[f] *beati Petri ascendat, qui nulla violentiam*[g] *religione palliet, sed beati Petri sanam doctrinam doceat. Ego enim*[h] *Heinricus*[i] *rex Dei gratia, cum omnibus episcopis nostris tibi dicimus: Descende, descende*[k].

1076.

68. Quae litterae cum domno papae, in basilica Lateranensi sanctae synodo praesidenti, fuissent allatae, et coram synodo palam recitatae, tanta fit in ecclesia commotio, ut idem legatus, nisi inter apostolici pedes defensionem invenisset, membratim laniatus interisset miserabiliter. Sequenti vero die domnus papa coram ipsa[l] synodo declaravit, quotiens et quanta mansuetudine regem de magnis criminibus corripuisset, ut[m] episcopos a captivitate solveret quanta suavitate rogasset, apostolica auctoritate iussisset; et pro paterna dulcedine quantam superbiae amaritudinem recepisset. Deinde cunctis acclamantibus ne talis contumelia remaneret inulta, omnium consilio et consensu Heinricum synodali iudicio dampnavit, regisque nomine et honore privatum anathematis gladio percussit, litterasque in regnum Theutonicorum misit, quarum hic exemplar supponere placuit:

69. *Gregorius*[n] *episcopus servus servorum Dei, omnibus qui se cupiunt annumerari inter oves quas Christus beato Petro commisit, salutem et apostolicam benedictionem. Audistis, fratres, novam et inauditam praesumptionem, audistis scismaticorum sceleratam et nomen Domini in beato Petro blasphemantium garrulitatem et audaciam; audistis superbiam ad iniuriam et contumeliam sanctae et apostolicae sedis elatam, qualem vestri patres nec viderunt nec audierunt umquam*[p] *nec scripturarum series aliquando a paganis vel haereticis docet emersam. Cuius mali etsi quod*[q] *umquam post fundatam ecclesiam*[r] *et propagatam fidem Christi processisset exemplum, omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu et conculcatione apostolicae, immo divinae auctoritatis, dolendum foret et gemendum. Quapropter si beato Petro claves regni coelorum a domino*[s] *nostro Iesu Christo traditas*[t] *creditis, et vobis per manus ipsius ad aeternae vitae gaudia introitum parare*[u] *cupitis, cogitandum vobis est, quantum nunc de irrogata sibi contumelia*[v] *dolere debeatis. Nisi enim hic, ubi per discrimina temptationum vestra fides et corda probantur, socii passionum efficiamini, procul dubio non estis digni, ut participes futurae consolationis, et filii regni, coelestem coronam et gloriam sortiamini. Rogamus igitur caritatem vestram, ut instanter divinam misericordiam implorare studeatis, quatenus aut corda impiorum ad poenitentiam vertat, aut reprimendo eorum nefanda consilia, quam insipientes et stulti sint qui petram fundatam*[w] *in Christo evertere et divina privilegia*[x] *violare conantur, ostendat*[y].

Greg. VII. Regist. 3, 6.

70. *Beate Petre apostolorum princeps, inclina quaeso*[z] *pias aures tuas nobis, et audi me servum tuum, quem ab infantia nutristi, et usque ad hanc diem de manu iniquorum liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt et odiunt. Tu michi testis es, et domina mea*

a) deponent 1. b) contempnant quos ipsi 2. c) episcopalium docendi 2. d) *deest* 1. e) I. quoque 2. f) sedem 2. g) violencia 1. h) *deest* 2. i) N. 1. k) *Editio Freheri altera addit ex Lehmanni Chron. Spirensi, quae iam supra cap.* 65. *legebantur:* Subscriptio episcoporum singulorum. Ego N. civitatis N. episcopus Hildebrandi sectationem et obedientiam ex hac hora et deinceps interdico et eum posthac apostolicum nec habebo nec vocabo. l) ipso 1. m) utque 2. n) N. 1. p) *ita Regest.* quam 1. q) aliquod *R.* r) *deest R.* s) d. deo n. *R.* t) t. esse cr. *R.* u) patere *R.* v) iniuria *R.* w) p. a christo fund. *R.* x) privilegio 1. y) *R. add.:* Qualiter autem aut pro quibus causis beatus Petrus anathematis vinculo regem alligaverit, in chartula quae huic inclusa est, plene potestis cognoscere. *Reliqua desunt. Depositio illa III,* 5. *extat.* z) quesumus 2.

1076. *mater Dei*[a], *et beatus Paulus, frater tuus, inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana ecclesia me invitum ad sua gubernacula traxit, et ego non rapinam arbitratus sum ad sedem tuam ascendere, potiusque volui vitam meam finire in peregrinatione, quam locum tuum pro gloria mundi, pro seculari ingenio arripere. Et ideo*[b] *ex*[c] *tua gratia, non ex meis operibus credo, quod placuit tibi et placet, ut populus christianus tibi specialiter commissus, michi obediat specialiter pro vice tua michi commissa, et michi tua gratia est potestas a Deo data ligandi et solvendi in coelo et in terra. Hac itaque fiducia fretus, pro ecclesiae tuae honore et defensione, ex parte omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, per tuam potestatem et auctoritatem Heinrico regi filio Heinrici imperatoris, qui contra tuam ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius regni Theutonicorum et Italiae gubernacula contradico, et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod sibi fecerunt vel facient, absolvo, et ut nullus ei sicut regi serviat interdico. Dignum est enim, ut qui studet*[d] *honorem ecclesiae tuae minuere*[e], *ipse honorem amittat, quem videtur habere. Et quia sicut christianus contempsit obedire, nec ad Deum rediit quem dimisit, participando excommunicatis, et multas iniquitates faciendo, meaque monita, quae pro sua salute sibi misi, te teste spernendo, seque ab ecclesia tua, temptans eam scindere, separando, vinculo eum anathematis vice tua alligo, et sic eum ex fiducia tua alligo, ut sciant gentes et comprobent, quia tu es Petrus, et super tuam*[f] *petram filius Dei vivi aedificavit ecclesiam suam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam.*

71. Deinde non longo tempore transacto, domnus apostolicus, ne regem magis iniuriae suae dolore quam zelo iustitiae excommunicasse putaretur, has litteras ad regiones Theutonicas misit, quibus se iuste eum excommunicasse testatur[43]:

72. *Gregorius episcopus servus servorum Dei, omnibus episcopis, ducibus, et*[g] *comitibus, ceterisque fidelibus in regno Theutonicorum*[h] *christianam fidem defendentibus, salutem et apostolicam*[i] *benedictionem. Audivimus, quosdam inter vos de excommunicatione, quam in regem fecimus, dubitare, ac quaerere, utrum iuste excommunicatus sit, et si nostra sententia ex auctoritate legalis censurae ea qua debuit deliberatione progressa est. Quapropter, qualiter ad excommunicandum illum adducti simus*[k], *prout verius potuimus, teste conscientia nostra, oculis et intellectibus omnium patefacere curavimus, non tam ut singulas causas, quae heu nimium notae sunt, quasi*[l] *nostro clamore in publicum proiciamus, quam ut eorum opinioni satisfaciamus, qui putant, nos spiritualem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iustitiae zelo arripuisse. Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de actionibus regis sinistra*[m] *et multum inhonesta fama, propter imperialem dignitatem et reverentiam patris ac matris eius, necnon propter*[n] *spem ac desiderium correctionis suae saepe eum per litteras et nuntios admonuimus, ut a pravitate sua*[o] *desisteret, et*[p] *memor clarissimi generis ac dignitatis suae, vitam*[q] *moribus, quibus regem et futurum Deo donante deceret*[r] *imperatorem, institueret. Postquam vero*[s] *ad pontificatus apicem licet indigni venimus, cum illius aetas pariter cresceret et iniquitas, intelligentes Deum omnipotentem tanto*[t] *districtius de manu nostra animam illius requisiturum, quanto*[u] *nobis ad increpandum illum prae ceteris libertas data fuisset et auctoritas, multo sollicitius eum modis omnibus, arguendo, obsecrando, increpando, ad emendationem vitae suae hortati sumus. Qui*[v] *cum saepe nobis devotas salutationes et litteras mitteret excusans se, cum*[w] *ex aetate quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab*[x] *his, in quorum manibus curia erat, multotiens sibi male suasum atque consultum sit, monita nostra de die in diem se promptissime suscepturum verbis quidem promisit, ceterum re et*[y] *exaggeratione culparum penitus conculcavit. Inter haec quosdam familiares suos, quorum consiliis et machinationibus episcopatus et multa monasteria, inductus*[z] *per pretium, lupis pro pastoribus simoniaca heresi foedaverat, ad poenitentiam vocavimus, quatenus et bona ecclesiarum, quae per interventum tam scelerati commercii sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis ad quae pertinerent, dum adhuc locus esset emendandi, redderent, et ipsi pro perpetrata iniquitate per lamenta poenitudinis Deo satisfacerent. Quos dum ad haec exequenda datas inducias*

a) Domini 2. b) in deo 2. c) *deest* 1. d) studēt 1. e) imminuere 2. f) hanc 2. g) *deest* 2. h) teutonico 1. i) *deest* 1. k) sumus 2. l) q. in 1. m) de s. r. a. 1. n) i. d. et r. p. ac m. e. n. n. p. *desunt* 1. *et in Paulo Bernriedensi.* o) *deest* 2. p) ac 2. q) v. suam 2. r) diceret 1. s) autem 2. t) *deest* 1. *et Paul.* u) quantum 2. v) Quod 2. w) tum 2. x) a. q. 1. y) atque 2. z) inductis *P. B.*

43) v. Pauli Bernr. vita Greg. VII. c. 78.

spernere et in consueta nequitia pertinaciter stare cognovimus, sicut dignum erat, sacrilegos et ministros ac membra diaboli a communione et corpore totius ecclesiae separavimus, et regem, ut eos a domo sua, a consiliis et omni communione sua sicut excommunicatos expelleret, ammonuimus. Interim vero aggravescente contra regem Saxonum causa, cum vires et praesidia regni ex maxima parte a se deficere velle videret, iterum nobis direxit epistolam supplicem et omni humilitate plenam, in qua omnipotenti Deo et beato Petro ac nobis valde se culpabilem reddens[a], *preces etiam obtulit, ut quod*[b] *ex sua culpa in ecclesiasticis causis contra canonicam institutionem*[c] *et decreta sanctorum patrum factum esset, nostra apostolica providentia et auctoritate corrigere studeremus; atque in ea suam nobis per omnia oboedientiam, consensum et fidele*[d] *promisit adiutorium. Hoc idem etiam postea a confratribus*[e] *et legatis nostris, Humberto Praenestino episcopo, et Geraldo Ostiensi episcopo, quos ad illum misimus, ad poenitentiam susceptus, in illorum manus per sacratas stolas quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Deinde post aliquod tempus*[f] *commisso cum Saxonibus proelio, rex pro victoria quam adeptus est tales Deo grates et victimas obtulit, ut vota quae de emendatione sua fecerat continuo frangeret, et nichil eorum quae promiserat attendens, excommunicatos in suam familiaritatem et communionem reciperet, et ecclesias in eam quam consueverat confusionem traheret. Qua de re gravi dolore percussi, quamquam*[g] *post contempta coelestis regis beneficia pene omnis spes correctionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius temptandum fore decrevimus, magis cupientes, eum apostolicam mansuetudinem audire quam experiri severitatem. Itaque misimus ei epistolas commonitorias, ut meminerit quid et cui promiserit, ne credat se posse fallere Deum, cuius quanto prolixior est patientia, tanto severior est, cum iudicare coeperit, ira; neu inhonoret Deum honorantem se, nec*[h] *potentiam suam ad Dei contemptum et apostolicam temptet extendere contumeliam, sciens quod superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Praeterea misimus ad eum tres religiosos viros, suos utique fideles, per quos eum secreto monuimus, ut poenitentiam ageret de sceleribus suis, quae quidem horrenda dicta sunt, pluribus autem nota et in multis partibus divulgata; propter quae eum non excommunicari solum usque ad condignam satisfactionem, sed ab omni honore regni absque spe recuperationis debere destitui, divinarum et humanarum legum testatur auctoritas. Postremo nisi excommunicatos a sua participatione divideret, nos nichil aliud de eo iudicare aut discernere*[i] *posse, nisi ut separatus ab ecclesia in excommunicatorum consortio foret, cum quibus*[k] *potius quam cum Christo partem habere elegit. Sane si nostra monita suscipere et vitam suam corrigere vellet, Deum testem invocavimus et invocamus, quantum nos de eius salute et honore gauderemus, et cum quanta caritate eum in gremium sanctae ecclesiae amplecteremur, utpote eum qui princeps populi constitutus et amplissimi regni gubernacula tenens, catholicae pacis et iustitiae defensor esse deberet. Verum quanti ipse aut scripta aut per legatos missa nostra verba fecerit, eius facta declarant. Qui indigne ferens se a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliori conscientiae suae furore arreptus, non prius cessavit, donec episcopos pene omnes in Italia, in Theutonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum eos debitam beato Petro et apostolicae sedi oboedientiam et honorem a*[l] *domino nostro Iesu Christo concessum abnegare subegit. Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodisse vidimus, pro his causis, videlicet primum, quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu simoniacae haeresis excommunicati sunt, se abstinere noluit; deinde quod pro criminosis actibus suae vitae poenitentiam non dico suscipere sed nec promittere quidem voluit, mentita ea fide quam in manus legatorum nostrorum promiserat; necnon quod corpus Christi, id est unitatem sanctae ecclesiae, scindere non expavit: pro his, inquam, culpis synodali iudicio eum excommunicavimus, ut quem mites non potuimus, vel severi ad viam salutis, Deo adiuvante, revocare valeamus, aut si, quod absit, nec districtionis quidem censuram pertimuerit, nostra saltem anima*[m] *negligentiae aut timoris discrimini non succumbat. Si quis igitur hanc sententiam iniuste vel irrationabiliter prolatam esse putaverit, si talis est ut sacris regulis intelligentiae sensum praebere non velit, nobiscum inde agat, et non quid nos sed quid*[n] *divina auctoritas doceat, quid decernat*[o], *quid*

a) videns 2. b) quae 1. c) *ita correxi:* iustitiam 1. *P. B. deest* 2. d) profidele p. 1. e) *ita* 2. fratribus 1. f) *deest* 2. g) quamvis 2. h) neu 2. i) a. d. *desunt* 2. k) q. ipse p. 2. l) *ita* 2. *et Ekkeh.* in 1. m) nostram s. animam 1. n) *deest* 1. o) discernat 2.

1076. *consona vox sanctorum patrum iudicet, patienter audiens acquiescat. Nos tamen non aestimamus quemquam fidelium, qui ecclesiastica statuta noverit, hoc errore teneri, ut non hoc, et si publice affirmare non audeat, vel in corde suo recte factum esse perhibeat; quamquam et si nos, quod Deus*[a] *avertat, non satis gravi de causa aut minus ordinate eum huiusmodi vinculo ligaverimus, sicut sancti patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni humilitate quaerenda. Vos autem, dilectissimi, qui iustitiam Dei non pro regia indignatione, non pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum qui de execratione et mendacio in consummatione*[b] *parvipendentes, viriliter state et confortamini in Domino, scientes, quod illius partem defenditis, qui insuperabilis rex et*[c] *magnificus triumphator iudicaturus est vivos et mortuos, reddens unicuique secundum opus suum. De cuius multimoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et inconcussi in eius veritate perstiteritis. Propter quod et nos incessanter pro vobis rogamus Dominum*[d]*, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius, et convertat cor regis ad poenitentiam; ut et ipse aliquando agnoscat, nos et vos multo verius amare eum, quam qui nunc suis iniquitatibus obsequuntur et favent. Qui si Deo inspirante voluerit resipiscere, quicquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra caritas nobis consuluerit, paratos inveniet.*

73. Postea vero, ut excommunicationem quam fecerat amplius confirmaret, has litteras misit in Theutonicas regiones:

Greg. VII. Reg. 8, 21. Cod. Udalr. 156. *Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri N.*[e] *episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Quod ad perferendos labores ac pericula pro defensione veritatis te paratum intelligimus, divini muneris esse non dubitamus, cuius*[f] *haec est ineffabilis gratia et mira clementia, quod numquam electos suos penitus aberrare permittit, numquam funditus labefactari aut deici sinit, dum eos persecutionis tempore quadam utili probatione discussos, etiam post trepidationem aliquam semet ipsis fortiores faciat. Quoniam autem, sicut inter ignavos alium, quo turpius alio fugiat, timor exanimat*[g]*, ita etiam inter strenuos alium, quo fortius alio agat, quo ardentius prorumpat*[h]*, virile pectus inflammat: hoc caritati tuae exhortationis voce curavimus commendare, ut eo magis in acie christianae religionis stare te delectet inter primos, quo eos non dubitas victori Deo proximos atque dignissimos. Quod autem postulasti, te quasi nostris scriptis iuvari ac praemuniri contra illorum insaniam, qui nefando ore garriunt, auctoritatem sanctae apostolicae sedis non potuisse regem Heinricum*[i]*, hominem christianae legis contemptorem, ecclesiarum videlicet et imperii destructorem atque haereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare, nec quemquam a sacramento fidelitatis eius absolvere, non adeo*[k] *necessarium nobis videtur, cum huius rei tam multa ac certissima documenta in sacrarum scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus eos, qui ad cumulum suae dampnationis veritati impudenter*[l] *detrahunt et contradicunt, hoc ad suae defensionis audaciam tam ignorantia quam miserae desperationis vecordia coaptasse. Nec mirum; mos est enim reproborum ob suae nequitiae protectionem*[m] *consimiles sibi defendere, quia pro nichilo habent mendacii perditionem incurrere. Nam ut de multis pauca dicamus, quis ignorat vocem domini ac* Matth. 16. *salvatoris nostri Iesu Christi dicentis in euangelio: „Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni coelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis?" Numquid hic sunt reges excepti, aut non sunt, de ovibus quas filius Dei beato Petro commisit? Quis, rogo, in hac universali*[n] *concessione ligandi atque solvendi, a potestate Petri se exclusum esse existimat, nisi forte infelix ille, qui iugum Domini*[o] *portare nolens, diaboli se subicit oneri, et in numero ovium Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime proficit, quia potestatem Petri divinitus sibi concessam a superba cervice excutit; quoniam quanto eam quisque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad dampnationem suam in iudicio portat. Hanc itaque divinae voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensationis ecclesiae,*

a) *deest* 1. b) consummationem ruunt *supplet Mab.* c) rex ac semper m. 2. d) deum 2. e) Hermanno Mettensi *ed.* f) cum 1. g) examinat 1. h) corrumpat 1. i) N. 1. k) ideo 1. l) imprudenter 1. m) niti *addit Regist.* n) universa 1. o) domi 1.

hoc privilegium beato[a] *Petro apostolorum principi coelesti decreto principaliter traditum* 1076.
atque firmatum, sancti patres cum magna veneratione suscipientes atque servantes, sanctam Romanam ecclesiam tam in generalibus conciliis, quam etiam in ceteris scriptis et gestis suis universalem matrem appellaverunt; et sicut eius documenta in confirmatione fidei et 5 *eruditione sacrae religionis, ita etiam iudicia susceperunt, in hoc consentientes et quasi uno spiritu et una voce concordantes, omnes maiores res et praecipua negotia, necnon omnium ecclesiarum iudicia, ad eam quasi ad matrem et caput debere referri; ab ea nusquam appellari, iudicia eius a nemine retractari aut refelli debere aut posse. Unde beatus Gelasius papa Anastasio imperatori scribens, divina fultus auctoritate, quid et qualiter de prin-* Epist. 10.
10 *cipatu sanctae et apostolicae sedis sentire deberet, hoc modo eum instruxit: „Etsi, inquit, cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus, fidelium*[b] *convenit colla submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit praeminere, et subsequens ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit?" Ubi prudentia tua evidenter advertit, numquam quolibet penitus humano consilio* 15 *aequare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni, quem*[c] *Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda semper confessa est et habet devota primatem. Item Iulius papa orientalibus episcopis scribens, de potestate eiusdem sanctae et apostolicae sedis ait:* Epist. 2.
„Decuerat vos, fratres, adversus sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam limate[d]*, et non ironice loqui, quoniam et ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus ait:* 20 *„„Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni coelorum."" Habet enim potestatem singulari privilegio sibi concessam, aperire et claudere ianuam regni coelestis, quibus voluerit." Cui ergo aperiendi et claudendi coeli data est potestas, de terra iudicare non licet? Absit. Num retinetis, quod ait beatus Paulus apostolus: „Nescitis quia angelos iudicabimus, quanto* 25 *magis secularia": Beatus quoque Gregorius papa reges*[e] *a sua dignitate cadere statuit,* Epist. lib. 2.
qui apostolicae sedis decreta violare praesumpserint, scribens ad quendam senatorem[f] *his verbis: „Si quis regum, sacerdotum, iudicum*[g]*, atque secularium personarum hanc constitutionis nostrae paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate*[h] *careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et* 30 *nisi ea quae ab illo sunt male ablata restituerit, vel digna poenitentia illicite acta defleverit, a sacratissimo corpore ac sanguine Domini redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultioni subiaceat." Quod si beatus Gregorius, doctor utique mitissimus, reges, qui statuta sua super unum xenodochium violarent, non modo deponi, sed etiam excommunicari atque in aeterno examine dampnari decrevit; quis*[i]*, nos* 35 *Heinricum*[k]*, non solum apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris ecclesiae, quantum in ipso est, conculcatorem, totiusque regni et ecclesiarum improbissimum praedonem et atrocissimum destructorem, deposuisse et excommunicasse reprehendat, nisi forte similis eius; sicut beato Petro docente cognovimus in epistola de ordinatione Clementis, in qua sic ait: „Si quis amicus fuerit his, quibus ipse — de eodem Clemente dicens* 40 *— non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt; et cum corpore nobiscum esse videtur, mente et animo contra nos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici." Hic enim*[l] *per amicitiarum speciem quae inimica sunt gerit, et ecclesiam dispergit ac vastat. Nota ergo, carissime, si eum, qui amicitia vel colloquio his, quibus papa pro actibus suis aversus*[m] *est, associatur, tam gra-* 45 *viter iudicat: quanta illum ipsum, cui pro actibus suis aversus*[m] *est, animadversione dampnat. Sed ut ad rem redeamus, itane dignitas a secularibus et Deum ignorantibus inventa, non subicietur ei dignitati, quam omnipotentis Dei providentia ad honorem suum invenit mundoque misericorditer tribuit? Cuius filius sicut Deus et homo indubitanter creditur*[n]*, ita summus sacerdos, caput omnium sacerdotum, ad dexteram Patris sedens, et pro nobis* 50 *semper interpellans habetur, qui seculare regnum, unde filii seculi tument, despexit et ad sacerdotium crucis spontaneus venit. Quis nesciat, reges et duces ab his*[o] *habuisse principium, qui Deum ignorantes, superbia, rapinis, perfidia, homicidiis, postremo universis pene sceleribus, mundi principe videlicet*[p] *diabolo agitante, super pares, scilicet*[p] *homines*[p]*, domi-*

a) *deest* 1. b) fedelium 1. c) quam 1. d) limitare 1. e) *deest* 1. f) abbatem *addit Regist.* g) iudicium 1.
55 h) *deest* 1. i) qui 1. k) N. 1. l) N. 1. m) adversus *Reg.* n) credit 1. o) ab his *desunt* 1. p) *deest* 2.

1076. *nari caeca cupidine et intolerabili praesumptione affectaverunt? Qui videlicet, dum sacerdotes Domini ad vestigia sua inclinare contendunt, cui rectius comparantur, quam ei[a] qui est caput super omnes filios superbiae, qui ipsum summum pontificem, sacerdotum caput, Altissimi[b] filium[b] temptans, et omnia illi mundi regna promittens ait: „Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me?“ Quis dubitet, sacerdotes Christi regum et principum omniumque fidelium patres et magistros censeri? Nonne miserabilis insaniae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, et iniquis obligationibus illum suae potestati subicere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in coelis se ligari posse et solvi? Haec, sicut beatus Gregorius in epistola ad Mauritium imperatorem directa commemorat, Constantinus magnus imperator, omnium regum et principum fere totius orbis dominus, evidenter intelligens, in sancta synodo Nicena[c] post omnes episcopos ultimus residens, nullam iudicii sententiam super[d] eos dare praesumpsit, sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse iudicio, verum se ab illorum pendere arbitrio iudicavit. Supradicto quoque Anastasio imperatori praelibatus papa Gelasius persuadens, ne ille intimatam suis sensibus veritatem arbitraretur iniuriam, subintulit dicens: „Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sancta pontificum et regalis potestas; in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quantum etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem.“ Et paucis interpositis inquit: „Nosti itaque inter haec illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle[e] redigi voluntatem.“ Talibus ergo institutis talibusque fulti auctoritatibus, plerique pontificum alii reges, alii imperatores excommunicaverunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius papa Archadium imperatorem, quia consensit, ut sanctus Iohannes Crisostomus[f] a sede sua pelleretur, excommunicavit. Alius item Romanus pontifex[g] regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tantae potestati non erat[h] utilis, a regno deposuit, et Pipinum Karoli Magni imperatoris patrem in eius loco substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis quod illi fecerant absolvit. Quod etiam ex frequenti auctoritate saepe agit ecclesia sancta, cum milites absolvit a vinculo iuramenti; quod factum est his episcopis, qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Et beatus Ambrosius licet sanctus, non tamen universalis ecclesiae episcopus, pro culpa quae aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Quod etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non ita pretiosius sit plumbo, quam regia potestate altior sit dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui pastoralis scribens: „Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas regum colla et principum, summitti genibus sacerdotum, et exosculata eorum dextera, eorum se credant orationibus communiri.“ Et post pauca: „Haec cuncta, fratres, ideo nos praemisisse debetis agnoscere, ut ostenderemus, nichil esse in hoc seculo sacerdotibus excellentius, nichil sublimius episcopis reperiri.“ Meminisse etiam debet fraternitas tua, quia maior potestas exorcistae conceditur, cum spiritualis imperator ad abigendos daemones constituitur, quam alicui laicorum causa secularis dominationis tribui possit. Omnibus regibus nempe et principibus terrae, qui religiose non vivunt, et in[i] actibus suis Deum, ut oportet, non metuunt, daemones heu proh dolor! dominantur, et misera servitute confundunt. Tales enim non divino ducti amore, sicut religiosi sacerdotes, ad honorem Dei et utilitatem animarum praeesse cupiunt, sed ut intolerabilem superbiam ostentent animique libidinem expleant, ceteris dominari affectant. De quibus beatus Augustinus in libro primo de doctrina christiana dicit: „Cum vero etiam eis, qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est hominibus, quilibet dominari affectatur, intolerabilis omnino superbia est“. Porro autem exorcistae, ut diximus, supra daemones a Deo imperium habent; quanto igitur magis super eos, qui daemonibus subiecti et membra sunt daemonum? Si ergo his tantum praeeminent exorcistae, quanto amplius sacerdotes? Praeterea omnis rex christianus ad exitum veniens, ut[k] carcerem evadat inferni, ut de tenebris in lucem tendat, ut de peccatorum vinculis in Dei iudicio absolutus appareat, sacerdotis opem supplex ac miserandus requirit. Quis autem non modo sacerdotum, verum etiam laicorum in extremis positus, pro suae*

Matth. 4. — Epist. 4, 31.

a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) in cena 1. d) supra 1. e) velli 1. f) crisostimus 1. g) Zacharias videlicet *addit Reg.* h) *deest* 1. i) *deest* 1. k) ut in c. 1.

1076.

animae salute terreni regis imploravit auxilium? Quis[a] vero regum aut imperatorum aliquem christianum ex imposito sibi officio valet sacro baptismatis ex diaboli potestate eripere, et inter filios Dei connumerare, sanctoque[b] chrismate praemunire? Et quod maximum est in christiana religione, quis eorum valet proprio ore corpus et sanguinem Domini conficere? vel cui eorum data est potestas ligandi solvendique in coelo et in terra? Ex quibus aperte colligitur, quanta potestate praecellat dignitas sacerdotum. Aut quis eorum potest aliquem clericum in sancta ecclesia ordinare? quanto minus pro aliqua culpa eum deponere? Namque in ecclesiasticis ordinibus maioris potestatis est deponere quam ordinare. Episcopi enim possunt alios episcopos ordinare, sed nullo modo sine auctoritate apostolicae sedis deponere. Quis igitur vel tenuiter sciolus dubitet sacerdotes regibus anteferre[c]? Quod si reges pro peccatis suis a sacerdotibus sunt iudicandi, a quo rectius quam a Romano pontifice sunt iudicandi? Ad summam quoslibet bonos christianos multo convenientius quam malos principes reges intelligi decet. Isti enim gloriam Dei quaerendo semet ipsos strenue regunt; at illi non quae Dei sunt sed sua quaerentes, sibimet hostes, alios tyrannice opprimunt. Hi veri regis Christi, illi vero diaboli corpus sunt. Isti ad hoc sibi imperant, ut cum[d] summo imperatore aeternaliter regnent; illorum vero id potestas agit, ut cum tenebrarum principe, qui rex est super omnes filios superbiae, aeterna dampnatione dispereant. Nec valde sane mirandum est, quod mali pontifices iniquo regi, quem adeptis male per eum honoribus diligunt metuuntque[e], consentiunt; qui simoniace quoslibet ordinando, Deum pro vili etiam pretio vendunt. Nam sicut electi insolubiliter[f] suo capiti uniuntur, ita et reprobi maxime contra bonos, ei qui malitiae caput est, pertinaciter foederantur. Contra quos profecto non tam disserendum, quam pro eis est lacrimosis planctibus ingemendum, ut omnipotens Deus illos a laqueis sathanae quibus captivi tenentur eripiat, et tandem aliquando vel post pericula ad agnitionem veritatis perducat. Haec de regibus et imperatoribus, quia[g] singulari gloria nimium tumidi, non Deo sed sibi regnant. Sed quia nostri est officii, unicuique secundum ordinem vel dignitatem, qua videtur vigere, exhortationem distribuere: imperatoribus et regibus[h] ceterisque principibus, ut elationes maris et superbiae fluctus comprimere valeant, arma humilitatis Deo auctore providere curamus. Scimus enim, quia mundana gloria et secularis cura eos permaxime, qui praesunt, ad elationem trahere solet; qua semper neglecta humilitate, propriam quaerendo gloriam, fratribus cupiant praeminere. Deinde[i] videtur utile maxime imperatoribus et regibus, ut cum mens illorum[k] ad alta se erigere et pro singulari vult gloria oblectare, inveniat quibus se modis humiliet, atque unde gaudebat[l], sentiat plus timendum. Perspiciant ergo diligenter, quam periculosa, quamve timenda sit imperatoria vel regia dignitas, in qua paucissimi salvantur, et illi qui Deo miserante ad salutem veniunt, non aeque ut multi pauperum, iudicio sancti Spiritus in sancta ecclesia glorificantur[m]. A mundi enim principio usque ad haec nostra tempora in tota authentica scriptura non invenimus septem imperatores vel reges, quorum vita fuerit adeo praecipua religione et virtute signorum decorata, sicut universalis[n] multitudinis seculi contemptorum; licet eorum plures credamus apud omnipotentem Deum misericordiae salutem invenisse. Namque ut de apostolis et martyribus taceamus, quis imperatorum vel regum aeque ut beatus Martinus, Antonius, et Benedictus miraculis claruit? Quis[o] imperator aut rex mortuos suscitavit, leprosos mundavit, coecos illuminavit? Ecce Constantinum piae memoriae imperatorem, Theodosium, et Honorium, Carolum, et Ludowicum, iustitiae amatores, christianae religionis propagatores, ecclesiarum defensores, sancta quidem ecclesia laudat[p] et veneratur, non tamen eos[q] fulsisse tanta miraculorum gloria iudicat. Praeterea ad quot nomina regum vel imperatorum basilicas seu altaria dedicari, vel ad eorum honorem sancta ecclesia missas statuit celebrari? Timeant reges aliique principes, ne quanto se ceteris hominibus in hac vita praeferri gaudent, tanto amplius aeternis incendiis subiciantur. Unde scriptum est: „Potentes potenter tormenta patientur.“ De tot enim hominibus Deo reddituri sunt rationem, quot suae dominationi subditos habuerunt. Quod si alicui religioso privato non parvus labor est unam suam animam custodire, quantus labor imminet principibus super multis milibus animarum? Praeterea si iudicium sanctae ecclesiae valde constringit peccatorem pro unius hominis interfectione, quid erit de his qui multa milia morti tra-

Sap. 6.

a) Qui 1. b) sanctorumque 1. c) auferre 1. d) *deest* 1. e) metuunt 1. 2. f) insolubiter 1. g) qui *Reg.* h) principibus 1. i) Proinde *Reg.* k) i. se 1. l) gaudeat *Reg.* m) clarificantur *Reg.* n) innumerabilis *Reg.* o) enim *addit R.* p) etiam 1. q) eum 1.

1076. dunt pro huius mundi honore; qui licet ore aliquando dicant „Mea culpa“, pro multorum occisione tamen in corde gaudent, in sui quasi honoris extensione, noluntque non fecisse quod egerunt, neque dolent quod fratres suos in tartarum compulerunt. Cumque ex toto corde eos non poenitet, neque volunt humano sanguine adquisita vel detenta omittere, illorum poenitentia apud Deum sine digno poenitentiae fructu manet. Unde profecto valde est timendum atque ad memoriam eorum crebro revocandum, quia sicut praefati sumus, a mundi principio paucissimi per diversa terrarum regna reges sancti ex innumerabili eorum multitudine reperiuntur; cum in una tantum pontificum seriatim[a] sede, videlicet Romana, a tempore beati Petri apostoli fere centum inter sanctissimos computentur. Cur autem hoc, nisi quia reges terrae et principes vana gloria delectati, sicut praelibatum est, quae sua sunt spiritualibus praeferunt; religiosi autem pontifices vanam gloriam despicientes, quae Dei sunt carnalibus rebus praeponunt. Illi in se delinquentes[b] facile puniunt, in Deum peccantes aequo animo ferunt; isti in se peccantibus cito ignoscunt[c], Deum offendentibus non leviter parcunt. Illi terrenis actibus nimium dediti spiritualia parvi pendunt; isti coelestia sedulo meditantes quae sunt terrena contempnunt. Admonendi sunt ergo omnes christiani, qui cum Christo regnare cupiunt, ne ambitione secularis potestatis regnare affectent, sed potius prae oculis habeant, quod beatus Gregorius papa sanctissimus in libro pastorali admonet[d], dicens: „Inter haec itaque quid sequendum, quidve timendum, nisi ut virtutibus pollens coactus ad regnum veniat, virtutibus vacuus ne coactus accedat. Quod si ad apostolicam sedem, in qua rite ordinati meritis beati Petri apostoli meliores efficiuntur, qui Deum timent[e], coacti veniunt cum magno timore: ad regni solium cum quanto timore[f] accedendum, in quo etiam boni et humiles, sicut in Saul et David cognoscitur, deteriores fiunt? Nam quod de apostolica sede praelibavimus, in decretis beati Symmachi[g] papae, licet experimento sciamus, sic continetur: Ille, scilicet beatus Petrus, perhennem meritorum dotem cum hereditate innocentiae misit ad posteros.“ Et post pauca: „Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantae dignitatis attollit, in qua si desint[h] bona acquisita per meritum, sufficiunt quae a loci decessore praestantur; aut enim claros ad haec fastigia[i] erigit, aut eos qui eriguntur illustrat.“ Quapropter quos sancta ecclesia sua sponte ad imperium vel regimen[k] deliberato consilio advocat, non pro transitoria gloria sed pro multorum salute humiliter obediant, et semper caveant, quod beatus Gregorius in eodem libro pastorali testatur: „Apostatae quippe angelo similis efficitur, dum homo hominibus esse similis dedignatur. Sic Saul post humilitatis meritum in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe praelatus est, per superbiam reprobatus, Domino attestante, qui ait: (1. Reg. 15.) Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel?“ Et paulo inferius: „Miro autem modo cum apud se parvulus, apud Dominum magnus; cum vero apud se magnus apparuit, apud Dominum parvulus fuit.“ Vigilanter quoque retinendum, (Ioh. 8. Marc. 10.) quod Dominus in euangelio dicit: „Ego gloriam meam non quaero;“ et „qui vult inter vos esse primus, sit omnium servus.“ Honorem Dei semper suo praeponant; iustitiam, unicuique suum servando ius[l], amplectantur atque custodiant; non eant in consilio impiorum, sed religiosis semper acquiescendo corde adhaereant; sanctam ecclesiam non quaerant sicut ancillam sibi subicere, subiugare; sed permaxime oculos illius[m], videlicet Domini, sacerdotes, magistros et patres recognoscendo, decenter[n] studeant honorare. Nam si carnales matres et patres honorare iubemur, quanto magis spirituales? Si ille qui carnali patri vel matri maledixerit, morte mulctandus est; quid ille qui maledicit patri spirituali vel matri, meretur? Non carnali amore illecti studeant filium suum gregi, pro quo Christus sanguinem suum fudit, praeponere, si meliorem illo et utiliorem possunt invenire; ne plus Deo diligendo filium, maximum sanctae ecclesiae inferant detrimentum. Patenter enim Deum et proximum, sicut christianum oportet, non amare convincitur, qui tantae utilitati tamque necessariae sanctae matris ecclesiae, prout melius potest, negligit providere. Hac namque virtute, id est caritate, neglecta, quicquid boni aliquis fecerit, omni fructu salutis carebit. Haec itaque humiliter agendo, et amorem Dei et proximi, sicut oportet, servando, (Matth. 11.) praesumant de illius misericordia, qui dixit: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.“

a) succedentium *addit Reg.* b) d. f. p. i. D. p. a. a. f. I. in se *desunt* 1. c) cognoscunt 1. 2? d) āmone 1. e) quia t. 1. f) ac tremore *addit Reg.* g) *deest* 1. h) desinit 1. i) vestigia 1. k) reg[m] 1. regimen 2. l) vis 1. m) illos *Reg.* n) decententer 1.

Quem si humiliter imitati fuerint, de regno servili et transitorio ad regnum verae libertatis et aeternitatis transibunt[a], *Amen. Ammonemus vos fratres et coepiscopos*[b] *nostros, ne faciem principum trepidantes, veritatem eis dicere timeatis, incurrentes illud Gregorii: „Cum in terra hominem contra veritatem quilibet pavet, eiusdem veritatis iram coelitus sustinet.“* 1076.

74. Legatus regis reversus, cum regi, qui tunc erat Traiecti, quod erat excommunicatus indicaret, Willehalmi, ipsius urbis episcopi, consilio rex excommunicationem illam nichili[c] pendit. Episcopus quoque idem timens, ne si populus haec audisset, a rege sicut ab excommunicato discederet, inter missas sermonem faciens ad populum, derisorie, quod rex esset excommunicatus, indicavit, sed hanc excommunicationem nichil valere, quibus poterat verbis, utpote facundus homo, confirmavit. Sed quantum valeret, in se ipso coactus est agnoscere, si liceret ei poenitendo a superbia resipiscere. Nam in ipso loco, in quo Romano pontifici derogabat eiusque potestatem verbosus adnichilare laborabat, ipse mala valetudine corripitur, in qua usque ad miserandum miserae vitae finem detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingravescente, dum esset cum eo quidam homo regis, eumque[d] rogaret, ut se cum suo mandato remitteret ad regem: *Hoc*, inquit, *ei mitto mandatum, quod ipse et ego, et omnes eius iniquitati faventes, dampnati sumus in perpetuum.* Cumque a suis qui aderant clericis, ne talia loqueretur, esset ammonitus: *Quid aliud*, inquit, *loquar, nisi quod verum esse visibiliter intueor. Ecce enim daemones lectum meum circumstant, quatenus me, mox ut expiravero, rapiant. Itaque cum fuero de corpore eductus, rogo vos et omnes fideles, ne se fatigent pro me faciendo supplicationes.* Hac igitur in desperatione defunctus, nullis orationibus Deo reconciliatus, diu iacebat insepultus, donec Romam mittitur, et inde quaesito consilio, ne populus foetore corrumpatur, apostolico iussu sine commendationibus sepelitur. Non longe autem post mortem suam abbati Cloniacensi[e] apparuit, priusquam eum fuisse mortuum cognovisset, et: *Non sum*, inquit, *vivus, sed vere defunctus, et in inferno sepultus.* Sic ille sapiens et per omnia vir honestus si non esset avaritiae venenis[f] infectus, stultum et miserabilem finem habuit; quia hunc, dum poterat, praecavere noluit. Et cur eum solum dico miserabiliter obisse? cum manifestum sit, omnes fere Heinrici familiares et fideles aeque miseras mortes incurrisse, et eos miseriores, qui fuerant illi fideliores; quia fides illa vere erat perfidia. Mart. 27.

75. Ut enim per excessum quaedam vel repetam vel praecurram, patriarcha, qui legatus apostolici, maximus auctor abiurationis extiterat Heinrici et novi regis instituendi, postquam exregi quasi regi sociatus retrogradus efficitur, repentina morte praeventus, quia communicabat excommunicatis, incommunicatus et inconfessus huic vitae subtrahitur. Verum quia tantae dignitatis virum non decebat ire solum ad infernum, quinquaginta, sicut audivimus, de suis habuit socios, eadem morte repentina correptos; ne quos habebat in[g] iniquitate consortes, in retributione non haberet participes.

76. Udo Treverensis archiepiscopus, omni pietate plenus, dum nimis mansuetus tyrannidi non resistens, Heinrico plus quam decebat obsequitur, eius flammeo furori suae consensionis oleum ministrat, et ut ecclesiae depraedentur licentiam donat; et mox in crastino mane[h] mortuus invenitur, ut omnibus aperte constaret, ideo tali eum morte obisse, quia in ecclesiarum praedatione[i] non timuit assensum praebere. v. cap. 103.

77. Eppo Cicensis episcopus, dum in episcopio sancti Kiliani[14] quemdam rivum forti sedens in equo transiret, quem quilibet pedes sine periculo transire posset, ubi nec timor ullus fuit, equo cadente moriens sic interiit; sancto Kiliano sic disponente, ut qui eius urbis violentus incubator iniuste vinum suum bibebat, aquam quoque suam iuste bibens, ultra vinum non quaerat; et quia nobis inconciliabilis[k] permansit, Deo inreconciliatus ab hac[l] vita migravit. cf. Annal. Saxo a. 1078.

78. Godefridus[m] dux, qui fuit maximus hostis Saxoniae, periit in secretiori corporis parte perfossus saevo mucrone, nec purgatus ultima confessione, nec munitus sacra communione.

79. Godebaldus[n] dum equo suo noviter ferrato pedem posteriorem levaret, ut an

a) Data Idibus Martii *addit Reg. ubi reliqua desunt. Alia addunt codex Musei Britannici Arundel. N. 77. sec. XI. et Codex Udalrici.* b) episcopos 1. c) *ita* 1. 1b. vili p. 2. d) eum 1. e) Cluniac. 2. f) *ita* 1. 1b. veneno 2. g) *deest* 1. h) *ita* 1b. 2. *deest* 1. i) praedationibus 2. k) *ita* 1. 2. irreconciliabilis 1b. l) *deest* 1. m) dux Lothariorum Gozelo vel Godefridus 2. n) Godobaldus 2.

14) i. e. Wirziburgensi.

1076. apte ferrum esset impositum[a] perspiceret, ab ipso pede in fronte percutitur, et sic ab hac vita abstrahitur.

80. Burchardus Misnensis praefectus[b], dum in quadam sua, cui praeerat, urbe ab urbanis invaditur, equo cui insidebat frustra calcaribus vulnerato, fugere molitur, quia equus saepe prius de velocitate laudatus, modo, cum maxime maximo cursu opus erat, fit stationarius, quasi diceret: *Mihi non licet eum nunc a vobis eripere, qui dum sibi licuit, nolebat se corrigere.* Moritur ergo cum magno animae suae periculo, quia saepe consensum praebuit periculoso saevissimi regis consilio.

81. Liupoldus[c], frater Bertholdi regis consiliarii, qui et ipse eius consiliarius erat, dum quadam die iuxta regem equitans, cum eo quoslibet sermones conferret, accipiter quem sinistra portabat, volitare coepit, quasi capturam peteret. Ille vero post avem parumper se inclinans, ab equo gravis cecidit, et ensem quo cinctus erat e vagina lapsum, capulo terrae defixo in pectore medio recepit; et qui saepe pravi consilii consors vel auctor fuit, sine consilio perpetuae salutis ab hac vita recessit. His ex parte tractatis, multa his similia praeteriens, ad iter inceptum volo reverti, quod non aberrando sed sponte deviando deserui.

April. Mai. **82.** Igitur comperta legatione pontificis et excommunicatione sive depositione Heinrici regis, omnes qui nostros captivos habebant, quia nullam apud regem misericordiam, dum rex erat, invenire poterant, et ei nullam modo, cum rex non esset, fidem vel subiectionem debebant, omnes eos in patriam gratis, Heinrico nesciente, dimiserunt.

83. Sed Burchardus[d] Halberstadensis episcopus quam mirabiliter a miserabili dampnatione sit divina pietate liberatus, ad Dei laudem et ad omnium miserorum consolationem referam. Dum Heinricus esset iuxta Danubium, et secum haberet sororis suae maritum Salomonem, similiter ab Ungriae[e] regno depulsum, quia temporibus illis vigebat depositio regum; genero suo iam redituro in patriam, in cuius extremitate paucas urbes habendo vix haerebat, episcopum Burchardum commendavit, eumque multum, ut numquam in Theutonicis finibus videretur, obsecravit; quod et ille promisit. Quod cum episcopus praesensisset, amicos, quos habebat ibi paucos, paucis, sicut tempus monebat, verbis allocutus, rogavit omnes per Dei nomen, quatenus de sua cogitarent ereptione. Tunc Othelricus[f] quidam dixit ei, stare quandam domum desertam non longe a litore, monuitque eum, ut hanc arte qualibet temptaret intrare. Episcopus ergo tantum cum uno capellano navi impositus, exregem iubetur antecedere, donec ipse cum socero pransus, eum cum gurgite currens velociter[g] insequatur. Leniter ergo defluens episcopus non in somnum dissolvitur, non in vanis confabulationibus occupatur, sed cor cum tota devotione levat ad Deum, oculos in litus tenet intentos, donec praemonstratam conspi- Iun. 24. ciat domum. Qua visa rogat nautas, ut in litus se velint exponere, quatenus ventrem levando persolvat debita naturae. Illi nil suspicantes, in miserum misericordes fuerunt, et eum capellano comite exire permiserunt. Quid moror, cum in illo moram nullam intueor? Removetur a litore longius, nautisque ne longius abiret clamantibus, appropinquat domui, leniterque pulsans, Deumque suppliciter invocans, dixit: *Aperi.* Numquam dixit neque dicturus est cum maiore devotione cordis, *Aperi*, nisi si speraverit sibi quandoque ianuam regni coelestis aperiri. Othelricus paratis equis et sociis episcopum suscepit, et die quiescens, nocte vero festinans, eum Dei misericordia comitante in Halberstedi[h] perduxit. Quanta gratulatione totius populi fuisset acceptus, meus hebes non valet explicare stilus. Etiam qui eum prius odio habuerunt, in occursu laeti gaudentesque cucurrerunt[i].

84. Principes ergo nostri diversis ab exiliis omnes pene simul in patriam reversi, magnam his qui domi erant dederunt materiam gaudii, et multorum os aperuerunt in laudem Dei. Invenerunt enim totam pene plebem congregatam, exigi tributa a praediis suis persolvenda, iam libertatis spe retinendae deposita, quae iuberetur cuncta facturam. Herimannus autem, patruus Magni ducis, et Thiedricus de Kathalanburg[k] — hi namque prius aliquanto ceteris venerunt — obstupefactis omnibus exclamaverunt: *Nolite*, dicentes, *optimi Saxones, nolite servitutis iuga recipere, nolite*[l] *hereditatem vestram tributariam*

a) repositum 2. b) M. episcopus effectus 1. c) Liuppoldus 2. d) Bucco sive Burchardus 2. e) *ita* 1. 2. f) Odelricus 2. g) velox 1b. h) halberstatedi 1. i) ut concurrerent 2. k) Katelenburh 2. l) n. h. v. t. f. *desunt* 1. 1b.

facere, nolite de misericordia Dei desperare! Ecce nos, qui vestri causa nos in captivitatem dedimus, Dei clementia, illo qui nos tenebat invito, redimus, pro vobis et vestris pugnaturi quamdiu vivimus. Erigite ergo cervicem iugo servitutis excusso liberam, numquam posthac servitute premendam, adiuvante Deo. Retinete manus a tributis solvendis, retinete possessiones vestras liberas, sicut liberas eas a vestris parentibus accepistis. Vos autem fautores iniquitatis, qui miserae plebis oppressione crudelis tyranni gratiam quaesistis, ab opprimendo cessate, ab exigendo quiescite, et ex hac hora vel nobiscum pro libertate pugnaturi fideliter et iurati permanete, vel in hac hora velut hostes infidi et periuri a nobis et a patria nostra numquam reversuri discedite. Talibus verbis et hostes confusi, a ferocitate quiescunt, et cives confortati, pristina virtute recepta, in unanimitatem facile coalescunt. Coadunati denique, praesidia Heinrici ab omnibus castellis eiciunt, et illis ea quorum fuerant libera restituunt; possessiones alias, quas tyrannus iniuste his quorum erant ereptas, iniustius illis ad quos nullo iure pertinebant donaverat[a], auferunt, et eas ad iustos possessores redire faciunt. His omnibus in finibus nostris rite peractis, diem et locum determinant, ubi concordiam ad defensionem patriae renovaturi conveniant, et eos in quibus infidelitatis suspicio resideret, aut a finibus suis exire, aut secum fideliter convenire compellant.

85. Haec omnia dum Heinricus audisset, nimis in animo conturbatur, et Mogontiam[b] veniens, quosdam de residuis adhuc captivis ad se duci praecepit, et cum eis de pretio, quo se redimerent ut dimitterentur, egit. Interea orta seditione inter Mogontinos et Babenbergenses milites, civitas a Babenbergensibus inceditur, ita ut tota vel maxima pars eius arsura videretur. Ad quam restinguendam[c] dum Heinricus ipse omnisque populus festinaret, captivi nostri sine custode relicti, inventa navi Rhenum transierunt, et die noctuque festinantes, in patriam suam pervenerunt. Inter quos erat etiam Gertrud[d], nobilissimi Ottonis ducis fratris Herimanni vidua, quam Lodewig ante biennium fere ceperat, et domino suo Heinrico, ut ab ea pecuniam extorqueret, quod et fecit, adduxerat.

86. Heinricus ergo exrex videns suae voluntati cunctas res adversari, cum intelligeret, se de lupina ferocitate parum proficere, pelliciam[e] non corvinam cogitavit induere, ut ostensione pietatis et iustitiae deciperet, quos crudelitate violenta superare non posset. Volebat namque legatos ad Saxoniam mittere, qui dicerent, se eis plus quam ipsi cuperent bonum esse velle, se penitus iniustitiam cum vitiis omnibus, quoad posset, abicere, se eis in omnibus pariturum dedere; sed nullum, qui hanc legationem portare praesumeret, invenit; quia de suis quoque eum nullus, quod ore emisit, in corde habere credebat, nec aliquis dubitavit, quin si quis Saxonibus valde iam exasperatis hoc nuntium falsitatis afferret, pro falsis promissis poenas veraciter daret. Remanserant autem adhuc duo de nostris apud eum, Werinherus Magedaburgensis, et eiusdem nominis Merseburgensis episcopus; qui cum possent invito rege sicut alii repatriare, nolebant, quia in illo licet impio, Deum, a quo est omnis potestas, offendere timebant. Hos ergo cum supradicta legatione ad Saxoniam misit, sed de eorum reversione nichil eis dixit. Illi vero Saxonibus cum tota voluntate quod erant iussi suadebant; sed Saxones, cognitis tot eius mendaciis, haec quoque promissa veneno falsitatis infecta non dubitabant. Cumque vellent episcopi eorum responsa reportare, iussi sunt unum e duobus eligere, aut hic modo stare, aut huc numquam posthac redire.

87 Principes igitur nostri simul adunati, iuramentis et obsidibus invicem datis in unum se confirmant, et ut ad invicem firmissime cohaererent, regem cui subiaceant omnes eligere deliberant. Sed cum audissent, quod Suevos tam crudeliter antiquum foedus infregisse poenituit, ad eos legatos de renovando foedere mittere complacuit; ut iterum convenientes in unum, inimicitiarum acerbitatem multa dilectionis suavitate superarent, et invicem sibi donantes, contra communem omnibus hostem, uno de se rege facto, concorditer starent. Domno quoque apostolico litteras miserunt, quibus, ut vel per se vel per nuntium genti pene perditae consolator adesset, suppliciter oraverunt.

88. Non modico igitur Saxones exercitu collecto, perrexerunt ad Rhenum contra vicum qui dicitur Oppenheim, quo et patriarcha cum episcopo Pataviensi, pontificis

a) donouerat 1. b) mogontinam 1. c) r. omnis populus d. 1. d) Gerdrudis mulier nobilissima Magni ducis noverca, quam Lodowig 2. e) *ita corrigo*; pellinam 1. pellem 1b.

1076. Oct. 16. Romani legato, convenerat, et una Suevorum non parva multitudo, qui omnes exercitum Saxonicum, dum veniret, expectabant. Quibus appropinquantibus patriarcha ceterique primates, quia de recenti proelio utrorumque gladii adhuc cruore madebant, quamvis per legationes mutuas invicem sibi donassent, tamen ne, quod facile est armatis, seditio vilibus a personis exorta factum foedus[a] corrumperet, obviam Saxonibus ibant, et amicitiam, quam renovaverant absentes, nunc praesentes confirmare monebant. Hinc igitur dux Otto, violenter honore suo privatus, illinc Welph[b] dux, eodem honore non iuste sublimatus, hac conditione sibi invicem pacis oscula dederunt, ut electo, propter quod ex utraque parte convenerant, novo rege, quicumque eorum ipsum honorem iure retineret, alter ei non invidens libenter concederet. Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi sive tertii, partis utriusque, milites, quicquid invicem se laeserant non sine multo fletu donantes. Tunc omnes facti ex hostibus amici fideles, castra posuerunt tam prope, ut vicissim populus uterque sermones utriusque non difficile posset audire. Cumque iam coepissent de rege constituendo sermones conferre, Saxones ex Suevis, Suevi ex Saxonibus unumquemlibet volebant eligere; Heinricum vero tenebat in altera ripa Rheni civitas Mogontina, omni spe regni retinendi deposita. Misit tamen nuntios, qui temptarent istos ad misericordiam flectere, ut eius iam satis correpti correctionem dignarentur accipere. Sed eorum nullius legatio a quoquam nostrate accipitur, nisi prius per apostolici legatum ab anathematis vinculo solvatur. Ut igitur stilus velociter currat, humilitatem poenitentis accepturos se promittunt ea conditione, si vellet implere cuncta quae ei nostrates facienda proponunt. Quod cum ille spopondisset, hoc ei primum proponunt, ut episcopum Wormatiensem, qui iam diu fuerat expulsus, potentem faceret urbis suae; deinde ut mox litteras scribi faceret, in quibus se fateretur iniuste Saxones afflixisse, quas a nostris perspectas, imagine sua nostris praesentibus signari faceret, et signatas per Italiam et Theutonicam terram mittendas per nostros nuntios, nostratibus daret; ipseque Romam veniens, per dignam satisfactionem anathematis vinculo careret. Episcopus ergo statim cum magno honore in urbem deducitur; litterae[c] in praesentia nostratium bulla regis signatae, per nostros nuntios per civitates Italiae regnique Theutonici diriguntur; ipse se tota festinatione parat, ut per Romani pontificis indulgentiam ligamen anathematis exuat. Nostrates vero singuli sacramento firmaverunt, ut nisi Heinricus quartus, Heinrici imperatoris filius, in Februarii mensis initio a banno per apostolicum absolutus[d] fuisset, numquam amplius ullo ingenio suo rex eorum nec appellaretur nec esset. Quod sacramentum primo fecit patriarcha, et in litteras redactum in suum misit marsupium; quod tamen quia melius servavit in scripto quam in opere, sicut paulo ante dictum est, crudele supplicium dedit. Deinde fecit idem Pataviensis episcopus, sedis Romanae legatus; et post hos omnes qui aderant episcopi, duces, comites, ceterique maiores et minores; sed episcopi plus aliis in hoc egerunt, quia iuramentum in litteris etiam servaverunt. Tunc misso legato rogaverunt apostolicum, ut in principio Februarii vellet Augustam venire, ut causa diligenter examinata coram omnibus, vel eum solveret, vel eo fortius adhuc ligato, alium sibi cum ipsius consensu quaererent, qui regnare sciret. His omnibus ibi peractis, exercitus uterque cum multa caritate dividitur, et uterque tripudians[e] et Deo laudes cantans ad sua revertitur.

1077. 89. Apostolicus autem cum, sicut rogatus erat, Augustam versus tenderet, ut ibi ingrediente Februario, qui erat annus Domini 1077, sicut placuerat principibus, adesset, et nostrates illuc econtra venire festinarent, ut domnum papam venerabiliter, sicut decebat, acciperent, ecce nuntiatur apostolico, Heinricum cum magno exercitu Italiam intrasse, et si ipse montes, sicut volebat, transcendisset, alium papam illum[f] constituere velle. Itaque misso velociter nostris obviam legato, ipse tristis immo sibi[g] multa timens revertitur, ut Italiam a gladio et igne tueatur.

90. Heinricus autem per Italiam vagans loco, sed magis animo, quid ageret, nesciebat, quia quicquid ageret, regnum perdere timebat. Nisi enim supplex ad apostolicum veniret et per eum solutus a banno fuisset, regnum se non recepturum pro certo sciebat. Si vero supplex ad satisfactionem veniret, timebat, ne sibi pro magnitudine criminum regnum pontifex auferret, vel sibi inobedienti vincula potestatis apostolicae dupli-

a) f. foedus foede c. 2. b) walph 1. walterus 1[b]. welpho 2. c) l. quoque eo quo dictum est modo bulla 2. d) solutus 2. e) tripdudians 1. f) pro illo 2. g) sed 1. t. et m. 2.

1077.

caret. Ergo in multis curis in diversa dividitur. Quamvis autem utroque modo se perditum et perditurum non dubitaret, tamen illam partem, in qua aliquid spei esse putabat, elegit; et laneis indutus, nudis pedibus ad apostolicum venit, dicens se plus amare regnum coeleste quam terrenum, et ideo poenitentiam, quamcumque sibi vellet imponere, se humiliter suscepturum. Apostolicus vero de tanti viri tanta humilitate laetatus, praecepit ei, ut regalem ornatum, donec ipse permitteret, sibi non imponeret, quatenus omnipotenti Deo acceptior esset cordis eius contritio, quo eam et foris ostenderet vilis habitus testimonio; et ut eos, qui erant excommunicati, convivio vel colloquio vitaret; ne quod in se propria conversione fuisset Dei gratia mundatum, aliorum contagio fieret magis quam fuerat inmundum. Quod utrumque cum se facturum polliceretur, absolutus hac lege dimittitur, multum[a] monitus, ne Deo mentiatur; quia si promissa non impleverit, non solum priora vincula non auferantur, sed etiam alia strictiora superaddantur. Itaque reversus ad suos, cum coepisset eos a suo convivio separare, magnum coeperunt tumultum facere, dicentes ei, quia si eos, quorum sapientia et virtute obtinuisset[b] hactenus regnum, nunc a se repelleret, apostolicus ei nec illud reddere nec aliud acquirere potuisset. His et aliis talibus verbis animus eius immutatur, et ad consueta, pravo pravorumque consilio, revertitur. Imponit capiti aureum diadema, et in corde retinet ferro fortius anathema. Excommunicatorum communioni miscetur, et a sanctorum communione miser ille repellitur. Nunc fecit omnibus manifestum, quia non verum esset, quod dixit, plus se amare regnum coeleste quam terrenum. Quod si parumper in obedientia permansisset, et regnum nunc terrenum cum pace teneret, et quandoque coeleste sine fine possessurus acciperet. Nunc vero factus inobediens, et hoc quod amat non habebit, nisi cum magno labore; et illud non accipiet, nisi magna totius vitae mutatione.

91. Interea Saxones et Suevi Forcheim conveniunt, sed et de aliis regionibus legati aderant, qui[c] quicquid isti de re publica commode[d] definierint, idem laudare suos indicant. Aderat etiam legatus apostolici, qui cuncta quae de regno nostrates utiliter disponerent, apostolicae sublimitatis auctoritate firmaret. Ex multis, quos probitate dignos in electione proposuerunt, tandem Rodulfum, ducem Suevorum, regem[e] sibi Saxones et Suevi concorditer elegerunt. At cum singuli deberent eum regem laudare, quidam voluerunt aliquas conditiones interponere, ut hac lege eum super se levarent regem, quatinus sibi de suis iniuriis specialiter promitteret iustificationem. Otto namque dux non prius volebat eum sibi regem constituere, nisi promitteret honorem sibi iniuste ablatum restituere. Sic et alii multi suas singulares causas interponunt, quas ut ille se correcturum promitteret, volunt. Quod intelligens apostolici legatus, fieri prohibuit, et ostendens, eum non singulorum sed universorum fore regem, ut universis iustum se promitteret, satis esse perhibuit. Ait etiam, si eo modo, quo coeptum fuerat, promissionibus singillatim praemissis, eligeretur, ipsa electio non sincera, sed haeresis simoniacae veneno polluta videretur. Tamen quaedam sunt ibi causae specialiter exceptae, quas, quia iniuste viguerant, deberet emendare; scilicet ut episcopatus non pro pretio nec pro amicitia daret, sed unicuique ecclesiae de suis electionem, sicut iubent canones, permitteret. Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani pontificis auctoritate est corroboratum, ut regia potestas nulli per haereditatem, sicut ante fuit consuetudo, cederet, sed filius regis, etiam si valde dignus esset, potius[f] per electionem spontaneam, quam per successionis lineam rex proveniret; si vero non esset dignus regis filius, vel si nollet eum populus, quem regem facere vellet haberet in potestate populus. His omnibus legaliter constitutis, Rodulfum electum regem Mogontinam[g] cum magno honore deducunt, et ei dum consecrationem regis accipiebat, venerabiliter et fortiter, sicut mox apparebat, assistunt. Consecratur autem a Sigifrido Magontinae civitatis archiepiscopo, praesentibus et adiuvantibus aliis quam plurimis, anno Domini 1077. 7. Kal. Aprilis.

Mart. 26.

92. Ipso vero die consecrationis eius pene contigit miserandum facinus, ut fieret dies unus principium et finis regni ipsius, et de eo vere possit nasci proverbium, quia tam vigil rex esset, ut in regno suo numquam vidisset somnum. Namque cum ipsa die

a) m. multumque mon. 2. b) o. et h. 1. c) *deest* 1. 1b. d) comode 1. rei publice commodo 2. e) in r. 2. f) *deest* 1. 1b. g) *ita* 1. 1b.

1077. eius unctionis in introitu missae invitaretur sub nomine Ierusalem tota fidelium ecclesia ad laetitiam spiritualem, et inde habeat omnis fere ecclesia, etiam in religiosis personis, ipso die ludendi non spernendam consuetudinem: prandio novi regis finito, iuvenes eius ad ludum venere communem, causam ob duplicem, cum regiae consecrationis, tum[a] magis antiquae consuetudinis. Urbani vero videntes hunc ludum, in crudelem sunt accensi zelum; et quia magis favebant exregi quam regi, cogitabant illum ludum turbare, et semen aliquod, unde seditio nasceretur, inmittere, ad quam sedandam dum rex procederet, modo quolibet occisus interiret. Miserunt ergo quosdam suos iuvenes, ut curialium ludo se miscerent, et aliquam qualibet arte materiam belli construerent. Itaque unus ex ipsis cuiusdam nobilis ex curia crusinam[44] gulis[45] ornatam quasi furtim praecidit, et quasi furtum volens abscondere recessit, et tamen malebat deprehendi, ut acciperet quod accepit. Nam ille cuius honesta vestis erat dehonestata, ut illum qui suae vestis partem gestabat insecutus est, colaphum ei tantum dedit, suique vestimenti particulam recepit. Tunc urbani in subsidiis ad hoc ipsum collecti, curiales inermes incurrunt armati, et multos ex eis acriter vulneraverunt, aliquos etiam occiderunt. Nam arma curialium in hospitiis derelicta, dum ipsi circa regem frequentes essent, urbani praeripuerant, et ne illi, quorum erant, ea invenire possent effecerant. Rex talia videns, volebat se periculo dare, et vel suos eripere vel cum eis simul occumbere; sed qui circa eum erant, totum hunc tumultum propter eum fuisse inceptum cognoverunt, et ideo eum de palatio[b] descendere non permiserunt. Contraxerunt ergo se curiales et omnis exercitus in maiorem ecclesiam sancti Martini, et ibi conglobati, consiliis armisque muniti, subito cum magno impetu exierunt, et urbanos aut occiderunt aut ceperunt, praeter eos qui fugae se credentes, timore pernicitatem praebente abierunt velociter. In crastino vero omnes ex urbe maiores ante regem supplices venerunt, et de malitia quam fecerant, supplicia quae rex volebat accipere dederunt, et ut posthac imperpetuum fideles ei manerent, iuraverunt.

93. Sed rex non habens eis fidem, civitatem dimisit, et ad Suevos abiit; ibique parum moratus, ad Saxoniam transivit. Nam dominicae resurrectionis festivitate[c] apud Augustam civitatem celebrata, in pentecosten ad Erpesfort venit, et inde non parva Saxonum multitudine cum regali honore deductus, apostolorum principum principalem[d] in urbe Merseburgensi devotione multa celebravit. Quo cum de cunctis Saxoniae partibus maiores et mediocres convenissent, regemque, sicut a principibus erat electus, unanimiter in regno confirmassent, dixit rex, sibi non videri decens vel utile, Saxones quasi plena pace potitos domi quietos sedere; suasitque illis, ut exercitu collecto, hostiles ultro partes invaderent, quatinus aliquid fortiter agendo, et a se desidiae, qua notati erant, notam[e] abicerent, et hosti, qui de victoria superbus tumebat, arrogantiam minuerent. Quod et ipsi laeti fecerunt.

Aug. 94. Igitur in Augusto mense cum magno exercitu rex Rodulfus urbem Wirtzeburg obsedit, ad quam expugnandam machinas diversi generis parari iussit. Quae dum parabantur, ipse sicut rex christianus, Deum timens, secum cogitabat, quia si urbs capta fuisset, ab ecclesiis vel ecclesiasticis rebus diruendis vel diripiendis vulgus semel intromissum nec ipse rex revocare posset. Ergo lentus ibi sedebat, et occasiones diversas ne pugnaretur ad urbem quaerendo, integrum fere mensem nihil proficiens ibi manebat; maluitque gloriosam, quasi urbem capere non posset, habere contumeliam, quam periculosam, ut urbe destructa nulli[f] sacrae rei parceretur, adquirere gloriam.

95. Interea Heinricus exrex, exercitu nec magno nec forti congregato — nam maxima pars eius ex mercatoribus erat — obviam nostris ire paravit; pigroque progrediens incessu, Bawarios et Boemios, quos sibi in auxilium venire sperabat, frustra expectavit. Quo rex Rodulfus audito, laetus obsidionem dimisit, hostique saevo saevior occurrere festinavit. Ad fluvium itaque qui vocatur Neckar exercitus ambo convenerunt, et in diversa ripa animo pugnandi diverso castra posuerunt. Nam nostri dederunt illis optionem, ut vel ipsi longius a litore recedentes sibi facultatem transeundi concederent, vel

a) tamen 1. b) pallacio 1. c) festivitatem 1. d) sollempnitatem 2. e) nō 1. nomen 1b. f) nulle 1.

44) Germanice *Krause*, collare. 45) pelliculis murium pretiosis, quas nonnunquam rubricatas fuisse legimus.

1077.

ipsi nostrae ripae spatio securi accepto, cum nostris pugnaturi transirent. Illi vero, quamvis multis, ut utrumlibet facerent, convitiis essent exagitati, neutrum facere voluerunt. Cum autem multos ibi dies sedissent, et illis nostri locum ad se veniendi saepe frustra dedissent, tandem illi nec se nostris[a] pares, nec auxilium quod sperabant venire videntes, cum militari non possent virtute, astutia temptabant a se bellum istud amovere. Fecerunt enim cum nostris pacem sequestram, qua, si posset fieri, per mutua colloquia pervenirent ad pacem perpetuam. Ad se invicem igitur veniendi securitate concessa, dixerunt illi, quid opus esset nostris secum ferro decernere, cum ipsi parati essent rem verbis agere; et si quidem nostram causam iustitia commendaret, se relicto domino suo nostris associari, ea conditione, ut si sua causa melior esse probaretur, nostrates illis eadem lege coniungi non dedignarentur. Quod cum nostri laudassent, et ipse rex noster se, ut pax inter eos fidelis fieret, libenter a regno descensurum promisisset, constituto die, quo ad hanc causam terminandam, neutro rege praesente, venirent, ab invicem ambo exercitus discesserunt; et ecce illi magnam turbam ex Bawariis et Boemiis, quos iam diu expectaverant, advenire viderunt. Quo cognito, Heinricus nimis fit laetus; factaeque pacis oblitus, iam nostros a tergo minus cautos invaderet, si principes illi, qui pacis faciendae mediatores vel auctores fuerant, fidem suam contaminare non timerent. Itaque nostrates domum cum pace reversi, annum fuerunt integrum nec laedentes aliquem nec ab aliquo laesi.

1078.

96. Sequenti vero anno, qui erat ab incarnatione Domini 1078. iterum Saxonicus congregatur[b] exercitus, et missa legatione Suevos obviam sibi venire rogaverunt, ut utriusque populi virtute coniuncta, omnes sibi adversantes vel ad se transire compellerent vel sibi foederari nolentes dira bellorum tribulatione fatigarent. Quod cognoscens[c] Heinricus, robore congregato intervenit medius; nec est passus, ut uterque in unum conveniret exercitus. Exercitus ergo Saxonicus ad Methelrikestad[d] venit, ibique Heinricum cum non parvo robore virtutis invenit. Quid in narrando moram facio, cum illi nullam fecissent in agendo? Proelium incipitur fortiter, immo crudeliter; ex utraque parte pugnatur, et hinc et inde fuit diversus eventus pugnae; fugiunt isti, fugiunt illi; nostri capiuntur sed eripiuntur, hostes interficiuntur. Ex nostris itaque primi fecerunt fugam, qui numquam venire debuissent ad pugnam, episcopi scilicet unius nominis, sed ut ita dicam non unius[e] ominis; uterque enim Werinherus vocatur. Sed Magedaburgensis ab incolis illius patriae interceptus, miserabiliter occiditur; Merseburgensis vero despoliatus, in patriam nudus revertitur. Quod illi me non[f] ad contumeliam, quisquis hoc legit, sed dixisse putet ad gloriam; quia ab ipsius ore non semel audivi, quod ipsam nuditatem non tolerasse nollet pro pondere quolibet auri vel argenti. In eadem fuga sunt capti Bernhardus Romanae sedis archidiaconus, Sigifridus archipraesul Magontinus, Adalbertus Wormatiensis episcopus[g]. Sed duos illos non longe post eripuit Dei clementia, tertius iste perductus est in Heinrici crudelis tyranni praesentiam; qui tamen longe post, invito tyranno, divina liberatur misericordia. Quos omnes, quia melius sciebant psalmos cantare eo quod nutriti sub religione essent, quam legiones armatas ad bella disponere, solo visu proeliantium versos in fugam, tanta multitudo sequitur, ut rex totum exercitum penitus fugae se dedisse arbitraretur. Quos cum rex nec victoriam certam promittendo, nec servitutem perpetuam nisi fuissent reversi minando, potuisset revocare, solum se relictum cum paucis existimans, coepit ipse etiam paulatim revertendo Saxoniae finibus[h] appropinquare.

Aug. 7.

97. Interea nostri, qui fortes hostibus se primo miscuerant, nihil de post terga relictis scientes, adversariis fortibus fortes resistebant, minus vero fortibus[i] fortius insistentes, eos fugae praesidium petere compellebant. Ibi quidam de nostris adversarium sibi videns obvium, velut suum salutavit socium, dicens: *Sancte Petre!* quod nomen Saxones pro symbolo tenebant omnes in ore. Ille vero nimium superbus et tantum deridere nomen exorsus, in eius vertice librato mucrone[k]: *Hoc*, inquit, *tibi tuus Petrus mittit pro munere!* et nondum sermonem finierat totum, cum gladium Saxonis alterius in cerebro habebat, dicentis: *Et hoc habeas munus ex parte tui Heinrici, tyranni insanientis!*

a) nris. 1. b) congregatus 1. c) agnoscens 2. d) methelrikestadt 1. methelrichestad 2. macheltikestad 1b. c. *Dresd.* e) minus 1. f) *ita* 1b. *deest* 1. g) epos 1. h) *deest* 1. i) fortes 1. k) mucrunone 1.

1078. Aug. 7. **98.** Hardwigus[a] tunc Magontini praesulis archicapellanus, in eodem die post annum urbem Magedaburgensem archipraesul ingressurus, ab hostium multitudine, ne ullus ei locus esset evadendi, est circumdatus[b]. Cui cum illi velud capto illudentes dicerent, quia libentius eum tunc in gratia domini sui, sicut olim fuit, aspicerent, ille sicut vir prudens ita temperavit responsum, ut nec mendacium proferret, et tamen eos fallendo periculum praesens devitaret. Paucis enim, sicut tempus postulabat, verbis respondit: *Sicut video,* dicens, *in cubiculo domni regis hesterna nocte nullus vestrum me vidit. Sed festinemus ad amicos nostros, ne nos inimici repente deprehendant incautos!* Erant autem non longe a[c] parva Saxonum legione; quos cum illi suos putarent et iam se pene captos agnoscerent: *Pergite,* dixit ille, *quo vultis; ego meis adiungar amicis!*

99. Willehalmus[d], Geronis comitis filius, cum temere paucis se[e] comitantibus iret, ab Everhardo[f], qui de magnitudine barbae agnomen habebat, ex improviso capitur, et Heinrico domino suo magna pars triumphi praesentandus a militibus suis ducitur; ipse vero non longe, quasi ne ab aliquibus eripiatur prospiciens, insequitur. Et ecce copiae Saxonum maiores illi de latere veniunt, et eum non multum repugnantem citius occidunt. Quod videntes illi qui[g] Willehalmum ducebant, eius obliti, ad suum dominum festinabant. Ille vero, sui non oblitus, quanta potuit velocitate ad suos est reversus.

100. Interea dux Otto et Fridericus palatii praefectus[h] de Symmersenburg[i], diversis in partibus acriter pugnantes, non ante cessaverunt, quam Heinricum cum omnibus suis ad fugam coegerunt, eosque fugientes tam diu sunt insecuti, donec eos muro Wirtzeburgensi videbant[k] includi. Sed Fridericus nesciens, quid Otto dux egisset, ad locum proelii tripudians revertitur; quia ille qui fugatis hostibus locum caedis obtinuerit[l], victor habetur. Otto vero dux non longe post eodem reversus, visa tanta multitudine, putabat eos hostes esse, et quia[m] valde fessus erat, non credebat utile cum eis pugnam incipere. Misit tamen exploratorem, qui sibi perquireret veritatem. Qui cum[n] ibi moram faceret, reputans ille, quod ab hoste captus vel occisus esset, quia nullum de sociis quem cognosceret invenit, victor quidem, sed non laetus, quia nesciebat, ad patriam revertitur.

101. Fridericus autem, collectis ad se de diversis partibus a proelio revertentibus, noctem illam in laetitia, et maxime in divina laude transegit. In crastino vero receptis omnibus quae vel socii vel hostes ibi reliquerant, meliora, quae poterant asportare, secum tulerunt; cetera vero, ne prodessent hostibus, igni dederunt. Inde vero cum magno gaudio cantuque redeuntes, Smelekallan[46] et ceteros in circuitu vicos aut villas praedationibus et incendiis vastaverunt, quia incolae illi pridie nostros fugientes spoliaverant vel occiderant. Sigifridum quoque Mogontinum praesulem, quem captum cum multis aliis adhuc servabant, violenter eripiunt, secumque gaudentes et hymnos Deo canentes ad Saxoniam reducunt. Postquam vero diversis ex partibus omnes nostri convenerunt, et quid fortiter egissent vel quanta pericula qualiter evasissent, invicem singuli retulerunt, non sine multo fletu multas laudes unanimiter Deo reddiderunt[o], cum pro victis et fugatis hostibus, tum etiam pro liberatis tantis sacerdotibus.

102. Ex nostris itaque partibus praeter episcopum Magedaburgensem, qui cecidit in fuga, nemo qui dignus sit nomine periit in illa pugna; ex hostili vero parte iacuerunt ibi de principibus nobilissimis Everhardus Barbatus, qui huius belli erat incentor saevissimus, Poppo simul et Thiebaldus, Heinricus de Lechesmundi. Factum est ergo hoc proelium secundum anno Domini 1078, 7. Idus Augusti, feria 3.

Oct. **103.** Heinricus vero in Octobri proximo Reginesburg veniens, principibus collectis narravit, quod iam longo labori finem fecisset, nichilque sibi faciendum restaret, nisi ut illos qui secum participes erant laboris, consortes etiam faceret dignae retributionis. Dixit namque, Saxones in proximi proelii conflictu sic esse prostratos, ut nisi de gentibus exteris agrorum cultores advenirent, Saxonica[p] tellus in solitudinem versa bestiis silvestribus habitanda remaneret. Igitur ut illam terram cunctis frugum generibus opulentam secum vellent intrare rogavit, ipsisque, quod nullum qui eis intrantibus obstaret

a) Herderigus 1. Hardewicus 1b. b) circumvallatus 1b. c) *ita corrigo;* an 1. 1b. d) Willehelmus comes de Camburh, patrem habens Geronem, patruum vero Dedonem marchionem 2. e) paucissie 1. f) E. Barbato principe praenobili 2. g) *deest* 1. h) *ita* 2. l' 1. i) somerschenburg 1b. k) videbat 1. l) obtinuerat 1. m) qui 1. n) cum in 1. o) rediderunt 1. p) soxonica 1.

46) Schmalkalden.

1078.

invenirent, fideliter spopondit. Quod ut illis fieret credibile, simulatos nuntios fecit procedere cum verbis compositis, qui, cunctis audientibus, regi, sicut erant docti, dicebant ex persona ducis Ottonis et Herimanni comitis, se solos ex liberis hominibus, omnibus aliis in novissimo proelio interfectis, beneficio fugae in Saxonia relictos, nunc nimis sero poenitere[a*], quod umquam multitudine suorum confisi, praesumpsissent regiae potestati resistere; se regis adventum, quo terrae daret cultores, humiliter expectare; se sibi non honorem, non libertatem, sed solam vitam, quamvis vel hac essent indigni, postulare. Quibus verbis, sicut ipse callidus dictaverat, peroratis, illi qui haec credula nimis aure perceperant, inani spe iam totam Saxoniam possidebant, et quasi iam possidentes, inani spe decepti, animo tumescebant. Tota igitur festinatione, quo spes eos trahebat, sequi properabant; nec exercitum valde magnum[a] esse volebant, ne singuli eo minus illius regionis acciperent, quo plures illam divisuri fuissent; quia natura fert, ut tanto fiat partium minor quantitas, quanto fuerit earundem partium numerosior pluralitas. Venientes ergo ad silvam quae Thuringos[b] separat a Francia, audiebant, quod et verum erat, quia Saxones ex altera parte silvae cum tanta multitudine sederent, quantam prius numquam sint auditi collegisse. Nam de militibus armatis milia fere sexaginta habebant, qui vel fortiter mori vel terram suam tueri volebant. Quod auditum cum primo non crederent, postquam missis exploratoribus nimis verum esse cognoscebant, multo magis redire, timore cogente, quam venire, spe trahente, properabant. Sed Heinricus exrex, ne tantum frustra congregasset exercitum, cum eodem agmine Suevos petiit; ubi nec ecclesiis nec atriis ecclesiarum pepercit, et inter sacras profanasque res nullam differentiam fecit, ut illorum avaritiam insaturabilem saturaret, quos Saxoniam pollicendo fefellerat. Ibi, quod anticipando iam narravi, Treverensis archipraesul Udo subitanea morte miserabiliter obiit, dum timore Dei postposito, manibus profanis in sacras res licenter ire permisit. (c. 76.)

1079.

104. Interea domnus apostolicus, apostolici vigoris oblitus, qua causa nescimus, multum est a priore sententia mutatus. Nam qui prius Heinricum cum omnibus suis adiutoribus apostolica severitate excommunicaverat, eique regnandi potestatem potenter interdixerat, et omnes qui ei fidelitatem iurassent, a iuramenti nodis apostolica auctoritate absolverat, et electionem novi regis consensu suo confirmaverat, nunc per litteras mandavit, ut concilio facto rex uterque convocatus audiatur, et quem iustitia regnare permiserit, altero deposito tutus in regno confirmetur. Quarum litterarum, ut planius quod dico possit intelligi, subtus exemplum ponere curavi; quae venerunt mense Februario anno Domini 1079[c].

Greg. VII. Registr. 4, 23.

105. *Gregorius episcopus*[d] *servus servorum Dei, carissimis in Christo filiis Bernhardo*[e] *diacono, et Bernhardo*[f] *abbati, salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitati vestrae notum esse non ambigimus, quia ideo ab Urbe, confisi de*[g] *Dei misericordia et adiutorio beati Petri, egressi sumus, ut ad Theutonicorum partes, compostituri inter eos ad honorem Dei et utilitatem sanctae ecclesiae pacem, transiremus. Sed quia defuerunt, qui nos secundum quod dispositum erat conducerent, impediti adventu regis in Italiam, in Langobardia*[h], *inter inimicos christianae religionis, non sine magno periculo remansimus, et adhuc, sicut desideravimus, ultra montes proficisci nequivimus. Quocirca monemus vos, et ex parte beati Petri praecipimus, ut fulti auctoritate huius*[i] *nostri praecepti, nostraque vice ab eodem apostolorum principe accincti, utrumque regem, Heinricum videlicet atque Rodulfum, commoneatis, quatenus nobis viam illic secure transeundi aperiant, et adiutorium atque ducatum per tales personas, de quibus vos bene confidatis, praebeant, ut iter nobis, Christo protegente, pateat. Desideramus enim cum consilio clericorum atque laicorum eiusdem regni qui Deum timent et diligunt, causam inter eos Deo favente discutere, et cuius parti magis ad regni gubernacula iustitia faveat, demonstrare. Scitis enim, quia nostri officii et apostolicae sedis est providentiae, maiora negotia ecclesiarum discutere, et dictante iustitia diffinire. Hoc autem quod inter eos agitur negotium, tantae dignitatis est tantique periculi, ut si a nobis aliqua fuerit occasione neglectum, non solum illis et nobis, sed etiam univer-*

a*) peniteret 1. a) *ita* 2. ĭdig^m (indignum) 1. b) turingos *saepius* 1. c) MLXXVIII. *edd. Et vere epistolae duae capp.* 105. *et* 106. *editae anno* 1078. *Saxonibus innotuisse videntur. Sed Bruno epistolas has inferioribus adiungit.* d) *deest* 1. e) B. 1. Bernhardo Romanae ecclesiae d. 2. f) B. 1. Bernhardo Massiliensi abbati 2. g) *deest* 1. h) longobardia 1. i) *deest* 1.

[1079.] *sali ecclesiae magnum et lamentabile pariat detrimentum.* ***Quapropter si alteruter praedictorum regum huic nostrae voluntati ac deliberationi parere et ad vestra***[a] ***monita locum dare rennuerit, suamque superbiam atque cupiditatis faces contra honorem Dei omnipotentis accendens, ad desolationem totius Romani imperii anhelare temptaverit, omnibus modis omnique ingenio usque ad mortem, si oportet, nostra vice resistite***[b]***, immo beati Petri auctoritate ei totius regni gubernacula contradicendo, tam illum quam omnes sibi consentientes a communione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi et a liminibus sanctae ecclesiae separate, illud semper habentes in memoria, quia scelus idolatriae incurrit qui apostolicae sedi obedire contempnit, et quod beatus Gregorius, doctor sanctus et humillimus, decrevit, reges a suis dignitatibus cadere, si temerario ausu praesumerent contra sedis apostolicae iussa venire. Alteri vero, qui nostrae iussioni humiliter paruerit et obedientiam universali matri, sicut decet christianum regem, exhibuerit, convocato concilio***[c] ***omnium clericorum et laicorum quos advocare poteritis, consilium et adiutorium in omnibus praebete, et in regia dignitate per auctoritatem beatorum apostolorum Petri et Pauli nostra vice confirmate, omnibusque episcopis, abbatibus, clericis ac laicis in toto regno habitantibus, ut ei fideliter, sicut regi oportet, obediant, ex parte omnipotentis Dei praecipite***[d].

[Greg. VII. Registr. 4, 24.] **106.** ***Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis***[e] ***in Christo fratribus archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, et universis Christi fidelibus, clericis et laicis, tam maioribus quam minoribus in regno Theutonicorum consistentibus, salutem et apostolicam benedictionem. Notum fieri vobis volumus, fratres carissimi, quia legatis nostris, Bernhardo***[f] ***videlicet sanctae Romanae ecclesiae fideli filio et diacono, itemque Bernhardo***[g] ***abbati***[h] ***Massiliensis monasterii religioso praecipimus, ut utrumque regem, Heinricum videlicet et Rodulfum, aut per se aut per idoneos nuntios admoneant, quatenus viam michi pro discutiendo negotio, quod peccatis facientibus inter eos ortum est, ad vos, Deo favente, secure veniendi praebeant. In magna enim tristitia et dolore cor nostrum fluctuat, si per unius hominis superbiam tot milia hominum christianorum temporali et aeternae morti traduntur, et christiana religio confunditur, et***[i] ***Romanum imperium ad perditionem perducitur. Uterque namque rex a nobis, immo ab apostolica sede, cui licet indigni praesidemus, adiutorium requirit, et nos de misericordia omnipotentis Dei et adiutorio beati Petri confidentes, parati sumus cum vestro consilio, qui Deum timetis et christianam fidem diligitis, aequitatem causae utrimque decernere, et ei praebere auxilium, cui iustitia ad regni gubernacula favere***[k] ***dinoscitur. Quapropter si alteruter eorum superbia inflatus, aliquo ingenio, quominus ad vos venire possimus, obstiterit, et de sua iniustitia timens iudicium sancti Spiritus***[l] ***refugerit inobediens factus, resistendo sanctae et universali matri ecclesiae, hunc velud membrum Antichristi et desolatorem christianae religionis contempnite, et sententiam quam nostri legati contra eum nostra vice dederint conservate, scientes, quia Deus superbis resistit,*** [Iac. 1.] ***humilibus autem dat gratiam. Alteri vero qui se***[m] ***humiliter habuerit, et iudicium, decretum vero a Spiritu sancto, per nos***[n] ***autem prolatum, non contempserit, — indubitanter enim credimus, ubicumque***[o] ***duo vel tres in nomine Domini congregati fuerint, quod praesentia eius illuminantur — illi inquam servitium et reverentiam secundum quod nostri praefati legati decreverint exhibete, adnitentes et modis omnibus ei obsequentes, ut regiam dignitatem honeste possit obtinere et sanctae ecclesiae iam pene labenti succurrere. Non enim a corde vestro***[p] ***debet excidere, quod qui apostolicae sedi obedire contempnit, scelus idolatriae incurrit, et quod beatus Gregorius, doctor sanctus et humillimus, reges decrevit a suis dignitatibus cadere et participatione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi carere, si praesumerent apostolicae sedis decreta contempnere. Si enim coelestia et spiritualia sedes beati Petri solvit et iudicat, quanto magis terrena et secularia? Scitis autem, fratres carissimi, quia ex quo tempore ab Urbe exivimus, in magno periculo inter inimicos christianae fidei mansimus, et tamen neutro praedictorum regum, neque terrore neque amore flexi, aliquod contra iustitiam adiutorium promisimus. Magis enim volumus mortem, si oportet***[q]***, subire, quam propria voluntate devicti, ut ecclesia Dei ad confusionem veniat, consentire. Ad hoc enim nos ordinatos et in apostolica sede constitutos esse cognoscimus, ut in hac***

a) *aut* vestra *aut* nostra 1. b) resiste 1. c) consilio 1. d) Data Carpinetae 2. Kal. Iun. ind. 15. *Regist. G. VII. addit* (a. 1077.) e) d. in c. f. *desunt Reg.* IV, 24. f) B. 1. Bernardo *Reg.* g) B. 1. Bernardo *Reg.* h) a. rel. m. m. *Reg.* i) Romanumque *Reg.* k) favore 1. l) *deest* 1. m) h. se *R.* n) vos 1. *et R.* o) c. quod ubicumque *R.*, *ubi infra* quod *deest.* p) nostro *R.* q) si hoc op. *R.*

vita, non quae nostra, sed quae Iesu Christi sunt, quaeramus, et per multos labores patrum vestigia[a] *sequentes, ad futuram et aeternam quietem, Deo miserante, tendamus*[b]. 1079.

107. Acceptis his litteris, Bernhardus[c] cardinalis, quod sibi iniunctum est, exequitur. At nostrates cum ipsas litteras accepissent, a magna spe quam in apostolica petra 5 posuerant, exciderunt, quia prius coelum stare vel terram crediderant coeli modo moveri, quam cathedram Petri amittere constantiam Petri. Has ergo litteras ei remiserunt, quibus eum ancillae, praesentis scilicet vitae, perterritum timore, quasi voce galli clamantis excitare, et respectu Christi confortatum ad pristinae virtutem constantiae revocare voluerunt:

10 **108.** *Domno apostolico et venerabili papae Gregorio, beati Petri*[d] *fideles et sui, tantum servitutis quantum oppressi valent. Multas iam huic sanctae sedi pro diversis calamitatibus nostris querimonias exposuimus. Quod autem nondum aliquid iustitiae vel consolationis consecuti sumus, non tam vestrae sanctitati quam nostris peccatis imputamus. Si igitur nostro consilio et propria deliberatione rem, pro qua tanta mala nos invenerunt,* 15 *aggressi*[e] *fuissemus, minus moleste ferendum esset, si ad succurrendum nobis vestra gravitas se tardius erigeret. Nunc autem sarcinam illam quam sola vestra auctoritate iubente suscepimus, eadem quoque manum supponente levigari oportuit. Testis est excellentia vestra et litterae vestrae, quas in testimonium habemus, quia neque*[f] *consilio nostro nec etiam pro causa nostra, sed pro illatis sedi apostolicae iniuriis regem nostrum regia dignitate* 20 *privastis, nobisque omnibus terribili interminatione, ne ei sicut regi serviamus, interdixistis, et omnes christianos a vinculo iuramenti, quod ei fecerunt vel facient, absolvistis, deinde eum vinculo anathematis alligastis. In his omnibus vestrae paternitati cum magno periculo nostro*[g]*, sicut nunc patet, obedivimus; et quia eidem deposito ad*[h] *depositionem vestram cum ceteris concordare noluimus, tantam in nobis*[i] *crudelitatem exercuit, ut quam plures* 25 *ex nostris, amissa omni substantia, animam in hoc certamine posuissent, et filios suos exheredes et ex divitibus pauperes reliquissent. Qui autem residui sunt, de vita cottidie solliciti, vitae subsidia pene omnia amiserunt. Sed cum nulla nos persecutione posset superare, superatus est ille, ut licet nolens suam vobis praesentiam exhiberet et ei quem inhonoravit cum suo dedecore honorem impenderet. Pro quo labore hunc fructum recepimus, quod ille,* 30 *qui cum periculo animarum nostrarum vestigia pedum vestrorum*[k] *adorare compulsus est, absque nostro consilio et sine correctione absolutus, ad nocendum nobis libertatem recepit. Cumque illa anathematis absolutio per epistolam vestram nobis innotesceret, de sententia regni quae in eum processit nichil mutatum esse intelleximus, sed ne nunc quidem si mutari possit, intelligimus. Absolutio enim illa iuramentorum qualiter cassari possit, nullo modo* 35 *percipere valemus. Sine sacramentorum autem observatione regiae dignitatis officium nequaquam administrari potest. Ergo cum iam ultra anni terminum sine rectore essemus, in locum de quo praevaricatus est ille, alius principum nostrorum electione subrogatus est. Cumque de electo nobis rege, et non de regibus, spes magna ad refocilandum imperium succresceret, ecce ex insperato litterae vestrae advenientes, duos in uno regno reges pro-* 40 *nuntiant, duobus legationem decernunt*[l]*. Quam regii nominis pluralitatem et quodammodo regni divisionem*[m] *divisio quoque populi et studia partium subsecuta sunt; quippe cum in epistolis vestris illius praevaricatoris personam semper praeponi cernerent, et ab eo sicut a potente exigi, quatenus ducatum vobis in has partes ad discutiendam causam praeberet. Cuius discussionis qualis modus sit, ut salva gratia vestra dicamus, mirabile est in oculis* 45 *nostris, scilicet ut is qui iam sinodali iudicio nulla conditione interposita depositus est, alio*[n] *in eandem dignitatem apostolica auctoritate firmato, nunc tandem ad rationem ponatur, et quod finitum est denuo incipiatur, et de re indubitabili*[o] *quaestio moveatur. Hoc quoque infirmitatem nostram movet, quod, sicut nobis persuadetur ut in incepto firmiter perduremus, sic etiam contrariae parti verbis et rebus spes innuitur. Nam familiares praedicti* 50 *Heinrici, qui ab omni regno infamia notantur quique illi sicut regi serviendo sinodalibus praeceptis manifeste inobedientes sunt et una cum suo capite per legatum apostolicum ab ecclesia sancta separati sunt, ad hanc sedem venientes, benigne suscipiuntur, et non solum impuniti redeunt, sed insuper gloria et honore coronantur, et ad priorem inobedientiam*

a) s. vest. *R.* b) *R. addit:* Data Carpinetae secundo Kalendas Iunii indictione decima quinta. c) B. 1. d) *deest* 1. 55 e) agressi 1. f) nec pro c. 2. g) *deest* 1. h) *deest* 1. i) nos 2. k) nostrorum 1. l) decerāt 1. m) divisio 1. n) alia 1. o) indubitali 1.

1079. *superbiendo revertentes, nostrae miseriae insultant. Nobis autem quasi ridiculis ad insipientiam reputatur, quod ab illorum consortio abstinemus, qui ab ipso capite nostro tam caritative in communionem recipiuntur. Accedit et hoc ad cumulum nostri infortunii, quod praeter illa quae nos ipsi delinquimus, etiam adversariorum culpa in nobis cuditur, dum nostrae negligentiae attribuitur, quod idoneos et frequentes legatos huc non mittimus. Luce enim clarius patet, quod illi hoc fieri prohibent, qui, ne prohiberent, iureiurando vobis*[a] *promiserunt. Et nunc de violenta sacri itineris interclusione et de manifesto illorum periurio siletur, et nobis imputatur, quod nuntios non mittimus. Scimus, carissime domine, et ex consideratione pietatis vestrae speramus, quia haec omnia bona intentione et aliqua subtili deliberatione agitis; sed nos homines imperiti occultam illam dispensationem penetrare non sufficientes, quod manifeste vidimus et audivimus, de illa utriusque partis confortatione et rerum certarum*[b] *incerta dilatione ortum esse et cottidie oriri, vobis exponimus: haec sunt*[c], *bella intestina et plus quam civilia, homicidia innumerabilia, vastationes, incendia, sine differentia domus et ecclesiae, oppressiones pauperum incomparabiles, rerum ecclesiasticarum direptiones quales numquam audivimus aut vidimus, legum quoque divinarum et secularium defectus sine spe reparationis; postremo in dimicatione duorum regum, quorum uterque ad obtentum regni spem a vobis accepit*[d], *tanta profligatio regalium, ut posthac reges nostrarum partium rapinis potius quam regalibus sustentandi sint. Haec incommoda aut nulla iam essent aut minora multo, si in incepto itinere*[e] *neque ad dexteram nec ad sinistram sententia vestra divertisset. Arduum iter propter zelum domus Domini aggressus*[f] *estis, in quo progredi laboriosum est, regredi autem inhonestum. Nolite, sanctissime pater, nolite in via deficere, et ne ulterius differendo et utrimque cavendo tanta mala crescere et multiplicari sinatis. Si grave vobis est pro illis verba facere qui pro vobis vitam in magno discrimine posuerunt, ecclesiae tamen vestris temporibus miserabiliter destructae et inaudita oppressione in servitutem redactae succurrite. Cuius apertis destructoribus si aperta fronte in faciem resistere propter instantia pericula cautum non videtur, hoc saltem cavete, ne hoc quod iam fecistis, irritum fieri permittatis. Nam si hoc quod in sinodo Romana diffinitum et post a*[g] *legato sedis apostolicae confirmatum est, silentio contegi et pro nichilo haberi oportet, quid posthac nobis credendum vel pro rato habendum sit, omnino ignoramus. Hoc sanctitati vestrae nequaquam arroganter, sed in amaritudine animae nostrae locuti sumus, quia non est dolor similis sicut dolor noster. Cum enim per obedientiam pastoris luporum faucibus expositi simus, si etiam ab ipso pastore nobis cavendum est, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Deus autem omnipotens in talem zelum vos contra inimicos Christi erigat, quatenus illa quam in vobis posuimus spes nos non confundat.*

109. Ad quas litteras cum nullum pro velle suo responsum accepissent, has ei litteras iterum miserunt, ut quia non primo quasi galli cantu, sicut secundum Marcum nec Petrus est excitatus, saltem cum secundo, quasi gallus, populus ecclesiae vocem daret, a torpore dubitationis ad constantiam Petri cum Petro suscitatus exsurgeret:

110. *Domino vere apostolico Gregorio, beati Petri fideles et sui, devotum pro viribus obsequium. Novit sanctitas vestra et omnibus circumquaque notum est, quam difficulter*[h] *quantoque baiulorum discrimine legationes ad vos transmittimus, quia iter quod omnibus temporibus omnibus populis, tribubus, et linguis apertum fuit et pervium, nunc clauditur et prohibetur, et illis maxime qui non minimum pro honore illius laboraverunt, ad cuius corpus eadem via ducit. Vestro vero honori et nostrae necessitati congrueret, ut quod cum tanta difficultate perpetramus, aliquid nobis inde utilitatis, aliquid in*[i] *tribulatione consolationis proveniret. Sed quicquid quaestionis, quicquid querimoniae ad sedem, quae semper iudicii et iustitiae magistra fuit, dirigimus, nichil diffinitae responsionis recipimus, sed omnia in futurum incerta suspenduntur. Nam inter alia multa haec quoque sanctitati vestrae nuper indicavimus, qualem sententiam domnus Bernhardus in Heinricum Deo*[k] *odibilem suosque participes protulerit, quidque de rege Rodulfo vestra iussione statuerit, fiduciam habentes, si hoc ad notitiam vestram proveniret, omnem causam nostram in hoc procedere et prosperari. Sed post longam expectationem nostram, tandem reverso nuntio, nichil aliud nobis consolationis relatum est, nisi quod diceretis, his quae mandavimus vos fidem*

a) *deest* 1. b) *ita* 2. ceterarum 1? c) hoc est 2. d) accipit 2. e) intinere 1. f) aggressi 2. g) postea 1. h) difficiliter 1. i) $\overline{no}$ 1. k) B. m. n. deo 1.

non habuisse. Et quare, carissime domine, incredibile vobis visum est, quod fratres nostri et coepiscopi, scilicet domnus Wirtzeburgensis, Pataviensis, et alii viri religiosi vobis in veritate nuntiaverunt, quodque se vidisse et audisse testati sunt? Certe, domine, non in verbis mendacii confidimus liberari, sed magis credimus quia veritas liberabit nos. Deus, qui est veritas, qui solus laborem et dolorem considerat, non deseruit sperantes in se, sed visitavit nos in misericordia et miserationibus. Nam rex noster Rodulfus fortis in eo qui dat salutem regibus, de inimicis Domini potenter triumphavit[47]*, Heinricus autem solito more, cum suis complicibus*[a]*, praeter eos qui in gladio ceciderunt, in fugam versus est, comite illo et participe cuius malitiam vos in bono vincere frustra temptastis, Ruperto*[b] *scilicet Babenbergense, qui horum omnium auctor et incentor est. Et o! utinam de sua sociorumque eius flagitiosa*[c] *fallacia adhuc satis edoctus fuissetis! Nolite, carissime domine, nolite amplius ad irrisionem sancti*[d] *nominis vestri huiusmodi homines mulcere, et post tam frequentes repulsas turpesque deceptiones iterum atque iterum ducatum ab eis quaerere. Adventus vester ad nos tantum nobis esset desiderabilis, quantum et necessarius; sed vere scimus, quia sponte illorum ad nostras partes numquam venietis, nisi prius certi sint, vos illorum parti favere, non pro iustitia sed pro voluntate ipsorum. Quapropter nolite in eorum fide spem ponere, quorum perfidia totiens deceptus estis. Ecce videtis, quomodo multiplicata sint mala in terra, mala quorum non est numerus; et certamen, quod a vobis initum vestraque iussione susceptum est, iam non per vos nec per vestra decreta componitur, sed gladiorum iudicio terminandum derelinquitur. Rogamus ergo vos et obsecramus in Domino, ut remotis iam blandimentis et dilationibus, iustitiae zelo vos accingatis; et si non propter nos, tamen propter honorem sanctae sedis ecclesiae, confirmate quod operatus est eiusdem sedis legatus, ita ut et viva voce et litteris ubique transmissis sine ambiguitate denuntietis, quid in hac ecclesiae divisione tenendum sit, quid sequendum. Quod si iam dudum factum fuisset, certi sumus, quia pars iniqua adeo iam vires perdidisset, ut nec vobis nec nobis amplius nocere praevaleret. Ne adiciat ultra sanctitas vestra de certis ambigua et utrimque vergentia*[e] *statuere, quae usque modo nos ita fovere visa sunt, quatenus inimicos tamen non exasperarent. Sed certum est, quod*[f] *nullo modo ecclesiam vobis commissam de sua miseria poteritis liberare, nisi inimicorum illius inimicitias velitis tolerare*[g]*. Rogamus etiam, ne in hoc statuta canonica deficere patiamini, quatenus corpora*[h] *excommunicatorum, qui in persequendo ecclesiam occisi sunt, in atriis ecclesiarum sepeliri permittatis*[i]*; ubi autem sepulta sunt, ibi divina officia celebrari prohibeatis. Multi ex eis in Augusta civitate sepulti sunt*[48]*. Eiusdem loci congregationibus litteras vestras per discurrentes peregrinos*[k] *satis mittere potestis. Deus autem omnipotens in his et in omnibus ita vos dirigat, ut sicut ecclesiae sanctae praeesse, sic et prodesse valeatis.*

111. Tertiam quoque direxerunt epistolam, quam iusserunt in sinodo Romana recitari, si domnus apostolicus vel universalis ecclesiae interventu ad dignitatis apostolicae rigorem et stabilitatem possit[l] excitari:

112. *Conquerimur beato Petro, eiusque vicario domno apostolico Gregorio, omnique sanctae Romanae ecclesiae concilio, super iniuriis et violentiis, quas a domno Heinrico passi sumus et incessanter patimur, non ob aliam causam, nisi quod sedi apostolicae obedientes sumus. Pervenit autem ad nos, in*[m] *sancta sinodo Romana nuper habita*[49] *quaesitum esse et dubitari a quibusdam, utrum praedictus vir ille excommunicandus sit, an non. Quapropter nos, quibus res ista gravi experimento evidentius innotuit, annuntiare pro nostra aestimatione dignum duximus, quantis existentibus causis ipse non solum excommunicandus sed multis modis iam vere sit*[n] *excommunicatus. Testis est haec sancta Romana ecclesia, pro quantis sceleribus et quam inaudita praesumptione in sinodo eiusdem ecclesiae vinculo anathematis alligatus est, non prius tamen, sicut ex ipsius domni apostolici litteris didicimus, quam ipsum multa sedis apostolicae monita spernentem, semper ex correptione deteriorem esse*[o] *probatum est. Pensetur ergo de illo, qui ante triennium incorrigibilis inventus est, si infra triennium istud sic correctus resipuerit*[p]*, ut nunc de proferenda in illum*

a) simplicibus 2. b) R. 1. Roberto 2. c) flagicia 1. d) *deest* 1. e) ūgentia 1. f) *deest* 1. g) tollerare 1. h) corp. 1. i) non p. 2. k) perigrinos 1. l) posset 2. m) *deest* 1. n) *deest* 1. o) factum 2. p) respuerit 1.

47) a. 1078. d. 7. Aug. v. Bertholdi Ann. 48) cf. Ann. August. a. 1078. 49) mense Februario huius anni.

1079. sententia dubitari oporteat. Excommunicatus ergo[a], sicut iam diximus, quam diuturna pertinacia ultionem apostolicam despexerit, undique notum est. Tandem necessitate, quae non[b] est incognita, coactus, absolutionem quaerens, prius impetrare non potuit, quam iureiurando pollicitus est, se de omnibus sibi obiectis satisfacturum, prout domnus papa sibi tempus constitueret. Hac conditione absolutus, recessit. Cum autem placuisset domno apostolico, missis legatis et litteris exegit ab eo, ut faceret quod iureiurando promisit. Quarum litterarum latores cum appropiarent ad eum, a suis fautoribus capti, quidam in custodiam missi sunt quoad usque pecunia redimerentur, alii vero excoriati ac decapillati sunt. Quod cum ad nostros renuntiatum fuisset, iterum per alium nuntium legationem et litteras apostolicas transmiserunt; a quo ipse verba legationis audiens, nichil respondit, litteras vero porrectas accipere recusavit. Huius[c] rei testes sunt multi idonei, praecipue autem sedis apostolicae legatus domnus Bernhardus cardinalis, qui ob id negotium in illas partes transmissus erat. Qui cum legationem suam in irritum procedere conspexisset, quamvis certum fuisset, praedictum virum pro adiuncto inobedientiae periurio prioris anathematis vinculo innodatum, de quo iam ad tempus conditionaliter absolutus fuit, tamen quod sibi ab apostolica sede iniunctum est superimposuit. Iussione igitur apostolica regni gubernacula denuo ei contradicendo, a corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi et a liminibus sanctae ecclesiae separavit tam illum quam omnes sibi consentientes, et virum alium in regia dignitate confirmavit apostolica auctoritate. Quae sanctae Romanae ecclesiae edicta sicut alia multa contempnens, regnum sibi iam secundo interdictum invadens, usque adeo demolitus est dissipando, ut iam regnum dici non valeat, cui nulla pene regalia supersunt. Cum autem ad conciliandos sibi fautores regni facultates sibi non sufficerent, manum in sancta sanctorum extendens, ecclesiarum Dei publicus invasor effectus est, non eo quasi modo, quo iam ab aliquibus tyrannis praesumptum esse cognovimus. Incomparabiles enim et sine exemplo praevaricationes istae sunt. Nam non quaelibet praedia aut modicas aliquas facultates ecclesiarum, sed episcopatus quam plures aufugatis episcopis sibi usurpavit, et quicquid ad servitia vel sustentationes episcoporum pertinuit, totum suis suorumque usibus mancipavit. Pro qua re episcopis proclamantibus, domnus papa querimoniis eorum satisfaciens, pro sua pietate in sinodo, quae 17. Kal. Decemb. habita est, excommunicavit omnes, qui bona eorum invaserunt. Quod cum praedicto viro cognitum fuisset, quem eiusdem invasionis auctorem et participem esse certissime constat, nec ipse propter hoc ab invasione cessavit, nec eos, qui una cum ipso excommunicati sunt, a sua communione vel ad horam repulit. Audivimus autem, quod sui defensores his querimoniis tales excusationes obtendant[d], quod ipse de bonis ecclesiarum nulli aliquid praestiterit, neque de manu eius acceperit, vel aliquis ipso iubente invaserit. Quod nec nos illi obicimus; sed in hoc illum accusamus, quod et approbare paratissimi sumus, quippe quod sui sua permissione bona ecclesiastica invaserunt, quibus ipse rogantibus hoc concessit, dividens singulis prout voluit; et hac mercede conducti sunt, ut iniquitati[e] suae vires amministrarent. Quaecumque autem de facultatibus episcoporum in illa distributione militibus non concessa superfuerunt, his ipse tamquam propriis utitur, et tam manifeste suis usibus deserviunt, acsi hereditario iure sibi provenissent. In qua accusatione si falsitatis convincimur, nos, qui accusatores sumus, accusati poenam subire parati sumus. Iudicet ergo sancta sedes apostolica, inquirantur sanctorum patrum concilia, interrogentur Romanorum pontificum decreta, utrum hi, qui ista faciunt vel consentiunt facientibus, pro excommunicatis et sacrilegis habendi sint[f], et si vel ipsis vel ipsorum fautoribus communicandum sit. Qui cum vere sciant, vera esse quae de eo loquimur, scienter communicant eius operibus malignis, et huc ad hoc venire solent, ut iniustitiae latebras defensionis obtendant, et tantorum scelerum patroni existant. Cumque in concilio huius sanctae ecclesiae, quae semper ab excommunicatis abstinere docuit, se quasi oratores exhibent, ita patienter audiuntur, sicut et nostri, nullo discrimine inter laesos et laedentes habito. Hi etiam nuper in comitatu domini sui in eos insurrexerunt, qui praeceptis apostolicis obediunt, ut ad inobedientiam constringerent; scilicet in partibus Sueviae, ubi incendiis ecclesiarum et altarium[g] destructionibus sacrilegia innumerabilia commissa sunt. In qua re illos nec[h] accusamus nec excusamus; illud autem vere affirmamus,

a) e. quam diuturnam s. i. d. quam diuturna p. 1. b) nē 1. c) Cuius 2. d) obtendat 1. e) iniquitate 1. f) s̄t 1. g) altariorum 1. h) *ita* 2. n. i. 1.

1079.

quod rapina illa in ecclesiis et earum atriis facta, consensu et permissione tam principis quam omnium pene maiorum qui aderant perpetrata est, ea quidem deliberatione, quod sacrilegum illum exercitum aliter sustentari non posse censuerunt. Hoc quoque novit sancta Romana ecclesia, quod praefatus Heinricus domno apostolico iureiurando affirmavit, quod nullum amodo, qui ad limina apostolorum de quibuscumque terrarum locis tenderent, vel ipse vel aliquis eorum quos constringere posset prohiberet. Qualiter autem iuratam illam promissionem observaverit, nobis tacentibus ipsa rerum indicia manifestant. Ergo praeter illam quae et ab antiquis patribus et a vestra sanctitate in huiusmodi praevaricatores promulgata est sententiam[a*]*, archiepiscopus Mogontinus maiorum exempla secutus, adiunctis sibi episcopis numero septem, quibus eadem iniuriae ratio fuit, pro defensione ecclesiae sibi commissae praedictum virum, qui parrochianus illius est, tradidit sathanae in interitum carnis cum universis suis complicibus. Item domnus episcopus Wirtzeburgensis praesente et cooperante sedis apostolicae legato domno Bernhardo omnes illos anathemizavit, qui actu vel consilio in hoc culpabiles extiterunt, quod ille a sua sede prohibitus est. Cuius prohibitionis auctor non incertus est; qui etiam in eiusdem sedis civitate, in qua pene nemo non excommunicatus est, frequentissime moratur. Ecce audivit sanctitas vestra, quam multis modis vir ille cum suis dampnatus sit et vere dampnandus. Rogamus ergo vos per nomen domini nostri Iesu Christi, et per eum cuius vicem agitis, ut si iam prolatis in eosdem homines sententiis aliquid superaddere necessarium non putatis, hoc tamen firmissime prohibeatis, ne vel in hac sancta sede vel alicubi ad communionem recipiantur, priusquam ecclesiis quas laeserunt satisfaciant, ne grex vobis commissus amplius ab eis contaminetur, et ne pessimum illud fermentum totam massam corrumpat.*

Greg. VII Regist. 6, 1.

113. Tunc ab ipsa sinodo[50] in Theutonicas partes subiectam misit epistolam: *Gregorius*[a] *servus servorum Dei, omnibus clericis et laicis in regno Theutonico constitutis, qui excommunicationis vinculo non tenentur, salutem et apostolicam benedictionem. Quae et quanta nobis cura fuerit et est, ut pestilentia clades*[b] *et desolatio a regno vestro auferatur, pax*[c] *et honestas et solitum decus vobis reddatur, in sinodo quae hoc anno in quadragesima Romae celebrata fuit declaravimus. Iudicio enim sancti Spiritus decrevimus et praecepimus, ut in regno vestro omnium conventus episcoporum et laicorum eorum qui timent Deum et inter vos pacem desiderant fieret, et coram nostris legatis decerneretur, si*[d] *cui*[e]*, Heinrico videlicet*[e] *vel Rodulfo, qui de regni gubernaculo inter se decertant, amplius iustitia faveret, parsque*[f] *iniustior ratione devicta et beati Petri auctoritate constricta, facilius cederet et ab interitu animarum et corporum, Deo propitiante, cessaret, iustior vero pars amplius de Deo confideret, et adiuta beati Petri auctoritate*[g] *et omnium iustitiam diligentium consensu, de victoria omnino speraret et neutram*[h] *mortem timeret. Sed quia pervenit ad nos, quod inimici Dei et filii diaboli quidam apud vos contra interdictum apostolicae sedis praedictum conventum procurent*[i] *in irritum ducere, et non iustitia sed superbia ac totius regni desolatione suas cupiditates anhelent implere et christianam religionem destruere, monemus vos et ex parte beati Petri praecipimus, ut talibus nullum auxilium*[k] *praebeatis neque illis communicetis. In praedicta enim sinodo iam omnes*[l] *excommunicationis et anathematis sunt vinculo innodati, et ut nullam victoriam possint obtinere, beati*[m] *Petri potestate sunt obligati; ut saltem coacti confundantur, et a morte animarum suarum et desolatione propriae*[n] *patriae revocentur. Vos autem, fratres carissimi, de me*[o] *nullo modo dubitetis, quod iniustae parti scienter aliquo modo faveam. Magis enim pro vestra salute desidero mortem subire, quam totius mundi gloriam ad vestrum interitum arripere. Quod si aliqui de falsitate confisi, litteris vel verbis aliter vobis indicaverint, nullo modo eis*[p] *acquiescatis. Deum enim timemus et pro eius*[q] *amore cottidie affligimur, et ideo superbiam et oblectamenta seculi parvipendimus, quia cito apud eum consolari indubitanter credimus. Omnipotens et misericors Deus, qui ultra spem, ultra meritum miseretur et consolatur nos in tribulatione nostra, aperiat cor vestrum in lege sua, et*[r] *in praeceptis suis confirmet vos, ut auctoritate beati Petri a cunctis peccatis absolutos vos ad coeleste regnum perducat regnaturos.*

a*) *deest* 1. 2. *supplevit Eckhart.* a) Gr. episcopus s. *Reg.* VI, 1. b) et clades *R.* c) et pax h. *R.* d) *deest* 2. e) *deest R.* f) f. Iniustitior enim pars r. *R.* g) potestate *R.* h) sp. neque utramque *R.* i) procurarent *R.* k) adiutorium *R.* l) o. sunt e. et a. v. i. *R.* m) pot. b. P. sunt alligati *R.* n) d. patriae vestrae *R.* o) *deest* 1. p) illis *R.* q) *deest* 1. r) et confirmet v. in p. s. *R.*

50) in Regesto Gregorii litterae istae datae dicuntur Capuae Kal. Iun. ind. 1. (1078.)

1079. **114.** Contra quam nostrates hanc, quam supposui, miserunt epistolam: *Accepimus dudum sanctitatis vestrae litteras hoc continentes, quod vos in sinodo Romana decrevistis, quatenus in nostris partibus conventus omnium episcoporum et laicorum Deum timentium fieret, ad discutiendum hoc, cui illorum, qui de regni gubernaculo certant, iustitia magis faveat. In qua re hoc primum miramur, quod prudentia statuit, quod nullo modo posse fieri constat. Novimus enim hoc memoriae vestrae non excidisse, quod tam assiduis querimoniis frequentatum est apud vos, quippe quod pene omnes episcopi qui sedi apostolicae obediunt, de suis episcopatibus expulsi, a facie persequentium fugiunt, et latitant; et quomodo hi cum suis persecutoribus convenire et conferre de his causis possunt, pro quibus aliqui illorum occisi sunt, quidam in captivitatem abducti, reliqui vero omnibus rebus suis exspoliati? Deinde quoque hoc mirandum censemus, quod illius hominis causam cum illis hominibus discutere iubemur, quos utrosque legatus sanctae Romanae ecclesiae vestra iussione a liminibus ecclesiae sanctae separavit. Si autem nichil horum obstitisset, quid nostra*[a] *interest, ut iam dudum finitam sinodi Romanae sententiam retractemus, et denuo ad rationem ponamus? Quid ad nos, ut discutiamus, si illi iustitia faveat ad obtinendum regnum, cui vos regni gubernacula iam ante triennium sinodo iudicante interdixistis? Nonne magis oportuit, ut iudicium illud discussio praecederet, quam nunc tandem subsequatur? Novimus intelligentiam vestram, quia numquam de re indiscussa sinodus vobis praesidente iudicavit. Quae ergo necessitas secundae discussionis? Si autem praedictus ille nondum discussus est, sed sicut vos dicitis adhuc discutiendus, quae ratio fuit, ut homini indiscusso regalis dignitas ex dignitate apostolica sine ullo conditionis additamento interdiceretur? Si nondum discussus, sed adhuc discutiendus, quare regi alteri obedire ex vestra auctoritate iussi sumus, priusquam certum fuisset, istum non posse regnare? Huius rei testes sunt apud nos litterae vestrae; quippe quod legatus sedis apostolicae vestra iussione anteriori illi denuo regni gubernacula interdicendo a liminibus sanctae ecclesiae separavit tam illum quam omnes sibi consentientes; alterum vero, qui in locum illius subrogatus est nostra electione, in regiam dignitatem apostolica auctoritate confirmavit, omnibusque*[b] *in regno Theutonico consistentibus, ut sibi obediant, ex parte omnipotentis Dei praecepit. Numquid haec omnia destruenda sunt et pro nichilo reputanda? Ut autem de reliquis omnibus taceamus, certe si sola illa absolutio sacramentorum, quam in synodo fecistis, effectum habitura est, indubitanter constat, quia iste rex esse non potest. Quomodo enim regnare potest, cui nullus amodo fidelitatem ex debito servat? Quomodo regere populum potest, qui in agendis causis legalibus neminem ad faciendum iustum iudicium sacramentorum obligatione constringere potest? Si autem, quod absit, apostolica illa indulgentia pro rato habenda non est, quid erit de illis episcopis, et aliis, qui spe*[c] *praedictae absolutionis iuramenta Heinrico praedicto facta infregerunt? Nonne manifeste periurii convincuntur? Si enim ille iuste regnare potest, isti iniuste fecerunt qui promissae sibi fidelitatis iugum a se proiecerunt. Adhuc aliud. Quid de illis sacramentis erit quae postea regi Rodulfo facta sunt, cuius ditioni vestra auctoritate subiugati sumus? Ecce qualis rerum perturbatio! Attendant et videant omnes qui sanum sapiunt, si factum est huiuscemodi, si audita est umquam in ecclesia confusio, similis huic confusioni. Videte, carissime domine, quia terra commota est et conturbata. Si vultis sanare contritiones eius, in eo quod coepistis firmiter persistite, et quod aedificastis, non destruite. Si enim in*[d] *incepto itinere retrorsum redire et ob difficultatem diverticula quaerere vultis, non solum vulnerata non sanatis, sed quae sana sunt vulneratis. Nam si ea dissimulando quae vestra statuit auctoritas, nos in media tempestate, quam pro vobis incurrimus, derelinquitis, testis est super nos coelum et terra, quia*[e] *iniuste perditi sumus.*

115. Item post aliquod temporis intervallum nostrates hanc epistolam domno apostolico miserunt: *Non latet sanctitatem vestram, quantas vobis obediendo persecutiones passi sumus quomodo aestimati sumus sicut oves occisionis, quomodo traditi sumus in fabulam et in improperium. Si ergo talia pro vobis sustinendo, nichil a vobis gratiae meruimus, nec digni sumus quorum liberationi studium impendatur: quare saltem iustitia, quae nec inimicis deneganda est, nobis denegatur? Si ergo iustum est, quod iustum esse multis*[f] *vestris hortationibus didicimus, scilicet ut illi sententiae vestrae quae in Heinricum*

a) vestra 2. b) que *deest* 1. c) *ita* 2. propter 1. d) ab 2. e) quod 2. f) vultis 1.

processit obediamus, illi qui e contrario eidem sententiae vestrae superbe repugnant[a], *quare* 1079.
secundum iustitiam non constringuntur? quare pro hac inobedientia nullam apostolicae gravitatis censuram sentiunt? quare illis conceditur, quod tam ipsis quam nobis interdictum est? aut quomodo illis licet, quod nobis illicitum factum est? Ecce ipsi sine omni contra-
5 *dictione vestra, illi ad obtentum regni auxilium praebent, cui vos regni gubernacula interdixistis; illi sicut regi serviunt, quem vos usque adeo a regia dignitate deposuistis, ut omnes a vinculo iuramenti, quod ei fecerunt vel facient, absolveretis; illi participando communicant, quem legatus sanctae Romanae ecclesiae denuo sibi regni gubernacula contradicendo*[b] *a liminibus sanctae ecclesiae separavit; illi ad oppressionem nostram cum omni stu-*
10 *dio vires administrant. Quicquid enim mali patimur, ab illis patimur quos vos prohibere et debetis et potestis. Quibus dum nulla a vobis auctoritate resistitur, sine dubio ad internecionem nostram frena laxantur. Igitur vestra illa famosa strennuitas, quae iuxta apostolum semper in promptu habuit ulcisci omnem inobedientiam, quare istam non ulciscitur? Quare istam dissimulat, et talem quidem inobedientiam de qua mala inaudita*[c] *oriuntur,*
15 *mala quorum non est numerus? Si quando miserae nos oves in aliquo excessimus, confestim sine mora, sine dilatione in nos apostolicae austeritatis vindicta processit. Nunc autem cum ad lupos perventum est, qui apertis morsibus in gregem dominicum desaeviunt, omnia cum patientia et longanimitate differuntur, omnia in spiritu lenitatis tolerantur. Rogamus ergo vos*[d] *per nomen domini Iesu, ut sive vos terror viri peccatoris, cuius gloria ster-*
20 *cus et vermis est, exorbitare fecit, sive familiarium personarum mollita persuasio delinivit, ut redeatis ad cor, ut memor sitis honestatis et timoris Domini, et si non nobis propter nos parcitis, saltem vestrae innocentiae in tanti sanguinis effusione provideatis. Nam si illos amplius in nos grassari permittitis, quos prohibere debetis et potestis, timendum est, ne coram iusto iudice de perditione nostra excusationem non habeatis.*

25 116. Sic totus annus ille consumitur, ut fere nichil memorabile fieret in nostris partibus, nisi quod apostolici legati frequenter ad utrasque partes venerunt, et nunc nobis, nunc hostibus nostris apostolicum favorem promittentes, ab utrisque pecuniam, quantam poterant more Romano conquirere, secum detulerunt.

117. In sequenti vero anno, qui erat ab incarnatione Domini 1080, mense Ianua- 1080.
30 rio, Heinricus iterum congregato non parvae multitudinis exercitu, Saxoniam volebat invadere, reputans Saxones, utpote quietem dum pax erat amantes, non frequentes exire hiemis tempore. Saxones vero multis iam laboribus exercitati et per multas inquietudines a somno quietis expergefacti, tota[e] virtute studebant ei obviam venire et eius impetum ab invasione regionis suae repellere. Sed ille solita calliditate Saxones ab invi-
35 cem multa promittendo diviserat, ut non diu ante diem proelii Widekin[f], Wiprecht[g], et Theodericus Geronis[h] filius, cum multis aliis a Saxonibus ad hostes transirent, et Ekkibertus marchio cum sua legione neutrae parti accedens, non longe a proeliantibus lentus sederet, eventum belli dubius expectans, ut cui parti victoria cederet, ei congratulando socius accederet. Igitur exercitus uterque convenerunt in loco qui Flathecheim[i. 51] Ian. 27.
40 vocatur, et sic consederunt, ut inter eos rivus, non latus quidem sed profundus, haberetur. Itaque nostrates ad defendendum partis suae litus ordinati, illos ad se venturos in declivi montis expectant, ut ipsius oportunitate loci descendentes, hostes supinos facilius retrorsum impellant. Et Ottoni duci, quo primus pugnam conserat, imperant. Ergo dum sic ordinati nostrates, adversum se venturos hostes attendunt, illi, sicut semper
45 solebant, calliditate pugnaturi, nostros improvisi circumveniunt, et dum a fronte venire putantur, subito post tergum respicientibus adesse videntur. Tunc rex Rodulfus velocem misit Ottoni duci nuntium, per Deum obtestans, ut antiquae memor virtutis, sicut dispositum fuerat, ipse bellum primus incipere non refugiat. Cui dux Otto respondit, si sibi, sicut putabantur, primo venissent[k], se nullatenus eorum violentiam formidare;
50 nunc vero se non posse suae legionis ordinem convertere; et rogavit, ut illi quibus primo venissent, eos tota virtute susciperent, promittens se cum primum posset, eis in auxilium venturum. Denique multo aliter incipitur quam dispositum fuisset. Nam novis-

a) repugnavit 1. b) interdicendo 2. c) infinita 2. d) *deest* 1. e) cum rege suo Rodulfo tota 2. f) widekint 1b. widikin 2. g) wipertus 2. h) g. comitis 2. i) Flathechim 1b. Fladecheim 2. k) primum obvenissent 2.

55 51) Flarcheim prope Mühlhausen.

1080. Ian. 27. simi fiunt primi, et primi novissimi. Acriter itaque utrimque pugnatur, sed momento brevi finitur. Nam Saxones citissime conversi, hostibus, qui sibi venerant a tergo, vultus horribiles ostendunt, et non ante quiescunt, quam eos in fugam versos, sibi terga monstrare compellunt. Victores itaque Saxones reversi, multas, sicut decebat, laudes referebant omnium bonorum largitori. Ex nostris autem iacuit in illo proelio Meginfri- 5 dus[a] Magedaburgensis praefectus, ex[b] illis vero Folcmarus[c], et[d] Pragensis praefectus, et cum eis Boemiorum ceterorumque non parvus numerus. Heinricum autem, qui mox incepto proelio fugae se commendavit, Lothowigus per silvam semitis latentibus abduxit. Exercitus vero eius non longe post ad eiusdem fugae praesidium coactus, iuxta 52 quoddam castellum quod dicitur Wartberg[e. 52] fatigatus consedit, et ibi, donec cibis et 10 requie recrearentur corpora, repausavit. Nostrates vero, qui castellum tenebant, impetu subito eos insiliunt, et eis fugatis, omnia pene quae habebant diripiunt, equos, arma, vasa aurea et argentea, piper et alia pigmenta, pallia et pretiosa vestimenta. Erat enim in eadem societate patriarcha et alii partium illarum principes, qui secum divitias portaverant ingentes. Factum est autem hoc tertium proelium anno Domini **1080**, 6. Kalend. 15 Februar. feria 2.

54 **118**[f]. Ipso[53] anno domnus apostolicus in Theutonicas partes a sinodo[54] subiectam misit epistolam[g]: *Gregorius episcopus*[h] *servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis et episcopis in Theutonico atque in Saxonico regno commanentibus*[i], *omnibusque principibus, cunctis etiam maioribus*[k] *atque minoribus, qui non sunt excommunicati et oboedire volu-* 20 *erint, salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ex lite et dissensione, quae tamdiu inter vos est, maximum in sancta ecclesia periculum, maximum undique inter vos detrimentum fieri cottidie cognoscimus, idcirco visum est nobis, visum est et fratribus nostris in concilio congregatis, summo desiderio aestuare, summa ope elaborare pro viribus, quatenus idonei nuntii, tam religione quam scientia pollentes, e latere apostolicae sedis ad partes* 25 *vestras mitterentur, qui religiosos episcopos, laicos etiam pacis et iusticiae amatores, in partibus vestris*[l] *commorantes, ad hoc opus idoneos congregarent: qui, Domini gratia praeeunte, die et loco ab illis statuto, tam ipsi, quam quos ipsis adhuc iungere*[m] *debemus, aut pacem componant, aut veritate praecognita, super illos qui sunt tanti dissidii*[n] *causa, canonicam censuram exerceant. Verum quoniam nonnullos diabolico instinctu confectos*[o], *iniqui-* 30 *tatis suae facibus ignitos, cupiditate inductos, discordiam potius quam pacem fieri et videre desiderantes fore non ignoramus, statuimus in hac sinodo ad eandem formam sicut et in praeterita, ut nulla umquam persona alicuius potentiae vel dignitatis*[p], *sive magna sive parva, sive princeps sive subiectus, aliqua praesumptione praesumat*[q] *legatis nostris obsistere, et postquam ad vos pervenerint, de componenda pace contraire; nec postea contra* 35 *interdictum illorum alter in alterum audeat insurgere*[r], *sed usque ad diem ab illis statutam*[s] *firmam pacem omnes sine ulla occasione et fraude observent. Quicumque autem haec nostra statuta ulla praesumptione violare temptaverit, anathematis eum vinculo ligamus, et non solum in spiritu, verum etiam et*[t] *in corpore et in omni prosperitate huius vitae apostolica auctoritate innodamus, et victoriam in armis auferimus, ut sic saltem confundantur* 40 *et duplici contritione conterantur.*

119. Item domnus papa regi Rodulfo: *Gregorius episcopus servus servorum Dei, Rodulfo regi et omnibus secum christianam religionem defendentibus salutem et apostolicam benedictionem. Quod regnum Theutonicorum, hactenus inter omnia mundi regna nobilissimum, iam video incendiis caedibus et rapinis devastari confundi*[u] *et annullari, quam magnus* 45 *exinde cordi meo dolor insideat, quam continuus in visceribus meis me gemitus afficiat, testis est ille solus, qui omnium hominum corda scrutatur et probat. Deferuntur enim*[v] *michi iam saepius legationes Heinrici cum*[w] *per proprios nuntios, tum per cognatos et aliarum terrarum principes et affines, modo omnem oboedientiam promittendo, modo per varia*

a) *ita* 2. meinfridus 1. b) et ex 1. c) falmarus 1. volcmarus 1b. *c. Dresd.* d) etiam 1b. *c. Dresd.* e) wart- 50 berh 2 f) *codex nonnisi in voce* Gregorius *aliud caput orditur.* g) *hic collatam, aeque atque alteram quae sequitur, cum apographo saec. XI. in cod. Trevir. Nro.* 102. h) *deest* 1. 2. i) commorantibus *T.* k) min. atq. mai. 1. l) nostris 1. m) adiungere adhuc 2. n) discidii 2. o) c. si i. 1. p) vel *deest* 1. q) audeat 2. r) resurgere 1. s) statutum 1. t) *deest* 2. u) d. et c. 2. v) *deest* 1. w) tum 2.

52) Wartburg. 53) Epistolae istae anno 1079. scriptae esse videntur; cf. Bertholdi Annales supra p. 318. Paulus etiam Bernr. cap. 105. priorem epistolam anno 1079. assignat. 54) cuius acta 55 v. supra pag. 316 sqq.

ingenia sollicitando, id a me summo conamine cupientes efficere, quo me ad votum suum 1080.
suis[a] *partibus valeant inclinare. Verum quia hinc inde et Romana gravitas et apostolica mansuetudo me per mediam iustitiae viam*[b] *incedere cogit, omnibus quibus possum modis hoc oportet intendere, quomodo veram a falsa iustitiam, perfectam a ficta oboedientiam,*
5 *iudicio sancti Spiritus valeam discernere, et rato ordine ad finem usque perducere. Haec vero*[c] *et alia, si propitio Deo ad vos sani perveniunt legati mei, melius quam hae litterae viva voce testificabuntur et docebunt*[55]. 55

120. Item domnus apostolicus regi Rodulfo: *Gregorius episcopus servus servorum Dei, Rodulfo regi omnibusque secum in regno Saxonum commanentibus, tam episcopis*
10 *quam ducibus et comitibus, nec non maioribus et minoribus, peccatorum absolutionem et apostolicam benedictionem. Cum Veritas ipsa dicat, omnium qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, regnum esse coelorum, et apostolus clamet, neminem nisi qui legitime certaverit posse coronari: nolite, filii mei, in hoc, qui vos iam multo tempore exagitat, bellico furore deficere; nolite per ullius*[d] *fallentis personae mendacia de nostro fideli adiutorio*
15 *dubitare, sed magis magisque pro tuenda veritate ecclesiastica, pro defendenda vestrae nobilitatis*[e] *libertate, labori iam citius finiendo incumbite, et ex adverso ascendendo, vos et corpora vestra quasi murum pro domo Israel opponere satagite. Quid iam in duabus sinodi nostrae conventionibus de rege Rodulfo et de Heinrico statutum, quidque ibi de pace et concordia regni etiam cum iuramentis sit diffinitum, per nostras litteras et per vestros lega-*
20 *tos, nisi forte capti sint*[f], *apertissime potestis agnoscere, et si quid adhuc remanserit*[g], *per episcopos Metensem et Pataviensem et abbatem Augiensem*[h. 56], *qui nobiscum finem rei praestolando morantur, cum ad vos ipsi pervenerint, quasi in promptu habetis audire. Postremo hoc vos ignorare nolumus, quia omni qua oportet instantia, cum*[i] *orationis nostrae assiduitate, tum officii nostri gravitate, et prospiciendo consulere et consulendo prospicere vestrae*
25 *necessitati non dubitamus.* 56

121. Eodem anno, mense videlicet Octobri, Heinricus militiae[k] laboribus infatigabilis, iterum congregavit exercitum, ut invaderet Saxoniae regnum. Saxones vero cum ingenti multitudine occurrerunt ei in loco qui Cancul[57] vocatur, ibique castris positis, sederunt, ut fines suos cum Dei adiutorio ab hostili invasione tuerentur. Cumque mis- Oct.
30 sis exploratoribus ille nostram virtutem cognosceret, et ei cum sua virtute congredi non auderet, ad artem malitiae convertit se, dolique calliditate nostrum agmen in duas partes dispergit, ut quod integrum, suis viribus diffidens, adire non praesumebat, divisum per partes, si necessitas compelleret, aggredi non formidaret. Nam cum proelium devitans cum universo exercitu suo contra Erphesfort[l] tenderet, velocissimos equites retro
35 contra Goslariam misit, qui quibusdam villis incensis ad se velociter properarent. At Saxones per suos exploratores iter eius contra Erphesfort[l] edocti, cum eum facile possent insequi vel etiam praevenire, viso post dorsum fumo illuc universi festinant, ut ei Goslariam et illas partes Saxoniae prohibeant. Ille vero coeptum iter ad Erphesfort[l] peragens, oppidum iam succensum fuerat depraedatus, cum noster exercitus se deceptum
40 intelligens, magna turba peditum simul et equitum derelicta illum est insecutus. Cumque iam illi nostrates appropinquarent, eumque Niuamburg[m. 58] episcopatum incendere 58

a) sue parti 2. b) mā 1. c) *deest* 2. d) illius 2? e) *ita* 2. voluntatis 1. f) sunt 2. g) remansit 2. h) augustensem *ed.* i) tum 2. k) *ita* 2. malicie 1. l) erpesfort 2. m) nienburh 2.

55) Codex Trevirensis haec addit: *Audivi quidem*
45 *a legato meo B. metropolim Magedeburgensem iam diu esse viduatam, et adhuc perversa quorundam contentione, ne desponsari possit, fuisse turbatam. His modis omnibus ex praecepto Dei omnipotentis et sancti Petri et meo ne praevaleant resistite, et*
50 *domus Dei dignum dispensatorem per ostium introducere, cum communi omnium religiosorum, tam archiepiscoporum quam episcoporum, necnon etiam clericorum et laicorum, consensu et electione procurate. Quod si meis vultis adquiescere consiliis,*
55 *audio enim inter vos esse quosdam boni testimonii viros, A. scilicet Goslariensem decanum, G. Bertaldi ducis filium, H. Sigifridi comitis filium, quorum unum me praecipiente et consentiente eligite, et in archiepiscopum praenominatae aecclesiae ordinate. Si vero in his tribus qui dignus sit non poterit inveniri, in contritione cordis orando et ieiunando ad Deum convertimini, rogantes ut sua revelante gratia, persona quae huic negotio sit conveniens possit ostendi. Hoc procul dubio scientes, quia sicut illum qui ambitu secularis potentiae inordinate intraverit, vinculo excommunicationis alligabo, ita quoque eum qui canonice intronizatus fuerit, a peccatis absolvo et apostolica benedictione benedico.* 56) v. Bertholdi Ann. a. 1079. 57) fortasse Keula prope Mühlhausen. 58) Naumburg.

1080. velle viderent, propero cursu eum per montana praevenientes, urbem ab incendio fortiter defenderunt. Quo ille cognito, obvia cuncta comburens et vastans, ad fluvium qui dicitur Elstera pervenit; cuius magna profunditate visa, nolens ibi castra locavit. Hic diversorum diversas opiniones michi contigit agnoscere, sed cui earum veritas accedat, non licuit michi scire. Alii namque dicebant, quia bis a proelio discedebat victus, amplius eum fortunam proelii nolle temptare, sed nostris arte sua deceptis, magnam partem regionis velle comburere, sicque sine proelio, quasi cum victoriae gloria, suas in partes declinare, sed inscium fluminis huius profunditatem incurrisse, sicque coactum, quia non facile transire poterat, proelio se commisisse. Alii vero putabant, quod ex[a] industria malivolentiae hunc pugnae elegisset locum, ubi suis quibus non bene credebat aut fortiter esset pugnandum, aut turpis fugae praemium periculum fluvii subeundum. Alii vero credebant, quod ideo regiones illas peteret, quia Misnensium vel Boemiorum, pro quibus legatos miserat, auxilium speraret; qui si sibi, sicut expectabat, fuissent adunati, inde per Merseburg et Magedaburg et per universam potenter transiens Saxoniam, cuncta posset depopulari, suaeque in perpetuum subicere dominationi.

Oct. 15. 122. Igitur Heinricus castris in Elstrae ripa locatis, crastino mane primo suas acies disposuit, quia nullam proelii moram per se fieri voluit: cum ecce nostri multa festinatione simul et itineris asperitate fatigati, multis in via prae[b] lassitudine derelictis adveniunt, et audientes, quod hostes essent, e contra sine mora se ad defensionem patriae suae[c] disponunt. Cum vero pedites admodum pauci esse[d], plurimis non valentibus sequi, conspicerentur, omnes qui non satis fortes equos habebant ex equitibus pedites fieri iubentur; et tunc ordinati, hostibus obviam paulatim progrediuntur. Episcopi vero clericos omnes qui aderant, ut psalmum 82um multa devotione cantarent, ammonebant. Exercitus autem uterque ad paludem quae vocatur Grona[e] convenerunt, et quia sine vado palus erat, exercitus ambo dubitantes ibi substiterunt, et alteros alteri, ut priores ad se transeant, opprobriis increpantes, utrique suam ripam inmoti tenuerunt. Tandem nostri caput ipsius paludis non longe esse cognoscentes, ad illud tendebant; quo viso, contrarii aequo itinere ad eundem terminum paludis pergebant. Ibi cum in tuto convenissent, conseruere manus, et utrimque fecerunt miserabile facinus. Heinricus autem, mox ut eos vicissim misceri conspexit, se sicut solitus erat in fugam dedit. Exercitus vero eius tanta virtute nostris instabat, ut quibusdam terga dantibus, ad illorum castra fallax fama veniret, quae Saxones esse victos ore mendacii nuntiaret[f]. Dumque praesules qui Heinricum adiuvabant, cum suis clericis *Te Deum laudamus* gaudentes cantarent[g], Rappodo[h], unus de summis principibus[i], portatur occisus. Quem qui ferebant, his qui in castris erant, de longe: *Fugite, Fugite*, clamabant; Otto namque dux adsumpta peditum turma, illis qui nostros in fugam verterant aequam vicem rependit, eosque terga sibi monstrantes insequi non ante desistit, quam eos per media castra festinantes, fluvium satis cum periculo transisse conspexit. Nam fere non minor pars hostium in fluvio quam periit in proelio. Tunc pedites plenam se sperantes victoriam, castrorum volebant invadere rapinam. Sed dux Otto prudens[k] in bello, timens ne adhuc hostes aliqui post terga remansissent, monuit eos a praeda manus interim continere, donec certi quod nullus hostis a tergo latuisset, securi possent hostilia castra diripere. Itaque reversus cum peditibus, invenit in loco proelii Heinricum de Lacha cum maxima parte exercitus, iam quasi de victoria triumphantem et *Kyrieeleyson* laeto clamore canentem. Quam multitudinem cum vidisset dux Otto, voluit eam devitare primo, quia non eam turbam se vidit habere, cum qua cum tanta legione putaret tutum pugnare; sed rursus recogitans, quia Deo non est difficile multos[l] in paucis vincere, fortiter eos adivit, et Deo dante illis spiritum timoris, cito eos in fugam convertit. Omnibus ergo aut in fluvio mersis aut ultra fluvium fugatis: *Nunc*, ait dux Otto, *castra securi perquirite; nunc tuti quicquid inveneritis accipite; et quicquid hodie fuit hostium, vestra*[m] *virtute vobis praestante, vestrum vocate!* His verbis nondum finitis, hostilia[n] castra pervadunt, et omnia quae sunt inventa, festinanter invadunt. Sunt autem inventa multa pretiosa tentoria, multa episcoporum scrinia sacris indumentis et vasis plena, multa vasa

a) *deest* 1. b) *deest* 1. c) *deest* 1. sue p. 2. d) essent 1. e) *ita* 2. grono 1. f) nuntiaret. D. p. q. H. a. c. s. c. T. D. l. g. *recepi ex* 2. *desunt* 1. 1b. g) cantaret 1. canerent 2. h) ecce rabodo 2. i) p. parcium Heinrici apportabatur 2. k) prodens 1. l) in multis et in p. 2. m) nra 1. n) hostia 1.

aurea et argentea cottidianis usibus apta, multae quoque argenti vel auri laminae, multoque[a] maxima pars numeratae pecuniae, equi quam plurimi simul et optimi, arma generis universi, mutatoria, ceteraque sine aestimatione vestimenta, vel ut breviter dicam, quicquid episcopi Coloniensis fuit, Treverensis et alii fere quatuordecim secum attulerant, quicquid dux Fridericus, comes Heinricus ceterique ditissimi homines secum portaverant, quicquid in Erphesfort rapuerant, omnia illa nostri simul diripientes, ad castra sua venerunt triumphantes. (1080. Oct. 15.)

123. Illi vero qui gladium effugerant, quantas calamitates in fluvio, silvis, paludibus sustinerent, nulli est credibile, nisi cui contigit haec omnia loca praesentialiter videre. Fluvius enim tales ex utraque parte ripas habet, ut hic nemo nisi cadens possit intrare, illic nemo nisi frutectis vel herbis arreptis repens possit exire. Multi fugientes, cum illi hic proni fluvium velociter inciderent, et illic de dorsis equorum ripae insilirent, gladio ripam caedebant, ut equos post se de fluvio extraherent, tandemque caedendo fatigati, equis derelictis armisque proiectis fugam trepidi corripuerunt. Ergo quicquid Unstrod[b] ubi victi sumus in nos peccavit, Elstera[c] pro nobis dupliciter vindicavit. Illic enim tantum nostras res fugientes amisimus, isthic et hostiles et nostras, quas nobis praedando tulerant fugientes hostes, fugientibus et interfectis abstulimus. In fuga vero quam plurimi fortes viri a rusticis securibus et fustibus occisi, multi nobiles et illustres sunt a personis vilibus capti, multi fame crudelissima cruciati, equos vel gladios pro frusto panis dare non dubitabant, nec si panem venalem invenirent, ulli suae rei parcebant. Si qui vero capti ad aliquem de nostris hominem probum sunt adducti, sanati si vulnerati erant, gratis in patriam suam remittuntur, vestibus et armis decenter instructi. Tunc dictum est illis, quod Heinricus dominus eorum post Boemios misisset, et illis venientibus, cum eodem qui adhuc reliquus erat exercitu Saxoniam repetere voluisset. Sed illi responderunt, se potius, si possibile esset, totum mundum velle circuire, quam Saxonicam terram umquam magis transire[d].

124. Interea Saxones ad sua castra reversi, repererunt inminutam magnam partem sui gaudii, quia rex eorum Rodulfus duobus acceptis vulneribus, uno letali, altero deformi, magis quam suum dolebat casum populi. Sed cum cognovisset, quod suus haberet victoriam populus: *Nunc*, ait, *laetus patiar vivus et*[e] *moriens, quicquid voluerit Dominus!* Quamvis autem dextera manus illi fuisset amputata, et grave vulnus haberet venter ubi descendit ad ilia, tamen ut illos quos de sua morte videbat dolentes consolaretur, se non in praesenti moriturum fidenter pollicetur; suique postponens curam, suis vulneratis ostendebat quam deceret adhiberi medicinam. Qua fortitudine simul et pietate nostri principes valde commoti, concorditer omnes ei spoponderunt, ut si Deus omnipotens illius vitam servare vellet, eo vivo, etiamsi utraque manu careret, Saxonia nullum alium rectorem eligeret. Qua fide multum ille laetatus, felici est morte resolutus[f]. Factum est autem hoc proelium quartum anno ab incarnatione Domini 1080, Idibus Octobris, feria 5. (Oct. 16.)

125. Deinde mense Decembri, cum principes nostri congregati de statu regni sui tractarent, ecce nuncius aderat qui diceret, Heinricum ad suos de proelio reversum iactasse, quod rege Saxonum occiso totam Saxoniam suae ditioni subiecisset, et nunc exercitu congregato adventare, ita ut Goslariae natalem[g] Domini celebraret. Sed nostri magno exercitu per triduum collecto, ei perrexerunt obviam, virtute suam defensuri patriam. Quod ille cognoscens[h], a magna spe cecidit, quia Saxones, dum non haberent rectorem, facile vinci posse speravit. Igitur exercitu suo dimisso, consilioque mutato, misit ad Saxones legatos[i], ut quandoquidem nollent esse sine rege, filium suum sibi facerent regem, seque illis iurare, quod numquam intraret terram Saxoniae. Cui legationi dux Otto, sicut erat solitus iocose magna seria[k] nonnullo schemate ludendi velare, respondit: *Saepe*, dicens, *ex bove malo malum vitulum vidi generatum*[l]*; ideoque nec filii nec patris habeo desiderium.* (Dec.)

126. Transacto vero natali Domini proximo, quo 1081[us] ab incarnatione Domini inceptus[m] annus erat, Heinricus exrex Italiam disponebat ingredi, ut imponeret aliquem (Dec. 25.)

a) multaque 1. 1b. b) unstrad 1. c) elstrad 1. d) intrare 2. e) sive 2. f) ac inde translatus Merseburg, sicuti hodie patet ab ipsis honorifice est tumulatus 1b. g) natale 1. h) agn. 2. i) l. rogans ut 2. k) serie 1. l) gnatum 1b. m) incipitur 1.

1081. finem rerum suarum longo labori, scilicet ut vel domno papa Gregorio humiliatione ficta placato, sive vi tyrannica coacto, vincula banni, quibus erat ligatus, exueret, vel quod magis volebat, Gregorio per vim de sede pontificatus eiecto, et in ipsa sede Wiperto Ravennate collocato, qui iam per triennium iuste fuerat excommunicatus, libere faceret omnia quae suae tyrannidi placerent, cum de sede apostolica omnis suae voluntatis favorem haberet. Sed familiares ipsius non tutum putabant fore, Saxonibus recenti proelio vehementer exacerbatis invadendos fines suos relinquere, cum de adventu illorum dubitationem nullam haberent, si pergentes in Italiam, suam patriam sine virtute militari dimitterent. Miserunt ergo principibus nostris nuntios, qui singulare colloquium rogantes, tempus et locum praefinirent, quo ex utraque parte principes electi, de communi bono tractaturi, convenirent. Convenerunt autem ultra fluvium qui Wisara dicitur, in silva quae inde Capuana vocatur, quia ad urbem quae Capua[58] nominatur pertinere cognoscitur. Convenerunt autem episcopi ex illa parte Coloniensis, Treverensis, Babenbergensis, Spirensis, Traiectensis; ex nostra vero parte Magontinus, Magedaburgensis, Saltzburgensis, Pathorbrunnensis, Hildinisheimensis[a]. Cumque qui ex illa parte erant, secretum, quod soli principes audirent, habere colloquium voluissent, nostri nullum sermonem conferre volebant, nisi quem cunctis qui convenerant, magnis et parvis, audire liceret. Iam vero sedentes ex utraque parte diu tacebant; quia et nostri, qui rogati illis occurrerant, quid illi vellent expectabant; et illi non se rogasse nostros, sed nostris rogatos venisse videri volentes, quid a nostris peteretur, auscultabant. Tandem nostri rumpentes silentium, ut omnium faceret verbum, Gevehardum petierunt Saltzburgensem archiepiscopum. Qui surgens, ut erat vir per omnia prudens et honestus, et honori quem gerebat non minimum conferens honoris, vultu modesto, voce mediocri, sensum profudit sapientis et pii pectoris:

(Margin: 58 Febr.)

127. *Episcopi venerabiles ceterique quos videtis adesse principes Saxonici, hanc operam michi dignati sunt imponere, quatenus animos omnium[b] mei sermonis officio debeam vobis exponere. Unde vos omnes, sacerdotes sancti ceterique primates eximii, rogatos esse volo, ut me dignemini patienter audire, et causae communi, quam sum iussus agere, animum tranquillum, quo verum agnoscere et[c] examinare possitis, adhibere; quia non plus nostra quam vestra, si vultis, interest, quae sum dicturus agnoscere. Vestro ipsorum testimonio fidenter innitimur[d], quia vos, quamvis a nostra societate discessistis, a veritatis amore non discedere confidimus: — vestro, inquam, testimonio probare volumus, quantis iniuriis, quantis contumeliis simus affecti, dum toto animo, tota voluntate, sicut decebat, regis eramus servitio subiecti. Vos ipsi scitis, quotiens singillatim vel communiter vestrum petivimus auxilium, quo pro benivola servitute nostra vel hoc ex intercessione vestra redderet nobis praemium, ut a multarum, quae nos importabiles premebant, levaret fasce calamitatum. Hoc quia saepe postulavimus, optime scitis; et quid postulando profecimus, similiter optime scitis. Inde vos non incusamus, quia vos pro nostra causa, quamvis parum nobis prodesset, saepe laborasse cognovimus[e]. Quale vero praemium nostrae devotioni dederit ultimum, quid opus est dicere, cum manifestum est oculis omnium, quia hoc, quod habuit maximum, nobis rependit extremum. Sacerdotes namque non solum de nullo crimine convictos, sed nec regulariter accusatos, aut in vincula sicut latrones coniecit, aut a sedibus suis, quos capere non poterat, omnium rerum suarum nudos effugavit; ecclesiarum bona, quibus episcopi vel ipsi vivere vel pauperes Dei sustentare deberent, scelerum suorum fautoribus dissipanda[f] concessit. Terram nostram multis iam vicibus igni ferroque vastavit; cognatos sive milites nostros in nostris finibus innocentes occidit, cum nulla fuisset ei causa bellorum, nisi quod servos habere volebat filios hominum liberorum. Saepe ipsum, saepe vos singulos et universos suppliciter oravimus, ut gladio deposito causam nobiscum iudiciis ageret, et nos vestrum per omnia iudicium secuturos animo libenti spopondimus. Quid his omnibus profecerimus, vos ipsos in testimonium vocamus. Ergo nos, qui nunc adsumus, cum omnibus quos tenet Saxonica tellus, vobis, o sanctissimi Christi sacerdotes, et vobis, o nobilissimi principes et fortissimi milites, humiliter supplicamus, ut memores omnipotentis Dei vestrique officii, vos, quod estis animarum pastores non perditores vocati, vos vero, quod gladium*

a) hillinisheimensis 1. hilhesheim. 1b. b) omī 1. c) a. et *desunt* 1. 1b. d) ī̄n nitimur 1. inde nitimur 1b. e) agn. 2. f) dissipandā 1.

58) Kauffungen.

ad defensionem non ad internicionem accepistis innocentum, cogitetis, et nos vestros fratres in Christo, vestros cognatos in carne, ferro et flamma amplius persequi ne velitis. Quod hactenus molestiarum a vobis perpessi sumus, vobis donantes, peccatis nostris imputabimus et correptionem divinae pietatis appellabimus, dum posthac iniuriarum de vobis securi esse possimus. Gladium et ignem deponite, et sicut decet homines christianos cum christianis, causam rationibus, non caedibus agite; et quod ante cruoris effusionem postulavimus, nunc saltem vel cruore nostro satiati praestate. Multas quidem nobis aerumpnas dominus vester Heinricus crudeliter intulit, multis calamitatibus nos ultra modum fatigavit, et tamen ecce parati sumus eum nobis regem, sicut olim fuit, accipere; ecce parati sumus, ei fidelitatem et subiectionem iurare et iuratam fideliter et libenter servare: tantum vos hoc veris assertionibus astruite, ut nos salvo ordine nostro, et laici possint facere hoc sine fidei sacrae detrimento; nec nos ab isto campo recedemus, donec omnia quae dixi compleverimus. Si vero nostras sententias dignati fueritis attendere, veris et manifestis et ex scripturarum testimonio firmis rationibus ostendemus, quod domnum Heinricum nec clerici nec laici regem habere possumus cum animarum nostrarum salute. Nunc ergo vel vos nobis, quod iuste possit regnare, probabiliter ostendite, et nos sub eius regno socios fideles accipite[a]*: vel nobis, quod iure regnare non possit, veraciter probare permittentes*[b]*, nobis, immo veritati, consensum amicum praebete, nosque*[c] *ut hostes persequi desinite. Quod si obicitis, sacramento quod ei iurastis vos esse constrictos, simili modo confirmabimus, nullo sacramento iure vos ad nostram persecutionem posse compelli. Haec igitur est summa nostrae petitionis, ut domnum Heinricum vel vos iure posse regnare nobis probabiliter ostendatis, vel nos vobis, eum non posse, veraciter ostendere sinatis; et cum res alterutra fuerit demonstrata, nos igni ferroque persequi cessetis*[d].

1081. Febr.

128. Tunc illi responderunt, se nec ad causam tractandam convenisse, nec se tantae esse sapientiae, ut tam magnam rem ex improviso praesumant agendam accipere[e]; praesertim cum non ad se solum, sed ad regem cunctosque regno eius subditos pertinere videatur. Rogabant autem, ut ab initio Februarii, quod tunc erat, usque ad medietatem Iunii pax ex utraque parte daretur, intra quod tempus conventu facto, eadem causa, quam nostri nunc agere volebant, communi totius regni partis utriusque consilio tractaretur. Nostri vero dolos illorum percipientes, quia propterea tam longum tempus pacis habere volebant, ut hi qui domi remanebant essent tuti, donec illi qui in Italiam pergebant contumeliam facerent apostolicae dignitati; responderunt, se nec decipere velle nec decipi, sed firmam et integram pacem dare et petere usque ad terminum temporis praedicti. Cumque illi Theutonicis omnibus, nostrae partis adiutoribus, pacem se dare promitterent: *Itane,* dixit Otto dux, *nos stolidos esse putatis, ut non intelligamus consilium vestrae calliditatis? Petitis vestris partibus a nobis pacis securitatem, donec apostolicam possitis inhonorare dignitatem; et nobis pacem vestram promittitis, donec illum, qui nostrum caput est, pro vestro libitu, si Deus permiserit, male tractetis. O quam bona pax datur corpori, dum crudeliter absciso crudelius illuditur capiti! Ergo nobis et nostris omnibus date, et vobis et vestris omnibus accipite, pacem aut integram aut nullam. Quod si plenam pacem nobis et nostris omnibus amicis, magnis et parvis, dare non vultis, pergite iter quod coepistis; hoc tamen ante praedicto, quod in finibus vestris hospites cito non gratos habebitis, nec res vestras, ut velletis, ab Italia reversi custoditas invenietis. Nam hoc nolumus vos celare, quod cum primo poterimus, unum rectorem volumus habere, qui et nos ab iniuriis fortiter adiuvante Deo defendat, et his qui nobis iniurias fecerunt aequitatis vicem rependat.* Milites ergo plebei partis adversae conclamant, nostros aequam rem offerre, suos principes aequum nec praebere nec accipere; se posthac ad pugnandum minus fore paratos quam actenus fuissent, quia causam iustitiae cum Saxonibus esse cognovissent, plusque nobis illum conventum quam in tribus proeliis victoriam prodesse; quia, quod numquam credere poterant, nostros humiliter iustitiam postulare simul et offerre, ipsi praesentes audissent. Sic ab invicem disceditur, tantum per septem dies altrinsecus pace data.

129. Heinricus igitur intrante Martio intravit Italiam, seminaturus et ibi, sicut

Mart.

a) *hinc manus secunda scripsit, saeculi XV.* 1. b) quod rex esse ille non possit v. p. permittite 1[b]. c) et nos contra rationem ut 1[b]. d) *ita* 1[b]. 2. desinatis 1. e) suscipere 2.

1081. Mart. pridem in Theutonica fecerat terra, discordiam, quo nullam regni sui partem placatam dimitteret, atque[a] civilium bellorum venenis pacis quietem non corrumperet.

130. Principes vero Saxoniae cunctis gentibus Theutonicae linguae, non minus inimicis[b] quam amicis, legatos miserunt, rogantes, ut Heinrico filioque eius excepto, quemlibet alium rectorem eligerent; se ei, quicumque esset, fideliter servituros pollicentes; 5 quatenus omnia regni membra, sicut olim fuerant, in unum sub uno rege convenirent. Iun. Mense autem Iunio, exercitu collecto, perrexerunt in orientalem Franciam, et praedis vel incendiis eam vastando, multas quas sibi fecerant iniurias vindicaverunt. Nam flamma latum facientes iter, venerunt non longe a Babenberg, ibique Suevos veteres amicos habentes obvios[c], de communi negotio regis constituendi communi consilio tractave- 10 runt, et post multos tractatus, ut Herimannum[d] regem eligerent, unanimiter omnes consenserunt.

131. Sed cum Saxones domum laeti gloriosique redissent, nullumque dubium de recipiendo rege retinerent, principes adversae partis, artis antiquae non obliti, quia electum regem valde timebant, electionem eius, ne perficeretur, modis omnibus disturbare 15 quaerebant. Ottonem ergo ducem solum sibi loqui rogabant, multisque pollicitationibus ei, ut in electione vacillaret, persuadebant; non tamen, ut certum quid eis promitteret, efficere poterant. Sic eo dubitante magnaque parte eius dubitationi consentiente, tota praeterit aestas, et pene totam Saxoniam commoverat eius instabilitas. In Novembre Nov. vero mense iterum vocatus ab illis ad soliloquium, cum iam totus esset inclinatus ad 20 nostrorum partes hostium, Dei misericordia faciente, ne tot suos labores, quos pro patria toleraverat, in ultimis temporibus perderet, equus cui sedebat[e] in plano campo cecidit, ipsique sessori crus unum ita contrivit, ut fere integro mense nisi portatus ire non posset. Igitur ad se, gratia Dei movente, reversus, se peccasse et divina pietate correptum esse intellexit. Missis itaque legationibus diversis, et hostibus renuntiavit, et civibus 25 suis se semper fore fidelem et concordem fideliter repromisit. Unde principes Saxoniae valde laetati, regem suum Herimannum cum magno tripudio Goslariae susceperunt, Dec. 26. paucis diebus ante natalem Domini. In natali vero sancti Stephani[f] protomartyris a Sigefrido, Moguntinae sedis archiepiscopo, in regem venerabiliter est unctus, cum iam 1082us annus incarnationis dominicae fuisset inceptus[g]. 30

a) ubi 1b. b) a. q. i. 1. c) *deest* 1. d) hermannum 1. *constanter.* e) insidebat 2. f) steffani 1. g) inceptus. Et tantum de bello illo Saxonico et Heinrico quarto ex cronica et historia ista. 1.

BERNOLDI CHRONICON.

Inter reliquas superioris Germaniae dioeceses Constantiensis praecipue schismate quod saeculo undecimo exeunte imperium et ecclesiam laceravit agitata, scriptorem edidit, qui res suo tempore gestas et ab ipso visu audituve perceptas[1] *ad laudem et gloriam Dei fidelibus annunciare suscepit. Bernoldus iuvenis*[2], *clerici coniugati ut videtur filius*[3], *et Bernhardo praeceptore*[4] *religione et prudentia insigni*[5] *in scholis Constantiensibus eruditus, atque in celeberrimo tunc Sancti Blasii coenobio monachum professus*[6], *anno post Karolum episcopum simoniacum in synodo Moguntina depositum, scilicet* 1072. *exeunte aut primis anni* 1073. *mensibus, chronica sua incepit*[7], *et inter gravissimas rerum quibus intererat vicissitudines per duodetriginta annos ad duodecimi saeculi initium usque deduxit. Bernhardus praeceptor, in causa sancti Petri ferventissimus, discipulum non minus ferventem ecclesiasticae libertatis vindicem enutriverat. Nam quum ipsae quaestiones quae inter imperium et ecclesiam, inter Gregorium et Wibertum, inter Heinricum et Ruodolfum, eorumque sequaces agitabantur, ex iure publico et canonico diiudicandae essent, Bernoldus fontibus historiae ecclesiasticae et sacris canonibus diligenter evolutis totus in Gregorii VII. castra transiit, et acerrimus deinceps decretorum eius contra simoniacos, contra clericos incontinentes et investituras laicorum defensor et propugnator extitit. Talem per totum chronicorum decursum conspicimus, talem se tum aliis multis scriptis, tum verbo et facto exhibuit. Nam anno* 1076[8] *dictante*[9] *Adalberto presbytero et monacho epistolas ad discipulum eius*[10] *Bernhardum praeceptorem suum de damnatione schismaticorum scripsit*[11], *atque cum Alboino presbytero Constantiensi praesens et per litteras de incontinentia*

1) chron. a. 1086. 2) a. 1076. *optatae indolis Bernalde, floscule vernans,* tum *tiro, iuvenis* audit. cf. Usserm. Prodr. II. p. 214, 247, 248. 3) ib. p. 248. 4) ib. p. 230. 5) chron. a. 1088. et necrol. 6) v. supra pag. 264. Quonam anno hoc factum sit ignoratur. Neugart ep. Const. p. 504 anno 1085 Bernoldum Gebehardi Constantia profugi comitem Sanctum Blasium adiisse censet. 7) Codex autographus chronicon inde ab a. 1073. *Cuius prudentia* etc., certe inde ab a. 1074. *Hermannus marchio* etc. diverso tempore scriptum esse monstrat; et collato necrologio quod chronico praemittitur, dies obitus virorum qui ante Petrum Damiani decesserunt, si paucos postea insertos excipias, eadem qua necrologium manu eodemque tempore scriptos, inde ab a. 1073. autem dies obitus alio atramento, quod idem in textu chronici continuati deprehendi solet, additos patet; quare Bernoldum opus suum a. 1072. exeunte vel 1073. ineunte ante acceptum obitus Wideroldi et Alexandri II. et electionis Gregorii VII. nuntium iniisse eodemque anno 1073. ad sua usque tempora produxisse coniicio. In chronico enim Wideroldi et Alexandri II. obitus aeque ac Gregorii VII. electio primo stilo debentur. Catalogus etiam pontificum absoluto chronico additus Gregorii VII. electionem primo atramento notatam exhibet, et textus chronici a. 1056 et 1061 Gregorium iam papam agnoscit. 8) pag. 207. 9) Uss. II. p. 213, 214. 10) p. 213. 11) Uss. II. 187 sqq.

clericorum disputavit[12]; *a.* 1077. *apologeticum pro decretis Gregorii VII. adversus simoniacos et incontinentes scripsit*[13]. *Biennio post Romanae synodo contra Berengarium Turonensem habitae interfuit, et Berengarium in media synodo constitutum, haeresimque de corpore Domini propriae manus sacramento abdicantem vidit*[14]. *Quumque iam antea familiae Bertholdi ducis admiratione Hermanni filii eius coniunctus esset*[15], *anno* 1084. *in festivitate sancti Thomae cum Gebehardo, Bertholdi filio, in episcopum Constantiensem electo, auctoritate Ostiensis episcopi a Gregorio VII. ablegati, presbyter consecratus est, et potestatem suscipiendi poenitentes ex apostolica auctoritate accepit*[16]; *quo tempore et de canonum auctoritate librum Gebehardo, postea abbati Scafhusano, inscripsit*[17]. *Sed paulo post Gebehardo episcopo adversariis perurgentibus in exilium pulso, Bernoldus anno* 1086. *proelio apud Bleichfelt et oppugnationi civitatis Wirzeburgensis interfuit*[18]. *Quo etiam tempore ad Bernhardum monachum de sacramentis excommunicatorum*[19], *ad Adalbertum praepositum Argentinensem de lege excommunicationis*[20], *et ad Adalbertum Spirensem praepositum apologiam contra schismaticos conscripsit, quum iam ipse fratrum Sancti Blasii catalogo se inscribendum impetrasset*[22], *exemplum secutus virorum nobilium et prudentum plurimorum, qui bellorum per Alamanniam desaevientium discrimina vitabundi, in monasteria praecipue Sanblasianum, Hirsaugiense et Scafhusanum se proripuerunt*[23]. *Nec sequenti etiam tempore scriptis contra hostes ecclesiae abstinuit. Nam a.* 1088. *de Berengarii multiplici damnatione*[24], *tum de vitandis excommunicatis ad Rechonem*[25], *a.* 1089 *vel* 1090. *de emtione ecclesiarum ad Paulinum clericum Mettensem*[26], *nec non pro Gebehardo episcopo*[27], *de presbyterorum officio ad fratres Raitenbuchenses scripsit*[28], *atque de reordinatione vitanda et de salute parvulorum ab excommunicatis baptizatorum*[29] *Gebehardum episcopum interpellavit. Anno* 1091. *quum monachorum apud Sanctum Blasium numerus ita incresceret, ut nova aedificia veteribus addenda esse constaret, et paulo ante quam complures inde coloniae in monasteria Wiblingense, Murense, Gottwicense, Engelbergense aliaque deducerentur, Bernoldus Scafhusam in monasterium sancti Salvatoris transmigrasse*[30], *ibique reliquum vitae deguisse videtur. Apud Sanctum Blasium exemplar tamen chronicae medio anno* 1091. *subsistens reliquit, et postea etiam authentico quem secum tulit libro continuam operam impendit, antea scripta mutavit et emendavit, nec nisi ipso quo defunctus est anno stilum deposuit. Amicorum Adalberti*[31], *Bernhardi*[32], *Wilhelmi Hirsaugiensis abbatis*[33] *per complures annos superstes, anno Domini* 1100. *libro usque ad d.* 3. *Nonas Augusti producto, in coenobio Scafhusano cui eum tradiderat die* 16. *Septembris defunctus, atque in eodem cum Adalberto tumulo depositus est*[34].

Operum eius praecipuum, chronica scilicet, ita comparatum est, ut Necrologio praemisso, cui post completum opus catalogum pontificum Romanorum subiecit, primum Bedae chronicon de sex aetatibus mundi exscriberet, tum

12) ib. p. 241 sqq. 13) p. 271 sqq. 14) p. 435. de Berengarii multiplici damnatione. 15) chron. a. 1074. 16) chron. a. 1084. 17) Uss. II. p. 312. 18) chron. a. 1086. 19) Uss. II. p. 230 sqq. 20) ib. p. 368 sqq. 21) ib. p. 357 sqq. 22) p. 357 se ultimum fratrem de S. Blasio scribit. 23) chron. a. 1083. 24) Uss. II. p. 427 sqq. 25) ib. p. 370 sqq. 26) ib. p. 374. 27) ib. p. 378. 28) ib. p. 384 sqq. 29) ib. p. 397 sqq. 30) inde ab a. 1091. res Scafhusanas frequentius attingit, ut iam in Prodromo Germaniae Sacrae II. p. XVII. Cels. Gerbert notavit, et sententia chronici in authentico ab auctore ipso deleta, sed in exempli Sanblasiani apographo Murensi superstes, exemplar istud ipso anno 1091. scriptum fuisse ostendit. 31) qui a. 1079. obierat. 32) obiit a. 1088. 33) obiit a. 1091. 34) Usserm. l. c. p. 178. Chron. Scafhusense. Proleg. Nro. 3.

Herimanni chronico decerpto historiae filum inde a Christo nato usque ad a. 1054. *deduceret: inde ab a.* 1054. *proprio Marte sui temporis acta subiecit*[35]. *Prioris partis auctores ipse prodit:* „Hi sunt auctores cronicorum: Eusebius, Ieronimus, Prosper, Dionisius, Iordanis, Beda et nostri temporis Heremannus, et deinceps quilibet sui temporis descriptores“. *Quorum quidem Bedam ab Orbe condito usque ad regnum Domitiani dictando*[36] *ad litteram expressit, ita ut ea libri parte plane carere possimus; deinde Iordanis sententias de regnis principalibus ex libro de regnorum successione et Bedam de temporibus cap.* 16. *de sex mundi aetatibus excerpsit, atque a Christo nato iterum exorsus Eusebii chronicon ab Hieronymo in Latinam linguam versum, quale apud Herimannum legimus, et Herimanni chronicon usque ad a.* 1054. *transscripsit, additis tamen nonnullis ex chronico Eusebii ipso, paucisque ex eius historia ecclesiastica, Hieronymo de viris illustribus, Cassiodori chronico, Orosio, Historia miscella, Beda de sex aetatibus, interspersis etiam per totum opus notitiis ex Romanorum pontificum Gestis*[37] *et catalogis diversis, ex collectione conciliorum Dionysiana ab Adriano I. papa Karolo Magno transmissa*[38], *Ansegiso, et conciliis Moguntino a.* 847, *Altheimensi a.* 916, *Aquisgranensi a.* 992. *iam deperdito, Seligenstadensi a.* 1023, *ex Einhardi vita Karoli et chronico Reginonis decerptis. Igitur in tota parte operis anteriore iis tantum locis proprio Marte rem agit Bernoldus, ubi annis* 1044. *et sqq. pontificum Romanorum partes tuetur; sed plane alia ratione inde ab anno* 1055. *procedit. Nam altera libri parte nullius ducis vestigia legit; adiutus tamen publicis ecclesiae imperiive monumentis, epistolis Gregorii VII, res annorum* 1054—1072. *uno tenore conscripsit, quas postea textu annorum* 1054, 1055, 1056, 1060 *addito explevit, reliqua omnia, annorum scilicet* 1073—1100. *historiam ipso quo res contigerunt vel ei innotuerunt tempore litteris tradidit. Nec ea tamen aeque ac priori parte corrigendo*[39], *explicando, addendoque abstinuit, prout codex autographus vel post obitum auctoris additionibus auctus demonstrat.*

Scripsit animo in imperatorem eiusque asseclas laicos iuxta atque clericos inimico, clades ei illatas ad laudem et gloriam Dei fidelibus ecclesiae annunciaturus[40], *stilo simplici, perspicuo, in prioribus ipsis auctorum verbis plerumque usus et nexu sententiarum servato, ubi et raro tantum*[41] *a temporis computatione qualem apud Hieronymum et Herimannum invenerat recedit; at qua res ipsi compertas tradit, narrationem iustam, succinctam, nullo fuco turbatam laudaveris. A regulis Latinae linguae bis terve recedit, dum Genitivo et Accusativo vocabulorum* Saxonia *et* Longobardia[42] *loco* in Saxonia, in Saxoniam *et* in Longobardia *utitur; et* adiuvare *cum Dativo*[43], *et* a Heinrico *coniungit. In singulis vocibus scribendis saepe ab Herimanno recedit, ubi Alemannia, Longobardia*, Lotharius, Ludowicus, *Luitoldus*[44], *litera,* aeclesia *in nostro constanter obvias, frustra quaesiveris; in aliis, e. g. Bertaldus*[45] *et Berthaldus*[46], *Gundharius*[47] *et Guntharius*[48], *ipse sibi non constat.*

35) chron. a. 1086. 36) v. infra locum, ubi sic scribitur (fol. 18′.): *si tamen parenthesis ipse sic* etc.; ubi vox *parenthesis* minime scribenda sed signo aliquo exprimenda erat. 37) a. 69. ea Eusebio praefert, quem antea e. g. in Anacleto secutus erat; a. 605. inde pravam Herimanni lectionem emendat. 38) Pseudo-Clementis epistolas pro supposititiis habet anno 94. 39) cf. e. g. voces a. 1061. additas et quae infra de correctionibus post annum 1091. ab auctore ipso profectis propositurus sum. 40) a. 1086. 41) e. g. Traiani ann. 10. ex Hieronymi a. 6, 12, 13. conflatum, a. 9. ex Hieronymi a. 11; cf. et ann. 844—847, 897, 898, 900, ubi prius recte scripta postea mutavit. 42) ann. 1080, 1083, 1087, 1093. 43) Welfoni duci a. 1093. 44) a. 1090. *Lritoldus.* 45) a. 1074. 46) a. 1084. 47) a. 1065. 48) ib. in additis.

Bernoldi liber quum nonnisi ad annum 1091. *perductus esset, ipso anno in coenobio sancti Blasii excerptus, integer autem Bernoldo superstite aut non diu defuncto in monasteriis Gengenbacensi et sancti Georgii Villingano descriptus, eodem fere tempore ab Ekkehardo Uraugiensi chronici Wirzeburgensis ut videtur auctore, quod in annales Hildesheimenses et chronicon Wirzeburgense derivatum nuper a V. Cl. Moltero accepimus, a scribis annalium Sancti Blasii seu Engelbergensium, et chronici Sancti Georgii in Nigra Silva, necnon ab auctore librorum sex de decursu temporum quos a.* 1135 *Ensdorfi conscriptos in bibliotheca Argentoratensi evolvi, tum a scriptoribus codicis Ekkehardi Zwifaltensi*[49] *et annalium Zwifaltensium et chronici Petershusani medio saeculo XII. exscriptus est. Primam eius editionem ope codicum Villingani et Basiliensis curavit Urstisius a.* 1585. *sub nomine Hermanni Contracti et Bertoldi presbyteri, expresso e latere codice Herimanni Sangallensi*[50], *cuius editionis excerpta in collectione Bouquetiana T. XI.* 23, *XIV.* 548—564. *et* 674—688. *legere licet; saeculo XVIII. medio Oefelius lectiones nonnullas autographi una cum necrologio Bernoldi et catalogo Romanorum pontificum Scriptoribus Boicis T. I. p.* 644—653. *inseruit; quibus et Aemilianus Ussermann in editione sua usus, loca nonnulla emendavit, lectiones nonnullas codicum Gottwicensis, Murensis et Engelbergensis notavit, textum Herimanno et Bertholdo subiecit, observationes suas addidit, et eo praecipue de nostro bene meruit, quod reliqua eius opera ex libris manuscriptis plerumque collecta typis edidit. Sed codice autographo neglecto, multum abest ut textum qualem auctor scripsit restituerit, quod nostra demum editione fieri concessum est, cui haec subsidia a nobis comparata inservierunt:*

1) *Codex autographus, qui ab auctore olim Sancto Salvatori Scafhusano contraditus, ibique circa annum* 1118. *notitiis hisce in margine annorum* 1009, 1052 *et* 1064 *auctus est:*

ANNALES SCAFHUSENSES.

1009. Temporibus his Ebbo comes de Nellenburc[a] consobrinam Heinrici regis, Hedewigam nomine, de curia regis duxit uxorem.

1052. Hoc anno beatus Eberhardus comes de Nellinburc Scafhusensem locum construere cepit, in quo sanctus papa Leo IX. 10. Kal. Decembris altare in honore dominice resurrectionis consecravit, et locum suis sanctis benedictionibus initiavit et confirmavit.

1064. Hoc etiam anno a Ruomoldo Constanciensi episcopo aecclesia sancti Salvatoris dedicatur in cenobio Scafhusensi[b], quod comes nobilis Eberhardus de Nellenburc construxerat et praediis suis dotaverat.

Saeculo XIV. quo ineunte Scafhusae servabatur[51], *in Fabariense monasterium transiit*[52], *posteaque bibliothecae Bavaricae illatus, et inter Latinos numero*

a) nellenbucr *c.* b) Scafhensi *c.*

49) Archiv VII. 504. 50) v. supra pag. 73. 51) v. inscriptiones s. XIV. fol. 49': *hec cronica est monasterii scaf.* Fol. 24. haec loco vacuo manu saeculi XIV. ineuntis scripta sunt:

Anno milleno bisque centeno et semptem[c] *pariter F. carpepat*[c] *iter.*
Anno milleno ducenteno duodeno facta[c] *est iter Ierosolima per mare stultorum puerorum.*
Anno milleno triceno trinoque trino
rege sub Hanrico populo Ierosolima magno
queritur et signat terram crux equora obumbrat.
Anno milleno centeno octogesimo secundo sub Alexio inperatore
Constantinobolitana[c] *capta est Hierusalem et totum regnum eius christiane fidei subiectum.*

Fol. 82, 83 et initio codicis census anno 1325 Ulrico de Valendaus solvendus inscriptus habetur: *Primo liberi de supra silva XL marcas* etc. 52) hac inscriptione teste, quam manu coaeva fol. 81'. legimus: *Nota quod domnus Burkardus de Wolfurt monachus monasterii Fabariensis primam suam missam celebravit in dominica die proxima post festum ascensionis Christi anno Domini M°CCC°LXXV°. Et postea venerabili in Christo patri Iohanni de Mendelbüren bone memorie abbati dicti monasterii ab hoc seculo migrante, idem Burkardus electus fuit in abbatem prefati monasterii unanimi deliberacione suorum confratrum Fabariensium anno Do-*

c) *ita c.*

fol. 12.

clix Gregorius VII. q. Hiltebrandus romane ecclesie archidiaconus anno quo supra ordinatur. sedit annos XII. et menses IIII.

clx Victor III. q. et Desiderius romane ecclesie cardinalis et abbas cassinensis

clxi Urbanus II. q. et Otto prius ostiensis episcopus

clxii Paschalis II. q. et Raginherus presbiter cardinalis

clxiii Gelasius sedis q. et Iohannes romane ecclesie archidiaconus

clxiiii Calistus sedit q. et Wido uiennensis archiepiscopus

fol. 12'. Hec ē Cronica BERNOLDI, que tradidit monasterio Domni SALVATORIS.

Incipiunt chronica venerabilis Bede presbiteri iuxta hebraicā veritatē

PRIMA EST HUIUS MUNDI ETAS ab Adam usque ad Noe

fol. 52.

fol. 65.

fol. 72'.

fol. 74

fol. 79'.

2. Cod. Gengenbacensis, iam bibl. univ. Wirzburgensis.

fol. 86.

Heinricus rex nativitate Domini Argentoraci fecit.

Mon. Germ. SS. T. V. tab. III ad pag. 388.

St. v. J. G. Schwab.

Bernoldi liber quum nonnisi ad annum 1091. *perductus esset, ipso anno in coenobio sancti Blasii excerptus, integer autem Bernoldo superstite aut non diu defuncto in monasteriis Gengenbacensi et sancti Georgii Villingano descriptus, eodem fere tempore ab Ekkehardo Uraugiensi chronici Wirzeburgensis ut videtur auctore, quod in annales Hildesheimenses et chronicon Wirzeburgense derivatum nuper a V. Cl. Moltero accepimus, a scribis annalium Sancti Blasii seu Engelbergensium, et chronici Sancti Georgii in Nigra Silva, necnon ab auctore librorum sex de decursu temporum quos a.* 1135 *Ensdorfi conscriptos in bibliotheca Argentoratensi evolvi, tum a scriptoribus codicis Ekkehardi Zwifaltensi*[49] *et annalium Zwifaltensium et chronici Petershusani medio saeculo XII. exscriptus est. Primam eius editionem ope codicum Villingani et Basiliensis curavit Urstisius a.* 1585. *sub nomine Hermanni Contracti et Bertoldi presbyteri, expresso e latere codice Herimanni Sangallensi*[50], *cuius editionis excerpta in collectione Bouquetiana T. XI.* 23, *XIV.* 548—564. *et* 674—688. *legere licet; saeculo XVIII. medio Oefelius lectiones nonnullas autographi una cum necrologio Bernoldi et catalogo Romanorum pontificum Scriptoribus Boicis T. I. p.* 644—653. *inseruit; quibus et Aemilianus Ussermann in editione sua usus, loca nonnulla emendavit, lectiones nonnullas codicum Gottwicensis, Murensis et Engelbergensis notavit, textum Herimanno et Bertholdo subiecit, observationes suas addidit, et eo praecipue de nostro bene meruit, quod reliqua eius opera ex libris manuscriptis plerumque collecta typis edidit. Sed codice autographo neglecto, multum abest ut textum qualem auctor scripsit restituerit, quod nostra demum editione fieri concessum est, cui haec subsidia a nobis comparata inservierunt:*

1) *Codex autographus, qui ab auctore olim Sancto Salvatori Scafhusano contraditus, ibique circa annum* 1118. *notitiis hisce in margine annorum* 1009, 1052 *et* 1064 *auctus est:*

ANNALES SCAFHUSENSES.

1009. Temporibus his Ebbo comes de Nellenburc[a] consobrinam Heinrici regis, Hedewigam nomine, de curia regis duxit uxorem.

1052. Hoc anno beatus Eberhardus comes de Nellinburc Scafhusensem locum construere cepit, in quo sanctus papa Leo IX. 10. Kal. Decembris altare in honore dominice resurrectionis consecravit, et locum suis sanctis benedictionibus initiavit et confirmavit.

1064. Hoc etiam anno a Ruomoldo Constanciensi episcopo aecclesia sancti Salvatoris dedicatur in cenobio Scafhusensi[b], quod comes nobilis Eberhardus de Nellenburc construxerat et praediis suis dotaverat.

Saeculo XIV. quo ineunte Scafhusae servabatur[51], *in Fabariense monasterium transiit*[52], *posteaque bibliothecae Bavaricae illatus, et inter Latinos numero*

a) nellenbucr *c.* b) Scafhensi *c.*

49) Archiv VII. 504. 50) v. supra pag. 73. 51) v. inscriptiones s. XIV. fol. 49′: *hec cronica est monasterii scaf.* Fol. 24. haec loco vacuo manu saeculi XIV. ineuntis scripta sunt:

Anno milleno bisque centeno et semptem[c] *pariter F. carpepat*[c] *iter.*
Anno milleno ducenteno duodeno facta[c] *est iter Ierosolima per mare stultorum puerorum.*
Anno milleno triceno trinoque trino
rege sub Hanrico populo Ierosolima magno
queritur et signat terram crux equora obumbrat.
Anno milleno centeno octogesimo secundo sub Alexio inperatore
Constantinobolitana[c] *capta est Hierusalem et totum regnum eius christiane fidei subiectum.*

Fol. 82, 83 et initio codicis census anno 1325 Ulrico de Valendaus solvendus inscriptus habetur: *Primo liberi de supra silva XL marcas* etc. 52) hac inscriptione teste, quam manu coaeva fol. 81′. legimus: *Nota quod domnus Burkardus de Wolfurt monachus monasterii Fabariensis primam suam missam celebravit in dominica die proxima post festum ascensionis Christi anno Domini M°CCC°LXXV°. Et postea venerabili in Christo patri Iohanni de Mendelbüren bone memorie abbati dicti monasterii ab hoc seculo migrante, idem Burkardus electus fuit in abbatem prefati monasterii unanimi deliberacione suorum confratrum Fabariensium anno Do-*

c) *ita c.*

Bernoldi chronicon.

1. Cod. autographus, iam regius Monacensis.

fol. 12.

clviii Alexander [illegible] anselmus lucensis eps [illegible]

clix Gregorius [illegible] hiltebrandus romanae aecclesiae archidiaconus anno quo supra [illegible]
sedit annos xii. 7 menses [illegible] usque in annum domini [illegible] cuius merita [illegible]
obitum eius [illegible] multis miraculis claruerunt. Iacuit [illegible] anno Guibertus
rauennas heresiarcha sedem apostolicam tirannice inuasit. eamque usque post obitum
Gregorii pp plures annos infestauit. [illegible] 7 duos annos cessauit epatus

clx Victor iii. qui 7 desiderius romanae aecclesiae cardinalis 7 abbas cassinensis
anno domini [illegible] ordinatus. menses iiii. sedit. [illegible]

clxi Urbanus [illegible] qui 7 otto prius ostiensis eps anno domini [illegible] ordinatus
sedit annos [illegible] usque in annum domini [illegible] cessauit [illegible] dies

clxii Paschalis [illegible] qui 7 reinherus pbr cardinalis ex titulo s. clementis
anno quo supra ordinatur. sedit annos xviii. menses vi. usque in annum
dominice incarnationis [illegible] xviii. sedit unum ferme annum

clxiii Gelasius. sedis qui 7 iohannes romanae aecclesiae archidiaconus anno quo supra ordinatus

clxiiii. Calistus sedis qui 7 vuido uiennensis archiepiscopus. anno dominice incarnationis [illegible] xx
ordinatus est.

fol. 12'. Hec sunt Cronica BERNOLDI. que tradidit monasterio domni SALVATORIS.

Incipiunt chronica venerabilis Bedae pbri iuxta hebraicam
PRIMA EST HUIUS MUNDI AETAS veritatem
ab adam usque ad noe. continens annos iuxta hebraicam ueritatem mil
le de lvi. iuxta lxx interpretes [illegible] Generationes iuxta utramque
editionem numero x. [illegible] uniuersali est deleta diluuio. Sicut prima cuiusque
hominis obliuio demergere consueuit aetatem. Quotus enim quisque est qui suam re

fol. 52'.

MLXIIII Magna seditio orta est inter adalbertum hammaburgensem archiepiscopum 7 principes
regni. Hoc etiam anno a rumoldo constanciensi epo aecclesia saluatoris dedicata in cenobio
[illegible] regalis goslari cremata est. Eodem anno ab incarnatione domini [illegible]

MLXV. [margin: Scafhensi [illegible] comes nobilis [illegible] de nel lenburc [illegible] suis dotauerat]
lxv. quando 7 pascha celebratum est vi. k. apr. in qua die 7 xpc resurrexit. inter
tia die paschalis ebdomadae iiii. k. apr. indictione tercia. rex heinricus
anno regni sui viiii aetatis suae xiiii. accinctus gladio in nomine domini.
Hoc tempore sigifredus mogontiacensis archieps. 7 Gundharius babenbergensis
eps. 7 Otto ratisponensis eps 7 willihelmus traiectensis eps cum magna mul
titudine iherusalem profecti in eo itinere a paganis multa sunt perpessi. Ita 7 bellum
cum eis inire sunt coacti. [illegible] successit.

[margin: Patauiensis eps ob. [illegible] Altmannus im [illegible] capellanus succes sit]

In eodem itinere Gunthari ob. [illegible] monachus [illegible]

fol. 65. die. quando 7 heremannus rex cum suevis baioarios deuicit. Ego quoque ipse
qui haec chronica a [illegible] anno dominice incarnationis huc usque perduxi. de predicto
prelio non tam aliorum relatu. quam quae ipse vidi 7 audiui. ad laudem 7 gloriam
dei fidelibus annunciare curaui. Reuerentissimus abbas de cella
s. blasii nomine Gisilbertus migrauit ad dnm. vi. id. octob. cuius

fol. 72'. Metensis aecclesia 7 tullensis 7 virdunensis ab obedientia egilberti treuerensis
excommunicati discesserunt. eique se non amplius obedituros apertissime mandauerunt.
quorum metensis refutato epo quem H. eis dare voluit. ipsi sibi canonice catho
licum pastorem elegere. eumque a gebehardo constantiensi epo sedis apostolice legato catho

fol. 74 Gebehardus constantiensis aecclesiae eps magnam sinodum constantiae in ebdomada
maiori ante pascha cum abbatibus 7 clericis innumerabilibus 7 cum predictis ducibus 7 re
liquis alemanniae principibus canonice celebrauit. ibique multa quae corrigenda erant
correxit. Ibi 7 incontinentiam pbrorum 7 uiolentiam simoniacorum adeo prohibuit. ut [illegible]

fol. 79'. Gerhardus venerabilis abbas qui dudum scaphusensem abbatiam pro deo di
misit. 7 sub cum auctoritate domni urbani pp. ierosolimam cum exer
citu xpianorum petiit. qui multo labore ciuitatem obtinuerunt. 7 predic
tum abbatem sepulchrum domini custodiendum commiserunt.
Otto strazburgensis [illegible] de ierosolimitano itinere re
uersus [illegible] non emendatus diem clausit ex
[illegible]

2. Cod. Gengenbacensis, iam bibl. univ. Wirzburgensis.

fol. 86. tis vere monachus migrauit ad dnm. vii. k. mai. [margin: [illegible]]
Heinricus rex natiuitatem dni argentoraci fecit. Itaque [margin: MLXXV]

432. signatus hodieque post Liudprandi autographon nulli secundus eminet, atque iubente Serenissimo Bavariae Rege flagitanti mihi transmissus est. Continet paginas veteris membranae 81, *in quaterniones octonarum paginarum, primo, penultimo et ultimo qui* **11**, **10** *et* **4** *paginis constant exceptis, distributas, scriptura saeculi XI. exeuntis*[53] *gracili, sed compluribus locis evanida et recenti saeculi fere XVII. manu resuscitata aut plane obnubilata. Diversus atramenti color*[54] *et scriptura*[55] *auctorem opus passim, e. g. circa annum* **1088**, **1091**, *et postea correxisse et auxisse ostendunt; at notae annorum* **674**. *et* **1096**. *de Dagoberto et Iudaeis ab aliena manu sed ineunte saeculo XII, notae de comitibus Nellenburgicis et monasterio Scafhusano circa annum* **1119**. *a scriba Scafhusano adiectae sunt, cui et ultimae lineae catalogo pontificum adiectae, scilicet anni Paschalis II. et papae Gelasius II. et Calistus II, debentur. Quae dum in reliquis codicibus e nostro derivatis desiderantur, eos primis saeculi XII. annis, certe ante annum* **1119**, *inde exceptos esse oportet; quorum quidem*

2) *C. olim monasterii Gengenbacensis mbr. in fol. optime exaratus, scripturam saeculi XI. exeuntis vel XII. ineuntis tam aperte exhibet, ut ea de re dubietas nulla intercedere possit. Exploravi eum a.* 1833. *in bibliotheca regia universitatis Wirzburgensis, et concedente votis meis liberalissime viro cl. Ludewig, bibliothecae ei praefecto et professore publico Wirzburgensi, in rem nostram converti. Scriba quem priori parte authenticum accurate secutum vidimus*[56], *in parte secunda operis haud pauca omittit, alia addit; Heinrico IV. addictus, in narratione ei inimica dignitatem saltem imperatoriam tueri conatur, et conviciis aeque in eum asseclasque eius a Bernoldo prolatis ac laudibus Gregorio, Mathildae et eorum sequacibus tributis haud raro abstinet*[57]; *annales monasterii sui primo in margine deinde vero textui ipsi illatos exhibet, quos hic serie continua sistere placuit:*

ANNALES GENGENBACENSES.

1027. Obiit Reginaldus abbas.
1034. Rousteinus abbas obiit.
1052. Bertholdus abbas obiit.
1071. Obiit Poppo abbas.
1074. Acelinus abbas obiit.

mini M⁰CCC⁰LXXXVI⁰ secunda die post festum Thome apostoli. Et post iam dictam eleccionem fuit confirmatus in die beati Iohannis apostoli et ewangeliste in civitate Curiensi per honorabilem in Christo patrem domnum Iohannem beate recordacionis episcopum Curiensem. Et post talem confirmacionem dominica die proxima post epiphaniam a iamdicto domno episcopo in monasterio sancti Lucii regis extra muros Curienses situato in presencia venerabilis in Christo domini Iohannis abbatis monasterii Disertinensis, domni prepositi prefati monasterii sancti Lucii, et domni prioris domus predicatorum Curiensium, supradictus domnus abbas Burkardus fuit ordinatus in abbatem. amen.* 53) Quaedam ei peculiaria adnotare iuvabit. Scribitur saepissime æ, e. g. æclesia, persæ, præ, præter (a. 881, 1083, 1084.), q̄ = quae, q̄rimonia; v nonnunquam occurrit, e. g. vt, vsque, vnanimiter, wluelingin, wlgariter, videlicet, venerabilis, vita, veniret, lvitoldus, excommvnicatorum, div, cuivˢ, associatvˢ; 7 et Ʒ (= et) coniunctio et terminatio, e. g. in videlicet, sederet, consentiret, proveniret, usurparet, immineret, incoronaret, veniret; id̄ = id est (a. 729); tm̄ = tamen (fol. 75. 76.) ɔ = con, ~ = est, H = enim, ꝧ = hoc, h̄ = haec, s. et S. = sanctus etc., q̄q = quoque, RP = res publica etc. occurrunt; scribitur et nu*n*quam, u*n*quam, que*n*dam, eu*n*dem, heresi*m*, ni*c*hil, e*p*domada, et semel c*a*elum; nat*alis* et nat*ivitas*, s; (= set) et se*d*; CI̅ = 900, CI.I = 901 etc. mar*h*bach et mar*ch*bach. 54) Atramentum anni 1088 fuscum cum in necrologio et catalogo pontificum tum e. g. in his locis conspicitur: 1060. Romae — anathematizavit. 1065. Pataviensis — capellanus successit. In eodem — symoniace successit. 1066. Hugo — substituitur. 1067. Einhardus — Heinricus successit. 1080. Ravennatum quondam — elegit. Vox *gratis* a. 1058. colorem fuscum anni 1092. ostendit. 55) Littera minuta in loco raso e. g. haec scripta sunt: 1054. Huic subdiaconus toxicum etc. 1055. Imperator Italiam etc. 1056. Victor etc. 1084. in fine: quem pridie — concessit. 56) v. supra pag. 73. 57) cf. e. g. annum 1085.

*) *ita c.*

1075. Roupertus[58] Gengenbacensis cenobii venerabilis abbas, cum cerneret cunctos qui novalia possidebant illius loci inlegitima iura sibi vendicare, moleste ferens detrimentum monasterii, constrinxit omnes ad persolvendum censum. Quod factum cum inviderent omnes, contigit etiam, ut quidam milites eius H. et C. filius eius edificarent molendinum in pago quod dicitur Anteresbach contra eius voluntatem, et viam per publicum agrum facerent iuxta pontum monasterii; set molendinum auctoritate advocati destructum est, ipso abbate hoc impetrante. Agrum vero precepit per se circumvallare. Cumque operatores foderent, a militibus inde expulsi sunt. Hoc videns abbas, zelo commotus, venit illuc cum capellano suo. At illi ira concitati, insurrexerunt adversus illum, et vulneraverunt graviter. Capellanus vero eius, nomine Otto, condolens neci eius, cum increpasset quendam militem Eggehardum nomine, cur non subveniret domino suo, ab eodem gladio animadvertitur, sicque ille quievit in pace 19. Kalend. Ianuarii. Abbas autem ad monasterium exanimis delatus, dispositis ordinatisque rite omnibus, 2. Idus Decembris migravit ad Dominum. Cui successit Willo.

1085. Willo abbas cum pauco tempore preesset monasterio Gengenbacensi, expulsus causa excommunicationis, set ut postea claruit magis ex invidia. Et prepositus quidam clericus B. nomine ab eo constitutus, qui etiam de eius expulsione infamatus est, eundem locum per plures annos obtinuit. Ipse vero abbas hoc anno 3. Nonas Iulii Mogontiae in monasterio sancti Iacobi solutus est carne, ubi et functus est officio abbatis.

1096. (*inter* habuit *et* Sigifredus) Hugo religiosus abbas Gengenbacensis cenobii, electus videlicet anno dominicae incarnationis 1089, set fraude Bertholfi praepositi atque canonici, cuius et auctoritate promotus est, non solum honore privatus set etiam claustro expulsus, septem annos permulta incommoda passus, tandem hoc anno annuente Bertolfo duce, qui illo tempore eundem locum per violentiam obtinebat, potitus est honore suo, atque a cunctis honorifice susceptus est 11. Kal. Mai.

Scribendi ratio in ipso codice ab autographo paulisper recedit, ita ut constanter sollempniter, assumpto, inposuit, inproviso, inmittere, *sed et* immitti *et a.* 1082. suueuia *habeat*[59].

3) *Codex olim Sancti Georgii Villingani ab O. c. ad annum* 1052. *pertingens, et alter Francisci Rechburgeri tribuni plebis Basileensis annorum* 1053 —1100, *quos Urstisius in editione sua evulgavit, non ex Gengenbacensi*[60], *sed aeque atque ille ex autographo descripti sunt, antequam huic Scafhusanae notitiae adderentur. Textus, qualem codice Sancti Georgii in incendio monasterii Sancti Blasii a.* 1768. *absumto*[61] *apud Urstisium legimus, vocibus omissis, additis, mutatis haud raro ab autographo recedit; anno* 1054. *quod iure expectari poterat elogium Herimanni, cuius loco in membrana arrasa autographum alia iam exhibet, in uno* 3. *legitur, et a.* 1088. *prioris vestigia lectionis hodieque in autographo apparent*[62]. *Digna igitur fuit editio, cuius lectiones, ubicumque anteriore Bernoldi textu nituntur, integras exhiberem; quod ibi tantum omisi, ubi apertus librarii vel editoris error, e. g.* in primis *loco* imperatoris[63], *patebat, vel vox aliqua notave*[64] *negligentia scribae omissa videbatur; qui nonnullis in locis et sibi propria inseruit*[65].

Praeter codices integros in calculum venit apographum libri anno 1091. *apud Sanctum Blasium relictum, cuius vestigia nonnisi in codicibus inde derivatis, Murensi praecipue, extant. Quo cum autographo collato, voces et sententias nonnullas in autographo post a.* 1091. *a Bernoldo deletas mutatasve deprehendi, quorum loco hodieque membranam arrasam fuisse patet. Eiusmodi*

58) Haec brevissime tantum habentur in codicibus Gottwicensi Murensi et Engelbergensi in fine a. 1073. v. supra pag. 276. 59) qđo = quando. 60) loca enim huic peculiaria non habet, et ab ipso omissa exhibet. 61) P. Hohenbaum van der Meer codicem ante incendium S. Blasii se vidisse scribit in praefatione inedita supra laudata. 62) cf. et a. 1091. 63) a. 1095. 64) e. g. a. 916; a. 924. ubi vox *Vindelicae,* a. 937. ubi *Galliam* in 3. deest. 65) e. g. a. 1005, 1007.

sunt a. 1054. pro quo Gebehardus — liberaretur; *tota narratio annorum* 1055. *et* 1056; *a.* 1058. *vox* gratis *anno circiter* 1092. *addita; a.* 1059. *sententia* et postea illi ad deditionem veniunt, *tum res anni* 1060; *a.* 1090 *voces* iam dudum, *postea* hoc in anno *emendatae; a.* 1091. in Augusto mense *postea* VI. Id. Aug.; *a.* 1088 Et haec quidem apud fideles sancti Petri agebantur *iam:* Migravit autem ad Dominum VIII. Idus Aprilis; *a.* 1088. Welfo *iam* Welf; *a.* 1088. *in fine* cui successit Oudalricus *olim aberant; a.* 1091. *ultima sententia* Unde — deperirent *aliis locum dedit. Haec igitur ab auctore ipso sed apographo Sanblasiano iam relicto, igitur post annum* 1092, *facta apparet.*

4) *Gottwicensis,* 4b) *Murensis,* 4b*) *Engelbergensis et* 5) *Sangallensis, supra pagg.* 73, 74, 264, 265 *notati, qui Bernoldum secuti plurimas eius sententias transscripserunt; quorum quidem Sangallensis in media sententia anni* 1066, *Gottwicensis a.* 1081, *Murensis et Engelbergensis anno* 1091. *desinunt. Notitias codicibus* 4, 4b, 4b* *peculiares indicandas statuimus.*

Editionem novam ita institui, ut textu Bernoldi ad fidem autographi quam fidelissime fieri poterat expresso, reliquorum codicum supplementa et lectiones praecipuas in ima pagina indicarem, adnotationes Ussermanni vel partem earum si quam utilitatem afferre possent retinerem, measque adderem.

Chronico in codice autographo Bernoldus praemisit Necrologium, diverso atramento passim auctum, et notas chronologicas, unde quaedam hic inseri placuit; tum catalogum Romanorum pontificum, ad Gregorium VII. et decursu temporis ad Paschalem II. usque productum, quem monachus quidam Scafhusanus usque ad Calistum II. postea continuavit. Quae ab Oefelio in SS. Bavar. I. 640 *sqq. primum edita, hic, auctoritate codicis autographi successione notitiarum textui primario a Bernoldo additarum numeris indicata et subiectis additionibus codicis Gengenbacensis, proponimus.*

NECROLOGIUM.

10. Kal. Febr. Otto III[us] imperator obiit[1].
6. Kal. Febr. Reginnaldus episcopus[2] obiit. (1)
5. Kal. Febr. Karolus magnus imperator obiit[3].
3. Non. Febr. Kraft[a] obiit. (1)
13. Kal. Mart. Widerolt, Marcuart, cum 113 Ierusalem tendentes naufragio emundati dormierunt[4]. (2)
8.[5] Kal. Mart. Petrus Damiani cardinalis episcopus requievit in pace. (1)
5. Kal. Mart. Depositio Waltpurgae virginis[6].
2. Kal. Mart. Gerunch vere monachus discessit. (3)
Kal. Mart. Marchuart obiit. (4)
6. Id. Mart. Diethalmus laicus migravit ad Dominum. (4)
4. Id. Mart. Bertoldus doctor egregius requievit in pace[7]. (2)
Idus Mart. Bernhardus monachus obiit[8]. (2)
15. Kal. April. Depositio[9] beati Anshelmi Lucensis episcopi. (2)
14. Kal. April. Iohannis abbatis. Erchinbertus presbyter obiit. (3)
6. Kal. April. Riwinus presbyter obiit. (3)
4. Kal. April. Stephanus papa[10] obiit. (1)
Kalendis April. Chouno de Cella[11] obiit. (2)

1) a. 1002.
2) Cumanus, a. 1084.
3) a. 814.
a) *ita, non* Krast *legendum esse, vox* finitur *pag.* 1. *probat.*
4) a. 1073.
5) Spatio deficiente Petri obitus diei 9. Kal. adscriptus est.
6) saeculo VIII.
7) Berthaldus in Chron. a. 1088.
8) a. 1088.
9) a. 1086. minio scripta.
10) a. 1057.
11) Cella S. Pauli, hodie S. Udalrici; Gerbert. hist. Nigrae Silvae III. 33. USS.

2. Non. April. Imma obiit[12]. (1)
14. Kal. Mai. Beatrix comitissa obiit. (2)
13. Kal. Mai. Leonis papae noni[13], 153[ii].
11. Kal. Mai. Alexander papa II. discessit[14]. (2)
9. Kal. Mai. Adelberti episcopi et martyris[15]. (1)
7. Kal. Mai. Sigeboto presbyter obiit. (3)
6. Kal. Mai. Anacleti II. papae et martyris. (1) Heremannus ex marchione monachus obiit[16]. (1)
5. Kal. Mai. Oudalricus clericus obiit. (2)
Nonis Mai. Primus Otto imperator obiit[17].
2. Idus Mai. Miginfredus presbyter obiit. (2)
15. Kal. Iun. Bertaldus[18] dux Alemanniae obiit. (2) Reginlindis obiit. (2)
8. Kal. Iun. Depositio[19] Gregorii papae VII. a beato Petro 159[ni]. (2)
3. Kal. Iun. Ordinatio Gregorii papae VII. anno dominicae incarnationis 1073. (2)
Kal. Iun. Chonradi martyris et episcopi Trevirensis[20].
3. Non. Iun. Walto vere monachus obiit.
2. Non. Iun. Chonradus imperator[21] obiit.
5. Idus Iun. Magna[a] cedes facta est apud Saxones[22].
17. Kal. Iul. Gebehardus[b] Iuvavensis episcopus obiit[23]. (2) Poppo Treverensis episcopus[24] obiit.
12. Kal. Iul. Ludowicus imperator obiit[25].
9. Kal. Iul. Pilgerin monachus, vere seculo peregrinus, requievit in pace. (2)
6. Non. Iul. Heinricus rex[c] obiit[26]. (2)
4. Non. Iul. Oudalrici episcopi et confessoris[26*].
3. Non. Iul. Willihelmus abbas Hirsaugiensis[27]. (2)
5. Idus Iul. Pobbo comes obiit[28].
3. Idus Iul. Prior Heinricus imperator obiit[29].
13. Kal. Aug. Berhardus abbas Massiliensis requievit in pace[30]. (1)
5. Kal. Aug. Victor II. papa obiit[31].
Idus Aug. Richinza soror obiit. (4)
16. Kal. Sept. Oudelscalcus monachus obiit. (3)
6. Kal. Sept. Gebehardus episcopus obiit[32].
3. Kal. Sept. Othere monachus obiit. (1)
5. Idus Sept. Marchuart adolescens obiit.
8. Kal. Oct. Heremannus doctor egregius[33] obiit. (2)
7. Kal. Oct. Hugo religiosissimus coniugatus obiit[34]. (1)
4. Kal. Oct. Venezlai martyris[35].
3. Kal. Oct. Gebino obiit. (3)
3. Non. Oct. Heinricus (II. (2a) imperator obiit[37].
7. Id. Oct. Guntharii heremitae. Clemens II. papa obiit[38].
Idus Oct. Roudolfus rex, sancti Petri miles, migravit ad Dominum[39]. (2) Gisilbertus presbyter discessit[40]. (2)
14. Kal. Nov. Hezel laicus obiit.
5. Kal. Nov. Sigefridus abbas obiit[41]. (3)
2. Kal. Nov. Wolfgangi episcopi et confessoris. (1)
Kal. Nov. Amezo et Fridericus, frater eius, obierunt. (1)
8. Idus Nov. Bertoldus, piae memoriae dux Carinthiorum, obiit[43]. (2)
4. Idus Nov. Frater Kadalaus obiit[44].
9. Kal. Dec. Sancti Columbani abbatis. (2)
3. Non. Dec. Adelbertus presbyter et vere monachus migravit ad Dominum[45]. (2)

12) a. 1049.
13) a. 1054.
14) a. 1073.
15) a. 997.
16) a. 1074. Cluniaci.
17) a. 973.
18) a. 1090. USS.
19) a. 1085. minio scripta.
20) a. 1066.
21) a. 1039.
a) *Haec minio scripta sunt.*
22) a. 1075. ad Unstrout.
b) G. I. e. o. *in loco raso, ubi quaedam rubro colore scripta erant; restat rubrum* obiit.
23) a. 1088.
24) a. 1047.
25) a. 840.
c) imperator 2.
26) a. 936.
26*) a. 973.
27) a. 1091.
28) an Poppo marchio Karinthiae de quo Ann. Saxo a. 1062?
29) a. 1024.
30) Bernardus a. 1079. scribitur.
31) a. 1057.
32) a. 995.
33) a. 1054.
34) minime quem Uss. affert Hugo de Eginesheim qui a. 1089. obiit, alia quoque die mortuus, sed anterior anno 1073, atramento testante.
35) a. 936.
37) a. 1056.
38) a. 1056.
39) a. 1080.
40) a. 1080.
41) a. 1096. Sigifridus in chron.
42) a. 994.
43) a. 1078. Bertaldus in chronico scribitur.
44) a. 1076.
45) a. 1079.

8. Idus Dec. Geraldus Ostiensis episcopus[46] obiit. (2. 3)
6. Idus Dec. Arnolfus[d] imperator[47] obiit.
19. Kal. Ian. Agnes imperatrix obiit[48]. (3)
15. Kal. Ian. Reginlindis obiit. (2)
5 14. Kal. Ian. Adelheida Taurinensis comitissa obiit[e. 49]. (2)

46) a. 1077.
d) Arnoldus 2.
47) a. 899.
48) a. 1077.
49) *a.* 1091.

e) *Codex Gengenbacensis haec praeterea diebus suis addit:* 5. Kal. Febr. Ruothardus dux obiit qui fundavit Genginbach. 2. Kal. Mart. Romani abbatis. 4. Kal. Aprilis Eustasii abbatis. 2. Kal. Aprilis Widonis abbatis. Idus Iul. Reginswindis virginis et martiris . *et saeculo XII. addita:* 6. Kal. Sept. Rufi martyris. Kal. Sept. Egidii abbatis. 7. Kal. Nov. Amandi episcopi et confessoris. 2. Kal. Nov. Quintini martiris.

	Concurrentes.		Regulares ad feriam inveniendam.	Regulares lunares antiquorum.	Regulares lunares Aegiptiorum.	Regulares lunares secundum Romanos.	Aepactae.	Anni.
1 B	1	G F	Mar. 5.	Apr. 29.	Sep. 5.	Ian. 9.	Nul.	1
2	2	E	Apr. 1.	Maius 30.	Oct. 5.	Feb. 10.	11 22	2 3
3	3	D	Maius 3.	Iun. 1.	Nov. 7.	Mar. 9.	3	4
4	4	C	Iun. 6.	Iul. 2.	Dec. 7.	Apr. 10.	14 25	5 6
5 B	6	D A	Iul. 1.	Aug. 3.	Ian. 9.	Maius 11.	6 17	7 8
6	7	G	Aug. 4.	Sep. 5.	Feb. 10.	Iun. 12.	28	9
7	1	F	Sep. 7.	Oct. 5.	Mar. 9.	Iul. 13.	9 20	10 11
8	2	E D	Oct. 2.	Nov. 7.	Apr. 10.	Aug. 14.	1	12
9 B	4	C	Nov. 5.	Dec. 7.	Maius 11.	Sep. 16.	12 23	13 14
10	5	B	Dec. 7.	Ian. 9.	Iun. 12.	Oct. 16.	4 15	15 16
11	6	A	Ian. 3.	Feb. 10.	Iul. 13.	Nov. 18.	26	17
12	7	G	Febr. 6.	Mar. 9.	Aug. 14.	Dec. 18.	7 18	18 19
13 B	2	F E						
14	3	D						
15	4	C						
16	5	B						
17 B	7	A G						
18	1	F						
19	2	E						
20	3	D						
21 B	5	C B						
22	6	A						
23	7	G						
24	1	F						
25 B	3	E D						
26	4	C						
27	5	B						
28	6	A						

Si vis concurrentes scire, quota feria fuerit in 9. Kal. April. tot concurrentes in eodem anno erunt de quo queris. Scias etiam literam concurrentibus ascriptam eodem anno esse dominicalem. Regulares autem suprascripti hoc specialiter indicant, quota sit feria eo anno quo 7 concurrentes sunt; ceteris vero annis addas concurrentes, praesenti anno ascriptos ad ipsos regulares, et quotus numerus infra vel ultra 7 reperitur, tota feria erit in Kal.

De lunaribus regularibus.

Aegiptii et Romani, a quibus calculandi peritiam sumpsimus, quem primum decennovenalis cycli annum habere instituerunt, eiusdem anni kalendarias lunae aetates pro regularibus per totum eundem cyclum tenere decreverunt; et a quacumque Kalendarum annum eundem iniciati sunt, prius saltum lunae absumpserunt. Verbi gratia: Romani a Ianuario, Aegiptii vero a Septembri, scilicet quatuor mensium altius inchoantes, alteri, id est Romani, in tricesima Novembris, alteri, id est Aegiptii, in tricesima Iulii saltum eundem perfecerunt; et ita utrique primi sui anni kalendares lunae aetates pro regularibus instituentes, ut praescriptum est, ordinaverunt.

De regularibus patrum.

Sed iam notum est, Herimanno compotistarum subtilissimo dilucidante, primum decennovennalis cycli an-
40 num a paschali novilunio in 2. Non. Aprilis patres antiquos, Aegiptiis etiam quinque mensium altius inchoasse, scilicet eo anno, quo in Kalendis Ianuar. vicesimam septimam lunam pronunciant, in quo et saltum lunae in 3. Kal. Augusti absumunt, quem etiam usus vulgaris decimum nonum computat. Quamvis igitur eodem anno secundum antiquos patres primo, cuique Kalendarum suarum lunaris aetas secun-
45 dum aepactas semper sufficiat, vel etiam Maio superhabundet, scilicet Aprili vicesimo octavo, Maio vicesimo nono, Iunio tricesimo, Iulio primo, Augusto tercio, Septembri quinto, et reliquis ad Apriles usque Kalendas, quicumque tamen easdem kalendarias

lunae aetates pro regularibus tenere decernit, singulis aetatibus Kalendarum quatuor mensium primorum, quia in his saltus lunae, qui se subsequentes semper maiores efficit aetates, nondum transactus est, monadem unum augendo addat; sicque praefatas eiusdem anni kalendares lunae aetates pro regularibus, maxime ut per embolismorum ordinem elucescit principalibus, in primo regularum praescriptarum ordine ab Aprili 5 exordiens disponat. Haec de regularibus patrum.

Primum vero embolismum mensem tercio abhinc anno 4. Non. Decembres, secundum sexto anno 4. Non. Septembres, tercium octavo anno 2. Non. Martias, quartum undecimo anno 2. Non. Decembres vel 3. Non. Ianuarias, quintum decimo quarto anno 4. Non. Novembres, sextum decimo septimo anno 4. Non. Augustas, septimum undevicesimo anno 10 finientem 3. Non. Martias interponunt.

De controversia embolismorum.

Hinc etiam ut putamus exercitato ac diligenti satis patet calculatori, patres antiquiores, annos lunares a pascalibus noviluniis verius incoasse, et ordinasse, quod secundum Aegiptios et Romanos embolismi priori semper anno quam debuerant occurrunt, 15 id est cum interseri debeant tercio sexto et undecimo anno, et similiter ceteris, apparent contra regulam in secundo quinto et decimo et ceteris in hunc modum. Quod autem duo embolismi scilicet ogdoadis et endecadis tam secundum Aegiptios et Romanos quam etiam secundum patres antiquos stabilem sui tenoris ordinem retinent, id ob hoc evenit, quod in fine annorum patrum antiquorum innectuntur. Finis enim anni cuius- 20 libet secundum antiquos pene principium est secundum Romanos, quia qui a paschalibus noviluniis lunarem annum incoant, et ad eadem reducunt, Ianuarium Februarium et Martium ultimos annorum eorundem esse deprehendunt. Sunt quidam qui inquisiti praefatis embolismorum controversiis hac ratione medentur, quod postquam a Septembre epactas sequentis anni a Ianuario secundum vulgarem usum inchoandi inceperint, quam- 25 vis in martirologiis aliquibus anno praecedenti annotentur, non incongrue ad subsequentem pertinere videantur. Sed huic defensioni libens consentirem, si embolismis cunctis hanc prodesse perspexissem. Sit, si aliquo modo fieri possit. Set sextum embolismum 4. Non. Aug. interpositum cui rogo annorum ascribere volunt? An cui attitulatus est? scilicet sexto decimo an septimo decimo? Si sexto decimo, sciant eum nunquam regu- 30 lari ordine embolismum recipere. Si septimo decimo, meminerint, se epactas anni ipsius nondum inchoasse. Set hanc quaestionem cum nullo modo praevaleant enodare, fateantur necesse est rationis suae medelam non proficere, sed errasse, et huius rei veritatem hactenus ignorasse, eosque posthac necesse est in huiusmodi computationibus patres antiquos sequi potius quam Romanos. Huius igitur quaestionis perplexio facile 35 solvitur, si diligentius ad sententiae nostrae superiora animus reducatur. Nam sic undevicesimus Romanorum annus dinoscitur esse primus, sic primus esse secundus, et secundus tercius; eodemque regulari tramite deducto, sextus decimus ratione necessaria deprehenditur esse decimus septimus.

De utilitate lunarium regularium. 40

Si forte et hoc requiritur, quid praefati lunares omnes per se valeant regulares, sciendum est, hoc specialiter intimare, quota luna sit in Kalendis eo anno quo nullae sunt epactae, exceptis quatuor primis patrum antiquorum regularibus, qui ob praedictam saltus nondum transacti rationem eodem semper anno minorantur; caeteris vero annis ad regulares eosdem adiciantur aepactae anni praesentis, et quotus infra triginta remanserit, 45 vel ultra triginta numerus excreverit, reiecto tricenario tota lunatio in Kalendis erit.

De saltu lunae.

Saltus lunae crescit annis singulis hora et puncto et undevicesima parte unius puncti. Non ergo unis eisdemque vel articulis temporum vel celi climatibus lunae celebratur accensio, set semper aliquanto citius quam praecedente mense provenerat, ut sit 50 unde unus transiliatur dies.

Anni ab origine mundi mutantur in 15. Kal. Aprilis, anni dominicae incarnationis in 8. Kal. Ianuar. Initium decennovenalis cicli in 2. Non. Apr. inchoat eo anno quo in

Kal. Ian. vigesima septima luna pronunciatur. Cycli decennovenalis annus semper in paschali novilunio et communis et embolismaei anni, civilis sive vulgaris et lunaris annus in Kal. Ian., cicli solaris annus in Kal. Mart. innovatur. Annus bissextilis in 5. Kal. Mart. Concurrentes in Kal. Mart. Epactae secundum Romanos in Kal. Ian., secundum Aegiptios in Kal. Sept., secundum antiquos patres in Kal. April., quod et veritas est. Indictio 8. Kal. Oct. Ciclus solaris a primo concurrente naturali numero sic ordinato, primus secundus tercius quintus cum bissexto.

Menses Romanorum.		Hebreorum.		Aegiptiorum.		Grecorum.		Anglorum.		Armeniorum.	
1	Ianuarius	10	Tebth	5	Tubi	2	Eydios	1	Giuli	11	Margats
2	Februarius	11	Sabat	6	Mechir	3	Peritios	2	Solmonat	12	Hrorti
3	Marcius	12	Adar	7	Famenot	4	Distrios	3	Hredmonat	1	Nanasardi
4	Aprilis	1	Nisan	8	Formuthi	5	Xanthios	4	Eustermonat	2	Hori
5	Maius	2	Iar	9	Pacho	6	Artemiseos	5	Drimilci	3	Sahmi
6	Iunius	3	Sinan	10	Pauni	7	Deseos	6	Lida	4	Tre
7	Iulius	4	Thamul	11	Episi	8	Panemeos	7	Lida	5	Kauuots
8	Augustus	5	Aab	12	Mesor	9	Loos	8	Veothmonat	6	Arants
9	September	6	Flul	1	Thoth	10	Gorpeios	9	Halegmonat	7	Mehgi
10	October	7	Theseri	2	Faosi	11	Yperberetheos	10	Vimirfrillith	8	Arieg
11	November	8	Maresuan	3	Athir	12	Dios	11	Bluotmanat	9	Ahgi
12	December	9	Caslev	4	Cheae	1	Apileos	12	Giuli	10	Mareri [a].

Nota [b] hic Romanos pontifices iuxta pontificalem librum esse digestos, in quo Linus et Cletus non tam successores quam coadiutores sancti Petri fuisse leguntur. Nam et Linus ante obitum sancti Petri discessisse, et Cletus non solum sancti Petri set et Clementis tempore legitur fuisse. Nichil enim sanctus Petrus apostolicae potestatis Lino vel Cleto concessit, set successori suo Clementi, sicut decreta pontificum testantur, quibus sicut et praedicto pontificali magis credendum videtur quam Eusebio.

CATALOGUS SANCTORUM ROMANORUM PONTIFICUM.

1. Beatus Petrus apostolus sedit annis 25, mensibus ferme tribus, usque ad decimum quartum Neronis annum.
2. Linus martir, ab ipso ordinatus episcopus, annis 11, mensibus ferme 4, usque ad duodecimum Neronis annum, vel iuxta chronica Eusebii ad secundum Titi annum.
3. Cletus martir, a sancto Petro ordinatus episcopus, annis 12, mensibus ferme duobus, usque ad primum Domitiani annum, vel iuxta Eusebii chronica usque ad duodecimum Domitiani annum.
4. Clemens martir, a beato Petro ut aiunt ordinatus, annis 9, mensibus ferme tribus, usque ad octavum Vespasiani annum. Iuxta chronica Eusebii usque ad quartum Traiani annum.
5. Anacletus martir 9 annis, mensibus duobus, usque ad decimum Domitiani annum; qui in chronicis Eusebii non habetur.
6. Euarestus martir annis 9, mensibus 10, usque ad septimum Traiani annum. Iuxta chronica Eusebii ad undecimum Domitiani annum.
7. Alexander martir annis 10, mensibus 7, usque ad decimum quintum Traiani annum. Iuxta Eusebium ad tertium Adriani annum.
8. Sixtus martir annis 10, mensibus duobus, usque ad sextum Adriani annum. Iuxta chronica Eusebii ad duodecimum Adriani annum.
9. Telesphorus martir annis 11, mensibus ferme quatuor, tempore Antonini et Marci. Iuxta Eusebium usque ad primum Antonini annum.
10. Yginus annis 4, mensibus 3, iuxta chronica Eusebii usque ad quintum Antonini annum.

a) *sequitur tabula Numeros annorum, Aepactas, Terminum paschalem et Concurrentes cum Dominicalibus litteris exhibens, quem hic omitti placuit; in ora paginae manu saeculi XIV. adscriptum est:* Anno ab incarnacione Domini DXXXII. anno Iustiniani imperatoris VI. incepit Dyonisius abbas Romanus cyclum magnum pascalem, qui totidem in se continet annos, anno ab inicio mundi secundum Eusebium $\overline{\text{V}}$. DCC°.XXXI°. b) *vox partim abscisa.*

11. Pius annis 19, mensibus 4. Iuxta chronica Eusebii annis 15, usque ad vigesimum Antonini annum.
12. Anacetus annis 11, mensibus 4. Iuxta chronica Eusebii usque ad octavum Veri annum.
13. Soter annis 9, mensibus ferme 7, usque ad decimum Veri annum. Iuxta chronica Eusebii annis 8, usque ad decimum sextum Veri annum.
14. Eleutherus annis 15, mensibus tribus, usque ad sextum Commodi annum. Iuxta chronica Eusebii ad decimum tertium Commodi annum.
15. Victor martir annis 10, mensibus duobus, usque ad quartum Severi annum. Iuxta chronica Eusebii ad nonum Severi annum.
16. Zepherinus annis 18, mensibus 7, usque ad sextum Antonini Caracallae annum. Iuxta chronica Eusebii ad secundum Aurelii annum.
17. Kalistus martir annis 5, mensibus 2. Iuxta chronica Eusebii usque ad tertium Alexandri annum.
18. Urbanus martir annis 8, mensibus 10. Iuxta chronica Eusebii usque ad undecimum Alexandri annum.
19. Pontianus martir annis 6, mensibus 5. Iuxta chronica Eusebii usque ad tertium Maximini annum.
20. Antherus martir mense uno; qui in tertio Maximini anno passus est.
21. Fabianus martir annis ferme 15; qui sub Decio passus est.
22. Cornelius martir annis duobus, mensibus duobus; qui sub Valeriano, vel ut alii sub Decio, passus est.
23. Lucius martir annis 3, mensibus 3, usque ad primum Valeriani annum. Iuxta chronica Eusebii tantum 8 mensibus.
24. Stephanus martir annis 6, mensibus 5. Iuxta chronica Eusebii annis tribus.
25. Sixtus 2us martir anno uno, mensibus ferme 11, post hunc praefuerunt presbiteri. In chronicis Eusebii annis 11, usque ad 14um Gallieni annum.
26. Dionisius annis 6, mensibus duobus, usque ad 15um Gallieni annum. In chronicis Eusebii annis 9, usque ad primum Probi annum.
27. Felix martir annis 4, mensibus ferme 4, usque ad tertium Aureliani annum. In chronicis Eusebii annis 5, usque ad quintum Probi annum.
28. Eutichianus martir anno uno, mense uno, anno Aureliani quarto. In chronicis Eusebii mensibus 8 tantum, id est quinto Probi anno.
29. Gaius martir annis 11, mensibus 4, usque ad secundum Dioclitiani annum. In chronicis Eusebii 15 annis, usque 13um Dioclitiani annum.
30. Marcellinus martir annis 9, mensibus 4, usque ad 17um Dioclitiani annum. In chronicis Eusebii usque 20um Dioclitiani annum; post quem iuxta Romanum pontificale cessavit episcopatus annis 7, mensibus 6, diebus 25.
31. Marcellus martir annis 5, mensibus ferme 8; qui in chronicis Eusebii non habetur.
32. Eusebius annis 6, mense uno. In chronicis Eusebii mensibus 8, anno 20mo Dioclitiani.
33. Melciades annis 4, usque ad quartum Constantini annum.
34. Silvester annis 23, mensibus 10. In chronicis Eusebii annis 22, usque ad 25^{tum} Constantini annum.
35. Marcus annis duobus, mensibus 9. In chronicis Ieronimi mensibus 8, 25° anno Constantini.
36. Iulius annis 15, mensibus duobus. In chronicis Ieronimi annis 16, mensibus 9, usque ad 12um Constantii annum.
37. Liberius annis 6, mensibus 4. In chronicis Ieronimi 17 annis, usque ad secundum Valentiniani annum.
38. Felix 2us martir anno uno, mensibus tribus, inter exulatum Liberii, anno Constantii 20°.
39. Damasus annis 18, mensibus tribus. In chronicis Prosperi annis 19, usque ad quintum Gratiani annum.
40. Siricius annis 15; qui in chronicis Prosperi Ursinus nomine sedit annis 14, usque ad tertium Archadii annum.

41. Anastasius annis tribus. In chronicis Prosperi annis 4, usque ad 7um Archadii annum.
42. Innocentius annis 15, mensibus ferme 4. In chronicis Prosperi annis 14, usque ad 8um Honorii annum.
43. Zozimus annis tribus, mensibus ferme 5, usque ad 11um Honorii annum.
44. Bonifacius annis tribus, mensibus 8, usque ad 15um Honorii annum.
45. Celestinus annis 8, mensibus 10, usque ad nonum Theodosii annum.
46. Sixtus 3us annis 8, usque ad annum Domini 440.
47. Leo doctor annis 21, mensibus duobus ferme usque ad annum Domini 462.
48. Hilarius annis 6, mensibus tribus, usque ad annum Domini 467.
49. Simplicius annis 15, mense uno, usque ad annum Domini 482.
50. Felix 3us annis ferme 9, usque ad annum Domini 491.
51. Gelasius annis 4, mensibus 8, usque ad annum Domini 496.
52. Anastasius annis ferme duobus, usque ad annum Domini 498.
53. Simmachus annis 15, mensibus ferme 8, usque ad annum Domini 514.
54. Hormista annis 9, usque ad consulatum Simmachi et Boetii, id est ad annum Domini 523.
55. Iohannes martir annis duobus, mensibus 9, usque ad annum Domini 526.
56. Felix 4us annis 4, mensibus duobus, usque ad annum Domini 530.
57. Bonifacius 2us annis duobus, mense ferme uno, usque ad annum Domini 532.
58. Iohannes 2us, qui et Mercurius, annis duobus, mensibus 4, usque ad annum Domini 534.
59. Agapitus anno ferme uno; qui Constantinopoli defunctus, Romam relatus est anno Domini 535°.
60. Silverius martir anno uno, mensibus 5; qui in exilio obiit 12. Kal. Iul. indictione 15^{a}, anno Domini 537°.
61. Vigilius annis 17, mensibus ferme 7; qui Constantinopoli diu exulatus, et demum relaxatus obiit 554° anno.
62. Pelagius annis 11, mensibus 10, usque ad annum Domini 565.
63. Iohannes 3us annis ferme 13, usque ad annum Domini 578. Cessatum est 10 mensibus.
64. Benedictus annis 4, mensibus ferme 2, usque ad annum Domini 582. Cessatum est mensibus 3.
65. Pelagius 2us annis 10, mensibus 2, obiit indictione 9^{a}, anno Domini 592. Cessatum est mensibus 4 fere.
66. Gregorius doctor annis 13, mensibus 6, obiit indictione 8^{a}, anno Domini 605. Cessatum est mensibus 5.
67. Sabinianus anno 1, mensibus 5, usque ad annum Domini 607. Cessatum est anno fere 1.
68. Bonifacius 3us mensibus ferme 9, usque ad annum Domini 609. Cessatum est mensibus 10.
69. Bonifacius 4us annis 6, mensibus 8, usque ad annum Domini 617. Cessatum est mensibus 7 ferme.
70. Deusdedit annis 3, mense 1 ferme, usque ad annum Domini 620. Cessatum est mense uno et semis.
71. Bonifacius 5us annis 5, usque ad annum Domini 625.
72. Honorius annis ferme 13, usque ad annum Domini 638. Cessatum est anno 1, mensibus 7.
73. Severinus mensibus 2, anno Domini 640. Cessatum est mensibus 5.
74. Iohannes 4us anno 1, mensibus ferme 10, usque ad annum Domini 642. Cessatum est mense uno et semis.
75. Theodorus annis 6, mensibus ferme 6, usque ad annum Domini 649. Cessatum est mensibus ferme 2.
76. Martinus martir annis 6, mensibus 2 ferme, usque ad annum Domini 655; qui in exilio obiit.
77. Eugenius annis 2, mensibus 10 ferme, usque ad annum Domini 658. Cessatum est mensibus 2.

78. Vitalianus annis 14, mensibus 6, obiit indictione 15^{a}, anno Domini 672. Cessatum est mensibus 2.
79. Adeodatus annis 4, mensibus 2, usque ad annum Domini 676. Cessatum est mensibus 4 et dimidio.
80. Donus anno 1, mensibus 5, usque ad annum Domini 678. Cessatum est mensibus 2.
81. Agatho annis 2, mensibus 6, usque ad annum Domini 681; sub quo sexta universalis sinodus, indictione 9^{a}. Cessatum est anno 1, mensibus 7.
82. Leo 2us mensibus ferme 11, anno Domini 683; sub quo indictione 11^{a} 16. Kal. Apr. luna eclipsin passa est. Cessatum est anno uno ferme.
83. Benedictus 2us mensibus 10, post pascha obiit, anno Domini 685. Cessatum est mensibus 2 semis.
84. Iohannes 5us anno 1, anno Domini 686. Cessatum est mensibus 3 ferme.
85. Conon mensibus 11, anno Domini 687. Cessatum est mensibus 3 ferme.
86. Sergius annis 13, mensibus 9 ferme, obiit indictione 14^{a}, Tiberio imperatore, anno Domini 701. Cessatum est mensibus 2 ferme.
87. Iohannes 6us annis 3, mensibus 2, usque ad annum Domini 705. Cessatum est mense uno semis.
88. Iohannes 7us annis 2, mensibus 8 ferme, usque ad annum Domini 708. Cessatum est mensibus 3.
89. Sisinnius 20 diebus, qui podagra subito moritur, anno Domini 708. Cessatum est mensibus 2.
90. Constantinus annis 7, usque ad annum Domini 715; qui in Greciam ad imperatorem venit indictione 9^{a}, et reversus est in decima.
91. Gregorius 2us annis 15, mensibus 9 ferme, obiit indictione 14^{a}.
92. Gregorius 3us annis 10, mensibus 9 ferme, obiit indictione 10^{a}, anno Domini 742.
93. Zacharias annis 10, mensibus 3, obiit indictione 5^{a}, anno Domini 752.
94. Stephanus 2us annis 5, mense 1 ferme, usque ad annum Domini 757.
95. Paulus annis 10, mense 1, usque ad annum Domini 767.
96. Stephanus 3us annis 4, mensibus 6 ferme, usque ad annum Domini 772.
97. Adrianus annis 24, mensibus 10, usque ad annum Domini 796.
98. Leo 3us annis 20, mensibus 10, usque ad annum Domini 816.
99. Stephanus 4us mensibus 7, obiit anno Domini 817.
100. Paschalis annis 7, mense 1 ferme, usque ad annum Domini 824.
101. Eugenius 2us annis 4, mensibus 8 ferme, usque ad annum Domini 828.
102. Valentinus 40 diebus, anno Domini 828.
103. Gregorius 4us annis 16, usque ad annum Domini 844.
104. Sergius 2us annis 3, usque ad annum Domini 847.
105. Leo 4us annis 9, mensibus 3, usque ad annum Domini 856.
106. Benedictus 3us annis 2, mensibus 6, usque ad annum Domini 859.
107. Nicolaus annis 9, mensibus 9, usque ad annum Domini 868.
108. Adrianus 2us annis 5, usque ad annum Domini 873.
109. Iohannes 8us annis 10, usque ad annum Domini 883.
110. Marinus anno 1, mensibus 6, usque ad annum Domini 885.
111. Adrianus 3us anno 1, mensibus 4, usque ad annum Domini 886.
112. Stephanus 5us annis paulo plus 6, usque ad annum Domini 892.
113. Formosus, Portuensis prius episcopus, annis 4, mensibus 7, usque ad annum Domini 896.
114. Bonifacius 6us diebus 15; qui podagra mortuus est eodem anno.
115. Stephanus 6us, prius Campaniae episcopus, anno 1, mense 1; qui digne propter effossum Formosum eiectus periit.
116. Romanus mensibus 5 ferme, anno Domini 898.
117. Theodorus 2us diebus 20, anno quo supra.
118. Iohannes 9us annis 2, usque ad annum Domini 900.
119. Benedictus 4us annis 3, mensibus 5, usque ad annum Domini 904.
120. Leo 5us mensibus 2 ferme, anno Domini quo supra.
121. Cristophorus mensibus 4; qui deiectus est anno Domini quo supra.

122. Sergius 3us annis 7, mensibus 3, usque ad annum Domini 912.
123. Anastasius 2us annis 2, mensibus 2, usque ad annum Domini 914.
124. Lando mensibus 5, anno Domini 915.
125. Leo 6us mensibus 2 ferme, anno Domini quo supra.
5 126. Iohannes 10us annis 14, mensibus 2, usque ad annum Domini 929.
127. Stephanus 7us annis 2, mense 1, usque ad annum Domini 931.
128. Iohannes 11us annis 4, usque ad annum Domini 935.
129. Leo 7us annis 3, mensibus 6, usque ad annum Domini 938.
130. Stephanus 8us annis 3, mensibus 4 ferme, usque ad annum Domini 942.
10 131. Marinus 2us annis 3, mensibus 6, usque ad annum Domini 945.
132. Agapitus 2us annis 10 ferme, usque ad annum Domini 955.
133. Iohannes 12us, qui et Octavianus, annis 8, mensibus 4; qui Ottonem imperatorem fugit anno Domini 963, et post unum annum periit.
134. Leo 8us anno 1, mensibus 3; quo depulso Benedictus a Romanis ordinatur.
15 135. Benedictus 5us mensibus 2; quo eiecto, Leo ab imperatore restitutus sedit annis plus minus duobus.
136. Iohannes 13us, prius Narniensis episcopus, annis 7 ferme, qui expulsus, et iterum restitutus et vindicatus, sedit usque ad annum Domini 972.
137. Benedictus 6us anno 1, mensibus 10; qui a Crescentio relegatus et strangulatus est,
20 eoque vivente Bonifacius ordinatus, statimque pulsus est, anno Domini 974.
138. Benedictus 7us, Sutriae prius episcopus, annis 9, usque ad annum Domini 983.
139. Iohannes 14us, qui et Petrus Papiae prius episcopus, mensibus 8, anno Domini 984.
140. Bonifacius 7us anno 1. ferme, qui prius male ordinatus et expulsus fuerat, et iterum male reversus, pessime postremo periit.
25 141. Iohannes 15us annis 10, mensibus 7, usque ad annum Domini 996.
142. Gregorius 5us, qui et Bruno, annis 3, mensibus 9, usque ad annum Domini 999.
143. Silvester 2us, qui et Gerbertus primo Remorum post Ravennatium archiepiscopus, papa promotus sedit annis 5, usque ad annum Domini 1004.
144. Iohannes 16us anno uno.
30 145. Iohannes 17us, qui et Fasanus, annis 6, usque in annum Domini 1010.
146. Sergius 4us annos 3, usque in annum Domini 1013.
147. Benedictus 8us annos 11, mensem 1 ferme, usque ad annum Domini 1024.
148. Iohannes 18us annos 9, usque ad annum Domini 1033.
149. Benedictus 9us, qui et Theophilactus, annos 12; qui propter scelera pulsus, iterum-
35 que reversus, et viciis deditus, a papatu sponte recessit anno Domini 1046.
150. Silvester 3us, qui eiecto Benedicto ordinatus, statimque depulsus est anno Domini 1044.
151. Gregorius, qui et Gratianus, quem Benedictus se ipsum deponens pro se ordinari fecit anno Domini 1046.
40 152. Clemens 2us, qui et Suidegerus Babinbergensis episcopus, Gratiano locum dante ordinatus, sedit menses 9, anno Domini 1047. Cessatum est menses 10 ferme.
153. Damasus 2us, qui et Poppo Brixiensis episcopus, nec 1 mensem sedit anno Domini 1048. Cessatum est menses 6.
154. Leo 9us, qui et Bruno Leucorum episcopus, annos 5, usque ad annum Domini 1054.
45 155. Victor 2us, qui et Gebehardus Aureatensis episcopus, annis ferme 3, usque ad annum Domini 1057.
156. Stephanus 9us, qui et Fridericus, mensibus 9; qui apud Florentiam sepultus est.
157. Nicolaus 2us, qui et Gerhardus Florentiae episcopus, sedit annis 3 ferme, usque in annum Domini 1061.
50 158. Alexander 2us, qui et Anselmus Lucensis episcopus, annis 12, usque in annum Domini 1073.
159. Gregorius 7us, qui et Hiltebrandus Romanae aeclesiae archidiaconus, anno quo supra ordinatus, sedit[a] annos 12 et mensem unum, usque in annum Domini 1085; cuius merita et ante obitum eius et postea multis miraculis claruerunt[b]. In cuius 7o

55 a) sedit — M.LXXXV. *alio atramento.* b) *Quae sequuntur, alio atramento scripta sunt.*

anno Guibertus Ravennas heresiarcha sedem apostolicam tirannice invasit, eamque usque post obitum Gregorii papae plures annos infestavit. Unde et duos annos cessavit episcopatus.

160. Victor 3us, qui et Desiderius Romanae aeclesiae cardinalis et abbas Cassinensis, anno Domini 1087. ordinatus, menses 4 sedit[a]. Cessatum est menses 5.

161. Urbanus 2us, qui et Otto prius Ostiensis episcopus, anno Domini 1088. ordinatus[b], sedit annos 11, menses 5, usque in annum Domini 1099. Cessatum est 15 dies.

162. Paschalis 2us, qui et[c] Reginherius presbiter cardinalis ex titulo Sancti Clementis, anno quo supra ordinatus[d].

HAE[c] SUNT CRONICA BERNOLDI, QUAE CONTRADIDIT MONASTERIO DOMNI SALVATORIS.

Incipiunt chronica venerabilis Bedae presbyteri iuxta Hebraicam veritatem.

Prima[1] est huius mundi aetas ab Adam usque ad Noe, continens annos iuxta Hebraicam veritatem 1656, iuxta septuaginta interpretes 2240[f], generationes iuxta utramque editionem numero 10. Quae universali est deleta diluvio; sicut primam cuiusque hominis oblivio demergere consuevit aetatem. Quotus enim quisque est, qui suam recordetur infantiam?

Secunda aetas a Noe usque ad Abraham, generationes iuxta Hebraicam veritatem complexa 10, annos autem 292, porro iuxta septuaginta interpretes annos 1072, generationes vero 11. Haec quasi puericia fuit gentis populi Dei, et ideo in lingua inventa est, id est Hebrea. A puericia namque homo incipit loqui nosse post infantiam, quae hinc appellata est, quod fari non potest.

Tercia[g] ab Abraham usque ad David, generationes iuxta utramque auctoritatem 14, annos autem 842[h] complectens. Haec quaedam velut adulescentia fuit populi Dei, qua aetate incipit homo posse generare. Propterea Matheus euangelista generationum ex Abraham sumpsit exordium; qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit.

Quarta a David usque ad transmigrationem Babilonis, habens annos iuxta Hebraicam veritatem 460[i], iuxta septuaginta translationem 12 amplius, generationes iuxta utrosque codices 17; quas tamen euangelista Matheus certi mysterii gratia 14 ponit. A qua velut iuvenali aetate in populo Dei regum tempora coeperunt. Haec namque aetas[k] in hominibus apta gubernando solet existere regno.

Quinta quasi senilis aetas, a transmigratione Babilonis usque in adventum domini Salvatoris et incarnationem, generationibus et ipsa 14, porro annis 570[l] extenta, in qua ut gravi senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebrea quassatur.

Sexta quae nunc agitur aetas, nulla generationum vel temporum serie certa, set ut aetas decrepita, ipsa totius seculi morte consumenda. Has erumnosas plenasque laboribus mundi aetates, sancti quique felici morte vicerunt.

Septima iam sabbati perennis aetate suscepti, octavam beatae resurrectionis aetatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

Decursus praedictarum aetatum.

Prima igitur aetate seculi nascentis, prima huius die, fecit Deus lucem, quam appellavit diem. Secunda firmamentum caeli in medio libravit aquarum, ipsis aquis ac terra cum superiore caelo et virtutibus, quae in eo conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis *etc.* . . . . *ut apud Bedam de sex aetatibus mundi.*

Iosaphat, filius Asa, annis 25. Helias Thespites tres semis annos pluviam continuit propter peccata Achab et populi Israhel. Et inter caetera magnalia Heliseum, filium Saphat, qui fuit de Abelmaula, pro se unxit in prophaetam. Ieronimus[m] in libro Hebraicarum questionum asserit, Heliam esse Fineen, qui zelo Domini accensus Zambri cum Moabitide fornicantem transfixit. Proprie autem vocatur Finees, nam ab eventu Helias dicitur. Cum enim idem Finees ab Israelitico populo mitteretur ad tribum Ruben et Gath, quae enormis magnitudinis altare construxerant, hoc ab eis responsum excusationis accepit: Fortissimus deus Dominus ipse novit. Ex quorum responso ipse Phinees vocatus est Helias, quod interpretatur: deus Dominus *etc.* . . . .

Roma condita in monte Palatino, 11. Kal. Maii, a geminis Remo et Romulo, filiis Rheae Silviae, quae erat filia Numitoris fratris regis Amulii, virgo vestalis, set constuprata in salibus ludis[n]. Sabinae raptae, anno ab urbe condita tercio. Remus rutero[o] pastorali a Fabio, Romuli duce, occisus.

Ezechias, filius Achaz, annis 29. Huius anno sexto Salmanasar rex Assyriorum, capta Samaria, transtulit Israhel in Assyrios. Cuius regnum a primo Ieroboam steterat annis 360 *etc.* . . . .

Qui autem reliqui fuerunt Iudei, transfugerunt in Aegiptum. Qua post annos quinque percussa a Chaldeis, in Babiloniam sunt et ipsi transmigrati.

a) *hinc alio atramento.* b) *quae sequuntur usque* Reginherius, *alio atramento in loco raso.* c) *quae sequuntur, alio atramento addita sunt.* d) *tum manu aliena, non Bernoldi, haec adiecta leguntur:* sedit annos 19, menses 6, usque in annum dominice incarnationis 1119. 163. Gelasius 2us, qui et Iohannes Romane aecclesiae archidiaconus, anno quo supra ordinatus, sedit unum ferme annum. 164. Calistus 2us, qui et Wido Viennensis archiepiscopus, anno dominice incarnationis 1120. ordinatus est. e) *ita* 1. f) $\overline{II}$.CCXLII. *corr.* $\overline{II}$.CCXL. 1. g) *hic in margine legitur:* Hi sunt auctores cronicorum: Eusebius, Ieronimus, Prosper, Dionisius, Iordanis, Beda, et nostri temporis Heremannus, et deinceps quilibet sui temporis descriptores. h) DCCCCXLII. *corr.* DCCCXLII. 1. i) CCCCLXXIII. *corr.* CCCCLX. 1. k) *vox addita supra lin.* 1. l) DLXXXVIIII. *corr.* DLXX. 1. m) *haec in margine sed eadem manu* 1. *desunt* 3. n) *ita* 1. 2. *distinguunt;* constuprata. Consualibus ludis 3. *ut Beda.* o) *ita* 1. 2. *i. q.* rutro. — rastro 3. *Beda.*

1) ex Beda de sex aetatibus mundi.

De quinta aetate mundi.

Quinta mundi aetas ab exterminio coepit regni Iudaici, quod iuxta prophetiam Ieremiae 70 annis permansit *etc*. . . .
Consentit his Iosephus, in decimo Antiquitatum libro scribens, templum et Ierusalem et omnem Iudeam 70 annis permansisse desolatam. Qui rursum enumerando reges Babilonis — si tamen[a] ipse sic scripsit, et non codex fallit men-
5 dosus — centum facere[b] annos ab eversa Ierusalem usque ad eversionem regni Chaldeorum facit colligi *etc*. . . . . .
Anno 18. imperii Tiberii Dominus sua passione mundum redemit, et praedicaturi per Iudeae regiones apostoli, Iacobum fratrem Domini Ierosolimis ordinant episcopum. Ordinant et 7 diacones; et lapidato Stephano aeclesia per regiones Iudeae et Samariae dispergitur[c]. Agrippa cognomento Herodes, filius Aristoboli filii Herodis regis, accusator Herodis tetrarchae Romam profectus, a Tiberio in vincula coicitur[d], ubi plurimos sibi ascivit ad amiciciam, et maxime Ger-
10 manici filium Gaium *etc*. . . . .
Domitianus frater Titi iunior, annos 15, menses 5. Hic secundus post Neronem christianos persequitur. Sub quo apostolus Iohannes in Pathmos insulam relegatus est, et Flavia Domitilla, Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, in insulam Pontianam ob fidei testimonium exiliatur.

De[3] regnis principalibus.

De[e] regnis principalibus secundum chronicam Eusebii et Ieronimi.

15 Primum regnum Assiriorum a Nino, Beli filio, et Semiramide uxore eius cepit, et permansit usque ad Thonoscon-coleron regem, qui Grece Sardanapallus vocatur, quem Abarces praefectus Medorum vicit, et regnum illud in Medos transtulit. In eo regnatum est a regibus 36 annis 1240, factis ab initio mundi ante huius regni exortum secundum chronicam Eusebii annis 3142. Huius regni caput Babilon civitas extitit. Hoc
20 destructo, regnum Medorum incipit, quod a rege Abarce usque ad Astrigen, quem Cirus superavit, steterat annis 259 sub regibus 8, Chaldeis interim in Babilone non parva potestate regnantibus. Exin regnum Persarum, quod Cyrus adiecto Medorum Chaldeorumque regno magnifice ampliavit, ab ipso Cyro usque ad Darium regem, Arsami filium, steterat annis 231 sub regibus 14. Hoc Alexander Magnus rex Macedonum occiso Dario
25 destruxit, omnemque sibimet orientem subegit, et Alexandriam in Aegipto condidit.

Deinde regnum Grecorum seu Alexandrinorum, ab ipso Alexandro Magno usque ad Ptolomeum Dionisium et sororem eius Cleopatram Iuliique Caesaris monarchiam, permanens annis 281 sub regibus 11, quamvis eadem Cleopatra postea permittente Iulio 20 annis regnaverit, usque ad Octaviani Augusti annum 15.

30 Post hoc excellentissimum regnum Romanorum, quod iam pridem sub regibus et consulibus adoleverat, ab ipso Iulio Caesare et Octaviano Augusto consurgens, omni prope mundo imperavit, et usque ad haec tempora paulatim decrescendo perduravit.

Haec sunt principalia regna per cursum temporum sibi invicem succedentia, reliquaque regna bellorum tempestatibus quatientia.

35 Inter haec fuere alia plurima regna, minora quidem supradictis set tamen historicorum stilis celeberrima, de quibus eminentiora sunt haec: Sycioniorum, Aegiptiorum, Argivorum, Hebreorum, Atheniensium, Micenarum, Lacedemoniorum, Corinthiorum, Macedonum, Lidorum, Siriae, Asiae, Latinorum qui postea Romani appellati sunt. Set de Latinis quomodo ad Romanorum excellentiam venerint, paucis dicamus.

40 Ante Troianum famosissimum bellum Troiaeque excidium in Italia regnaverunt: Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus annis 150. Deinde post tercium annum exterminii Troiae, quod 877° regni Assyriorum contigit anno, Aeneas profugus inde in Italiam veniens, filiam Latini Laviniam accepit uxorem, regnoque succedens ipse et posteri eius 15, qui omnes Silvii cognominati sunt, usque ad Amulium Silvium, Numitoris fra-
45 trem, in Alba civitate, quam Ascanius Aeneae filius condidit, regnaverunt annis 426. Interea regnante Amulio, Rhea Silvia quae et Alìa[f], Numitoris filia, virgo vestalis, se a Marte compressam mentita, ex stupro Remum et Romulum geminos enixa est. Quos Lupa quaedam, Faustuli regii pastoris uxor, nutrivit. Qui adolescentes Romam condiderunt, occisoque Remo, Romulus Amulio Silvio succedens, ipse et sex successores eius
50 usque ad Tarquinium Superbum regnaverunt annis 243. Deinde Tarquinio expulso, regioque nomine abdicato, consules a Bruto esse ceperunt. Post hos tribuni plebis ac dictatores, et iterum consules, rem publicam obtinuerunt per annos 464 usque ad Iulii

a) si tamen parenthesis ipse sic 1. 2. b) fere 3. c) *hoc potissimum loco sistimus, quae in codice* 1. *folio* 20'. *ad latus historiae Ptolomaei Philadelphi alio tamen atramento scribuntur:* Quinque sinodi traduntur ab apostolis habitae, pri-
55 ma in electione Mathiae, secunda de electione septem diaconorum, tercia ne circumcisio gentibus imponeretur, quarta ne Iudei prohiberentur a lege, quinta cum apostoli ab invicem erant discessuri. d) coniicitur 3. e) De *usque* morte ferienda *pag.* 402. *lin.* 16. *desunt* 3. f) *corrige* Ilia.

3) Anteriora omnia ex Beda descripta sunt; quae sequuntur cf. cum Iordane de regnorum successione.

Caesaris dictatoris monarchiam, in quibus diversis bellis Romanum regnum excrevit. Deinde a Iulio Caesare et Octaviano Augusto amplificatum, totum pene orbem suis legibus subiecit, multoque tempore singulare imperium in orbe tenuit, donec succedentium ignavia principum, et undique [a] insurgentium immanitate bellorum ad hunc quem hodie videmus perveniret defectum. 5

De sex mundi aetatibus.

Beda de temporibus c. 16. Sex mundi aetatibus tempora distinguuntur. Prima aetas ab Adam usque ad Noe, continens generationes 10, annos vero 1656, quae tota periit diluvio, sicut infantiam mergere solet oblivio. Secunda a Noe usque ad Abraham, generationes similiter complexa 10, annos autem 296, quae in lingua inventa est, id est in Hebrea. A puericia namque homo incipit nosse loqui post infantiam quae fari non potest. Tercia ab Abraham usque ad David, generationes 14, annos vero 10 940 continens; et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matheus generationum ex Abraham sumpsit exordium, qui et pater gentium constitutus est. Quarta a David usque ad transmigrationem Babilonis, generationes aeque 14 iuxta Matheum, annos autem 483 complexa, a qua regum tempora ceperunt. Iuvenilis enim dignitas regno est habilis. Quinta deinde usque ad adventum Salvatoris in carnem, generationibus et ipsa 14, annis autem 589 extenta. In qua ut gravi senectute fessa malis crebrioribus plebs Hebrea quassatur. Sexta quae nunc agitur, nulla generationum vel tempo- 15 rum serie certa, set ut aetas decrepita, ipsa totius seculi morte ferienda.

Anno 42. Octaviani Augusti Caesaris, ex quo autem Aegiptus in provinciam redacta est et Cleopatra cum Antonio victa, 28º anno, ab Urbe vero condita 752º, olimpiadis 193ae anno tercio, dominus noster Iesus Christus in Bethleem Iudae nascitur, transactis ab inicio mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952, secundum septuaginta interpretes vero 5199. 20

Hier. 44. Infantes pro Domino trucidantur ab Herode.
46. Asinius Pollio orator moritur.
47. Herodes rex Iudee cum magno cruciatu obiit, pro quo Archelaus regnavit annis 9.
A. D. 48. Fames magna facta est Romae.
9 50. Tyberius Caesar Dalmatas Sarmatasque [b] subegit. 25
53. Iani portae 12 annis iam ab Augusto clausae aperiuntur.
54. Messala Corvinus orator moritur.
55. Eclipsis solis facta est.
15 56. Archelaus in Viennam Galliae urbem ab Augusto relegatur, et Augustus moritur, anno aetatis suae 76º, et Iudea tetrarchis committitur. 30

TYBERIUS 2us, privignus Augusti, regnavit annis 23.
1. Herodes tetrarcha Iudeorum regnum tenuit annis 24.
2. Mathematici Urbe pelluntur.
3. Livius historiografus moritur. Ovidius poeta in exilio moritur.
4. Germanicus a Tyberio missus Germanos vicit. 35
Cassiod. 5. Tredecim urbes terraemotu corruerunt. Germanicus caesar moritur.
21 6. Fenestella historiographus et poeta moritur.
7. Tyberius multos reges ad se vocatos dolo, nunquam remisit.
8. Pompeii theatrum incensum est.
9. Tyberius Drusum consortem regni fecit, qui eodem anno veneno periit. 40
12. Pilatus praeses Iudeae a Tyberio mittitur.
30 15 [c]. Dominus Iesus Christus a Iohanne baptizatur, tricesimo anno aetatis suae inchoante, et praedicare cepit.
17. Iohannes baptista ab Herode thetrarcha decollatur.
18. Dominus Ierosolimis passus est et resurrexit. Eclipsis solis et maximi terrae motus facti sunt.
Hier. 19. Iacobus frater Domini, Ierosolimorum episcopus ab apostolis ordinatus, sedit annis 30. *Stephanus lapidatur.* 45
ib. *Paulus convertitur* [d].
35 20. Pilatus imaginem caesaris in templo statuens, seditionem excitavit.
21. Pilatus Romam venit, et de miraculis Domini cesari nunciavit.
22. Tyberius ea quae a Pilato audierat senatui nunciavit, set senatus contempsit.
23. Tyberius populum Romanum graviter afflixit, et ipse veneno periit. 50

GAIUS CALICULA 3us, annos 4 [e], menses 6, dies 8, vir scelestissimus.
1. Herodes Agrippa rex Iudeae a Gaio constitutus, regnavit annis 7.
40 2. Iudei apud Alexandriam profligantur; pro quibus Philo clarissimus scriptor apud Gaium interpellans, nichil profuit.
3. Pilatus semetipsum interfecit, magnis a Gaio calamitatibus oppressus. 55
ib. 4. Matheus euangelium hebraice scripsit. Gaius occiditur a protectoribus suis.

CLAUDIUS 4us, annos 13, menses 8, dies 28.
2. Petrus apostolus Romam venit, ibique per 25 annos predicans, episcopatum tenuit.
45 3. Herodes Agrippa ab angelo percussus expiravit; pro quo filius eius Agrippa regnavit annis 26. Marcus in Aegipto praedicavit. 60
4. Fames magna facta est. Claudius Britanniam subegit.
5. Nova insula 30 stadiorum in mari aparuit.
6. Cives Romani a Claudio numerati inventi sunt sexagies novies centum et quadraginta quatuor milia [f].
49 7. Iudeorum in seditione 30,000 necantur in diebus azimorum.
9. Claudius Iudeos Urbe expulit. 65
10. Magna fames Romae facta est.

a) unde 1. b) salmatasque 1. c) *haec prius anno* 14, Ioh. — decollatur *anno* 16. *adscripta fuerant* 1. d) *haec in marg. alio atramento* 1. e) III *corr.* IIII 1. f) LXes VIIIIes C et XLIIII 1.

11. Claudius Felicem procuratorem Iudeae fecit.
12. His temporibus Symon magus, symoniacae hereseos auctor extitit.
13. Aegiptius quidam pseudopropheta Iudeorum plures seducens, a Felice opprimitur.
14. Claudius veneno mortuus est, anno aetatis 64°.

NERO 5us, annos 13, menses 7, dies 28. Iste flagitiosus in cunctis, primam in christianos persecutionem exercuit.
1. Seditio in Caesarea orta, plures Iudeorum perdidit.
2. Paulus apostolus Romam a Festo praeside mittitur.
3[a]. Hucusque liber actuum apostolorum, continens a passione Domini annos 27.
4. Statius poeta clarus habetur.
5. Nero Agripinam matrem suam et sororem patris interfecit.
6. Nero infinita luxuria et lascivia ignaviaque bachatur.
7. Iacobus frater Domini a Iudeis lapidatur.
8. Marcus euangelista apud Alexandriam passus est.
9. Neronianae thermae a Nerone edificantur.
10. Nero ut similitudinem Troiae ardentis videret, magnam partem Romae concremavit.
11. Nero Senecam magistrum suum interfecit. [b]*Ieronimus in libro de viris illustribus: Lucius Annius Seneca Cordubensis, Fotini stoici discipulus, patruus Lucani poetae, maltas epistolas scripsit ad Paulum apostolum et Paulus ad illum; qui se talem inter suos fore optavit, qualis Paulus habebatur inter christianos.*
12. Vespasianus dux exercitus adversus Iudeos rebellantes a Nerone mittitur.
13. Petrus et Paulus a Nerone propter Symonem magnum trucidantur 3. *Kal. Iul.*[c], et pestilentia Romae facta est. Neroque seipsum interfecit.

Linus primus a beato Petro papa sedit annis 12, *passus* 6. *Kal. Decemb.*[d].
Anthiochiae secundus episcopus ordinatur Ignatius.

GALBA 6us, menses septem. OTHO menses 3. VITELLIUS menses 8.

VESPASIANUS 7us, in Iudea pugnans, imperator ab exercitu constituitur, et regnat annos 9, menses 11, dies 22, vir militari virtute praecipuus.
1. Titus[f] Iudeos inenarrabili fame cruciatos obsedit.
2. Ierusalem a Tito expugnata destruitur, anno a passione 42[g], a prima vero conditione templi sub Salomone anno 1089[g].
5. Hoc tempore Iosephus historiografus clarus habetur.
7. Colossus erectus est, habens altitudinis pedes 107.
9. Pestilentia Romae facta est; et terraemotus tres civitates Cipri subvertit.
10. Vespasianus profluvio ventris in villa circa Sabinos obiit.

Haec cronica in successione Romanorum pontificum sequitur Eusebium, non pontificalem librum, cui tamen magis in hac descriptione esset credendum, ut puto quem Damasus papa rogatu sancti Ieronimi[e] diligentissime descripsit.

TITUS 8us, Vespasiani filius, annos 2, menses 2, vir omni genere virtutum mirabilis, ita ut delitiae[h] et amor humani generis diceretur.
1. Titus anphitheatrum Romae construxit, in cuius dedicatione 5000 ferarum occidit.
2. Anacletus papa 2us, sedit annis 12, *passus*[i] 6. *Kal. Maii. Post*[k] *Linum papam quidam libri habent Cletum et post Clementem Anacletum, set historia Eusebii Cletum papam omnino praeterit.*

Titus in eadem villa qua et pater obiit, anno aetatis suae 42.

DOMITIANUS 9us, frater Titi, annis 15, mensibus 5. Hic omnibus infectus sceleribus, secundo persequitur christianos.
1. Domitianus eunuchos fieri prohibuit.
2. Decreto senatus Titus inter deos refertur.
3. Tres virgines Vestae ob stuprum damnantur.
4. Anianus primus post Marcum euangelistam episcopus Alexandriae, post annos 22 obiit; pro quo Abilius 2us sedit annis 13.
6. Domitianus se Deum et dominum apellari iussit.
8. Quintilianus rethor Romae clarus habetur.
9. Hic heresis Menandri magi et Hebionitarum et Cherinthiorum et Nicolaitarum exoritur.
10. Hoc tempore Romani plurima mala a cesare et ab hostibus pertulerunt.
11. Domitianus de Dacis et Germanis triunphat.
12. Clemens 3us papa, sedit annis 9. Cornelia virgo vestalis ob stuprum viva defossa est.
13. Domitianus multos nobilium occidit.
14. Iohannes apostolus in Pathmos insulam a Domitiano in exilium missus, apocalipsin scripsit.
15. Domitianus Flaviam Domitillam cum multis aliis in exilium pro fide Christi relegavit.
16. Domitianus cum multa mala egisset, crudeliter a suis interfectus est.

NERVA 10us, senex, annum 1, menses 4, dies 8. Hic primo edicto suo omnes exules revocavit.
1. Sanctus Iohannes apostolus ab exilio rediens, euangelium scripsit. Nerva morbo confectus obiit.

TRAIANUS 11us, genere Hispanus, annos 19, menses 6, dies 15, vir rei publicae utilis, sed errore decepius, tercio persequitur christianos.
1. Alexandriae Cerdo episcopus tercius, sedit annis 12.
2. Iohannes apostolus apud Ephesum dormivit in pace, anno a passione Domini 68.
3[m]. Liber sancti Ieronimi de viris illustribus asserit, Clementem papam hic obisse 9. Kal. Dec.[n], et quartum a beato Petro fuisse.
4. Euarestus papa 4us, sedit annis 8, *passus*[o] 6. *Kal. Novembr.* Traianus de Dacis et Scithis triunphat.
5. Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.

Nota[l] *repugnantia videri, Clementem papam 32° anno post mortem Iacobi fratris Domini intronizari apostolicae sedi, et ad eundem aliqua decretalia constituisse.*

a) *Huic anno errore quodam numerus* LX. *in codice* 1. *adscriptus est; ita et infra* LXX, *et alii.* b) *haec in marg. alio atramento.* c) III. Kl. Iul. *alio atram.* 1. d) p. VI. K. D. *alio atr.* 1. e) ieromini 1. f) *errore additur* VIII. *quod et infra suo loco habetur* 1. g) II *et* Ī *addita alio atr.* 1. h) diuitiae 1. 2. i) p. VI. K. M. *alio atramento nec ad Anacletum sed ad Cletum referenda.* k) *haec in marg. eadem manu* 1. l) *alio atramento in marg.* 1. m) *haec atramento paullum diverso inserta sunt* 1. n) VIIII. Kal. Dec. *alio atr.* 1. o) passus VI. Kal. Nov. *alio atr.* 1.

A. D. 105 6. Hoc tempore Symeon, Cleopae filius, Ierosolimis episcopus crucifigitur. Ignatius Antiochiae episcopus clarus doctor habetur.

Hier. 8. Terrae motus magnus. [a] *Adhuc floruit Policarpus Smirnae episcopus, apostolorum discipulus.*

9. Hoc tempore Plinius Secundus, philosophus clarus, pro christianis Traianum mitigat.

109 10. Terrae motus multas urbes subvertit, et aurea domus Neronis incendio periit, et pantheum fulmine concrematum est.

12. Alexander papa 5us, sedit annis 10[b], *qui* 5. *Nonas Maii martirio coronatus est.*

13. Alexandriae Primus episcopus quartus, sedit 12 annis.

14. Post Iustum Ierosolimae episcopum Zacheus sedit.

15. Terrae motus pene totam Antiochiam subruit.

115 16. Traianus Armeniam, Assiriam et Mesopotamiam provincias facit.

17. Ignatius Antiochiae episcopus martirizatur.

18. Iudei commoti magnas cedes hominum faciunt, set in Alexandria victi ab omnibus ubique trucidantur.

19. Traianus apud Seleuciam profluvio ventris moritur, anno aetatis 64.

HELIUS ADRIANUS 12us, annis 21. Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem virum sapientem libris apologeticis edoctus, mitis efficitur christianis.

1. Adrianus Alexandriam publicis restauravit expensis.

120 2. Adrianus iterum Iudeos profligat.

3. Sixtus papa 6us, sedit annos 12. Adrianus plurima tributa relaxat.

4. Terrae motus factus est. Bellum contra Sauromatas gestum.

5. Adrianus in Libiam, quae a Iudeis vastata fuerat, colonias deducit.

6. Alexandriae Iustinus episcopus 5us, sedit annis 11. Adrianus legem dedit Atheniensibus.

125 7. Ierosolimis post Philippum episcopus Seneca 10us.

8. Hoc tempore Aquila interpres habetur.

9. Adrianus apologeticis nostrorum acceptis, literas pro christianis misit.

11. His temporibus Saturninus Basilides et Carpocrates heresim condiderunt.

130 12. Adrianus pater patriae primus appellatur.

13. Antiochiae Cornelius episcopus constituitur. Nicopolis et Caesarea terrae motu corruerunt.

14. *Sixtus* [d] *papa sub Adriano imperatore passus est,* 8. *Idus Aprilis.*

15. Thelesphorus papa 7us, sedit annis 7; *iuxta* [e] *hystoriam* [1] *Eusebii annis* 11. *Passus* [f] 4. *Non. Ianuarii.*

16. Iudei in arma versi, Palestinam depopulantur.

135 17. Alexandriae Eumenes episcopus 6us, sedit annis 13.

18. Iudei iterum commoti, magnis ubique cedibus enecantur.

19. Ierusalem ab Helio [g] Adriano reparata est, et ex eius nomine Helia nuncupata, et Iudeis ne introirent interdicta.

20. Primus ex gentibus Ierosolimis episcopus Marcus ordinatur, cum iam 15 de Iudeorum gente obissent.

21. Adrianus morbo intercutis aquae moritur, maior sexagenario.

ANTONINUS, cognomento Pius 13us, annis 23[h], mensibus 3. Iste per apologeticum Iustini, christiani philosophi [i] et postea martiris, edoctus, clemens efficitur nostris.

140 1. Yginus papa 8us, sedit annis 4[k]. *Hic discessit* 4. *Idus Ian.*

2. Antoninus pater patriae apellatur.

3. Valentinus et Cerdo, et post hos Marcion et Marcus aeclesiam heresi impugnant.

4. Iustinus [l] philosophus pro christianis apologeticon Antonino scripsit.

5. Pius papa 9us, sedit annis 15[m]. *Hic discessit* 4. *Idus Iulii.*

145 6. Antiochiae constituitur episcopus Heros.

9. Alexandriae Marcus episcopus 7us, sedit annis 10.

10[n]. *Pius papa iuxta baptisterium sanctae Praxedis consecravit titulum sancti Hermae, de quo apostolus ad Romanos: „Salutate Phlegontham, Hermen," cuius creditur esse liber ille Pastoris, licet apocrifus, qui apud Grecos multum usitatur.*

152 13. Apollonius et Basilides philosophi clari habentur.

17. Crescens Cinicus philosophus, Iustino nostro philosopho persecutionem commovit, in qua ille pro Christo occubuit.

18. Alexandriae Celadion episcopus 8us, sedit annis 14.

19. Anicetus papa 10us, sedit annis 11. *Martirio* [o] *coronatus* 16. *Kal. Maii: Cuius* [p] *tempore memorat Egesippus, se Romam venisse, ibique usque ad Eleutrum papam permansisse.*

160 21. Ierosolimis post Marcum factus est episcopus Cassianus 17us.

22. Antoninus Pius apud Lorium obiit, anno aetatis 77[q].

MARCUS ANTONINUS VERUS 14us, cum fratre Lucio Aurelio Commodo, annis 19, mense 1.

1. Hi primum aequo iure administraverunt imperium.

2. Lucio cesari Athenis sacrificanti, ignis ab oriente ad occidentem in celo ferri visus est.

165 3. Fronto orator insignis habetur.

4. Caesares de Parthis triunphant.

5. Sub his principibus quarta persecutio orta, apud Asiam Policarpum cum plurimis, et in Gallia multos sanctorum coronavit.

7[r]. Hoc tempore maxima lues multas vastavit urbes, et exercitum Romanum pene delevit.

170 8. Sother papa 11us, sedit annis 9[s]. *Hic* [t] *discessit* 11. *Kal. Maii.* Antiochiae Theophilus episcopus, vir sapiens, ordinatur.

a) *haec alio atr. addita* 1. b) *sequentia alio atr.* 1. d) *haec alio atr.* 1. e) i. h. E. a. XI. *alio atr.* f) P. IIII. N. I. *alio iterum atr.* g) ⊢ *rubrum* (h) 1. h) XXII. *corr.* XXIII. 1. i) *in loco raso* 1. k) *reliqua alio atr.* l) Iustus 1. m) *reliqua alio atr.* 1. n) *haec alio atramento* 1. *in Gestis pontt. desi derantur.* o) m. c. XVI. K. M. *alio atr.* 1. p) Cuius — permansisse *alio iterum atramento* 1. q) *alio atr. additur annus* XIIII. XXIII. r) *haec in loco raso* 1. s) VIII. *corr.* VIIII. 1. t) H. d. XI. K. M. *alio atr.*

1) scilicet chronicon Hieronymi et Gesta pontt. Rom.

10. Alexandriae 9us Agrippinus episcopus sedit annis 10. Lucius cesar apoplexi extinctus est.
11. His temporibus Egesippus, Dionisius Corinthi episcopus, Pynitus Cretae episcopus, Theophilus Antiochiae episcopus, Modestus[5], Melito, Apollinaris et alii plurimi doctores clari habentur. Hier.
13. Katafrigarum heresis oritur.
5 14. Hoc tempore Datianus[a] heresim Encraticarum condit.
15. Antoninus Commodum filium consortem regni fecit.
16. Imperatores de hostibus triumphant et debita plebi relaxant.
17. Eleutherus[b] papa 12us sedit annis 13. *Hic*[c] *discessit* 8. *Kal. Iun.* Lucius Britanniae rex ab Eleutero papa ut christianus efficiatur, impetrat.
10 18. Antoninus in Pannonia moritur. 180
LUCIUS ANTONINUS COMMODUS 15us post mortem patris annos 13 regnavit. Hic Germanos feliciter vicit; caeterum obscenus et pravus fuit.
1. Alexandriae Iulianus episcopus 10us sedit annis 10.
2. Serapis templum Alexandriae incensum est.
15 3. Hoc tempore Pantenus et Clemens Alexandriae clari habentur.
4. Ierosolimis Maximus episcopus ordinatur 27us. 185
5. Commodianae thermae Romae factae sunt.
6. Origenis apud Alexandriam nascitur.
7. Hoc tempore Montanus quidam catafrigarum heresim condit.
20 8. Hireneus, Lugdunensis episcopus, et alii doctores claruerunt.
9. Capitolium Romae et bibliotheca fulmine cremantur. 190
10. Victor[d] papa 13us sedit annis 11. Demetrius Alexandriae 11us episcopus, annis 43. Commodus colossi capite sublato, suae imaginis caput iussit imponi.
12. Magna questio de pascha oritur, et in dominica die celebrari iubetur.
25 13. Commodus cunctis incommodus, in domo Vestali strangulatur. HELIUS PERTINAX 16us, mensibus 7. Hunc IULIANUS iuris peritus occidens, regnavit menses 7.
SEVERUS 17us, genere Afer, annos 17. Hic Iulianum civili praelio vicit, et se Pertinacem appellavit.
3[e]. Hoc tempore Narcissus Ierosolimorum episcopus, et Theophilus Caesariensis, Policarpus quoque et Bacchilus Asiani, et alii episcopi insignes habentur.
30 5. Iudaicum et Samariticum bellum motum est.
6. Severus Parthos et Adiabenos Arabasque superavit. 200
8. Thermae Severianae apud Antiochiam factae sunt. [f] *Victor papa martirizatus est* 12. *Kal. Maii.*
9. Zepherinus papa 14us[g], *qui discessit* 7. *Kalend. Septembris,* sedit ann.[h] 17[f].
10. Severus quinta persecutione plurimos sanctorum coronavit. Inter quos pater Origenis Leonides cum multis
35 aliis martirizatur.
12. Perpetua et Felicitas hac persecutione apud Carthaginem bestiis deputantur.
13. Hoc tempore Simmachus et Theodocion interpretes habentur.
14. Severus vallum apud Britannos per 132 milia passuum a mari ad mare fecit.
16. Tertullianus Afer clarissimus habetur. 210
40 17. Severus in Britannia moritur.
ANTONINUS CARACALLA 18us, annis 7.
1. Antiochiae Asclepiades episcopus ordinatur nonus.
2. Hoc tempore Alexander episcopus Capadociae a Narcisso Ierosolimorum episcopus constituitur.
3. Antoninus Caracalla, propter genus vestis quod Romae erogabat, cognominatur.
45 5. Antoninus Romae thermas sui nominis aedificavit.
6. Antoninus impatientia libidinis novercam suam Iuliam duxit uxorem.
7. Antoninus interficitur, anno vitae 43.
OPHNUS[i] MACRINUS 19us, annum 1.
1. Macrinus cum filio Diadumeno occiditur. Antiochie[k] Philetus episcopus 10us constituitur.
50 MARCUS AURELIUS ANTONINUS 20us, annos 4.
1. Calistus papa 15us, sedit annos 5, *qui*[l] *passus est sub Alexandro imperatore* 2. *Idus Octobris.* 220
2. Ypolitus episcopus clarus habetur.
3. In Palestina Nicopolis, quae prius Emaus vocabatur, condita est.
4. Aurelius tumultu militari Romae occiditur.
55 AURELIUS ALEXANDER 21us, annos 13. Hic in matrem suam unice pius fuit et cunctis carus.
1. Alexander Xerxen regem Persarum vicit.
2. Urbanus papa 16us, sedit annos 8. Hic multos nobilium ad fidem Christi convertit, *qui* 8. *Kal. Iunii ex hac luce discessit*[m]. 225
4. Ulpianus iuris consultus insignis habetur.
60 5. Neronianae thermae Alexandrinae vocantur.
6. Geminus presbiter, Ypolitus et Berillus episcopi et Bostrenus clari habentur.
7. Antiochiae episcopus Zebennus 11us.
8. Mammea, mater Alexandri, Origenem celeberrimum doctorem ad se vocatum audire curavit. 230
10. Pontianus papa 17us, sedit annis 6, *qui*[n] *passus est sub Maximino imperatore* 12. *Kal. Decemb.*
65 11. Alexandriae Heraclas episcopus 12us, vir sapiens, sedit 14.

a) *lege* Tatianus. b) E. p. XII. s. a. XIII. *primum initio anni* 15. *scripta, tum anno* 16. *subiecta, et alio iterum atram. anno* 17. *adscripta sunt.* c) H. d. VIII. K. I. *alio atram.* d) Victor — XLIII. *prius anno sequenti adscripta erant in* 1. *In chronico Hieronymi Demetrii nomen quaestioni de pascha antecedit.* e) *huic anno annus mundi* 4150. *et Christi* 200. *adscribuntur in* 1. f) *haec alio atramento.* g) qui — Septembris *alio atr.* h) XVIII. *corr.* XVII. 1. i) *ita*
70 1. 2. Opilius 3. k) A. — constituitur *alio atr.* l) qui — Octobris *alio atr.* m) qui — discessit *alio atr.* n) qui — Decemb. *alio atr.*

5) deest apud Hieronymum.

235 13. Alexander tumultu militari occiditur.

MAXIMINUS 22us, annis 3. Iste christianos et maxime rectores aeclesiae sexto post Neronem persequitur.

Hi. a. 213. 1. Alexander Ierosolimorum episcopus 35us.

2. Pontianus papa et successor eius Antherus 18us papa post primum mensem pontificatus[a], 3. *Non. Ianuar.* martirizantur.

3. Fabianus papa 19us, sedit annis 14. Maximinus Aquileiae occiditur.

GORDIANUS 23us, annis 6.

240 2. Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio occisi sunt.

3. Hoc tempore Iulius Affricanus chronographus clarus habetur.

4. Hac tempestate Origenes Theodorum[b] et Athenodorum fratres, postea episcopos nobiles, divina imbuit philosophia.

6. Gordianus cum victor a Parthis reverteretur, haut longe[c] a Romano solo interficitur.

PHILIPPUS 24us, cum filio Philippo, annis 7. Hic primus omnium imperatorum christianus fuit. [d]*De hoc Philippo legitur in aeclesiastica historia, quod in ipsa die paschae cum communicare vellet, ab episcopo loci non permitteretur, usque dum praemissa confessione peccatorum inter penitentes satisfaceret.*

245 1. Philippus filium suum Philippum consortem regni sui fecit.

Hi. a. 249. 3. Alexandriae 13us Dionisius episcopus clarus doctor sedit annis 19. [e]*Qui in suo tempore Sabellianam heresim apud Ptolomaidem asserit exortam*[6].

Sabelliana heresis oritur.

4. Millesimus annus ab Urbe condita festive celebratur.

5. Origenes presbiter his temporibus tanta scripsit, ut Ieronimus quodam loco quinque milia librorum eius se legisse dicat[7].

7. Philippus senior Veronae, iunior vero Romae, occiditur.

DECIUS 25us, anno 1, mensibus 3. Iste septimam in christianos persecutionem excitavit.

1. Fabianus martirizatur 13[f]. *Kal. Febr.*, pro quo Cornelius papa 20us sedit ann. 3. Decius cum filio suo occiditur *in*[g] *Tracia a Gothis.*

GALLUS 26us, cum Volusiano filio, ann. 2, mens. 4.

1. Origenes[h] anno aetatis septuagesimo moritur[i]. Novatus presbiter *Romanae aeclesiae*[k], heresis auctor extitit *Novatianorum, qui se catharos, id est mundos*[l], *dixerunt. Novatiani*[m] *in crimine lapsis veniam denegant, etsi digne peniteant.*

Hi. a. 256. 2. Gallus et Volusianus Teramnae interfecti sunt.

VALERIANUS 27us, cum Gallieno ann. 15. Iste octavam persecutionem exercuit in christianos.

255 1. Cornelius papa martir efficitur 18. *Kal. Octobr.*[n] Lucius papa 21us, sedit menses 8, *passus*[o] 4. *Non. Martii.*

2. Stephanus papa 22us, sedit annos 2, *qui martirio coronatus est* 4. *Nonas Augusti*[p].

3. Cyprianus doctor eximius Carthaginensis episcopus martirio coronatur.

Hi. a. 260, 262. Herm. a. 259. 4. Sixtus papa 23us, sedit ann. 11,[q] *qui pro Christo decollatus est* 8. *Idus Augusti.* Valerianus commota persecutione, a Sapore rege Persarum captus, et oculis privatus, in servitute miserabili consenescit; et Gallienus territus, pacem reddidit christianis.

8. Germani Italiam, Alemanni Gallias et Italiam populantur.

cf. Hi. a. 266. 9. Grecia, Macedonia, Pontus, Asia depopulantur per Gothos.

Hi. a. 267. 11. Alexandriae Maximus episcopus 14us, sedit ann. 18.

12. Hoc tempore Theodorus, qui et Gregorius, Neocaesariae episcopus virtutibus claruit.

13. Ierosolimae Hymeneus episcopus constituitur 37us.

14. Dionisius papa 24us, sedit ann. 9. *Hic discessit* 6. *Kal. Ianuarii*[r].

15. Gallienus Mediolani occiditur.

CLAUDIUS 28us, ann. 1, mens. 9. Iste Gothos iam per 15 annos Illiricum Macedoniamque vastantes superat.

270 1. Paulus de Samosathe Antiochiae episcopus hereticus esse convincitur. [s]*Hic Anthiochiae episcopus feminarum consortio delectabatur, quod et clericis suis concessit, ne sibi hoc crimen possent imputare, quippe astricti eodem crimine. Hic etiam Christum hominem communis naturae asseruit. Hic cum damnatus nollet ab aeclesia discedere, ad cumulum sui dedecoris publica manu expellitur ab aeclesia, ut narrat aeclesiastica hystoria.*

Euseb. VII. c. 23, 24.

2. Claudius Sirmio moritur, pro quo frater QUINTILLUS regnavit dies 17, et Aquileiae occiditur.

AURELIANUS 29us, ann. 5, mens. 6. Hic rei publicae utilis, primo clemens christianis, postea persecutor fuit.

2. Zenobia[t] regina orientis vincitur.

3. Aurelianum Romae triumphantem Tetricus et Zenobia captivi praecesserunt.

275 4. Aurelianus templum Soli aedificat, et nonus persecutionem in christianos excitat.

Hier. a. 278. 5. Aurelianus divino fulmine territus, inter Bizantium et Eracliam a militibus occiditur.

ib. a. 279. TACIUS 30us, mens. 6, quo apud Pontum occiso, FLORIANUS regnat dies 88, et apud Tharsum interficitur.

1. Felix papa 25us, sedit ann. 5[u], *qui martirio coronatus est* 3. *Kal. Iunii.*

PROBUS 31us, ann. 6, mens. 4.

1. Galliae a barbaris vastatae, a Probo Romano restituuntur imperio.

2. Anatholius Laodiciae episcopus clarus habetur.

280 3. Manes quidam, genere Persa, insanam Manicheorum heresim condidit.

4. Antiochiae episcopus Quirillus constituitur 18us.

a) III. N. Ian. *alio atr.* b) cognomento Gregorium *addit* 5. (*v. a.* 266.) c) *supra lineam* 1. d) *quae sequuntur, in margine scripta sunt.* e) *quae sequuntur, alio atram.* f) XIII. K. F. *alio atr.* g) in T. a G. *alio atr.* h) origenis 1. i) et in tyro sepelitur *Mur.* k) r. ae. *supra scr.* l) i. m. *supra scr.* m) *haec in marg. scripta.* n) XVIII. Kal. Oct. *alio atr.* o) p. IIII. N. M. *alio atr.* p) q. m. c. e. IIII. N. A. *alio atr.* q) *haec alio atr.* r) H. d. VI. K. I. *alio atr.* s) *haec in margine superiore paginae* 1. t) Cenobia *littera* C *rubra cf. ann. seq.* u) VI. *corr.* V. *reliqua alio atr.* 1.

6) Factum id a sancto Babyla episcopo Antiocheno refert Eusebius hist. eccles. VI, 27, quo tamen testimonio non obstante Pagius in critica Baronii ad ann. 244. n. IV. Philippum christianum fuisse negat cum aliis eruditis. USS. 7) fortasse in epistola ad Paulam, in qua se operum Origenis catalogum texuisse testatur cap. 54. de viris illustr., quae tamen intercidit. USS.

5. Euthicianus papa 26us, sedit mens. 10[a], *passus pro Christo* 8. *Kalend. Augusti.*

6. Gaius papa 27us, sedit ann. 15. Alexandriae Theonas episcopus 15us, ann. 18. Probus apud Sirmium tumultu militum occiditur.

CARUS 32us, cum filiis Carino et Numeriano, ann. 2.

1. Carus victor de Parthis, super Tygridem fulmine ictus interiit.

2. Numerianus occiditur. Carinus apud Margum a Dioclitiano interficitur. Hucusque ab incarnatione Domini supputantur anni 284 secundum Dionisium. 285

DIOCLETIANUS 33us, ann. 20.

1. Ab hoc anno Greci paschales circulos inchoabant.

2. Diocletianus Herculium Maximianum in consortium regni assumit.

3. Maximianus in Gallia Amandum cum rusticis vicit.

4. Hoc tempore Carausius Britannias, Narses rex Persarum orientem, Aegiptum Achilleus, Quinquegentiani Africam vastaverunt. 290

6. Diocletianus Constantium, Constantini patrem, caesarem facit, qui regnavit ann. 16.

7. Diocletianus Galerium Maximianum caesarem facit.

8. Hoc tempore Phierius presbiter et Achillas et Melitius Alexandriae claruerunt.

9. His temporibus diversis et multis praeliis hostes diversi vincuntur.

11. Diocletianus se ut deum adorari iussit.

13. Gaio papa 10. *Kal. Maii*[b] martirizato, Marcellinus 28us successit, ann. 9, [c] *qui item passus est pro Christo*, 6. *Kal. Maii. Huc usque aeclesiastica historia Eusebii successiones praesulum Romanorum sive Alexandrinorum aperte describit, sicut et hic descriptae habentur.*

14. Diocletianus victo Achilleo, Alexandriam Aegiptumque recepit.

15. Constantius 60 milia Alemannorum occidit. 300

16. Alexandriae Petrus 16us episcopus, sedit ann. 12. Hi. a. 304.

17. Galerius[d] Maximianus Narseum superavit, et uxorem ac liberos eius captivavit.

18. Diocletianus et Maximianus insigni pompa de hostibus triumphant.

19. Diocletianus in oriente, et Herculius Maximianus in occidente aeclesias subvertunt, libros divinos incendunt, et christianos decima persecutione post Neronem cruciaverunt.

20. Diocletianus Nicomediae, et Maximianus Mediolani purpuras et regnum ob senectutis defectum sponte deponunt. Oros. 7, 25.

GALERIUS[e] et CONSTANTIUS augusti. Maximinus persecutor christianorum et Severus caesares eliguntur.

1. Constantius augustus, vir mansuetus, in Britannia Eboraci obiit. ibid. Hier. a. 309.

CONSTANTINUS, Constantii ex concubina Helena filius, ann. 30, mens. 10. Hic primus imperator, excepto Philippo christianus fuit, et ab hoc christiani imperatores ceperunt.

1. Maxentius, Maximiani Herculii filius, augustus appellatur. Marcellus 29us *papa sedit ann.* 5, *passus*[f] 17. *Kal. Februarii.*

2. Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter interficitur.

3. Occiso Severo, Licinius caesar efficitur.

4. Galerius[g] Maximianus, christianorum persecutor, divina ultione tactus, parcere christianis iussit. Oros. 7. 28.

5. Maximinus caesar persecutionem restaurat. 310

6. Petrus Alexandriae episcopus martirio coronatur, pro quo Achillas sedit. Eusebius papa 30us, ann. 6; [h] 6 Non. Octobris discessit. *Magna fames et lues in persecutores facta est.* Hier. a. 316. Hist. misc.

7. Persecutio tandem post 10 annos finita est.

8. Constantinus Maxentium civili praelio, Deo iuvante, apud pontem Mulvium[i] vicit.

9. *Maximinus*[k] *caesar cum magno cruciatu miserabiliter et digne moritur.* cf. Hier. a. 315.

10. Plurimi persecutorum et magorum trucidantur.

12. Licinius caesar primo bonus christianorum ultor, prava contra Constantinum machinans et christianos persequens, victus bello interiit. Melciades papa 31us, sedit annis 4, obiit[l] 4. *Idus Ianuarii*[m]. Euseb. hist. eccl. IX, 10. Oros. 7, 28.

14. Hoc tempore Alexandriae presbyter Arrius nefandam Arrianorum heresem condit, sub Alexandro episcopo, qui Achillae successit. Arrius heresiarcha.

16. Silvester papa 32us[n], ann. 23, mens. 10, *qui discessit* 2. *Kalend. Ianuarii*[o].

17. Concilium in Nicea congregatur 318 episcoporum, *sub Silvestro*[p] *papa, in quo Arrius condemnatur*[q], *et* 70 *capitula constituuntur, sicut Athanasius dicit, qui eidem sinodo interfuit.* Nicenum concilium.

Sunt ex Nicea decies septena statuta,
Sicut Athanasius scribit simul et papa Marcus.

19. Hoc tempore crux dominica ab Helena Constantini matre Ierosolimis reperitur, sub Machario eiusdem urbis episcopo.

20. Vicennalia Constantini acta Romae. 325

22. Constantinus Sarmatas, Gothos et multas nationes Romano subdit imperio. Oros. 7, 28.

24. Constantinus Bizantium urbem reparavit, et ex suo nomine Constantinopolim apellavit, et sedem Romani regni esse voluit.

25. Athanasius episcopus ordinatur Alexandriae[r].

26. His temporibus Indi et Hiberi efficiuntur christiani. 330

27. His temporibus Eusebius Caesariensis episcopus, et Iuvencus poeta, et plurimi doctores claruerunt.

28. Antonius monachus clarus habetur.

29. Constantia, Constantini soror, uxor Licinii moritur. Euseb. Hist. eccl. IX. 11.

30. Constantinus in Arrianum dogma labitur. Hier. a. 310.

a) *reliqua alio atr.* b) X. K. M. *alio atr.* c) qui — Maii *alio atr.* d) Valerius *littera* V *rubra* 1. e) Valerius *littera* V *rubra, adscripto* G *nigro.* f) p. XVII. K. F. *alio atr.* g) Valerius *littera* V *rubra* 1. h) VI. N. O. d. *alio atr.* i) vluium 1. 2. k) maximininus 1. l) *deest* 1. m) IIII. Id. I. *alio atr.* n) XXXII. *corr.* XXIII. 1. o) q. d. II. K. I. *alio atr.* p) *supra locum rasum, quo e. g.* iulio *aut simile quid scriptum erat* 1. q) demnatur *et reliqua anni atramento alio.* r) *alio atr.*

335 31. Constantinus dum bellum in Persas pararet, apud Nicomediam obiit, anno aetatis 66°.
CONSTANTIUS, filius Constantini, cum Constantino et Constante fratribus ann. 24, mens. 5, dies 13.
1. Constantius fit Arrianus per Arrianum presbiterum et Eusebium Nicomediensem, et persequitur catholicos.
Hier. a. 341. 2. Iacobus Nisibinus episcopus virtutibus claruit.
3. Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur. 5
4. Terrae motus multas urbes diruit.
340 5. Franci a Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.
6. Constantinopoli eiecto ab Arrianis Paulo episcopo, Macedonius heresiarches in locum eius substituitur.
Hier. 7. Hoc tempore Maximinus Treverorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandriae episcopus, a Constantio profugus, honorifice suscipitur. 10
8 [a]. Marcus 33us papa sedit ann. 2. [b] *Nonis* [c] *Octobris*.
9. Athanasius episcopus ad Constantis literas Alexandriam regreditur.
345 10. Eclipsis solis facta est, et terrae motus multas urbes subvertit [d]. Iulius 34us papa, ann. 15. 2. *Id. Apr.* [e]
11. Bellum contra Persas gravi Romanorum damno geritur.
Hier. 12. Constans haut longe ab Hispania interficitur, anno aetatis 30°. 15
14. His temporibus ossa Thimothei et sancti Andreae apostolorum et Lucae euangelistae Constantinopolim allata sunt.
351 16. Antonius monachus centesimo quinto aetatis suae anno in heremo moritur; quo tempore multi heremitae virtutibus claruerunt.
17. Victorinus rethor et Donatus grammaticus Romae insignes habentur. 20
18. Iulianus caesar efficitur a Constantio.
19. Magnae Alemannorum copiae apud Argentarium [f] deletae sunt.
355 20. Iulianus Rheno Germanos vicit *).
21. Hilarius Pictaviensis episcopus, et Athanasius Alexandrinus, et omnes catholici episcopi ab Arrianis multa mala sunt perpessi. 25
22. Apud Ariminum sinodus Arrianorum 400 episcoporum [g] contra fidem facta est.
Oros. 7, 29. cf. Hier. a. 352. 23. Iulianus successu bellorum elatus, augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat. [h] Liberius papa 35us, sedit annos 6. Quo expulso, locum eius Felix papa 36us uno anno occupavit; et iterum Liberius suae sedi restituitur [i]. Sanctus autem Felix Constantium imperatorem hereticum esse declarans, martirizatus est, 4. Kal. Augusti.
24. Constantius Parthico bello dimisso, contra Iulianum arma sumens, moritur. 30
IULIANUS apostata, annum 1, menses 8. Hic ex christiano lectore paganus factus, persequitur christianos.
360 1. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Iohannis baptistae invadunt.
2. Iulianus ad bellum Parthicum profectus, et christianorum sanguinem diis suis vovens, Dei iudicio a quodam hoste occisus interiit, anno aetatis 32°.
IOVIANUS menses 8. Iste iterum cum omni exercitu ad christianitatem redit. 35
1. Sinodus heretica Antiochiae facta est. Iovianus in nova domo recubans, suffocatus odore prunarum et calcis moritur.
VALENTINIANUS annos 11. Hic ob fidem Christi tribunatu militum a Iuliano privatus est.
1. Valentinianus Valenti suo fratri orientis imperium dedit.
Oros. 7, 32. 2. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo seductus et baptizatus, post mortem fratris orthodoxos persequitur. 40
Hi. a. 370. 3. Gratianus, Valentiniani filius, Ambianis imperator efficitur. Vera lana pluviae immixta de nubibus fluxit.
4. Athanaricus rex Gothorum christianos in sua gente persequitur. [k] Damasus papa 37us, sedit annos 18. — 3. [l] Idus Decembris.
5. Hoc tempore Apollinaris episcopus plura scripsit, set postea heresim condit.
6. Magna fames in Phrigia. 45
7. His diebus post Auxentii Arriani mortem Ambrosius episcopus Mediolani ordinatur.
Hier. a. 377. 8. Valentinianus Saxones in regione Francorum cede perdomuit.
ib. 9. Burgundionum 80 fere milia iuxta Rhenum consederunt.
10. Post Auxentium Arrianum, ordinato Ambrosio, Italia ad rectam fidem redit.
Oros. 7, 32. 11. Valentinianus bellum in Sarmatas parans, apoplexi moritur. 50
VALENS post mortem fratris cum Gratiano et Valentiniano annos 4.
1. Gratianus 30 milia Alemannorum delevit.
375 2. Valens legem dedit, ut monachi militarent; nolentes fustibus iussit interfici. Gothi datis a Valente hereticis doctoribus, Arriani efficiuntur.
Hier. a. 381. 3. Gothi fame compulsi rebellant. 55
4. Valens a Gothis occiso exercitu fugiens, in domo quadam vivus crematur. Huc usque chronica Eusebii Ieronimus perduxit. Hinc autem usque ad millesimum quinquagesimum quartum annum ab incarnatione Domini domnus Heremannus chronica sua perduxit.
378. Post mortem Valentis Arriani imperatoris, Gratianus cum Valentiniano fratre suo, annis 6 regnavit [m].
Priscillianus heresiarcha. 379. Gratianus imperator Theodosium orienti imperatorem praefecit. Priscillianus, de Galliis episcopus, hoc tempore sui nominis heresim condit. 60
380. Ab hoc anno Theophilus Alexandrinus episcopus paschales ciclos inchoat.
Synodus secunda universalis contra Macedonium heresiarcham. 381. Sinodus secunda universalis 150 episcoporum Constantinopoli agitur, contra Macedonium heresiarcham, ipsius urbis episcopum, sub Theodosio augusto et [n] Damaso papa; *et* [o] *post damnationem praedicti heretici tres canones constituuntur*. 65

a) *haec alio atr.* b) *scil.* obiit. c) N. O. *alio rursus atr.* d) *haec alio atr.* e) II. Id. A. *alio rursus atr. scil.* discessit. f) argentariam *corr.* argentarium 1. g) CCCC ep. *supra lin.* h) *quae seqq., alio atr.* i) stituitur *et reliqua alio iterum atramento.* k) *haec alio atr.* l) III. Id. Dec. *alio iterum atr.* m) *vox alio atr. addita* 1. n) *in loco raso, antea* a? o) et — constituuntur *in loco raso anni* 382. *atramento alio.*

*) Haec Herimannus et Bernoldus ex Orosio transscripsisse videntur 7, 29: *Rheno Germanos revinxit*. 70

383. Archadius, filius Theodosii augusti, a patre in consortium regni assumptus, regnavit annis 26.

384. Maximus sibi regnum usurpans, Gratianum Lugduni occidit. Romae post Damasum papam Siricius, qui in chronicis Prosperi Ursinus dicitur, papa 40us, sedit annos 14. *Si*[a] *numero praedictorum pontificum sanctum Petrum et Cletum papam annumeras, quos praetermisimus in numero, Siricium papam in ordine quadragesimum certissime invenies.* 5 *Nota etiam seriem Romanorum praesulum et eorum annos diversissime descriptos in quibusdam libris inveniri.* Ieronimus presbiter, iam in Bethleem habitans, clarus habetur. Priscillianus hereticus in sinodo Burdegalensi damnandus, fugit, set Treveris ab Ebodio praefecto interficitur.

Ieronimus claret.

386. *Hoc tempore Siricius papa scripsit decretalia 15 capitula Hymerio Tarraconensi episcopo*[b].

388. Theodosius augustus Maximum tyrannum Aquileiae occidit.

10 389. Ytatius et Ursatius episcopi, ob necem Priscilliani quem accusaverant, aeclesiae communione privantur.

390. Hoc tempore sanctus Martinus, Ambrosius, episcopi, Ieronimus presbiter, Iohannes Crisostomus, Augustinus et Severus aliique quam plures doctores claruerunt.

392. Valentinianus dolo Arbogastis laqueo vitam finivit. Ieronimus librum quem de viris illustribus aeclesiae scripsit, huc usque perduxit.

15 393. Theodosius imperator cum filiis Archadio et Honorio tres annos regnavit.

394. Iohannes anachoraeta, cuius vitam Ieronimus descripsit, Theodosium imperatorem contra Eugenium tyrannum victorem fore praedixit.

395. Theodosius imperator Eugenium tyrannum vicit, et ipse eodem anno Mediolani in pace requievit. Pro[c] quo Archadius et Honorius filii eius, annos 13. Augustinus Yponae ordinatur episcopus. Iohannes heremita migravit ad 20 Dominum. Huc usque aeclesiasticam historiam Eusebii Rufinus[d] sive Ieronimus perduxit, transferendo eandem.

Nota hanc hystoriam a Domini ascensione usque ad obitum Theodosii augusti pertingere.

396. Gildo comes Affricam sibi tyrannice usurpavit.

397. Sanctus Martinus Turonorum episcopus migravit ad Dominum, anno aetatis 81°, episcopatus vero 26°, cuius vitam et virtutes Sulpitius Severus egregie composuit.

398. Sanctus Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, doctor egregius, migravit ad Dominum, 5. Kal. Maii. 25 Romae Anastasius, papa 41us, sedit annis 4. Gildo comes pugna victus interiit.

Ambrosius episcopus obiit.

399. Templa idolorum destruuntur, et ludi gladiatorum tolluntur.

400. Gothi Italiam devastant. Hoc tempore Anastasius papa sua decreta constituit, et inventos in Urbe Manicheos damnavit. Corpora prophetarum Abacuc et Micheae a Domino revelantur.

Beda.

401. Iohannes Constantinopolitanus et Theophilus clarissimi habentur, set adeo discordes, ut molimine Theophili 30 Iohannes in Pontum exilio sit relegatus.

402. Gothi Stiliconem ducem cum Romano exercitu fugaverunt. Innocentius, papa 42us, sedit annos 14, *qui*[e] *57 capitula decretalia scripsit.*

403. Carthagini concilium contra Donatistas habetur.

404. His temporibus Innocentius papa multa decreta fecit. Orosius presbyter clarus habetur.

Beda.

35 405. Hoc tempore Radagaisus cum 200 milibus Gothorum, Deo donante, est victus.

406. Wandali, Suevi et Alani, traiecto Reno, tertio Kal. Ianuar. Gallias hostiliter ingressi.

407. *Innocentius papa Archadium imperatorem excommunicavit, quia consensit, ut expelleretur Iohannes Crisostomus*[f. 9].

408. Archadius imperator Constantinopoli moritur, relicto pro se filio Theodosio. Cum quo dehinc patruus Honorius annis 15 regnavit. Stilico dux fortis ab Honorio augusto occiditur.

Honorius cum Theodosio ann. 15.

40 409. Wandali, Alani, Suevi, in[g] die Octobris Hispanias occupant.

410. Alaricus rex Gothorum Romam obsedit et irrupit, anno ab Urbe condita 1164. et quia christianus erat, locis tantum sacratis et ad ea perfugis pepercit.

411. Pestilentia, fames, bestiae et gladius barbaricus, miserum late devastant orbem.

412. Gothorum maxima pars Gallias ingressa. Heros, sancti Martini discipulus, Arelatensis episcopus, sanctus, inno-45 cens, sede sua pulsus est, et pro eo Patroclus ordinatur.

413. His temporibus Pelagius Britto, annitentibus Celestio et Iuliano, liberum arbitrium plus iusto extollens, et hominem sine gratiae Domini auxilio, proprio nisu, perfectum fieri posse asserens, fidem aeclesiae turbat. Cuius heresim beatus Augustinus singulariter prae ceteris expugnat, et papa Innocentius cum aliis hereticis condemnat. Burgundiones partem Galliae, Rheno contiguam, obtinuerunt.

Pelagius heresiarcha agnoscitur.

50 414. Attalus Gothis auctoribus in Gallia tyrannidem invasit.

415. Gothi Hispanias petunt, quorum praesidio Attalus destitutus, a Romanis est captus. Ierosolimis corpora sanctorum Stephani protomartiris, Gamalielis et Nichomedi, Luciano presbitero divinitus revelata, inveniuntur.

416. Romae Zosimus, papa 43us, sedit annis tribus. Qui sua etiam ad aeclesiae statum decreta promulgavit *Ysicio*[h] *episcopo, sub quatuor capitulis.*

55 417. Honorius augustus Romam triumphans ingreditur, Attalo currum eius praecedente, et in exilium postea misso. Questio et dissensio de huius anni pascha oritur[i] sub Zosimo papa.

418. Carthagini concilio episcoporum 217 collecto et a Zosimo papa confirmato, Pelagius aliique heretici damnantur. Eclipsis solis 14. Kalend. Augusti facta.

419. Honorius augustus Constantium ducem consortem facit imperii. Romae Bonifacius, *qui quatuor decreta fecit*[k], 60 papa 44us, sedit annis quatuor, cum quo ab aliis papa ordinatur Eulalius, qui tamen ab augusto deponitur.

420. Bethlehem Ieronimus presbiter, egregius interpres, anno aetatis 91° obiit[l].

Ieronimus presbiter obiit.

421. Constantius imperator Ravennae moritur.

423. Placidia augusta a fratre Honorio pulsa, ad Theodosium augustum in orientem proficiscitur. Romae Celestinus, papa 45us, sedit annis 9, *qui*[m] *22 capitula decretalia episcopis Galliarum scripsit.* Honorius imperator occidentis 65 Ravennae moritur, et Iohannes tyrannus regnum eius occupavit.

a) *haec in margine.* b) *haec eadem manu sed alio atramento scripta.* c) Pro — XIII. *in marg.* 1. d) r. s. i. p. t. e. *in loco raso, eadem manu.* e) qui — scripsit *alio atramento addita.* f) *haec omnia in loco raso, alio atramento; cf. Herim.* g) *ita* 1. 2. h) Y. e. s. q. c. *alio atr. addita.* i) *vox addita.* k) q. q. d. f. *eadem manu supra lin.* 1. l) obiut *c.* m) q. XXII. c. d. e. g. s. *alio atramento.*

70 9) Epistola Innocentii ad Eudoxiam et duae Arcadii ad Innocentium, unde haec hausit Bernoldus, ab eruditis spuriae censentur; cf. Pagius in vita huius pontificis Brev. Rom. Pontif. T. I. n. 28. USS.

Theodosius minor post mortem patrui Honorii 26 annis regnat.

424. Theodosius Valentinianum, amitae suae Placidiae filium, caesarem faciens, ad regnum occidentis cum matre possidendum remittit.

425. Valentinianus cum matre Iohannem tyrannum Ravennae oppressit.

426. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro innocens trucidatur.

427. Bonifacius in Affrica pollens, duces quosdam contra se dimicantes occidit. Contra quem evocatis barbaris, mare, ad id tempus ignotum, pervium efficitur.

Nestorius hereticus agnoscitur.

428. Nestorius episcopus Constantinopolitanus, duas in Christo personas praedicans, hominemque purum ex virgine natum, deitatem postea accepisse affirmans, a Cirillo Alexandrino episcopo et papa Celestino hereseos arguitur.

429. Agricola hereticus Pelagianista, Britannias suo inficit errore.

Augustinus obit.

430. Sanctus Augustinus Yponensis episcopus, in civitate sua a barbaris obsessus, cum inter ipsas obsidionis angustias pro aeclesia sollicitus, Iuliani argutiis pro gratia Dei pugnans respondisset: ipsa Dei gratia, ne ruinam suorum videret, subtractus, 5. Kalend. Septemb. migravit ad Dominum, anno aetatis 76°, episcopatus seu presbiteratus 40°.

Tercia universalis sinodus apud Ephesum.

431. Tertia sinodus universalis 200 episcoporum apud Ephesum congregatur, sub Celestino papa; ubi inter alias hereses Nestorius cum secta sua damnatur, *et*[a] *12 capita contra eundem conscribuntur.*

432. Romae Xistus, papa 46us, sedit annos 8.

433. Valentinianus augustus multa aeclesiis dona dedit.

434. Wandali iam nono anno Affricam infestantes, pactum a Romanis postulant.

435. Pax cum Wandalis facta.

436. Gothi Narbonam obsessam fame premunt.

437. Bellum a Romanis contra Gothos geritur.

438. *His temporibus sanctus Prosper Regiensis episcopus contra librum Cassiani de protectione Dei scripsit, in quo eundem liberum arbitrium nimis extulisse probavit*[b. 10].

439. Iulianus Atelenensis episcopus, Pelagianista iactantissimus, aeclesiae communioni surripere temptans, a Xisto papa denuo damnatur.

440. Romae defuncto Xisto, Leo, vir doctrina et moribus insignis, papa 47us, sedit annis 22,[c] qui Euticianam et Nestorianam hereses condemnavit, *et*[d] *49 decreta conscripsit.*

441. Theodosius imperator contra Wandalos per duces suos bellum movet.

Sanctus Bricius episcopus obit.

443. Sanctus Brictius Turonorum episcopus decessit, cui sanctus Eustochius successit. Leo papa multos in Urbe Manicheos publicavit, et libros eorum incendit. [e]*Hic*[11] *constituit, ut monacha velamen capitis ab episcopo benedictum nullatenus acciperet, nisi prius virginitas illius probata foret. Unde et Augustinus asserit, nec illam inter virgines sacras consecrandam fore, si qua foret vel ante baptismum corrupta.*

444. Attila rex Hunorum Bleldam fratrem suum regnique consortem interemit. De huius anni pascha Proterius et Pascasinus Leoni papae scribunt.

445. His temporibus Leo papa inter alia bona basilicas apostolorum Petri et Pauli renovavit.

446. Apud Ephesum septem dormientes, qui sub Decio multa pro Christo tormenta passi in spelunca quadam obdormierunt, post annos 196 expergefacti sunt, et confirmata fide resurrectionis, iterum obdormierunt.

Eutices heresiarches.

447. Euthices presbiter et abbas Constantinopolitanus, confusa in Christo divinitatis et humanitatis substantia, unam in eo naturam dogmatizans; annitente Theodosio *iuniore* augusto et Dioscoro Alexandrino episcopo, resistentem sibi Flavianum Constantinopolitanum archiepiscopum, expulsum, ad mortem usque persequuntur. Contra quam heresim Leo papa legatos misit.

448. Theodosius imperator Leonem papam pro defensione Euthicetis ad se vocat. Qui a populo Romano venire prohibitus, legatos pro se misit.

449. Iterum catholici ab imperatore Theodosio ad audientiam evocati.

Martianus cum Valentiniano ann. 7.

450. Leo papa legatos ad confutandam heresim mittere curavit. Theodosius imperator moritur. Pro quo Martianus orientis imperium adeptus, et 7 annis regnans, Euthicetem cum suis sequacibus damnat. Placidia augusta obiit. Romani Aetio duce, Gothis auxiliatoribus, Attilam vicerunt regem Hunorum.

451. Attila recollectis viribus Aquilegiam magna vi cepit. Ad quem Valentinianus imperator Leonem papam mittens, pacem cum eo fecit.

Quarta synodus universalis Calcedonensis.

452. Attila rex Hunorum in suis sedibus moritur. Hoc tempore quarta sinodus universalis 630 episcoporum in Calcedone contra Euthicen et omnes hereticos congregatur,[f] *ibique damnatis hereticis 27 canones statuerunt.*

453. Valentinianus imperator Aetium patricium manu sua in palatio fraudolenter occidit.

454. Valentinianus imperator in campo Martio ab amicis Aetii interimitur. Pro quo Maximus invadens imperium, infra duos menses a militibus occiditur; post quem Avitus sumpsit imperium. Ipso anno Geisericus rex Wandalorum Romam cunctis opibus expoliat. Huc usque Prosper chronica sua perduxit, *qui et epistolam Leonis papae de vera Domini incarnatione contra Euthicen creditur composuisse.*

455. Avitus imperium Placentiae deposuit. Pro quo Maiorianus regnavit annis 4.

Leo imp. ann. 17.

456. Martianus imperator orientis obiit; pro quo Leo imperator annis[g] 17 regnat. Ab hoc anno Victorius paschales cyclos, set errore plenos, inchoat, iubente papa Hylario.

457. Maiorianus imperator occidentis in Affricam contra Wandalos movit procinctum.

460. Maiorianus imperator a Richmere patricio fraudulenter perimitur.

461. Severus Ravennae a Richmere imperator effectus, quatuor annis regnavit. Turonis beatus Perpetuus episcopus factus, corpus sancti Martini transtulit.

462. Romae Hylarius, papa 48us, sedit annis 6, mensibus 3. Qui hereses Euthicianam et Nestorianam damnavit, et inter alia bona etiam duas bibliothecas[h] in Urbe condidit[i], *et sex synodica capitula constituit.*

a) et XII c. c. e. c. *alio atramento.* b) *haec paulo alio atramento scripta.* c) *sequentia in loco raso.* d) et XLVIIII d. c. *alio atramento.* e) *quae sequuntur, in margine addita sunt.* f) *quae sequuntur, alio atramento.* g) *deest* 1. 2. h) biblithecas 1. i) *sequentia alio atramento.*

10) Confunditur hic S. Prosper Regiensis in Lombardia episcopus cum S. Prospero Aquitanico, qui episcopus numquam fuit, cuiusque liber contra Cassianum extat in eius operibus edit. Venet. a. 1744. Vid. ibid. praef. p. XXI. USS. 11) ex Gestis pontiff. R.

463. Rex Alanorum Italiam petens, apud Pergamum a Richmere patricio pugna victus interiit.

464. Severus imperator fraude, ut aiunt, Richmeris veneno periit.

466. Leo imperator Anthemium de Constantinopoli ad regendum occidentis imperium Romam misit, qui regnavit annis 5.

467. Tolosae ubi sedes regni Gothorum erat, in medio civitatis sanguis e terra prorumpens, tota die una profluxit.

468. Arabundus imperium temptans, iussu Anthemii imperatoris exilio deportatur. Romae Simplicius, papa 49us, sedit annis 15, mensibus 3, [a] *qui duo decreta promulgavit.*

469. Romanus patricius imperium affectans, decollatur.

470. In Gallia sanctus Remigius, celitus antequam nasceretur praenunciatus, a cella in quam se adolescentulus Deo militans incluserat, vi abstractus, Remorum archiepiscopus fit[b].

Sanctus Remigius.

471. Richmer Anthemium imperatorem cum magna clade urbis Romae occidit, et Olybrium imperatorem constituit, ipseque periit.

472. Ravennae Glicerius sumpsit imperium. Constantinopoli Leo Leonem consortem regni fecit, quippe suum nepotem.

473. Leo senior imperator obiit; post quem Leo iunior paucis mensibus regnans, et ipse moritur. Post hunc Zeno imperator regnavit annis 17. Romae Glicerio successit Nepos in imperio.

Zenon ann. 17.

474. Orestes patricius Nepotem imperatorem fugavit, filioque suo Augustulo imperium dedit.

475. Odoacer rex Torcilingorum et Rugorum, pervasa Italia, Romam obtinuit; anno a conditione eius 1230°, Orestem et Paulum patricios occidit, Augustulum imperatorem exilio damnavit.

476. Odoacer Romae invito Zenone regnat.

478. Tempore Zenonis imperatoris corpus Barnabae apostoli, et euangelium Mathei euangelistae stilo ipsius scriptum, ipso revelante inventa sunt.

479. Simplicius papa Petrum Alexandrinum episcopum, hereticum Euthicianum, ab Acatio Constantinopolitano accusatum damnat.

Acatius episcopus.

480. Hilderico regi Francorum mortuo, successit Loudowicus filius eius, quem dicunt Clodoveum, et regnavit 30 annis.

482. Theodericus Theodmari filius, rex Ostrogothorum, id est [c] qui olim in Italia remanserant Gothorum, Zenoni augusto familiaris [d] effectus, cum suis ei Gothis militavit.

483. Zeno augustus Theodericum huius anni consulem et magistrum militum fecit. Romae Felix tercius, papa 50us, sedit annis fere 9, [e] *et canonum unum capitulum*[f] *constituit.*

485. Hoc tempore Acatius Constantinopolitanus heresi favens, Petrum Alexandrinum revocat, *quem*[g] *quondam*[g] *accusabat*[g]. Quo audito, Felix papa utrumque cum sequacibus erroris condemnat.

Acatius pro heresi damnatur.

488. Theodericus rex Ostrogothorum, permisso Zenonis augusti Italiam petiit. Cui Odoacer occurrens, bello conflixit, set victus aufugit.

489. Theodericus Odoacrum iam tercio devicit, cumque fugatum Ravennae obsedit.

490. Odoacer quarto confligens cum Theoderico, victus est et captus. Constantinopoli Zenon imperator moritur. Post quem Anastasius imperium orientis 28 annis rexit.

Anastasius imperator ann. 28.

491. Romae defuncto Felice papa, concilium a presbiteris et diaconibus agitur.

492. Theodericus Ravennae Odoacrum sibi insidiantem peremit, et ipse occidentis imperium 30 annis obtinuit. Romae Gelasius, papa 51us, sedit annos 4, menses 7, vir doctus et pius; qui omnes[h] hereticos damnavit, clerum Romanum auxit, multa decreta fecit, *id*[i] *est capitula* 28.

493. Hoc tempore in Affrica beatus Fulgentius, Ruspensis episcopus, claruit doctrina et actibus.

494. Ludowicus rex Francorum Alemannos bello vicit, Deo iuvante, cui, cum in eodem bello periclitaretur, se crediturum promisit.

495. Ludowicus seu Clodoveus rex Francorum, instante Rodhilde coniuge sua christiana, a sancto Remigio Remensi archiepiscopo fide Christi imbutus, cum gente sua baptizatur.

496. Trasamundus rex Wandalorum in Affrica, catholicis infestus, aeclesias clausit, et 240 episcopos in Sardinia exilio afflixit.

497. Boetius patricius et consul multa his temporibus ingenii sui monimenta in seculari philosophia excellenter edidit. Romae Anastasius, papa 52us, sedit annis fere duobus, *et*[k] *capitula* 8 *decretalia fecit.*

Boetius claruit.

498. Isauri, occiso Lilingo duce suo, ab Anastasio imperatore trucidantur.

499. Theodericus rex Romae et alibi multa per haec tempora mirifica construxit aedificia. Romae Simmachus, papa 53us, sedit annis 15, mensibus fere 8. Cum quo simul per dissensionem nimiam ordinatur Laurentius, et magna Romae inter clerum et populum discordia facta, donec iudicio Theoderici regis Symmachus in sede confirmaretur. *Hic*[l] 13 *capitula synodica constituit.*

500. Simmachus papa sinodo Romae acta, Laurentium emulum suum Nuceriae ordinavit episcopum.

501. Theodericus rex aquaeductum Ravennae fecit. His temporibus sanctus Mamertus Viennensis archiepiscopus virtutibus claruit, qui propter luporum et ursorum immanitatem aliasque plagas, triduanas ante ascensionem Domini laetanias primus instituens, Domini misericordiam plagarumque cessationem promeruit.

Institutio laetaniarum ante ascensionem Domini.

503. Quidam ex Romanis Symachum papam falso criminantes, et apud regem accusantes, Laurentiumque revocantes, magnum Romae scisma fecerunt, et Petrus Altinae urbis episcopus, permisso Theoderici sedem apostolicam invasit.

504. Sinodo 115 episcoporum collecta, beatus papa Simmachus de illatis purgatur, et sedi suae cum gloria restituitur, et pervasores sedis eius Laurentius Nucerinus et Petrus Altinas condemnatur.

505. Ludowicus rex Francorum Parisius beati Petri basilicam aedificat.

506. Theodericus rex Italiae contra Francos in Galliam exercitum movit.

507. Dissensio iterum inter Simmachum papam et aeclesiam oritur.

508. Hoc anno Romae Boetius vir eruditissimus consulatum administravit. Hoc quoque tempore Avitus, abbas Aurelianensis, virtutibus et prophetiae spiritu clarus effulsit.

509. Ludowicus, qui et Clodoveus, Francorum rex, Parisius obiit, ubi sedem regni instituit.

a) q. II. d. p. *alio atramento.* b) anno aetatis XXII. *Mur. addit.* c) ıđ 1. id ē 2. d) *supra lin.* e) *reliqua alio atramento.* f) XXVII cap̄. *corr. prima manu* vel unum cap̄. 1. g) *supra lin.* h) *supra lin.* i) ı. cap. XXVIII *alio atramento.* k) et c. VIII. d. f. *alio atramento.* l) H. XIII. c. s. c. *alio atramento.*

510. His temporibus Symmachus papa inter alia bona Manicheos in Urbe inventos damnavit. Basilicam sancti Petri et porticum marmore stravit, et alia huiusmodi.

Cassiodorus.

513. Cassiodorus huius anni consul fuit, qui postea conversus et monachus effectus, coenobium construxit, et in seculari divinaque literatura clarus effulsit; psalmos exposuit, libros institutionum et chronica fecit, et tripartitam historiam ordinavit. Romae tandem dissensione cessante, Symmachus papa obiit in pace. 5

514. Romae Hormisda, papa 54us, sedit annis 8. Qui inter alia Euthicianos et Manicheos damnavit, clerum erudivit, basilicas adornavit, *et a quatuor decreta fecit.*

515. Vitalianus, quidam servus, cum Scithis Anastasio imperatori rebellat.

516. Hormisda papa Anastasio imperatori pro fide catholica Constantinopolim legatos misit, cui imperator inter alia rescripsit ita: „Nos iubere volumus, non nobis iuberi." 10

Iustinus ann. 8.

518. Anastasius imperator heresi favens Euthicetis et catholicos persequens, ictus fulmine interiit, maior octogenario. Pro quo Iustinus, imperator catholicus, Constantinopoli regnavit annis 8, et cum Vitaliano tyranno pacem fecit, quem postea tamen peremit.

519. Iustinus augustus legatos Hormisdae papae pro fide missos honorifice suscepit, eisque in damnatione hereseos consentiens, multa per eos donaria Romam misit. 15

521. Iustinus augustus hereticis infestus, Arrianos etiam Constantinopoli persequitur. Unde iratus Theodericus, rex Italiae Arrianus, exitium catholicis in Italia minitatur.

522. In Affrica mortuo Trasamundo, rege Wandalorum Arriano, Helderícus pro eo regnavit annis 8. Qui statim aeclesias diu clausas aperuit, et omnes catholicos de exilio revocavit.

523. Romae Iohannes, papa 55us, sedit annis 2, mensibus 9. Qui a Theoderico Constantinopolim missus, et a Iustino augusto et cunctis civibus honorifice susceptus, ad portam quae dicitur Aurea, cecum illuminat, et coronato a se augusto Iustino, cum multis muneribus redit. 20

Boetius a Theoderico occiditur.

524. Theodericus, rex Gothorum et tyrannus Romanorum, Boetium patricium et philosophum diu carceratum occidit, nec multo post socerum eius Simmachum patricium itidem interemit. Iohannem quoque papam beatum carceris afflictione necavit, 15. Kal. Iun. 25

525. Theodericus tyrannus post tres menses ab obitu Iohannis papae subito Ravennae obiit, et sicut cuidam solitario revelatum est, a Iohanne papa et Simmacho patricio in ollam Vulcani deiectus est. Post quem nepos eius Athalaricus puer cum matre regnavit annis 8. Romae Felix IV, papa 56us, sedit annis 4, mensibus 2.

Iustinianus imp. annis 38.

526. Constantinopoli Iustinus imperator obiit, pro quo Iustinianus nepos eius imperavit annis 38.

527. Iustinianus augustus Belesarium amicum suum principem miliciae fecit. Gens Winilorum seu Longobardorum rege Odwino Pannoniam invasit, et ibi habitavit. 30

S. Benedictus abbas. Priscianus grammaticus.

528. His temporibus beatus abbas Benedictus immensa virtutum gloria claruit. Priscianus quoque grammaticus his fuit temporibus.

530. In Affrica occiso Helderico rege Wandalorum catholico, Geilamer regnum invadens, in catholicos et in omnes debachatur. Romae Bonifacius II, papa 57us, sedit annis 2, mense ferme 1. 35

531. Bonifacius papa Vigilium diaconum in sinodo post se papam eligi sub chirographo decrevit. Quod tamen postea, quia contra canones erat, combussit.

532. Ab hoc anno, scilicet Iustiniani imperatoris sexto, Dionisius Romanus abbas cyclum magnum paschalem inchoat, qui iam semel ab incarnatione Domini in annis 532 exactus, totidem in se annos continet. Romae Iohannes II, qui et Mercurius, papa 58us, sedit annis 2, mensibus 4. Cui Iustinianus augustus de fide sua litteras transmisit. 40

533. Romae mortuo Athalarico rege Gothorum, Amalsuinda mater eius Theodatum in consortium regni sumit; qui tamen eam post occidi iussit, et ipse solus regnavit.

534. Belesarius patricius a Iustiniano imperatore missus, gentem Wandalorum in Affrica bello victam delevit, captoque rege eorum Geilamero, Carthaginem rei publicae restituit.

535. Romae Agapitus, papa 59us, sedit anno fere uno. Hic a Theodato tyranno pro gratia Iustiniani augusti Constantinopolim[b] missus, Anthemium eiusdem urbis episcopum hereticum damnavit, ordinatoque alio episcopo, *id est*[c] *Menate catholico*, ipse ibidem obiit, *in aeclesiasticis regulis aprime eruditus*[d]. 45

536. Romae Silverius, Hormisdae dudum papae filius, contra voluntatem cleri a Theodato tyranno pecunia corrupto, 60us papa violenter promotus, sedit anno 1, mensibus 5.

537. Silverius papa cum in restitutione Anthemii et communione hereticorum augustis nollet parere, iussu ipsorum a Belesario patricio falso criminatus, a Vigilio diacono afflictus exilio, obiit 12. Kal. Iul., et postea miraculis claruit. Ipseque Vigilius papa 61us ordinatus, sedit annis 17, mensibus 7. 50

538. Belesarius patricius et Vigilius papa Vitigisum regem Gothorum pugna victum Constantinopolin perducunt ad Iustinianum augustum.

539. Belesarius patricius Parthos, Antiochiam et Syriam vastantes, redire coegit. 55

541. Totila rex Gothorum Romam Campaniamque devastat.

Quinta universalis synodus Constantinop.

542. Huius Iustiniani tempore corpus sancti Antonii monachi divinitus revaelatum, Alexandriam transfertur. Hoc tempore quinta[e] sinodus universalis Constantinopoli contra Theoderum et omnes hereticos, sub Vigilio papa collecta, 14[f] *capitula constituit.*

543. Hoc tempore Benedictus abbas, cum discipulum suum Maurum ad Gallias transmisisset, ipse multas post virtutes migravit ad Dominum. 60

544. Sanctus Remigius, Remorum archiepiscopus et gentis Francorum apostolus, anno episcopatus 74°, Idibus Ianuarii plenus virtutibus migravit ad Dominum. Arator subdiaconus Romanus librum suum, quem de actibus apostolorum heroico metro edidit, Vigilio papae oblatum publice recitavit.

545. Totila rex iterum Romam invasit. 65

546. *Hoc tempore fuit sanctus Liberatus, Carthaginiensis archidiaconus, qui de auctoritate Calcedonensis concilii multa utilia conscripsit, et Vigilium papam aliquando hereticis favisse, monstravit*[g].

547. Vigilius papa cum ad consensum hereseos et restitutionem Anthemii episcopi nullatacnus adduci posset, Constantinopolim vi perductus, exilio graviter est afflictus.

a) et q. d. f. *alio atramento.* b) missus Constantinopolim missus 1. c) i. M. c. *alio atramento.* d) i. a. r. a. e. *alio atramento. — Herimannus habet:* constanter cum augusto pro fide Christi decertavit. e) VI. *corr.* Va. 1. f) XIIII c. c. *alio atramento.* g) *haec omnia eadem manu addita.* 70

548. Iustinianus augustus basilicam Salvatoris, quae Agiae Sophiae dicitur, incomparabili opere Constantinopoli[a] construxit. Ipse leges quae Iustinianae dicuntur, composuit.
550. Victor episcopus Capuanus, de huius anni pascha scribens, erroneos Victorii cyclos arguit.
551. Hucusque Iordanis episcopus chronica sua de gestis Romanorum adbreviata perduxit.
5 552. Hoc tempore Iustinianus augustus Narsetem eunuchum principem militiae faciens[b], Italiam misit.
554. Vigilius papa, tandem impetrantibus Romanis et Narsete de exilio relaxatus, cum Romam redire cepisset, in Sicilia morbo calculi decessit. Pro quo Pelagius, papa 62us, sedit annis 11, mensibus 10. Qui a populo Romano factionis contra Vigilium inculpatus, ascenso apud Sanctum Petrum ambone et euangelio super caput eius posito, iuramento se[c] a crimine illato purgavit. *Hic ordinatus est a Perusino et Ferentino episcopis, et Andrea Ostiensi archipresbitero.* Gesta pontt. Rom.
10 *Nam hoc est privilegium Ostiensis aeclesiae, ut episcopus eius, et[d] archipresbiter si episcopus non affuerit, Romani pontificis ordinationi iure perpetuo interesse debeat. Et episcopus si affuerit, deinceps privilegium pallii portandi habebit, quod nulli alii cardinali episcopo licebit.* ib. S. Marci.
557. Hildibertus rex Francorum moritur, et Parisius in basilica sancti Vincentii sepelitur, regnumque eius Lotharius frater assumens, totam paterni regni monarchiam obtinuit.
15 558. Hoc tempore Turonis basilica sancti Martini, rebellibus ad eam fugientibus, igne crematur.
559. Lotharius rex de malis suis penitentiam agens, basilicam sancti Martini studiose reparans stagno texit. Sanctus Medardus episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum, et a Lothario rege Francorum Suessionis cum magna gloria sepelitur.
560. Lotharius rex, filius Clodovei magni, anno regni 51° Compendii moritur.
20 563. Haribertus rex libidini deditus, a sancto Germano Parisiorum episcopo excommunicatus, obiit.
564. Constantinopoli Iustinianus imperator anno imperii 38. decessit. Pro quo Iustinus minor regnavit annis 11, homo iniquus et avarus. His temporibus immensa pestilentia et mortalitas totam Italiam, et maxime Liguriam, vastavit. Iustinus minor annis 11.
565. Sanctus Columba presbiter et[e] abbas, de Hybernia veniens, Britannis verbum Dei praedicat. Narses patricius, divitiis auctus et ob id a Romanis invidiam passus et apud augustum criminatus, a Roma in Campaniam discessit.
25 Eique successor Longinus in Italiam mittitur.
566. Romae Iohannes III, papa 63us, sedit annis fere 14. Qui aeclesiam Philippi et Iacobi apostolorum, quam decessor eius Pelagius ceperat, perfecit et dedicavit.
567. Narses patricius, qui multum pro re publica laboraverat, a Iustino augusto iniuriis lacessitus, Longobardos, in Pannoniis habitantes, ad vastandam et possidendam Italiam invitavit. Multa prodigia et praecipue igneae acies in
30 caelo visae sunt.
568. Longobardi rege Alboino mense Aprili Venetiam ingressi, eam paucis civitatibus exceptis sibi subiciunt.
569. Alboinus rex cum Longobardis Liguriam invasit, Mediolanum et alias plerasque urbes cepit, Papiam plus triennio obsedit.
570. Alboinus plerasque in Tuscia urbes cepit. Sanctus Vedastus episcopus decessit.
35 571. Papienses regi Alboino ad deditionem veniunt. Narses patricius obiit.
574. Alboinus rex Longobardorum per insidias coniugis suae apud Veronam ab armigero suo occiditur.
575. Constantinopoli Iustinus imperator post multa mala sua in amentiam versus, obiit. Pro quo Tyberius Constantinus, qui et ipso mente capto palatium rexerat, regnavit annis 7, vir Deo devotus. Tyberius ann. 7.
576. Sanctus Germanus Parisiorum episcopus migravit ad Dominum.
40 578. Romae Benedictus, papa 64us, sedit annis 4, mensibus 2. A quo beatus Gregorius de monasterio ablatus et diaconus ordinatus, Constantinopolimque apocrisiarius missus, Euthicium eiusdem urbis episcopum in fide resurrectionis errasse Tyberio augusto praesente convicit. Ubi etiam episcopis moralia in Iob, venientibus ad eum monachis suis, scribere compulsus est.
579. Magna aquarum inundatio et illuvies, fulmina, terrae motus, homines terruere.
45 580. Cometa die paschae visa. Suessionis celum ardere visum est. Pestilentia ingens fit.
581. Hoc tempore exercitus Tyberii imperatoris Persas potenter superavit.
582. Constantinopoli Tyberius, omni laude dignissimus, obiit. Pro quo Mauricius regnavit annis 21. Romae Pelagius II, papa 65us, sedit annis 10, mensibus 2. Hic templum sancti Petri tabulis argenteis deauratis texit, et alia multa bona. Mauricius ann. 21.
50 583. Hildebertus rex Francorum, acceptis 50,000bus solidorum auri a Mauricio imperatore, ut Longobardos de Italia pelleret, cum eisdem pactum firmavit, et imperatori pecuniam requirenti nec responsum reddidit.
584. Guntramnus rex in suburbano Cavillonensi monasterium sancti Marcelli construxit.
585. Hilpericus rex Francorum per insidias interemptus, Parisii sepelitur.
586. Longobardi Autharium regem sibi constituunt.
55 587. Globus igneus scintillans et quasi rugiens e celo in terram cecidit. In Hispania Richaredus, Levigildi regis Gothorum Arriani filius, post mortem patris rex effectus, a Leandro Hispolitano episcopo cum tota gente Gothorum ad catholicam fidem convertitur.
588. In Hispania heresis Arriana destructa, et sinodus Toletana collecta est industria Leandri episcopi et Richaredi regis. Cesara regina, uxor Aunulfi regis Persarum, occulte baptizata, postmodum et suum maritum cum tota gente
60 sua apud Antiochiam se baptizare persuasit.
589. Hildibertus rex sororem suam, Authario regi Longobardorum promissam, regi Gothorum, qui nuper catholicus factus est, in matrimonium tradidit.
590. Tunica domini Salvatoris a Symone quodam Iudeo tormentis coacto monstrata, a Gregorio Antiocheno, Iohanne Constantinopolitano, et Thoma Ierosolimitano, et aliis pluribus episcopis, ieiunio triduano celebrato, in archa
65 marmorea in oppido Zaphad inventa, summo cum honore Ierosolimam allata est.
591. Rex Longobardorum Theodelindam, regis Baioariorum filiam pulchram et piam, duxit uxorem.
592. Ingens mortalitas facta est, in qua primo Pelagius papa, deinde innumeri extincti sunt. Et beatus Gregorius, tunc Romanae aeclesiae archidiaconus, constitutis letaniis et plaga cessante, papa 66us ordinatus, doctrina et actibus cunctis merito praeferendus apostolicis, sedit annis 13, mensibus 6, diebus 10. Qui statim inter alia multa librum

70 a) constantinopili 1. b) *vox addita.* c) *quae sequuntur, alio atramento, loco annorum 555 et 556 scribuntur 1.* d) *vox semiabscisa 1. deest 2.* e) et a. *alio atramento.*

pastoralem egregio edidit stilo. Hic quoque super corpus beati Petri cyborium fecit, et missas celebrare instituit, itemque sancti Pauli, similiter *et sex capitula synodica scripsit*[a].

593. Siccitas magna et fames facta est, et insolita locustarum magnarum multitudo.

594. Item locustarum multitudo frugibus nocuit.

595. Gregorius papa sinodum 24 episcoporum ad Sanctum Petrum colligit, indictione 14. 5

596. Sanctus Columba presbiter et abbas, post multa mirabilia in insula Hii iuxta Hiberniam, migravit ad Dominum, anno aetatis 72°. Hoc tempore beatus Gregorius papa missis doctoribus Augustino, Mellito, Iohanne et aliis, Anglorum gentem in Britannia ad fidem Christi convertit.

597. Hildebertus rex Francorum obiit.

598. His temporibus cum Romanus patricius aliquot urbes a Longobardis dudum captas per deditionem recepisset, 10 et ob id Agilolfus rex Italiae et ipsi Romae infesto exercitu immineret, studio sancti papae Gregorii et suffragio Theodelindae religiosae reginae, pax utrimque facta est.

599. His temporibus monasterium sancti Benedicti in castro Cassino situm, fugientibus ex eo monachis, a Longobardis omnino destructum et desolatum est.

600. Gregorius papa Lundoniae[b] et Eboraci episcopos in Britannia, misso pallio, metropolitanos esse decernit, 15 indictione 4. Clades glandolaria multas civitates afflixit.

602. Mauricius imperator Focam, rei publicae utilem, principem militiae fecit. Globi ignei in caelo visi sunt.

Focas ann. 8.

603. Constantinopoli Focas Mauricium imperatorem turpiter interfecit, et ipse pro eo annis 8 regnavit. Corpus sancti Victoris martiris, qui cum beato Urso Solodori passus est, apud Genvensem urbem divina revelatione in loculo argenteo invenitur, et miraculis declaratur. 20

604. Etherius Lugdunensis archiepiscopus obiit, eique Secundinus successit.

605. Beatus papa Gregorius et doctor sanctissimus migravit ad Dominum indictione octava. Post quem cessante episcopatu mensibus plus quinque, *Sabinianus*[c], *papa* 67[us], sedit anno uno, mensibus 5. Et post hunc item cessavit episcopatus anno ferme uno, quia de Constantinopoli legatio imperialis expectabatur. Hoc anno synodus nefaria Cavillonis congregata, et beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus iniuste deponitur et exilio damnatur. 25

606. Fames Romae facta, et pax cum Longobardis in annum unum. Mense Aprili et Maio cometa videtur.

608. Romae Bonifacius III, papa 68[us], sedit mensibus fere 9. Post quem item cessavit episcopatus mensibus 10. Hic quia Constantinopolitana aeclesia primam se scribebat, apud Focam augustum optinuit, ut Romana aeclesia omnium caput aeclesiarum decerneretur. Hic quoque synodum 72 episcoporum Romae collegit.

609. Romae Bonifacius IV, papa 69[us], sedit annis 6, mensibus 8. Et post hunc cessavit episcopatus mensibus fere 7. 30 Hic apud Focam augustum templum omnium idolorum, quod Pantheon vocabatur, obtinuit, et in honore sanctae Mariae et omnium sanctorum dedicavit 3. Id. Maii, et Sanctae Mariae ad Martires appellavit, festivitatemque omnium sanctorum Kal. Novemb. celebrari constituit. *Huius*[d] *papae tempore quidam cecus Romae legitur contendisse contra Iudeos de virginitate sanctae Mariae. Cui cum Iudei obicerent, cur matrem Christi tantopere defenderet, qui ipsum illuminare non posset: „Triduum, inquit, expectate, et magnalia Christi videbitis in me." Erat autem post triduum purificatio sanctae* 35 *Mariae, quae festivitas eo tempore Romae non ut modo ad Sanctam Mariam maiorem, set ad Sanctam Mariam ad Martyres celebrabatur. Ad quam dum domnus papa et Iudeos et christianos in eadem sollemnitate convocasset, affuit et cecus, et responsorium a se compositum id est „Gaude Maria"*[e] *ad octavam lectionem nocturnorum ipse cantavit, quo decantato et errorem Iudeorum confutavit et ipse lumen recepit, ipsa interveniente cuius virginitatem in eodem responsorio defendit.* Beatus Desiderius Viennensis archiepiscopus de exilio revocatus, factione Brunnihildis et Theoderici lapidatus, post 40 obitum miraculis claruit.

610. His temporibus Persae multas provincias Romanis auferentes, Ierusalem cruce Domini spoliaverunt.

Eraclius ann. 26.

611. Eraclianus Focam augustum regno privavit, filioque suo Eraclio illud concessit, qui regnavit annis 26. Beatus abbas Columbanus, sancti Galli magister, a Luxoviensi cenobio a se constructo, molimine Brunnichildis pulsus, sanctum ibi Eustasium pro se reliquit abbatem. 45

612. Beatus Augustinus Anglorum archiepiscopus migravit ad Dominum. Sanctus Columbanus a Luxovio pulsus, concessu Theodeberti regis Brigantium venit, ibique triennio mansit.

613. In Hispania mortuo Betterico, Sisebodus rex efficitur Gothorum.

Sanctus Gallus.

614. Eraclius imperator Constantinum filium imperii consortem fecit. Beatus Columbanus de Brigantio pulsus, febricitantem ibi Gallum reliquit; ipseque in Italiam veniens, et benigne ab Agilolfo rege susceptus, cenobium Bobiense 50 construxit. Sanctus quoque Gallus solitudinem cellae suae incolere cepit.

616. Hoc tempore Ysidorus Spalensis episcopus clarus in Hispaniis habetur. Brunnihildis iniquissima, equis indomitis alligata, iussu Sigiberti regis Francorum digna morte periit. Praedictus Ysidorus hucusque adbreviationem temporum perduxit.

617. Romae Deusdedit, papa 70[us], sedit annis 3, mense fere 1. 55

618. His[f] temporibus Ierosolima inter alias Palestinae urbes a Chosdroe rege Persarum capta, et crux dominica in Persidem abducta est.

620. Romae Bonifacius V, papa 71[us], sedit annis 5, vir valde mitis et pius. In Britannia defuncto sancto Laurentio archiepiscopo, Mellitus successit. Magundat magus, genere Persa, ad fidem Christi conversus et Anastasius dictus, Ierosolimis mirae sanctitatis monachus efficitur. 60

622. Bertrudis[g] regina, uxor Lotharii regis piissima bonae memoriae, obiit.

623. His temporibus baeatus Attala et post hunc Bertolfus Bobienses abbates, et sanctus Gallus claruerunt[h].

624. In Britannia defuncto Mellito archiepiscopo, successit Iustus. Qui sequenti anno beatum Paulinum ordinans episcopum, Anglis illis qui adhuc pagani erant praedicatorem et doctorem misit.

625. Romae Honorius, papa 72[us], sedit annis 13, qui multis bonis operibus abundavit. 65

627. In Britannia Eduinus rex Anglorum a Paulino episcopo conversus, cum gente sua baptizatur, anno adventus Anglorum in Britanniam pene 180°.

628. Beatus Anastasius monachus multa pro Christo tormenta passus, tandem in Perside a rege Chosdroe cum aliis

a) et VI c. s. s. *alio atramento.* b) lugdunae *superscripto* lundonię 1. c) s. p. *in loco raso; ita noster ex Gestis pontt. Romanorum Herimannum emendavit.* d) Huius — defendit *alio atramento in margine addita* 1. e) m. 1. 70 f) *haec alio atramento in loco raso. Fortasse auctor primo Herimanni sententiam de terraemotu etc. scripserat, recordatus sanctae crucis abreptionem iam a.* 610. *referri.* g) Gertrudis *littera* G *minio scripta* 1. h) *vox in loco raso.*

strangulatus, martir efficitur. Ipso anno Eraclius imperator Persidem petiit, victo et occiso Chosdroe, dominicam crucem Ierosolimam revexit.

630. Lotharius rex Francorum fortis, pius et religiosus obiit, anno regni 45°.

631. Dagobertus rex Francorum, sancto Arnolfo Metense episcopo et Pipino maiore domus utens consiliariis, nimio amore iusticiae[a] flagravit.

632. Pax perpetua inter Eraclium imperatorem et Dagobertum legatis mediantibus pacta est.

633. In Britannia Eduinus, rex Anglorum pacificus et pius, a paganis regibus interimitur.

634. Oswald filius Edilfridi christianissimus, paucis collectis et adorata cruce quam erexerat, interfectores Eduini regis superavit, ipseque 8 annis regnavit.

635. His temporibus cum Sergius Constantinopolitanus, annitente Cyro Alexandrino heresim acephalorum[b] instaurans, unam in Christo divinitatis et humanitatis voluntatem et operationem dogmatizasset, ipsumque imperatorem seduxisset, ab apostolica sede damnatus est.

637. Constantinopoli Eraclius imperator a Sergio Constantinopolitano episcopo in haeresim, ut aiunt, inductus obiit. Pro quo Eraclonas cum matre Martina annis 2 regnavit. *Aeraclonas ann. 2.*

638. Romae defuncto papa Honorio, cessavit sedes apostolica annum 1, menses 7, dies 14, quia Constantinopoli auctoritas imperialis morte principum nutabat. Quo tempore Lateranensis thesaurus distractus est.

639. Constantinopoli mortuo Eraclona imperatore, frater eius Constantinus regnavit mensibus 6. *Constantinus mens. 6.*

640. Constantinopoli post mortem Constantini, filius ipsius Constantinus, qui et Constans, regnavit annis 28. Romae Severinus, papa 73us, sedit mensibus 2, diebus 4; post quem cessavit episcopatus mensibus 5. *Constantinus a. 28.*

641. Romae Iohannes IV, papa 74us, sedit anno 1, mensibus fere 10; qui missa pecunia, multos captivos in Histria et Dalmatia a barbaris redemit.

642. Romae Theodorus, papa 75us, sedit annis 6, mensibus fere 6. Hic corpora sanctorum Primi et Feliciani levavit, et hereticos damnavit. In Britannia Oswald rex Anglorum piissimus, contra Pendanum regem paganum pugnans occubuit, et plurimis post mortem miraculis claruit. Pro quo frater eius Oswi regnavit annis 28.

644. Sanctus Paulinus, Eboracensis episcopus et doctor Anglorum, anno episcopatus vicesimo migravit ad Dominum, 6. Idus Octobris.

645. Hoc tempore Pyrrus Constantinopolitanus, Sergii et in sede et in heresi successor, cum a Theodoro papa dudum damnatus, ex Affrica Romam venisset, et fictam penitentiam satisfactionemque simulasset, benigne susceptus et reconciliatus est. Postea vero domum reversus, et errorem repetens, denuo ab ipso papa depositus, damnatus et anathemizatus est.

646. His temporibus beata virgo Gerdrudis, filia Pipini, soror Grimoaldi maiorum domus, Nivalensis cenobii mater, virtutibus claruit. Huius soror Begga et ipsa religiosa, Angiso sancti Arnolfi filio nupsit, cui etiam Pipinum iuniorem peperit.

647. His temporibus cum Paulus Constantinopolitanus Pyrri successor heresim non solum non dimitteret, set augmentaret, ipsumque imperatorem cum aliis seduceret, nec a domno papa admonitus et increpatus resipisceret, et ipse identidem damnatus est.

648. Tempore Constantis imperatoris gens Sarracenorum crudelissima multas provincias vastavit.

649. Romae Martinus, papa 76us, sedit annis 6, mensibus fere 2. Quo tempore Paulus Constantinopolitanus, ipso imperatore Constante seducto, legatos apostolicae sedis pro heresi eum arguentes carceribus et exiliis afflixit, et catholicis ubicumque potuit persecutionem excitavit.

650. Martinus papa indictione nona sinodum Romae 105 episcoporum colligit, in qua Cyrum, Sergium, Paulum cum sequacibus erroris damnavit.

651. Beatus Aidanus Scottigena[c], episcopus et doctor Anglorum, 2. Kal. Sept. decessit.

652. Hoc tempore Olimpius exarchus a Constante imperatore Italiam missus, cum domnum papam ceterosque in fide catholica unanimes depravare eisque nocere non posset, tandem cum papa pacificatur.

653. In Britannia Honorius Anglorum archiepiscopus obiit, pro quo Deusdedit 10 annis praefuit.

654. Beatus papa Martinus iussu Constantis, heretici imperatoris, in basilica Salvatoris quae Constantiniana dicitur, comprehensus, et Constantinopolim perductus, cum flecti nullatenus posset, exilio in Cersona damnatus est.

655. Martinus papa in exilio migravit ad Dominum, ibique sepultus miraculis claruit postmodum; pro quo Romae Eugenius, papa 77us, sedit annis 2, mensibus fere 10, vir benignus et mitis. In Britannia Pendan rex Merciorum paganus, ab Oswi rege, sancti Oswaldi fratre, victus interiit, et gens Merciorum Christi fidem accepit.

656. Petrus Constantinopolitanus quasi satisfaciens pro fide sua, misit Romam sinodicam epistolam valde obscuram et dubiam, set a domno papa et aeclesia Romana non est accepta.

657. Romae Eugenio papa defuncto, cessavit episcopatus mensibus 2.

658. Romae Vitalianus, papa 78us, sedit annis 14, mensibus 6[d]. Qui literis ex more Constantinopolim missis in sede confirmatus, aeclesiam Romanam insigniter rexit.

659. Constantinus, qui et Constans, imperator sancto Petro donaria preciosa Romam misit.

660. In Italia defuncto rege Longobardorum Hariberto, duo filii eius Godabertus et Pertharich regnum inter se dividebant, quorum uno occiso, id est Godaberto, alteroque fugato ad Hunos, Grimoaldus dux Beneventanus regnum eorumdem obtinuit.

661. Hoc tempore Paertharich de exilio reversus, iterum in exilium ire est compulsus.

662. Constantinus, qui et Constans, Italiam contra Longobardos venit, set nichil profecit.

663. Constantinus imperator Romam venit, et a Vitaliano papa honorifice susceptus, sancto Petro pallium auro textile obtulit; set cuncta pene ornamenta Urbis[e] abstulit[e].

664. Eclipsis solis 5. Nonas Maii facta. In Britannia a Scottis et Anglis quaestio de pascha ventilatur, et Scotti a Wilfrido presbitero rationabiliter victi sunt, qui postea episcopus ordinatur. *v. a. 678.*

665. Angli ad Vitalianum papam pro episcopo et doctore postulatum Romam mittunt.

668. In Sicilia Constantinus imperator, qui et Constans, post multas depraedationes per provincias actas, tandem a suis in balneo peremptus est; pro quo Constantinus eius filius regnavit annis 17, imperator sane catholicus et pius. Hoc anno Theodorus archiepiscopus a Vitaliano papa ordinatus, et cum Adriano abbate ad Anglos missus, multis et verbo profuit et exemplo. *Constantinus a. 17.*

a) amore Iustinae *edd.* b) acephorum 1. c) sottigena 1. d) VII. *corr.* VI. 1. e) *in loco raso.*

669. Sarraceni Siciliam vastant.

670. In Italia mortuo Grimoaldo Longobardorum rege, Pertharich regnum paternum 17 annis obtinuit.

672. Romae Vitaliano papa defuncto indictione 15, post 2 menses Adeodatus, papa 79us, sedit annis 4, mensibus 2; vir valde mitis et pius, qui multa aedificia Romae construxit.

673. Hoc anno Theodorus Anglorum archiepiscopus sinodum utilem collegit. 5

674. [Dagobertus[a] rex Francorum, praecipuus aecclesiarum Dei venerator, obiit. Regnavit annos 44. Parisius sepelitur].

676. Romae defuncto Adeodato papa, post menses 4½ Donus, papa 80us, sedit anno 1, mens. 5; qui porticum sancti Petri marmore stravit. Cometa per 3 menses visa.

677. Aeclesia Ravennas, quae autocephaliam sibi usurpans a Romana desciverat, Dono papae se iterum subiecit. 10

Gesta pontt. Rom.

678. Romae defuncto Dono, post 2 menses Agatho, papa 81us, sedit annis 2, mensibus 6. [b] *Hic papa apud imperatorem effecit, ut quantitas relevaretur, quae pro ordinatione pontificis solita erat dari; ita tamen ut decretum generale de electione papae prius ad imperatorem mitteretur, quam ille consecraretur.* Wilfridus Anglorum episcopus ab Egberto rege sede sua pulsus, multos in exilio ad Dominum convertit.

679. Constantinus augustus legationem Romam misit, et ut pro confutandis hereticis sinodus apostolica auctoritate 15 Constantinopoli fieret, postulavit. Agatho papa sinodum 120 episcoporum Romae collegit, et hereticos unam in Christo operationem dogmatizantes damnavit.

680. Eclipsis lunae, et magna mortalitas Romae facta. Agatho papa legatos Constantinopolim misit indictione 9.

Sexta universalis synodus 150 episcoporum.

Qui honorifice ab augusto suscepti, sextae sinodo universali 150 episcoporum praefuerunt, et convictos hereticos, unam in Christo voluntatem et operationem asserentes, damnaverunt, [c] *et 9 capitula conscripserunt.* Theodorus Anglorum 20 archiepiscopus sinodum collegit.

681. Constantinopoli sexta sinodus universalis 150 episcoporum indictione nona mense Februario acta, et Macharius Antiochenus sequacesque erroris damnati sunt. Quibus damnatis, subito plurimae aranearum telae in basilica coram omnibus ceciderant, hereticas nugas deiectas esse portendentes. Agatho papa decessit.

682. Romae defuncto Agathone papa, cessavit episcopatus anno 1, mensibus 7. 25

683. Romae Leo II, papa 82us, sedit mensibus fere 11; vir per omnia eruditissimus et piissimus, qui sua decreta fecit, plurima egregie scripsit, docuit, et constituit. Sanctus Cudbertus Lindiufarnensis aeclesiae episcopus, Britanniam multis virtutibus decoravit.

684. Romae defuncto Leone, cessavit episcopatus anno fere 1. Post quem Benedictus II, papa 83us, sedit mensibus 10, vir satis laudabilis. Cometae apparent. 30

685. Romae post pascha defuncto Benedicto, exactis plus duobus mensibus Iohannes V, papa 84us, sedit anno 1.

Iustinianus minor ann. 10.

Qui prius archidiaconus, legatus in sexta sinodo apostolicae sedis fuerat. Constantinopoli Constantino imperatore defuncto, filius eius Iustinianus regnavit annis 10; qui heresi pollutus, orthodoxis est infestus.

686. Romae defuncto Iohanne, post 3 menses Conon, papa 85us, ordinatus, sedit mensibus 11, vir item laudabilis. In Britannia sanctus Iohannes Hagustaldensis episcopus clarus habetur. 35

687. Romae defuncto Conone, exactis fere 3 mensibus Sergius, papa 86us, sedit annis 13, mens. fere 9. Qui in fide catholica fortis, persecutionem ab augusto Iustiniano passus est. Vir quippe sanctus et omnibus bonis intentus.

688. Ceadwal rex occidentalium Saxonum, ad fidem Christi conversus[d], Romam[d] venit, et in sabbato sancto paschae a Sergio papa baptizatus et Petrus vocatus, inibi in albis defunctus, ab ipso papa summo honore tumulatus et epithaphio decoratus est. 40

689. In Italia Alachis dux tyrannidem invasit, et maxime clericos insequitur.

690. Theodorus venerabilis Anglorum archiepiscopus, anno adventus sui in Britanniam 23°, aetatis vero 88°, decessit; qui librum penitentialem satis utilem conscripsit.

694. His diebus duo Angli presbiteri, dum Saxonibus praedicarent, martirio coronati, et miraculis declarati, a Pipino Coloniae sunt tumulati. 45

695. Constantinopoli Iustinianus imperator hereticus a Leone et Tyberio abscisis naribus regno expulsus est, et

Leo ann. 3.

ipse Leo regnum 3 annos obtinuit. Vir sanctus Willibrordus, a Sergio papa archiepiscopus ordinatus et Clemens vocatus, genti Fresonum praedicans, virtutibus claruit.

696. Sergius papa, Domino revelante, capsam cum portione dominicae crucis invenit.

697. In Britannia sanctus Cudbertus, ex anachoreta episcopus, migravit ad Dominum post multas virtutes; cuius 50 vitam Beda presbiter descripsit.

Tyberius ann. 7.

698. Constantinopoli Tiberius imperium invadens, Leonem imperatorem 7 annis quibus ipse post hunc regnabat in carcere tenuit.

699. Hoc tempore sinodus Aquilegiensis facta, et quidam qui concilium quintum universale noluerunt recipere, a Sergio papa correcti sunt. 55

701. Romae defuncto Sergio, Iohannes VI, papa 87us, sedit annis 3, mensibus 2.

703. Beda presbiter Anglus, vir doctus, usque huc chronica minoris libri de temporibus perduxit. Hoc tempore cum Gisulfus dux Beneventi Campaniam vastaret et captivos abduceret, a Iohanne papa pacem postulante dona accipiens, captivos reddidit.

704. In Britannia Edilred rex Mertiorum, relicto[e] regno[e], monachum se fecit. 60

Iustinianus secundo ann. 6.

705. Constantinopoli Iustinianus imperator auxilio Terbelli regis Vulgariorum imperium recipiens, Leonem et Tyberium imperii pervasores occidit. Gallicinum patriarcham excecatum Romam misit, et in loco eius Cyrum abbatem, qui se in Ponto exulem aluerat, promovit. De hoc imperatore fertur, quod quotiens a detruncatis naribus profluum terserit, totiens aliquem de inimicis suis perimi iusserit. Romae Iohannes VII, papa 88us, sedit annis duobus, mensibus fere 8, vir facundus et eruditus. Sanctus[f] Heddi episcopus migravit ad Dominum. 65

706. Iohannes papa oratorium sanctae Mariae ad Sanctum Petrum construxit, et multas aeclesias ornavit.

707. Hoc tempore Haribertus rex Longobardorum possessionem alpium Cottiarum, dudum a Longobartis captam et detentam, per privilegium aureis literis scriptum sancto Petro Iohannique papae reddidit.

a) *hic in codice* 1. *alia manu et alio atramento inserta. Historiae tam Dagoberti I. quam II. repugnant; in codice* 2. *eadem ac reliqua manu leguntur; adsunt et in* 3. b) *haec alio atramento in marg.* 1. *anno* 677 *adsignat* 2. c) et VIIII c. c. 70 *alio atramento.* d) *supra lin.* e) *in loco raso.* f) *haec eadem manu addita.*

708. Romae Sisinnius papa 89us ordinatus, ingravescente podagra, 20 tantum diebus supervixit. Post quem Constantinus papa 90us effectus, sedit annis 7, diebus 15.

709. Coenredus rex Merciorum, et cum eo Offa regius iuvenis, filius Sigiheri regis, relictis regnis Romam veniunt, ibique monachi effecti, non multo post obierunt. Wilfridus Anglorum episcopus obiit, cui Acca successit.

5 710. Adrianus abbas venerabilis, anno ex quo a Vitaliano papa in Britanniam cum Theodoro archiepiscopo missus est 41° obiit. Hildebertus rex Francorum obiit, pro quo Dagobertus annis 5.

711. Constantinopoli Philippicus imperator factus, Iustinianum imperatorem occidit, et ipse annum unum et sex menses regnavit, catholicos persequens, hereticis favens. *Unde*[a] *et a Constantino papa*[b] *anathemizatur. Quapropter regni principibus eum pro excommunicato devitantibus, regium diadema deponere compellitur.* — Philippicus ann. 1. cf. Gesta pontt. Rom.

10 712. Heribertus rex Longobardorum moritur, pro quo Liudprandus.

713. Constantinopoli Anastasius Philippicum oculis et regno privavit, et ipse annis 3 regnavit. — Anastasius an. 3.

714. Anastasius imperator missis Constantino papae litteris, se catholicum declaravit. Pipinus filius Ansgisi, nepos sancti Arnolfi, maior domus et dux Francorum, anno regni 27° obiit; pro quo filius eius Karolus regnavit annis 27. — Karolus ann. 27.

715. Romae[c] defuncto Constantino papa, Gregorius II, papa 91us[d], sedit annos 15, menses 9, *qui*[d], 17 *capitula con-* 15 *scripsit*[12]. Dagobertus iunior, filius Hildeberti, rex Francorum obiit, pro quo Helpericus, qui et Daniel.

716. Egbertus vir sanctus, natione Anglus, Scottos legitime pascha celebrare docuit. Constantinopoli Theodosius imperator factus, anno 1. regnavit. Qui Anastasium imperatorem pugna victum, presbiterum ordinari fecit. — Theodosius an. 1.

717. Romae Tyberis supra modum inundans, multa aedificia subvertit. Hoc tempore Winfridus, qui et Bonifacius, genere Anglus, Germaniae gentibus verbum salutis praedicat auctoritate Gregorii papae.

20 718. Constantinopoli Leo imperator annis 9 regnavit. Cuius tempore Sarraceni Constantinopolim obsidentes triennio, tandem divino auxilio, fame, peste, ferro repelluntur. — Leo ann. 9.

719. Sanctus Bonifacius a Gregorio papa Mogontiaci archiepiscopus ordinatus, multis gentibus profuit verbis et exemplis.

720. Mortuo Helperico, Teodericus filius Tagoberti rex a Karolo constituitur. Sanctus Othmarus cellae sancti 25 Galli primus abbas constitutus, 40 annis rexit.

721. Karolus Reginfredum vicit, Andegavis urbem vi cepit. Sanctus Iohannes Hagustaldensis episcopus obiit.

722. Karolus Alemanniam et Baioariam subegit.

723. Hoc tempore corpus sancti Augustini de Sardinia in Ticinum a Ludbrando translatum est. — Bedae chron.

724. Karolus transito Ligere Aquitaniam vastat. Sanctus Pirminius abbas et chorepiscopus a Karolo Augiae insu- 30 lae praefectus, serpentes inde fugavit, et cenobialem vitam ibi instituit, annis 3. [e]*Chorôs grece, regio latine dicitur, unde chorepiscopus id est regionalis episcopus, qui per regiones discurrit.*

725. Sarraceni Gallias vastant praeda et incendio.

726. Karolus Sarracenos unâ cum rege eorum prostravit. Huc usque Beda venerabilis presbiter chronica sua perduxit in maiori libro de temporibus. Huc[f] usque regnum Romanorum; exhinc Francorum supputatur. Karolus 35 Pipini filius, cum iam principatum maior domus 12 annis tenuisset, posthaec eundem principatum 15 annis obtinuit, regibus tamen in Francia, set parva dignitate regnantibus. — cf. Einhardi vitam Karoli c. 1.

727. Karolus Burgundiam petens, eam sibi subegit. Sanctus Pirminius ex Augia pulsus, Etonem pro se constituit abbatem, et ipse Alsatiam, alia instructurus coenobia, petiit.

728. Karolus Aquitaniam sine bello recipit.

40 729. Sanctus Egbertus presbiter Anglus obiit, anno aetatis 90, die pascae, id est 8. Kalend. Maii.

730. Sarraceni Avinnionem urbem capiunt, et circumquaque regiones devastant.

731. Karolus Avinnionem, cesis Sarracenis, vi expugnatam recipit. Beda presbiter et monachus natione Anglus, doctor eximius, obiit 7. Kal. Iun. Romae Gregorius III, papa 92us[g], sedit annos 10, menses 9. Tria cenobia, id est Altaha, Mourbach, Favarias, ex Augensibus fratribus instructa sunt.

45 732. Karolus Gothiam invadit.

733. Karolus exercitum Sarracenorum de Hispaniis venientem delevit.

734. Augiae Eto abbas, Kebam successorem relinquens, ipse Argentoraci[h] episcopus promotus, non longe post sui nominis Etenheim cenobium construxit.

735. Karolus item deletis Sarracenis victor rediit.

50 736. Karolus Gothos petiit, et inde victor rediit. Audoinus episcopus obiit. Augiae defuncto post 2 annos Keba, Ernfredus Augiae abbas et Constantiae episcopus effectus, 10 annis praefuit.

737. Karolus Saxones victos fecit tributarios.

739. Karolus totam Provinciam suae subicit ditioni.

740. Victis circumquaque hostibus, pax et quies regno Francorum facta est per Karolum.

55 741. Romae Zacharias, papa 93us, sedit annos 10, menses 4. Karolus moritur Carisiaci, et apud Sanctum Dionisium sepelitur; pro quo filii eius, diviso inter se regno Francorum, maiores domus praefuerunt, Karlomannus annis 6, Pipinus annis 10. — Pipinus maior domus a. 10.

742. Karlomannus et Pipinus duces Aquitaniae et Sueviae rebellantes cito comprimunt[i].

744. Fuldense cenobium in saltu Bochonia a sancto Bonifacio archiepiscopo fundatum est.

60 745. Karlomannus cum fratre Saxoniam rebellantem vastavit.

746. Sanctus Bonifacius annuente Karlomanno, auctoritate Zachariae papae duos in sua parrochia episcopatus facit, Wirziburgensem scilicet, cui sanctum Burchardum, et Eichstetensem, cui sanctum Willibaldum, conprovinciales suos, primos episcopos ordinavit. Sidonius, Augiae monachus, quintus ei loco abbas, Constantiaeque episcopus factus, praefuit annis 13; qui cellam quoque sancti Galli ambiens, iniquis principibus in damnatione sancti Othmari abbatis consensit.

65 747. Karlomannus pro Dei amore mundo abrenuntians, in castro Cassino monachum se fecit.

750. Pipinus Griphoni 12 comitatus in partibus Neustriae dedit.

a) *haec alio atramento.* b) *quae sequuntur, in loco raso.* c) Romae — menses IX *prius, ut in Herimanno, anno* 714 *adsignata erant* 1. d) pp. XCI. *et* qui XVII cap. c. *alio atramento.* e) *haec alio atramento in marg.* f) *hac voce incipit Gottw.* g) *hic et hinc inde usque ad a.* 872. *numerus paparum alio atramento additur.* h) vel argentinae *glossa* 1. 70 i) *hinc linea erasa est* 1.

12) a. 714. apud Herimannum.

751. Pipinus missis Romam legatis, Zachariam papam de regno Francorum et ignavis eius regibus consuluit.

Idem Pipinus rex effectus, 17 annis regnavit.

752. Auctoritate Zachariae papae, et non multo post Stephani 94[i], qui eidem in pontificatu 6 annis successit, deposito ac detonso rege Hilderico, Pipinus rex Francorum electus, et Suessionis a sancto Bonifacio archiepiscopo unctus, regnavit annis 17. Audogarius, primus Campidonensis cenobii fundator et abbas, locum illum incolere cepit.

753. Pipinus rex Saxoniam vastat, ibique Hildigarius Coloniensis archiepiscopus est occisus. Stephanus papa pro auxilio contra Haistulfum Longobardorum regem poscendo ad Pipinum regem in Franciam venit, et filios eius Karolum et Karlomannum Parisius reges unxit.

754. Sanctus Bonifacius Mogontiacensis archiepiscopus cum Fresonibus praedicaret, martirizatus est ab eis, anno episcopatus 36°, et apud Fuldense cenobium sepultus. Pro quo Lullus archiepiscopus praefuit annis 32. Karlomannus frater Pipini, cum ad eum pro dissuadenda expeditione Italica venire vellet, Lugduno obiit. Pipinus Italiam cum exercitu petens, Haistulfum regem Papiae obsessum obsides dare et res sancti Petri sub sacramento reddere coegit. Stephanus papa duce Ieronimo, Pipini fratre, Romam rediit.

755. Haistulfus sacramentum contemnens Romam obsidet, omnia circum ferro et igne vastans. Pro qua re papa legatos per mare ad Pipinum pro auxilio misit.

756. Pipinus rex iterum Italiam petens, Haistulfum Papiae obsidet, et Ravennam aliasque urbes pervasas cum sancto Petro et domno papae per legatum reddere compulit.

757. Constantinus imperator inter alia munera Pipino regi etiam organum misit.

758. Romae Stephano papae Paulus 95[us] successit, annis 10.

759. Waifarius tyrannidem in Aquitania exercuit. Sanctus Othmarus abbas a Warino et Roudhardo consensu Sidonii episcopi inique damnatus, et in insulam Rheni Stein relegatus, migravit ad Dominum. Cuius abbatiam cum Sidonius episcopus et abbas temerarie invasisset, ante altare sancti Galli profluvio ventris obiit. Pro quo Iohannes Augiensis monachus episcopatum et utramque abbatiam accipiens, praefuit annis 21. Qui primum Romanae sedis privilegium Augiae ab Adriano papa impetravit.

760. Pipinus Aquitaniam seu Wasconiam invadit, et Waifarium iniuste usurpata sub sacramento reddere coegit.

761. Waifarius iterum tyrannidem exercuit.

762. Pipinus rex cum Karolo filio suo Aquitaniam petens, multas urbes ibi cepit.

764. Pipinus magnum conventum Carisiaci habuit.

765. Roudgangus Metensis[a] archiepiscopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii a Paulo papa impetravit.

766. Corpus sancti Gorgonii in Gorzia cenobio, sancti Naboris in Nova Cella, sancti Nazarii in Lauresham conditum est.

767. Romae Paulus papa obiit, pro quo Stephanus 96[us] sedit annis 4.

Karolus Magnus rex et imperator ann. 47.

768. Pipinus subacta Aquitania, 8. Kal. Octob. Parisius obiit, anno aetatis 54°. Pro quo filii eius diviso regno, Karolus Magnus annis 46, et Karlomannus 4 annis, regnaverunt.

769. Corpus sancti Othmari abbatis post decem annos, in insula qua obiit, incorruptum inventum, ad monasterium sancti Galli translatum est.

770. Karolus filiam Desiderii regis Longobardorum uxorem duxit, set postea repudiavit.

771. Karlomannus obiit, et Remis sepelitur. Karolus magnam synodum colligit.

772. Karolus Saxones petit; unde acceptis obsidibus rediit. Romae post Stephanum Adrianus I, papa 97[us], sedit annis 24.

773. Karolus ab Adriano papa pro defensione rerum sancti Petri rogatus, Italiam petiit, et Desiderio rege obsesso Papiae, ipse Romam orandi gratia adiens, pascha[b] ibi celebravit.

774. Longobardi cum Desiderio rege eorum Karolo se tradunt, anno 205°, ex quo Italiam cum rege Alboino intraverant. Corpora sanctorum Gordiani et Epimachi de Roma in Alemanniam translata sunt.

775. Karolus Saxoniam iterum rebellantem vastat.

776. Karolus Roudgaudum, regnum Italiae affectantaem, occidit.

777. Saxones tandem multa cede perdomiti, Karolo subduntur et christiani efficiuntur.

778. Karolus Hispanias petiit, quibus subactis redit. Saxones iterum rebellant.

779. Karolus iterum Saxones superavit.

780. Karolus dispositis rebus Saxonum et Sclavorum, ipse Romam gratia orandi adiit.

781. Pipinus filius Karoli Romae ab Adriano papa baptizatur, [c]*et ab eodem a baptismo suscipitur*, et cum fratre Ludowico rex unguitur. Constantiae episcopus et abbas Iohannes obiit, pro quo Egino episcopus annis 32, et Petrus Augiae abbas annis 5, et apud Sanctum Gallum Roudpertus abbas anno 1, praefuerunt. Hoc tempore cruces apparuerunt multis in vestibus. Sanguis e terra et aere fluxisse dicitur. [d]*Sciendum Karolo Magno Adrianum papam Romae librum dedisse continentem canones apostolorum, cum conciliis Niceno, Ancyrano, Neocaesariensi, Gangrensi, Anthiocheno, Laodicensi, Constantinopolitano, Calcedonensi, Sardicensi, et quoddam excerptum ex Affricanis conciliis continentem, cum decretis Romanorum pontificum, Siricii* 40[i], *Innocentii* 42[i], *Zosimi* 43[i], *Bonifacii* 44[i], *Celestini* 45[i], *Leonis* 47[i], *Hilari* 48[i], *Simplicii* 49[i], *Felicis* 50[i], *Gelasii* 51[i], *Anastasii* 52[i], *Symmachi* 53[i], *Hormisdae* 54[i], *Gregorii* 71[i]. [e]*Hunc librum quidam Adrianum cognominant. Idem Karolus duos libros ex tractatibus sive sermonibus sanctorum patrum per Paulum, diaconem suum, collegit, eo quod quaelibet apocrifa nollet legi in aeclesia. Nam praedicti duo libri per circulum anni singulis festivitatibus pene sive ieiuniis ad nocturnales lectiones sufficere possunt cum bibliotheca. Perfecti sunt autem illi duo libri anno Domini* 808.

782. Karolus Saxonum 4500 decollare iussit. Apud Sanctum Gallum Waldo abbas praefuit anno 1.

783. Hiltigard regina uxor Karoli, 2. Kal. Maii, et Berhta, mater eius, 4. Idus Iulii obierunt.

784. Iunior Karolus a patre in Saxoniam missus, Westfalos bello domuit.

785. Widikind Saxo ad deditionem Karolo veniens baptizatus est.

786. Karolus iterum Romam ivit orandi gratia. Augiae post Petrum Waldo, abbas octavus, praefuit annis 20.

787. Rouddrud, filia Karoli, Constantino imperatori desponsatur.

a) metentis 1. b) pacha 1. c) et — suscipitur *alia manu et alio atramento.* d) *quae sequuntur, in margine superiore scripta sunt. Ea hoc potissimum loco collocanda esse censui; cf. Legg. I. 44. Codex* 2. *ea anno* 789. *adsignat; desunt* 3. e) *Hinc alio atramento.*

789. [a] *Hoc anno Karolus 83 pene canonum capitula totius regni sui episcopis transmisit, ut eius auxilio corrigenda corrigere possent.*
790. Hunc annum Karolus Wormatiae quietus transegit.
791. Karolus terram Hunorum devastat.
5 792. Sinodo Ratisponae collecta, heresis Feliciana damnata est.
793. Saxones item more suo rebellant.
794. Sinodo magna in Franconofurt habita, heresis item Feliciana damnata est. Pseudosynodus Grecorum pro adorandis imaginibus habita, ab episcopis damnata est. His temporibus Alcwinus, qui et Albinus, apud regem ceterosque vita et doctrina clarus habetur.
10 795. Huni missis legatis se cum terra sua Karolo tradunt, et christianitatem promittunt.
796. Romae defuncto Adriano papa, Leo III, papa 98us, sedit annis 20.
797. Constantinopoli Constantinus imperator a Grecis excecatur.
798. Herena mater Constantini imperatoris ceci legatos Karolo pro pace misit.
799. Leo papa ut fama est in letania maiore a Romanis lingua praecisa excecatur, et per quosdam liberatus, in 15 Saxoniam ad Karolum est perductus. Geroldus praefectus Baioariae, signifer et consiliarius Karoli, pius et religiosus, contra Hunos pugnans occubuit, Augiaeque, quam multis auxerat donis et praediis, sepultus est. Patriarcha Ierosolimitanus reliquias de sepulchro Domini mittit Karolo regi.
800. Karolus Ierosolimam insignia dona transmisit, et Romam petens, Leonem papam, se de illatis et non probatis criminibus sacramento purgantem, sedi suae restituit.
20 801. Karolus in die natalis Domini a Leone papa corona imposita, primus regum Francorum Caesar Augustus Imperator, Romanis laudes succlamantibus, appellatus est. Qui postea iuxta leges Romanas temeratores Leonis papae capitali sententiae addixit; set precibus eiusdem papae vita concessa, in exilium eos relegavit. Terrae motus factus est 2. Kal. Maii.
802. Aaron rex Persarum inter alia munera elephantem Karolo imperatori misit.
25 803. Sanguis Domini Mantuae inventus, Karolo imperatori nunciatur. Cuius rei veritatem perquirendam Leoni papae imperator demandavit. Qua occasione arrepto itinere, papa ad imperatorem venit, et cum eo natalem Domini Carisiaci celebravit.
804. Domnus papa magnis muneribus ab imperatore donatus, Romam rediit.
805. Karolus iunior a patre missus, Boemiam subiugavit.
30 806. Karolus imperator regnum inter tres filios suos divisit.
807. Aaron rex Persarum cum aliis muneribus artificiosum Karolo imperatori misit horologium.
808. Eardolf rex Nordanumbrorum regno pulsus, ad Karolum imperatorem questum venit.
809. Quaestio de processione sancti Spiritus synodo habita ventilatur.
810. Hispani et Greci per legatos cum illo pacem firmant. Pipinum filium suum, regem Italiae, mortuum esse 35 didicit.
811. Heito abbas Augiae et episcopus Basileae, missus Constantinopolim, odoporicum *id est itinerarium* [b] suum scripsit.
812. Michahel imperator legatis Karoli remissis, suos etiam pacem confirmatum misit. Beneventani 25 milia solidorum auri tributum Karolo persolvunt.
813. Karolus imperator Amalharium Treverensem archiepiscopum, et Petrum Nonantulanum abbatem Constantino-40 polim misit, quorum odoporicum *id est liber itinerarius* [c] item scriptum habetur. Ipse Ludowicum filium consortem regni fecit. Mortuo Pipino filio eius rege Italiae, filium ipsius Berinhardum, nepotem suum, regem fecit Italiae. Quina permagna concilia Mogonciaci, Remis, Turonis, Cavillonis, Arelati pro statu aeclesiarum fieri iussit.
814. Karolus imperator magnus, cum prius thesauros suos inter 21 archiepiscopatus regni sui ceterosque episcopatus et aeclesias divisisset, febre et pleuresi pulsatus, 5. Kal. Febr. Aquisgrani obiit, ibique sepultus est honorifice, 45 anno aetatis 71o, regni 47o, subiectae Italiae 44o, imperii 14o, indictione 7a. Pro quo Ludowicus filius eius, cognomento Pius, regnavit annis [d] 27. Qui statim generale colloquium Aquisgrani habuit, et multa perperam gesta per regnum correxit.

Pius Ludowicus imperator a. 27.

815. Quidam ex Romanis primoribus in necem Leonis papae coniurantes, puniuntur.
816. Leone papa defuncto, in 8. Kal. Iunii, Stephanus 99us sedit mensibus septem. Qui ad Ludowicum regem in 50 Franciam veniens, Remis eum imperatorem coronavit, deinde Romam rediit. Imperator sinodo collecta, multa de statu et religione cenobiorum bene disposuit.
817. Stephano papa 9. Kalend. Febr. defuncto, Pascalis 100us sedit annis 7. Legati Leonis imperatoris de Constantinopoli pro pace ad Ludowicum veniunt imperatorem.
818. Ludowicus imperator cismarinos Britannos domuit.
55 819. Synodo Aquisgrani habita, multa de statu aeclesiarum disposita sunt.
820. Ex inundatione pluviarum pestilentia magna facta est [e].
821. Ludowicus imperator regnum inter filios divisit, exilia relaxavit, debita cunctis dimisit.
822. Lodowicus imperator de publicis suis peccatis publicam penitentiam egit, et quaeque in regno suo corrigenda, correxit. Lotharius in Italiam, Pipinus ducta uxore in Aquitaniam, reges missi sunt. Fuldis Eigil abbas obiit, cui Ra-60 banus, vir doctus et divinorum librorum tractator egregius, successit. Augiae Hetone abbate et episcopo privatam vitam adoptante, Erlebaldus abbas 10us successit.
823. Lotharius rex Italiae, rogante papa Paschale imperator ab eo Romae coronatur. Agri multi praeter solitum grandine sunt vastati, veris [f] etiam inter ipsam et magnis lapidibus alicubi decidentibus.
824. Romae Eugenius, 101us papa, post Paschalem sedit annis 3. Augiae Wettinus monachus e corpore ductus et 65 reductus [g], post triduum obiit. Cuius visiones Heito episcopus prosa, et Walachfridus heroico metro scripsit.
826. Herioldus rex Danorum cum uxore et filiis et magna suorum multitudine Mogonciaci baptizatus est. Hildowinus abbas de Sancto Dionisio, ab Eugenio papa ossa beati Sebastiani martiris impetravit, quae Suessionis in basilica sancti Medardi collocavit.
827. Corpora sanctorum martirum Marcellini et Petri in Franciam translata sunt. Hoc in anno Ansegisus

V. Legg. I

70 a) *sequentia alio atramento* 1. b) i. i. *alio atram.* 1. *deest* 3. c) i. l. i. *alio atram.* 1. d) *alio atram.* e) *hinc aliud atramentum, sed eadem manus.* f) v. e. i. i. et *desunt* 3. g) et r. *desunt* 3.

abbas in quatuor libellis collegit tam seculares quam aeclesiasticas leges, quas Karolus Magnus et Ludowicus atque Lotharius imperatores promulgaverunt.

828. Romae[a] post Eugenium Valentinus, 102[us] papa, sedit diebus 40, et post hunc Gregorius IV, 103[us] papa, sedit annis 16. Reliquiae sancti Marcellini Aquisgrani allatae, plurimis glorificantur miraculis.

829. Aquisgrani terrae motus sabbato sancto paschae factus. 5

830. Corpus sancti Marci euangelistae, sub nomine Valentis martiris, Ratolfus Veronensis episcopus a duce Venetiae impetravit, et cum corpore Genisii martiris in Augiam insulam attulit.

831. Imperator omnes contrarios sibi honore privando, animos tam filiorum quam ceterorum contra se irritavit.

832. Imperator contra filios suos exercitum movit; uxorem timore filiorum abdicavit.

833. Imperator item contra filios in Alsatiam venit. Ibi veniente Gregorio papa cum filiis, imperator a suis relictus, in filiorum potestatem devenit. 10

834. Imperator iudicio episcoporum armis depositis, ad agendam penitentiam includitur.

835. Imperator cum filiis Pipino et Ludowico Lugduni magnum habuit conventum.

837. Ticinum 3. Kal. Ianuarii octies noctu tremuisse dicitur.

838. Imperator habito conventu Noviomagi, Ludowico filio regnum Francorum interdixit. Puoto diaconus palatii in Iudaismum lapsus. 15

839. Imperator filio suo Lothario repacificatur. *Ebbo*[b] *Remorum archiepiscopus degradatur.*

Lotharius imp. ann. 15. Ludowicus rex ann. 36. Karolus rex ann. 37.

840. Imperator filio suo Lothario ad imperium designato, 12. Kal. Iulii obiit, et Mettis sepelitur.

841. Ludowicus iunior, adunatis cum fratre suo Karolo copiis, cum Lothario monarchiam appetente de partitione regni concordare non possent, iuxta Fontinatam villam 7. Kal. Iulii acie confligunt. Ludowicus et Karolus castris potiti sunt, fugato Lothario. 20

842. Tandem cunctis pacem optantibus, regnum in tria partiri constituunt. Augiae Walahfridus Strabo vir doctus, abbas 12[us], praefuit, qui metro et prosa conscripsit multa.

843. Lotharius cum imperatoris nomine Italiam accepit et Belgicam Galliam, quae nuncusque ab eo[c] regnum Lotharii dicitur; Ludowicus Germaniam, Karolus Gallias obtinuit. 25

844. [d]Defuncto Gregorio papa, Sergius II. 104[us] sedit annis 3.

845. [e]Rhabanus Fuldensis abbas librum quem de sancta cruce variis figuris metroque composuit, Sergio papae transmisit.

846. [f]Lotharius imperator Burgundiones rebellare molientes ad deditionem coegit.

Gesta pontt. Rom.

847. [g]Romae Leo IV. papa 105[us], sedit annis 9, mensibus tribus, qui Romae munitionem, quam Leoninam dicunt, fecit, eamque apostolica benedictione dedicavit, et sub anathemate in perpetuum confirmavit. [h]Mogontiaci Rhabanus, Fuldensis abbas doctissimus, ordinatur archipraesul. Qui mox Ludowico iubente sinodum magnam Mogontiaci collegit. 30

Conc. Mog.

Tempore[i] Leonis papae quarti et Rabani Mogontiacensis archiepiscopi in conventu episcoporum Mogontiaci, confutata est heresis Praedestinatianorum, quorum capita beatus Augustinus confregit atque contrivit in libro de correptione et gratia et praedestinatione sanctorum *ac bono perseverantiae*[k]. 35

848. Gotescalcus quidam presbiter, quosdam homines ad vitam, quosdam ad mortem inevitabiliter a Deo praedestinatos dogmatizans, in conventu episcoporum Mogontiaci convictus, regno expellitur.

849. Augiae Walahfridus Strabo abbas obiit; pro quo Folcuinus abbas 13[us] praefuit annis 9.

850. Magna fames circa Rhenum, in qua Rhabanus archiepiscopus multos pauperes aluit.

852. Magna sinodus et generalis conventus Mogontiaci a Rhabano archiepiscopo et Ludowico rege habitus. 40

853. Nordmanni basilicam sancti Martini Turonis incendunt.

Ludowicus imp. ann. 20. Lotharius rex ann. 14.

855. Lotharius imperator relicto mundo divisoque inter filios regno, monachum se Prumiae fecit, et non multo post, 3. Kal. Octob. ad regnum celeste migravit. Post quem filii eius Ludowicus imperator Italiam, et Lotharius Cisalpinas partes regni tenuerunt.

856. Mogontiaci Rhabano archiepiscopo defuncto, successit Karolus, filius Pipini regis Aquitaniae. Romae Leone defuncto, 106[us] Benedictus III. papa sedit annis 2, mensibus 6. 45

857. Synodus a Karolo archiepiscopo Mogontiaci colligitur.

858. Villam quandam iuxta Mogonciacum et Rhenum, Cammunti vocatam, nequam spiritus homines multipliciter infestando devastavit. Romae post Benedictum 107[us] Nicolaus papa sedit annis 9.

859. Crebri terrae motus Mogontiacum concutiunt; ibique Probus presbiter religiosus et sanctus, 7. Kal. Iulii obiit. 50

860. Hiemps maxima etiam Ionium mare usque in Venetiam per glaciem equis meabile fecit.

861. Meginradus Augiae monachus, et primus incola heremi quae Turicino adiacet lacui, a quibusdam latronibus inibi 12. Kal. Febr. peremptus, post mortem virtutibus claruit, Augiae sepultus. A quo usque hodie Heremus ipsa a sanctis et religiosis viris culta, in nobile excrevit cenobium.

862. Lotharius rex faventibus archiepiscopis Gunthario Coloniense et Theothgaudo Treverense, repudiavit Tiothpirgam uxorem legitimam, sinodo ad hoc machinandum collecta. 55

863. Synodo Romae collecta, Guntharius et Theothgaudus archiepiscopi illuc transmissi, a Nicholao papa sunt depositi, et cum synodo sua anathematizati, Lothariusque rex, nisi resipisceret, excommunicatus est.

864. Guntharius Coloniensis episcopale officium post interdictum usurpans, set postea ductus penitentia Romam venit, set minime reconciliari meruit. 60

865. Arsenius episcopus, Nicolai papae legatus, ipsi Lothario fidem conubii per sacramenta 12 principum suorum pollicenti, Tiothpirgam coniugem reconciliatam reddidit.

866. Vulgari missis a Nicolao papa et Ludowico rege praedicatoribus, fidem Christi suscipiunt.

867. Lotharius rex posthabitis principum sacramentis, Tiothpirgam repudiavit iterum, se priori concubinae commiscens. Unde eum papa Nicolaus cum suis complicibus excommunicavit, literis ad diversos missis. 65

868. Synodus magna coram Ludowico rege colligitur Wormatiae. Romae defuncto papa Nicolao, 108[us] Adrianus II. sedit annis 5. Ad quem cum Lotharius rex venisset, et frustra opitulante fratre Ludowico imperatore, pro Waldradae

a) Romae — ann. XVI. *primum anno* 827, *tum anno* 828. *adscripta sunt in* 1. b) E. R. a. d. *haec alio* (*anni* 1088.) *atr.* 1. c) ab eo *alio atr.* d) *haec primum a.* 843, *tum a.* 844. *adscripta sunt* 1. e) *haec primum a.* 844, *tum a.* 845. *adscripta sunt* 1. f) *et haec primum anno superiori adscripta fuisse videntur* 1. g) Romae — confirmavit *item haec a. superiori primum adscripta fuerunt* 1. h) *hic numerus erasus est* 1. i) *haec in margine supra a.* 850. *habentur* 1. — *anno* 852. *adscripta* 2. k) ac b. p. *atram. paulo diverso* 1. *desunt* 3. 70

concubinae suae matrimonio satis egisset, nichil profuit. *Ea*[a] *quidem conditio ei dabatur, ut si innocens esset, fiducialiter corpus Domini perciperet; sin vero, illud nullatenus accipere praesumeret. Set ipse temerarius accessit, et cum suis complicibus inevitabile iudicium sibi suoque regno heu nimium demens, percepit. Nam tanta clades hanc praesumptionem divinitus subsecuta est, ut in eiusdem Lotharii regno, tota virtus ac nobilitas, non peste set quasi hostili gladio, deleta videretur.* (Regin. chron. a. 869.)

5 869. Lotharius rex cum complicibus suis se apud papam Adrianum de illatis criminibus excusans et corpus Domini temerarie ab eo accipiens, cum rediret domum, Placentiae periit; autoresque sceleris pene omnes obiter periere. Regnumque eius Karolus patruus eius invasit.

870. Synodus magna Coloniae collecta, et multa pro statu aeclesiae decreta.

871. [b]*Ludowicus imperator Adalgiso tyranno per sacramentum repacificatur; quo tamen sacramento eum post Iohannes* (Regin. chr.) 10 *papa absolvit, et eum contra eundem tirannum incitavit ad bellandum.*

872. Basilius imperator Grecorum portionem dominicae crucis Ludowico regi transmisit.

873. Romae defuncto Adriano, 109us Iohannes VIII. papa sedit annis 10[c], *cuius praecepto Iohannes diaconus Romanae aeclesiae vitam sancti Gregorii authentice descripsit.*

874. Ratolfus Veronensis episcopus obiit, qui sui nominis cellam construxit iuxta Augiam.

15 875. Ludowicus imperator Italiae defunctus, Mediolani sepelitur, anno regni 20°. Cuius regnum patruus eius Karolus rex Galliarum invadens, a Iohanne papa se imperatorem coronari fecit.

876. Ludowicus rex religiosus apud Franconofurt 5. Kal. Septembris obiit, anno regni 36°, regnumque eius tres filii, Karlomannus Baioariam, Ludowicus Germaniam, Karolus Alemanniam, singuli cum adiacentibus provinciis accepere.

877. Karolus rex Galliarum obiit, anno regni 37°. Post quem filius eius Ludowicus Balbus regnum Galliarum 20 accepit.

(Karlomannus rex an. 4. Ludowicus rex an. 5. Karolus imperator an. 11.)

878. Ludowicus rex Germaniae cum fratre Karolo regnum Lotharii divisit.

879. Ludowicus Balbus, filius Karoli, rex Galliarum, 3. Idus Aprilis Compendii obiit.

880. Karlomannus rex Baioariae apud villam Otingam obiit, 11. Kalend. Aprilis.

881. Nordmanni multas provincias in Gallia vastant. Karolus rex, frater Ludowici, Romam veniens, una cum 25 regina Richgarda imperiali unctione a Iohanne papa coronatur, [d]*et omnes Italorum episcopi, praeter papam, imperatori iureiurando subiciuntur.*

882. Ludowicus rex Germaniae 13. Kalend. Febr. obiit. Karolus imperator Nordmannos cuncta circumquaque vastantes, pacem regno eius deinceps sacramento firmare compulit, et regem eorum christianitatem professum de baptismo suscepit, sicque firmata amicicia digressi sunt.

30 883. Romae Iohannes papa a quodam toxicatus, etiam a quodam alio percussus malleo, obiit, statimque percussor eius a nemine lesus moritur. Et Marinus archidiaconus, papa 110us, praefuit anno 1, mensibus 6. Ludowicus rex Galliae obiit.

884. Karlomannus filius Ludowici Balbi, rex Galliae, obiit, et regnum Galliae Karolus imperator obtinuit.

885. Marinus papa obiit, pro quo Adrianus III, papa 111us, sedit anno 1, mensibus 4.

35 886. Imperator a papa invitatus, Italiam venit. Romae quintus Stephanus, papa 112us, post Adrianum sedit annis 6.

887. Richgarda imperatrix, adulterii cum Liutwardo Vercellensi episcopo incusata, divino iudicio se ab omni virorum commixtione integram et virginem comprobavit, quamvis iam 12 annis in coniugio imperatoris aparuerit. Moxque a rege separata, in Andelahense cenobium virginum a se constructum secessit, ibique Deo serviens, virgo regina permansit. Imperator autem ab omnibus deseritur, et Arnolfus, fratris sui Karlomanni filius, rex eligitur.

(Arnolfus rex et imperator ann. 12.)

40 888. Karolus imperator[e] iam privatus Deo devote serviens, ut quidam dicunt a suis strangulatus, obiit Idus Ianuar. et Augiae sepelitur.

890. Arnolfus rex ex parte apostolici rogatur, ut Romam veniens, Italiam sibi de tyrannis defendat.

891. Arnolfus rex Nordmannos ad internecionem delevit.

892. Romae post Stephanum Formosus, prius Portuensis episcopus, papa 113us, sedit annis 4, mensibus 7.

45 893. Formosus papa Arnolfum regem ad suscipiendam et a tyrannis eruendam Italiam invitat.

895. [f]Synodus magna apud Triburiam collecta. Itemque rex a papa rogatus, Italiam petit.

896. Arnolfus rex tandem Romam venit, et a Formoso papa imperator coronatus est. Formosus papa die paschae obiit. Pro quo sextus Bonifacius papa 114us ordinatus, 15° die podagra defunctus est.

897. [g]Cui sextus Stephanus papa 115us substitutus, sedit annum 1. Qui tyrannis favit.

50 898. [h]Romae post Stephani interitum Romanus papa 116us sedit mensibus paulo plus 4, et post hunc Theodorus II, papa 117us, sedit dies 20. Post quem nonus Iohannes papa 118us ordinatus, sedit annis 2.

899. Outa regina adulterii incusata, 72orum principum iuramento absoluta est.

900. [i]Romae quartus Benedictus, papa 119us, sedit annis 3, mensibus 5. Arnolfus imperator Ratisponae, ubi frequentius manebat, obiit, 6. Idus Decembris[k], anno regni 12°; pro quo filius eius Ludowicus puer regnavit.

(Ludowicus puer ann. 12.)

55 902. Beringer, Reginolf et Gerhard nobiles germani, filii Atonis comitis et Adellindae, occisi, apud Bouchaugiense cenobium virginum, a praedicta Adellinda constructum, sepeliuntur, ubi et ipsa mater postea est sepulta.

904. Romae post Benedictum Leo V, prius presbiter forensis, papa 120us, sedit mensibus ferme duobus. Post quem, ut in quibusdam inveni, Cristophorus prius cardinalis, papa 121us, sedit mensibus quatuor; qui deiectus est, et monachus factus.

60 905. Romae Sergius III, papa 122us, annis 7, mensibus quatuor.

906. Adalpertus nobilis et bellicosus de Babenberg, Counradum emulum suum pugna victum cum aliis multis peremit.

907. Adalpertus perfidia Hattonis archiepiscopi et Liutpaldi ad Ludowicum regem spe pactionis adductus, decollari est iussus.

65 908. Ungarii Saxoniam et Thuringiam vastant. Liutpaldus occisus est.

909. Ungarii Alemanniam vastant.

910. Ungarii Francos devincunt.

a) *Haec in marg. alio atramento* 1. *Anno* 869. *adscripta in* 2. b) *haec eadem manu addita* 1. c) *reliqua addita alio atramento* 1. d) *reliqua in loco raso* 1. e) imp. 1. imperio *Herimannus.* f) *haec desunt* 3. g) *haec primum* 70 *anno* 896. *adsignata erant* 1. *ut in Herimanno.* h) *haec primum anno* 897. *adsignata erant* 1. *ut in Herimanno.* i) Romae — mensibus V. *primum anno* 899. *adsignata erant, ut in Herimanno.* 1. k) VI. Id. D. *alio atramento* 1.

Counradus rex ann. 7.

911. Ludowicus rex adolescens moritur, et Ratisponae sepelitur. Post quem, deficiente nostris in partibus regio stemate, Counradus filius Chounradi, rex electus et unctus, regnavit annis 7. Burchardus dux Alemanniae in conventu suo occiditur.

912. Ungarii a Baioariis et Alemannis iuxta flumen Ine occiduntur. Cometae sunt visae. Roudolfus rex Burgundiae obiit; pro quo Roudolfus filius eius regnavit annis 25. Romae Anastasius II, papa 123us, sedit annis 2, mens. 2. Apud Sanctum Gallum Notkerus magister doctus obiit.

913. Ungarii Alemanniam vastant.

914. Salomon Constantiensis episcopus est captus.

915. Romae Lando papa 124us sedit mensibus 5. Post quem Leo VI, papa 125us, mensibus ferme duobus, et post hunc Iohannes X, papa 126us, annis 14, mensibus 2.

Syn. Alth.

916. Ungarii totam Alemanniam igne et gladio vastant. Synodus coram misso apostolici, id[a] est Petro Ostiensi episcopo, apud Altheim est habita. *In*[b] *qua sinodo generali decreto sancitum est, ut quicumque deinceps bannum ab episcopis impositum corrupisset, per ieiunium* 40 *dierum in pane tantum et aqua et sale, commissum lueret.* Apud Sanctum Gallum beata virgo Wiborada artius est inclusa.

917. Ab Ungariis Basilea destruitur. Erchanger dux et frater eius decollantur.

918. Burchardus dux Alemanniae constitutus, tyrannidem invasit. Counradus rex obiit.

Heinricus rex senior ann. 18.

919. Heinricus comes, natione Saxo, in regnum electus, sine regali unctione regnavit annis 18. Burchardus dux Alemanniae Roudolfum regem Burgundiae vicit.

920. Karolus rex Galliarum in Franciam venit. Apud[c] Sanctum Gallum Rachildis virgo inclusa est.

923. Sanguis Domini in Augiam insulam a quadam matrona defertur, sicuti literis inibi manifestatur.

924. Sanctus Oudalricus Augustae Vindelicae episcopus, praefuit annis 50.

925. Ungariis item Alemanniam vastantibus et ad cenobium sancti Galli venientibus, Wiborada virgo inclusa, a quodam eorum perempta, martirio coronatur; Rachildisque, contectalis eius, illesa divinitus conservata est.

926. Ungarii vastata Alemannia, per totam Franciam, Alsatiam atque Galliam igne et gladio deseviunt. Burchardus dux occiditur, pro quo Herimannus Alemanniae dux efficitur.

927. Heriger Mogonciacensis[d] archiepiscopus obiit, pro quo Hildibertus.

929. Romae Stephanus VII, papa 127us, sedit annis 2, mense uno.

930. Heinricus rex Boemiam petit.

931. Romae Iohannes XI, papa 128us, sedit annis quatuor. Heinricus rex reges Abodritarum et Nordmannorum christianos fieri effecit, ipseque Gallias petit.

932. Heinricus Ungarios in Siurbia interfecit.

934. Constantiae Chounradus genere et vita clarus praesul ordinatus, praefuit annis 41.

935. Romae Leo VII, papa 129us, sedit annis 3, mensibus 6.

Otto Magnus ann. 38.

936. Heinricus rex obiit, et in Saxonia apud Chutilineburg sepelitur. Pro quo Otto, filius eius, regnavit annis ferme 38.

937. Ungarii Franciam, Alemanniam, Galliam et Burgundiam vastantes, tandem per Italiam redierunt in Pannoniam. Monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii concremantur. Roudolfus rex Burgundiae obiit, pro quo filius eius Chounradus regnum suscepit. Arnolfus dux Baioariae obiit, ducatumque eius accepit Bertholfus. Baioarii cum aliis multis regi Ottoni rebellant.

938. Otto rex contra Baioarios procinctum movit, peneque omnes sibi subiugavit. Romae Staephanus VIII, papa 130us, sedit annis 3, mensibus quatuor.

939. Otto rex omnes sibi rebelles preter Metensem episcopum subiugavit.

940. Otto rex Gallias contra Ludowicum regem petiit. Hiems seva et mortalitas animalium.

942. Otto et Ludowicus reges pacificantur. Romae Marinus II, papa 131us, sedit annis 3, mens. 6.

943. Ungarii Baioarios invadentes vincuntur.

944. Terraemotus factus est, 16. Kalendas Maii.

945. Romae Agapitus II, papa 132us, sedit annis ferme 10. Otto rex Galliam ingreditur.

946. Apud Sanctum Gallum Rachildis virgo inclusa migravit ad Dominum.

947. Berhtolfus dux Baioariae obiit, cui Heinricus, frater Ottonis regis, in ducatum successit.

948. Herimannus dux Alemanniae obiit, cuius ducatum Liutolfus, Ottonis regis filius, accepit. Synodus magna 30 episcoporum coram Ottone et Ludowico regibus apud Ingelenheim facta.

949. Lothario rege Italiae mortuo, Beringarius regnum eius invasit, viduamque eius Adelheidem, Roudolfi regis Burgundiae filiam, multis iniuriis afflixit.

950. Otto rex Italiam petit, sibique eam subiecit, et pulso Beringario, domnam Adelheidem liberavit.

951. Synodus 25 episcoporum magnusque totius regni conventus apud Augustam Vindelicam coadunatur. Ibique Beringarius Ottoni regi ad deditionem venit. Ignitus lapis, quasi massa candentis ferri, ab occidente per aera venit, et draco visus est ambulans.

952. Otto rex cum filio suo Liutolfo Italiam intrat, et nuptiae regales Papiae celebrantur.

953. Lutolfus dux Ottoni[e] patri suo rebellat, set a sanctis episcopis reconciliati sunt.

954. Ungarii item egressi, Franciam, Baioariam Italiamque devastant.

955. Ungarii totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam, Alemanniae urbem, Deo iuvante ab Ottone rege pugna victi, immensa cede necantur, 4. Idus Augusti. Ex nostris etiam Chounradus dux cum aliis multis occubuit. Ungarii etiam qui tunc effugere poterant, per totam Baioariam trucidati sunt. Reges eorum Ratisponae in patibulis suspensi sunt. Romae Iohannes XII, qui et Octavianus, papa 133us, sedit ann. 8, menses quatuor; qui tanti ordinis, pro dolor! oblitus, vanitati et spurciciae fuit deditus.

956. Lutolfus dux Italiam hostiliter invadit, et Beringarium cum filio eius fugavit.

957. Lutolfus dux Adalpertum bello vicit, et ipse eodem anno obiit, et Burchardus ducatum eius accepit.

958. Cruces in vestibus quibusdam aparuerunt.

961. Otto rex filium suum Ottonem ex Adelheide regina regem eligi fecit, et ipse Italiam cum exercitu petit. Signum in sole apparuit.

a) i. e. P. O. e. *addita* 1. *desunt* 3. b) In — lueret *addita* 1. c) A. s. G. R. v. i. e. *alio atram.* 1. d) Nam iuxta antiquos non Mogontium set Mogonciacum dicitur *in marg.* 1. 2. e) Otoni 1.

962. Otto rex Romam veniens, a Iohanne seu Octaviano papa imperator coronatur, ipseque papam pro sceleribus suis arguens, minime eum potuit corrigere.

963. Imperator natalem Domini Papiae moratus, iterum Romam venit, pro sceleribus Iohannis papae diiudicandis. Set eodem Iohanne imperatorem in Campaniam fugiente, in eius locum a Romanis et imperatore vir venerabilis Leo VIII. 5 papa 134us ordinatus est.

964. Romani Leonem papam expellunt, mortuoque Iohanne papa priore, Benedictus diaconus a Romanis, nolente imperatore, ordinatur, sui nominis quintus, papa 135us, et sedit mens. 2. Et civitas ab imperatore obsessa est et tanta fame oppressa, ut modius furfuris 30 veniret denariis. Nec multo post dedita urbe traditoque Benedicto, imperator Leonem papam restituit, et Romanos ei fidem per sacramenta promittere coegit.

10 965. Imperator de Italia redit, et Burchardus dux Suevorum in Italia rebelles imperatori vicit.

966. Romae defuncto Leone, Iohannes XIIIus, prius Narniensis episcopus[a], papa 136us, sedit annis plus minus 7.

968. Eclipsis solis 11. Kal. Decembris facta.

969. Hoc tempore Iohannes papa a quibusdam multum afflictus exilio, vix tandem a quodam Iohanne suae sedi restituitur.

15 970. Otto imperator Romam veniens, iniurias domni papae in auctoribus scelerum graviter vindicavit.

971. Sanctus Oudalricus episcopus infirmus, Adalberoni, sororis suae filio, episcopatum suum ab imperatore impetravit.

972. Synodo apud Ingelenheim ab episcopis collecta, beatus Oudalricus episcopus et Adalbero transgressionis canonum accusantur; set caussa sua dicta et excusata, absoluti disscesserunt. Romae Benedictus VI, papa 137us, sedit 20 ann. 1, mens. 10.

973. Adalbero clericus, futurus ut sperabatur episcopus, obiit. Otto imperator Nonis Maii subito mortuus, apud Parthenopolim, id est Magedeburg, ubi ipse archiepiscopium[b] fecerat, sepultus est, et filius eius Otto regnavit pro eo. Sanctus Oudalricus Augustensis episcopus migravit ad Dominum, anno aetatis 83o, episcopatus 50o, quarto Nonas Iulias. Burchardus dux Alemanniae obiit, et Otto, filius Liutolfi, paternum pro eo ducatum recepit. *Otto secundus ann. 10.*

25 974. Romae Benedictus papa a Romanis criminatus strangulatur, et eo vivente Bonifacius papa ordinatur; set post unum mensem expulsus, Constantinopolim petiit; et Benedictus VII, Sutriae prius episcopus, papa 138us, sedit annis 9. Constantiae Chounradus sanctae memoriae episcopus, 6. Kal. Decembris hac vita decessit, cui Ganenolfus[c] successit.

976. Dissensio inter Ottonem regem et Heinricum ducem Baioariae commota est.

977. Discordia inter Ottonem ducem Sueviae et Heinricum ducem Baioariae[d].

30 978. Otto rex contra Lotharium regem in Gallias duxit exercitum.

979. Constantiae Gamenolfus episcopus obiit, eique Gebehardus nobilis praesul succedens, 16 annis rexit aecclesiam; qui basilicam sancti Gregorii in ripa Rheni abbatiamque suis ex praediis construxit.

981. Otto rex, peragrata Italia, Calabriam cum exercitu ingreditur.

982. Otto rex apud Calabriam occiso a Grecis et Saracenis exercitu, de navi exiliens in qua captus erat, 35 aufugit. Otto dux Suevorum obiit, et Chounradus sibi successit. *cf. Alpertum.*

983. Otto rex Romae infirmatus, 6. Idus Decemb. obiit, et in porticu sancti Petri sepelitur.

984. Otto tercius, secundi Ottonis ex Greca coniuge filius, adhuc puer pro patre regnavit. Romae Iohannes XIV, qui et Petrus, Papiae prius episcopus, papa 139us, sedit mens. 8; eumque Bonifacius, prius relegato Benedicto, male ordinatus, de Constantinopoli quo fugerat reversus, comprehendit, et cum ut perhibent toxicavit, eiusque sedem 140us 40 papa invasit. *Otto tercius ann. 18.*

985. Romae Bonifacius VII, postquam undecim mensibus invasam sedem occupaverat, subita morte periit, et mortuus a suis cesus, confessus et triviatim pedibus tractus, vix tandem clericis miserantibus est humatus.

986. Romae Iohannes XV, papa 141us, sedit annis 10, mensibus 7; qui clericos suos parvipendens, odio ab ipsis est habitus.

45 987. Fames magna est facta.

991. Theophanu Greca imperatrix, mater Ottonis regis, obiit.

992. [e]Aquisgrani in generali synodo coram legatis Iohannis papae sancitum est, ut quatuor ebdomadis ante natalem Domini, et a septuagesima ante pascha, et 14 diebus ante festum sancti Iohannis baptistae, nullus secularia placita agere aut coniugium con- 50 trahere praesumat[13].

994. Counrado regi Burgundiae defuncto, successit Roudolfus filius[f] eius in regnum.

995. Heinricus dux Baioariae obiit, cuius ducatum filius eius eiusdem nominis obtinuit. Constantiae Gebehardus episcopus venerabilis obiit, et in basilica sancti Gregorii papae a se constructa sepultus quiescit; eique Lampertus monachus in episcopatu succedens, praefuit annis 23.

55 996. Otto rex Italiam cum exercitu petit, sibique rebelles coartavit.

997. Otto rex, subactis rebellibus, Italia Romaque potitus est. Et Gregorius V. qui et Bruno, filius Otonis ducis, papa 142us ordinatus, et Otto ab eo imperator coronatus est. Qui venerabilis papa canonicam ibi disciplinam reparare satagens, sedit annis tribus, mensibus 9. Augiae Alawicus abbas 26us promotus, Romae ab ipso pap[a] consecratus et privilegio donatus est. Counradus dux Alamannorum obiit, et pro eo Herimannus ducatum accepit.

60 999. Otto imperator iterum Italiam cum exercitu[g] invadit.

1000. Romae defuncto Gregorio papa, Silvester II, qui et Gerbertus, primo Remorum, post Ravennatum archiepiscopus, seculari literaturae nimium deditus, et ob hoc curioso imperatori admodum amatus, papa 143us sedit annis 5.

1001. Otto imperator Italiam sibi quaquaversum subditam lustrat.

1002. Otto imperator in Italia 10. Kal. Febr. obiit, anno regni 18o, et intestina eius Augustae, reliquum vero cor- 65 pus eius Aquisgrani sepelitur. Pro quo Heinricus dux Baioariae rex effectus, regnavit annis 23. *Heinricus secundus imp. a. 23.*

1003. Heinricus rex Heinricum marchionem et alios sibi resistentes exercitu petit. Argentina a Herimanno duce

a) e. ordinatus est. 3. *reliqua desunt.* b) archiepm 1. c) *ita* 1. d) commota est *repetit* 3. e) *haec alio atramento inserta.* f) f. e. i. r. *desunt* 3. g) exercertitu *c.*

13) Acta huius synodi perierunt et hinc tantum innotuerunt.

Alemanniae, regi rebellante, spoliata, et divinitus in auctores sceleris graviter vindicatum est, et ab ipso duce sacro loco satisfactum.

1004. Heinricus rex Italiam petens, sibi eam subiecit; Papiam ipsa die qua coronatus est irrumpens, gladio et igne perdomuit. Inde in Saxoniam rediens, Boemiam et Bolizlaum ducem Sclavorum cum tota gente sua subiugavit.

1005. [a]Romae post Gerbertum Iohannes XVI, papa 144us, sedit anno uno.

1006. Romae Iohannes XVII, qui et Fasanus, papa 145us ordinatur, et sedit annis sex[b].

1007. Heinricus rex summo studio apud castrum suum Babenberg dictum, nobilem et divitem construxit episcopatum[c], primusque ibi hoc anno episcopus promotus est Eberhardus.

1008. Augiae remoto Ymmone abbate crudeli, Bern vir doctus et pius, Prumiensis monachus, Augiae abbas constituitur; qui gratanter susceptus, et a Constantiensi episcopo Lamperto abbas eius loci 29us consecratus, pietate et scientia clarus, praefuit annis 40.

1009. [d]Romae Sergius IV, papa 146us, ordinatur.

1011. Willigisus Mogonciacensis archiepiscopus obiit, eique Erchenbaldus successit.

1012. Chounradus dux Carentani moriens, Adalberoni ducatum reliquit. Herimannus dux Alemanniae obiit, cuius ducatum Ernust accepit.

1013. Romae defuncto Sergio papa, Benedictus VIII, papa 147us, sedit annis ferme 12.

1014. Heinricus rex Romae imperiali benedictione a Benedicto papa coronatur.

1015. Ernust dux Alemanniae in venatu ab Adalberone comite feram appetente, sagitta vulneratus, interiit; et ducatum eius filius equivocus, viduam vero eius Giselam Counradus Heinrici filius, imperator postea futurus, accepit. Megingaudus Trevirorum archiepiscopus obiit, pro quo Poppo.

1017. Gotefridus, dux partis Lotharingorum, Gerhardum comitem bello vicit.

1018. Constantiae Lamperto episcopo defuncto, Roudhardus praefuit, annis ferme 5.

1019. Chounradus, filius Chounradi quondam ducis Carentani, Adalberonem ducem apud Ulmam pugna victum fugavit.

1020. Benedictus papa ab imperatore invitatus, Babenberg venit, ibique aeclesiam sancti Stephani dedicavit.

1021. Heribertus Coloniae Agrippinae archiepiscopus, vir magnae sanctitatis, hac vita discedens, multis miraculis claruit; cui Piligrinus successit. Erchenbaldo quoque Mogonciacensi archiepiscopo defuncto, Aribo successit. Heinricus imperator in Italiam expeditionem movit.

1022. Heinricus imperator Campaniam petens, Troiam, Neapolim, Capuam, et ceteras civitates in deditionem accepit, et Nordmannis quibusdam, qui tempore eius illò confluxerant, quoddam, ut ferunt, illis in partibus territorium concessit, sicque ipse per Romam victor rediit in Germaniam. Roudhardus Constantiensis episcopus obiit. Pro quo Heimo ferme annis[e] 4 praefuit. Notkerus quoque magister de Sancto Gallo obiit.

1023. Ratisponae post Gebehardum episcopum, virum laude dignissimum, alter Gebehardus inthronizatur.

Concil. Saligenstad.

In[f] hoc anno convenit sinodus Mogontiaci[14], in qua constitutum est, ut plebs christiana 14 dies ante festum sancti Iohannis a carne et sagimine abstineat, nisi infirmitate cogente, aut festivitate, quae in illo episcopio celebris habetur. Similiter 14 dies ante natalem Domini. Item ibi constitutum est, ut vigilia epiphaniae, vigilia omnium sanctorum, vigilia assumptionis sanctae Mariae, vigilia sancti Laurentii ieiunentur, ita ut una refectionis hora admittatur.

1024. Romae defuncto Benedicto, frater eius Iohannes XVIII, ex laico papa 148us, sedit annis ferme 9. Heinricus quoque imperator, 3. Idus Iulii absque filiis diem obiens, apud Babenbergensem episcopatum a se constructum, quem omnium praediorum et thesaurorum suorum reliquerat heredem, in basilica sancti Petri sepelitur; habitoque conventu apud villam Kambam, Chounradus senior, filius Heinrici, rex promotus, ab Aribone archiepiscopo Mogonciaci unctus est, 6. Idus Septembris. Nec multo post uxor eius Gisela a Piligrino archiepiscopo Coloniae regina benedicitur, 11. Kal. Octobris.

Counradus secundus imp. a. 15.

1025. Rebellio contra Counradum regem a Counrado eius patruele et Ernusto duce Alemanniae et aliis quam pluribus est facta.

1026. Rex Counradus Italiam petens, totam pene sibi subiugavit ex hac parte Romae. Constantiae post Heimonem episcopum Warmannus praefuit, annis ferme 8.

1027. Counradus rex Romam perveniens, a Iohanne papa in die sancto paschae imperator coronatur. Inde in Alemanniam reversus, apud Ulmam Ernustum ducem et Counradum, se illi dedentes, exilio deputavit.

1028. Heinricus filius imperatoris, Aquisgrani rex electus, a Piligrino Coloniense archiepiscopo in die sancto paschae est unctus.

1029. Brun Augustensis episcopus obiit, et Eberhardum accepit successorem.

1030. Ernust dux exilio relaxatus, iterumque imperatori rebellans, cum multis aliis occiditur 16. Kal. Septembris.

1031. Aribo Mogonciaci archiepiscopus obiit. Cui Bardo monachus, vita et habitu venerandus, successit.

1032. Roudolfus rex Burgundiae ignavus obiit, et Counrado imperatori diadema suum transmisit. Cuius regnum Odo, sororis suae filius, princeps Gallicae Campaniae, invasit. Bern abbas Augiae, missis Romam cenobii sui privilegiis, a Iohanne papa item privilegium cum sandaliis, ut episcopalibus indumentis missas ageret, accepit. Unde a Warmanno Constantiense episcopo apud imperatorem quasi sui pervasor officii accusatus, eo usque ab utrisque coartatur, donec idem cum sandaliis privilegium ipsi episcopo traderet, publice in sinodo sua, id est in cena Domini sequentis anni, incendendum. Ipso anno Bouchaugiense cenobium, 2. Idus Iunii[g], incendio flagrat.

1033. Imperator Odonis provinciam Gallicam[h] invadens Campaniam, tam diu vastavit, donec ipse Odo supplex

a) Fames magna facta est. Iohannes XVI. papa 3. *vitio typographi.* b) a. sex *eodem atramento additum* 1. c) in honore S. Georgii martyris *addit* 3. d) *haec alio atramento exarata et anno* 1010. *adscripta, linea eiusdem atramenti anno* 1009. *subiungitur* 1. *anno* 1009. *adscripta* 2. *anno* 1010. 3. e) *deest* 1. 2. f) In — admittatur *in margine postea addita, eadem tamen manu* 1. g) IAN. *corr.* IVN. 1. Iulias 3. h) galliam 1. 2. *sed v. infra a.* 1037.

14) potius Saligenstadi haud procul Moguntia et Francofurto; cf. Vitam Meinwerci c. 178.

adveniens, satisfactionem licet ficte promitteret. Romae defuncto Iohanne, Benedictus IX, qui et Theophilactus, papa 149us, licet tanto ordini indignus, sedit annis plus 12.

1034. Imperator Burgundiam petens, sibi eam subiecit. Constantiae Warmanno episcopo defuncto, successit Eberhardus. Meginhardo Wirziburgensi episcopo Brun, filius Mathildis, successit.

1035. Sinodus magna apud Triburiam ab imperatore collecta est.

1036. Piligrino Coloniensi archiepiscopo Herimannus, Gebehardo secundo Ratisponensi episcopo defuncto tercius Gebehardus successit. Heinricus rex, filius imperatoris, Chunihildem, Gnutonis Danorum et Anglorum regis filiam, sibi apud Noviomagum regalibus nuptiis copulavit uxorem. Leutizi Sclavi imperatori vectigales facti. Imperator hieme Italiam petit.

1037. Imperator Papiam adiens, Heribertum Mediolanensem archiepiscopum, infidelitatis accusatum in custodiam misit; qui fuga elapsus, cunctis viribus imperatori rebellare contendit. Imperator Mediolanum obsedit, et circumquaque quaelibet ad rebelles pertinentia devastavit. Odo princeps Gallicae Campaniae a Gozzilone Lotharingorum duce pugna victus fugiensque, a quodam milite occiditur.

1038. Imperator cum natalem Domini Parmae ageret, orto tumultu inter Parmenses et exercitum, utrimque multi, set ex Parmensibus plures, ceciderunt, et ipsa civitas incendio consumpta est. Papa archiepiscopum Mediolanensem imperatori rebellem excommunicavit. Chunihildis regina, uxor Heinrici regis, 17. Kal. Augusti, et Herimannus dux Alemanniae 5. Kal. Augusti, cum multis aliis in Italia obierunt. Stephanus rex Ungariorum bonae memoriae obiit, qui seipsum cum tota gente sua ad fidem Christi convertit; pro quo Petrus regnavit.

1039. Counradus imperator, 3. Nonas Iunii obiit. Pro quo Heinricus rex filius eius regnavit.

HEINRICUS III. IMP. ANN. 18.

1040. Heinricus rex ducem Boemiae bello petit, set multis proceribus et militibus in praestructione silvae citra et ultra occisis vel captis, nil dignum efficere potuit[a]. Eberhardo primo Babenbergensi episcopo defuncto, Suidegerus successit.

1041. Ungarii quendam Ovonem sibi regem constituentes[b], Petrum regem suum expellunt. Qui profugus et exul, Heinrici regis gratiam, cui priori anno rebellaverat, querit et invenit. Heinricus rex Boemiam cum exercitu ingressus, igne praedaque cuncta devastat, et rebellem ducem obsides dare, et ipsum post se Ratisponam ad deditionem humiliter venire, sibique iureiurando fidelitatem servitiumque confirmare coartat[c].

1042. Ovo Ungariorum tyrannus, cum Baioariae fines devastaret, maxima pars exercitus eius ab Adalberto marchione bello devicta periit. Heinricus rex Pannonias petens, urbes munitas delevit, et plures deditione subiecit. Et dum Petrum regem suum recipere nollent, ducem eis quendam praefecit; quem statim post eius discessum Ovo in Boemiam repulit.

1043. Heinricus rex iterum Pannonias petens, ab Ovone, vix pactum impetrante, suscepta satisfactione et muneribus discessit. Inde in Alemanniam veniens, in sinodo Constantiensi cunctis qui contra eum deliquerant omne debitum ipse dimisit. Hocque et alios suis debitoribus facere adhortans, inauditam multis seculis pacem effecit. Post haec Agnetem Willihelmi Pictaviensis filiam accipiens, et Mogonciaci reginam ungui faciens, regales apud Ingelenheim nuptias celebravit. Ibi Liutpaldus, Adalberti marchionis filius, obiit.

1044. Gozzilo dux Lotharingorum moriens, Gozziloni filio suo, quamvis ignavo, ducatum suum a rege Heinrico promissum reliquit. Set alter filius eius Gotefridus, iamdudum dux, cum ducatum fratri debitum a rege obtinere nequisset, pio regi rebellare praesumit. Heinricus rex parvo exercitu contra gravissimam Ungariorum gentem[d] fortiter pugnavit, et vicit, Ovonem tyrannum fugavit, et Petrum expulsum pristinae dignitati restituit. Postea vero Petrus in regno confortatus, eundem Ovonem cum uxore et filiis comprehensum, decollavit. Magna vis famis homines immunda animalia comedere coegit.[e] Romani[f] Benedictum papam pro[g] sceleribus[g] suis[g] expellunt, et quendam Silvestrum papam 150um[g] temere[g] constituunt; quem tamen Benedictus papa postmodum quorundam auxilio expellit; ipseque suae sedi redditus, sponte[h] a papatu discessit, et Gratianum, nomine Gregorium VI, papam 151um, pro se ordinari permisit, anno Domini 1046.

1045. Otto Palatinus comes, dux Alemanniae constituitur. Petrus rex Ungariorum, Heinrico regi ad se invitato, regnum Pannoniarum tradidit; quod tamen ab eo ipse, dum viveret possidendum, recepit. Brun Wurziburgensis[i] episcopus obiit, 7. Kalend. Iunii. Gotefridus dux ad deditionem regi veniens, in custodiam mittitur. Leutici se regi dedunt, et solitum censum promittunt. Guntharius heremita ad Christum migravit, et in Braga, Boemiae urbe[k], sepultus quiescit.

1046. Rex Aquisgrani in pentecoste Gotefrido duci, e custodia relaxato, ducatum reddidit; et Widgero Ravennae praesuli, nimium crudeli, nondum consecrato, episcopatum abstulit. Ungarii regem suum Petrum oculis privant, et pro eo quendam Andream regem statuunt. Heinrico regi cum expeditione in Italiam venienti, Gratianus papa, nomine[l] sextus[l] Gregorius[l], quem Romani expulsis prioribus statuerant, Placentiae obvians, honorifice suscipitur; qui tamen postmodum apud Sutriam in synodo non[m] invitus pastorale officium deposuit[m]. Pro quo Suidegerus Babenbergensis episcopus nimium reluctans, omnium consensu eligitur. In tempore[n] huius apostolici innumerabiles terraemotus et maximi in Italia facti sunt, et hoc fortasse ideo, quia idem apostolicus non canonice subrogatus est antecessori suo, non canonice deposito; videlicet quem nulla culpa deposuit, set simplex humilitas ab officio cessare persuasit[n]. Eberhardus Constantiensis episcopus Romae obiit, pro quo Theodericus.

1047. In ipso natalis Domini die Suidegerus papa 152us[o] ex more consecratus, Clemens II. est vocatus; sedit mensibus novem. Qui mox ipsa die Heinricum regem cum coniuge sua Agnete imperiali benedictione sublimavit. Hunfridus Ravennae efficitur archiepiscopus. Beneventani cives, socrum imperatoris de monte Gargano reversam male tractantes, imperatori rebellant. Imperator corpus beati Widonis, Pomposiae abbatis, de Parmaensi civitate Spiram secum transtulit. Poppo Treverorum archiepiscopus obiit, pro quo Heberhardus. Gotefridus dux et Balduwinus de

a) *ita et* 4. 4b. 5. b) eligentes 4. 4b. c) *ita et* 4. 4b. 5. d) *deest* 1. 2. e) Magna — coegit *haec et* 4. 5. *habent.* f) Romani — MXLVIo. *in margine postea adscripta* 1. g) *alio atramento adiecta* 1. h) sponte — MXLVI. *alio atramento adiecta* 1. i) *ita* 1. 3. k) *deest* 3. l) *addita* 1. *desunt* 3. m) non — deposuit *in loco raso* 1; *cf. diversum ab hoc Herimanni textum.* n) In — persuasit *in margine addita* 1. o) CLI. *corr.* CLII. 1.

Flandris imperatori rebellant. Item Theodericus de Phladirtinga[a] marchio rebellat imperatori; contra quem imperator exercitum movens, parum profecit. Clemens, qui et Suidegerus papa, 7.[b] Idus[b] Octobr.[b] obiit. Gotefridus dux inter alia quae contra regem fecit, Viridunensem civitatem combussit; cuius ducatum imperator Adalberto cuidam tradidit.

1048. Imperator Ottonem de Suinvurt Suevis ducem constituit. Sanguis Domini apud urbem Mantuam, ut creditur, divina per quendam caecum revelatione invenitur. Bern abbas Augiensis, vir doctrina et moribus insignis, obiit; cui Oudalricus successit. Poppo Brixiensis episcopus ab imperatore electus, Romam mittitur, et honorifice susceptus, papa 153[us] [c] ordinatur, nomine Damasus II, et[d] sedit 30 dies. Heinricus imperator et Heinricus rex Galliarum convenientes in Metensi territorio, pacem inter se iuramento confirmant. Gotefridus Adalbertum ducem occidit; cuius ducatum Gerhardo imperator dedit[e].

1049. Imperator Chounradum ducem Baioariae constituit, et Gotebaldum Aquileiae patriarcham, post Heberhardum nuper defunctum, promovit. Nonnulli principes et episcopi Phladirtingam intrantes, Theodericum pugna victum occidunt, et provinciam illam imperatori subiciunt. Brun Leucorum, id est de Tullo[f], episcopus, ab imperatore electus, Romam mittitur, et papa 154[us] [g], nonus Leo vocatur, et sedit annis quinque. Qui in proximo pascha Oudalricum Romae Augiensem consecravit abbatem, et monastaerii eiusdem privilegia, a sede apostolica tradita, confirmavit et innovavit. Idem papa Romae synodum, maxime contra symoniacam heresim, celebravit. Hic[h] in plenaria synodo constituit, ut Romanorum presbiterorum concubinae extunc et deinceps Lateranensi palatio adiudicarentur ancillae. Emptiones et venditiones altarium sub anathemate prohibuit. Imma[i] obiit anno dominicae incarnationis 1049, 2. Nonas Aprilis. Odilo Cloniacensis abbas venerabilis migravit ad Dominum, Kal. Ianuar.[k] Gotefridus et Balduwinus reconciliantur imperatori.

1050. Domnus papa synodum Romae post pascha collegit, in[l] qua heresim Beringarianam, nuper ad apostolicam sedem delatam, damnavit. Item in autumno sinodum Vircellis* collegit, in qua eandem heresim anathematizavit[l] [15]. Quo tempore Agnes imperatrix filium imperatori peperit.

1051. Imperator natalem Domini apud Goslare egit, et multos ex principibus filio suo iureiurando fidem promittere fecit. Hunfridus Ravennas archiepiscopus, domno[m] papae apud Augustam reconciliatur. Post pascha synodum Romae collegit Leo papa, ubi Gregorium Vercellensem episcopum, propter quoddam adulterium et periuria perpetrata, absentem et nescientem excommunicavit. Quem tamen post Romam venientem et satisfactionem[n] promittentem, priori officio restituit. Eadem aestate Bardo, venerabilis Mogonciaci archiepiscopus, 3. Idus Iunii defunctus, multis claret miraculis; pro quo Liutpaldus. Constantiae Theoderico episcopo defuncto, successit Rumaldus. In autumno imperator regnum Ungariae devastavit. Hoc tempore Touta, nobilis et religiosa vidua, Bouchaugensi et Lindaugensi coenobiis abbatissa ab imperatore praeficitur.

1052. Imperator Goslare natalem Domini agens, quosdam ibi hereticos Manicheos, omnis esum animalis execrantes, consensu omnium, ne heretica scabies serperet in plures, in patibulo suspendi fecit. His diebus Bonifacius[o], Italiae marchio ditissimus, Beatricis nobilissimae comitissae maritus, a duobus militibus sagittis toxicatis vulneratus, moritur, et Mantuae honorifice sepelitur. Reliquiae beati Zenonis confessoris, a Waltario Veronense episcopo in Alemanniam ad villam Ulmam allatae, plurimis claruere miraculis[p].

1053. Imperator cum domno papa natalem Domini Wormatiae egit. Ubi cum papa sicut dudum ceperat Fuldensem abbatiam aliaque nonnulla loca et cenobia, quae sancto Petro antiquitus donata feruntur, ab imperatore reposcens exegisset, demum imperator pleraque in Ultraromanis partibus, ad suum ius pertinentia, pro Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit. Eique contra Normannorum violentiam propulsandam auxilia delegavit. Ea siquidem gens a temporibus prioris Heinrici imperatoris in partes Calabriae, Samniae, Campaniaeque confluxit. Et quia indigenis contra Grecorum et Sarracenorum incursiones audacter praeliando auxiliabatur, primo gratanter accipitur. Postea vero pluribus eorum ad uberem terram concurrentibus, viribus adaucti, ipsos indigetes et res eorum violenter possedere. Unde domnus papa cum plurimis Teutonicorum Romam rediens, post pascha contra Nordmannos exercitum movit. Set exercitu eius partim fugato, partim occiso a Nordmannis, ipse papa in quodam castello ab eis obsessus, cum expugnata iam iamque munitione, necessitate coactus, communionem eis prius interdictam reddidisset; acceptus ab eis, Beneventum cum honore tamen reducitur. Ibique, ne rediret, aliquamdiu detinetur. Imperator Heinricus habito conventu apud Triburiam, filium equivocum regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiectionem promitti fecit. — Hazilinus etiam, Babenbergensis episcopus, infamis moritur.

1054. Imperator Adalberonem consobrinum suum, in villa Otinga, ubi natalem Domini egit, Babenbergensi aecclesiae praefecit. Domnus papa tandem, instante pascali tempore, Romam reversus, egrotans, glorioso exitu, cunctis prius benedicens et admonitis valedicens sanctoque Petro peccata sua confessus et devote se illi commendans, 16. Kal. Maii obiit, et in basilica sancti Petri iuxta sepulcrum sancti Gregorii sepultus, miraculis claruisse memoratur. Pro quo Gebehardus, Victor II. nominatus, papa 155[us] [q], sedit[r] tribus annis. Huic[16] subdiaconus

a) *in loco raso* 1. b) *addita* 1. c) CLII. *addito* I. 1. d) et s. XXX d. *addita* 1. e) *hic nonnulla erasa sunt* 1. f) *supra lineam* 1. *desunt* 3. g) CLIII. *add.* I. 1. h) Hic — prohibuit *in margine addita* 1. i) Imma — April. *in marg. postea addita* 1. k) IIII. Non. *corr. postea* Kal. 1. IIII. Kal. 2. 3. *) *ita hic* 1. 2. 3. l) in — anathematizavit *in loco raso* 1. m) domnae 1. 2. n) *in loco raso* 1. o) bonefacius 2. p) *post haec locus adrasus* 1. *cui olim fortasse* Constantiae basilica sanctae Mariae corruit *ex Herimanni chronico inscripta erant; hodie, quae supra pag.* 388 *lin.* 30—32. *transscripsi, ibi et in margine leguntur.* q) CLIIII. *corr. alio atramento* CLV. 1. r) sedit III an. *in loco raso. Hinc usque ad initium anni* 1057. *scripta in loco raso littera minuta, eadem tamen manu, anno circiter* 1092. *inserta sunt. Quid deletum sit, dubitatur. Fortasse quaedam ad laudem Herimanni Augiensis scripta erant; in necrologio saltim eodem fere atramento, haec ad d.* 8. *Kal. Oct.*

15) eadem fere iisdem verbis in Bernoldi opere de Berengarii damnatione multiplici leguntur Uss. Prodr. II. 432. 16) Eadem iisdem verbis apud Lambertum supra pag. 156. leguntur.

toxicum in calicem misit; quem cum ipse post consecrationem levare vellet, nec posset, a Domino causam facti inquisiturus, cum populo ad orationem prosternitur; statimque toxicator eius a demonio arripitur. Ita igitur causa manifestata, domnus papa calicem cum sanguine dominico cuidam altari iussit includi, et pro reliquiis in perpetuum con-
5 servari. Deinde iterum cum populo tandiu ad orationem prosternitur quousque subdiaconus a demonio liberaretur. **Balduinus imperatori rebellat. Gotefredus dux clam ingressus Italiam, domnam Beatricem, viduam Bonifacii marchionis, sibi in coniugium copulavit.**

PARS ALTERA GENUINA. A. 1055—1100.

1055. Imperator Italiam visitat, et praedictam Beatricem inde abduxit captivam,
10 quippe multum moleste ferens, duci Gotefredo esse copulatam. Welf dux Carinthiorum obiit.

1056 [a]. Victor papa misso Hildebrando tunc archidiacono, set postea apostolico, sinodum Turonis generalem collegit, in qua Beringarius Andegavensis aeclesiae canonicus, a quo Beringariana heresis denominatur, sinodaliter et praesentialiter pro eadem
15 heresi examinatur. Qui cum se defendere non posset, heresim suam coram omnibus anathematizavit et abiuravit, secundum formam quam sancta et universalis sinodus Ephesina praescripsit [17]. 17

1057 [b]. Heinricus imperator filium suum, iam regem factum, principibus regni commendans, obiit 3. Non. Octobris. Pro quo Heinricus filius eius, admodum puer, cum HEINRICVS QVARTVS.
20 matre sua Agnete cepit regnare. Romae post Victorem Fridericus, frater Gotefridi ducis, dudum beatae memoriae Leonis papae archicapellanus, ex clerico monachus factus, postea abbas in monte Cassino promotus, Stephanus nonus nomen adeptus, papa 156[us c] praefuit novem mensibus [d]. Hic [18] omnes Romanos clericos ab aeclesiastico conventu sepa- 18 ravit, qui post interdictum beati Leonis papae incontinentes extiterant. Sic enim piae
25 memoriae [19] Petrus Damiani, cardinalis episcopus, in literis [e] suis testatur.

1058. Romae post Sthephanum quidam Benedictus contra canones privata quorumdam gratia ordinatus, sine consecratione mensibus septem [f] praefuit aeclesiae. Qui a Gotefrido duce expellitur, et Gerhardus Florentiae episcopus, secundus Nicolaus vocatus, papa 157[us g], praefuit annis fere tribus. Qui constituit, ut qui tunc a symoniacis essent
30 gratis [h] promoti, ministerio suo permitterentur uti. Deinceps autem quicumque a symoniacis ordinarentur, nichil tali promotione lucrarentur. Hunc etiam papam Petrus Damiani, piae memoriae episcopus, ad corrigendam iuxta canones clericorum incontinentiam, provocavit [20]. 20

1059. Fridericus et fratres [i] eius de Glichberga [k. 21] Heinrico regi rebellant.
35 1060 [l]. Romae Nicholaus papa generali sinodo praesidens, Beringaerium [m] praesentialiter et sinodaliter pro heresi sua iterum examinavit; qui tandem quasi conversus, libros suae hereseos coram sinodo concremavit, et eandem heresim ut prius iurando anathematizavit [22]. 22

1061. Romae Nicolao papa defuncto 6. Kalend. Augusti, Romani Heinrico regi,

40 *leguntur:* Heremannus doctor egregius obiit. *et in libello de canonum auctoritate haec scribit:* Chronica quam domnus Heremannus egregius calculator et temporum solertissimus indagator ex diversis chronicis et historiis diligentissime composuit, quae usque ad MLIVum dominicae incarnationis annum fideliter perduxit. (*Usserm. Prodr. II. p.* 340.) *Sententia quam Urstisius hoc anno post* demonio liberaretur *exhibet:* Herimannus Wolferadi comitis filius *etc. usque* sepultus est *ex Sangallensi Bertholdo assumpta est, quam videsis supra pag.* 267. *lin.* 35. *Textus anterioris vestigia in Gottwicensi et Murensi*
45 *Bertholdo annis* 1055—1057. *superesse videntur.* a) *haec littera minuta scripta sunt, eadem tamen manu* 1. b) *fortasse numerus* MLVI. *postea in* MLVII. *mutatus est* 1. c) CLV. *corr.* CLVI. 1. d) *quae sequuntur, postea eadem tamen manu addita sunt* 1. e) lus 1. f) m. VII. *inserta paulo post* 1. g) CLVII. *corr. alio atr.* CLVIII. 1. h) *vox circiter anno* 1092. *addita* 1. *deest* 4. 4[b]. i) frater 3. k) l *iam* i *apparet* 1. l) *totus annus* 1060. *priori textu eraso, circa a.* 1092. *minori littera insertus est* 1.; *cf. textum codicis* 4[b]. *supra in Bertholdo p.* 271. m) beringærium 1. e *addito.*

50 17) *Victor — Beringarius* et *qui cum — praescripsit* Bernold. Opusc. XVII, 3, 5. p. 433. 18) v. Petri Dam. ep. IV, 3. ad Cunibertum. 19) obiit a. 1072. 20) Similia leguntur Bernold. Opusc. II, 8. p. 234. 21) Gleyberg prope Giessen. 22) Eadem fere Opusc. XVII. l. l. Acta conc. ap. Mansi XIX. 897.

eiusdem nominis quarto, coronam et alia munera mittentes, de summi pontificis electione regem[a] interpellaverunt. Qui generali concilio Basileae habito, imposita corona a Romanis transmissa, patricius Romanorum est appellatus. Deinde communi omnium consilio, Romanorumque legatis eligentibus, Chadelo Parmensis episcopus 7. Kalend. Novembris papa eligitur et Honorius appellatur, papatum[b] nunquam possessurus. Set vicesima septima die ante eius promotionem, Lucensis episcopus, nomine Anshelmus, a Nordmannis et quibusdam Romanis papa 158us[c] ordinatus, Alexander vocatus, sedit annos 12. Qui satis strenue symoniacam heresim destruxit, et ministris altaris cum coniugibus coire, iuxta canonum statuta cum excommunicatione interdixit, ipsosque laicos clericorum aperte incontinentium officia audire, per bannum prohibuit; sicque clericorum incontinentiam satis prudenter refrenavit. Huius autem constitutionis maxime fuit auctor Hildebrandus, tunc Romanae aeclesiae archidiaconus, hereticis maxime infestus.

1062. His temporibus fames magna fuit. Magna dissensio facta est inter imperatricem Agnetem et Gundharium Babenbergensem episcopum.

1063. Heinricus rex exercitum in Pannoniam movens, Salemonem, filium Andreae regis, in regnum patris sui restituit. Heinricus Augustensis episcopus obiit, pro quo Imbrico. Cedes magna Goslare contigit in aeclesia, rege praesente.

1064[d]. Magna seditio orta est inter Adalbertum Haminburgensem archiepiscopum et principes regni.

1065[e]. Domus regalis Goslari[f] concremata est. Eodem anno, ab incarnatione Domini **1065**, quando[23] et pascha celebratum est 6. Kalendas Aprilis, in qua die et Christus resurrexit, in tertia die paschalis ebdomadae, 4. Kalend. Aprilis, indictione tercia, rex Heinricus anno regni sui 9°, aetatis suae 14°, accinctus gladio in nomine Domini. Pataviensis[g] episcopus obiit; cui Altmannus imperatricis capellanus successit. Hoc tempore Sigifredus Mogontiacensis archiepiscopus, et Gundharius Babenbergensis episcopus, et Otto Ratisponensis episcopus, et Willihelmus Traiectensis episcopus, cum magna multitudine Ierusalem profecti, in eo itinere a paganis multa sunt perpessi. Nam et bellum cum eis inire sunt coacti[h]. In eodem itinere Guntharius obiit. Cui Ricimannus[i] symoniace successit.

1066[k]. Multi nobiles bello civili perierunt. Cometae sunt visae in octavis paschae, 9. Kal. Maii, et per 30 dies apparuere. Eberhardus Treverensis archiepiscopus, 17. Kalend. Maii, sabbato sancto paschae, completis a se ipsius diei officiis, ipsis sacerdotalibus vestimentis indutus, requievit in pace. Cui Chonradus Coloniensis praepositus debuit succedere; set a civibus non est electus. Unde quidam comes, nomine Theodericus, eundem Chonradum ad urbem Trevirorum tendentem comprehendit, et diu sub custodia maceratum, quatuor militibus necandum commisit; qui dum eum ter per quoddam praecipitium[l] deiecissent, et nil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis penitentia ductus, ab eo veniam impetravit. Alius autem volens eum decollare, maxillam eius tantum abscidit; et sic ipse Deo dignus martir ad Dominum migravit. Passus est autem Kal. Iunii, anno ab incarnatione Domini **1066**, regni vero Heinrici **10**, sepultus apud abbatiam nomine Doleiam. Tres autem milites mortis huius servi Dei auctores digna ultio postmodum subsecuta est. Nam unus eorum acceptum cibum degluttire non valens, alii duo manus suas lacerantes, ad claustra inferni descenderunt[m]. Udo post interfectum Chounradum praesul Trevirensis constituitur. Nuptiae Heinrici regis.

Item cometa visa est. His temporibus venerabilis Petrus Damiani, ex heremita cardinalis episcopus, multa conscripsit, et incontinentiam sacerdotum satis rationabiliter in scriptis suis confutavit, ordinatos autem a symoniacis, ut aiunt, nimium clementer

a) *supra lin. add.* 1. b) p. n. p. *in marg. addita post obitum ut videtur Kadalai, de quo certi nil constat; post annum tamen* 1073. *cf. Affo storia di Parma T. II. habentur etiam in* 2. 3. 4. 4b. c) CLVII. *addito* I. *alio atramento* 1. d) *narratio huius anni deest* 3. e) MLXIIII. 3. f) *ita* 1. 2. 4. 4b. goslare 3. g) P. e. o. c. A. i. c. s. *in margine alio atramento* 1. *sed adsunt etiam in* 2. 3. 4. 4b. 5. h) *reliqua anni alio atramento addita sunt* 1. i) rizimannus 2. k) MLXV. 3. l) pcipium 1. m) *hic numerum anni* MLXVI. *inserit* 3.

23) Non intendit, Christum in paschate resurrexisse, sed pascha hoc anno die 27. Martii evenisse, quo die dominicam resurrectionem factam esse credebant veteres; unde et eodem die in antiquis kalendariis passim notatur *Resurrectio Domini,* uti et die 25. Martii *Incarnatio et passio Domini.* Distinguebant ergo scriptores medii aevi diem paschae quolibet anno variantis a die resurrectionis in kalendariis ad d. 27. Martii fixo. USS.

tractavit[a]. Hugo Bizantiensis archiepiscopus obiit[24]. Cui eiusdem aeclesiae canonicus[25] a fratribus electus, a rege substituitur.

1067. Saxonia civili laborat discordia. Nordmanni Romam adire voluerunt hostiliter. Burchardus Halberstetensis episcopus Leuticorum gentem viriliter devastavit[b]. Einhardus Spirensis episcopus in itinere Romano obiit. Cui Heinricus successit.

1068. Heinricus[c] rex adolescentiae suae errore seductus, legitimae coniugis adeo obliviscitur, et tam nefandis criminibus involutus esse diffamatur, ut etiam principes eius eum regno privare molirentur. Totus ille annus pluvialis.

1069. Pax et reconciliatio in populo, in natali Domini apud Goslare, regali edicto sub sacramento sunt confirmatae. Heinricus rex gentem Leuticorum devastat. Dedo marchio Saxonicus regi Heinrico rebellat; set postmodum coactus ad deditionem venit. Oudalricus abbas Augiensis obiit, pro quo Meginhardus. Constantiae Rumaldus episcopus obiit; cui Karolus per symoniacam heresim in episcopatu successit. Gotefridus dux inter seculares excellentissimus, et in recordatione peccatorum suorum ad compunctionem lacrimarum facillimus, in erogatione elimosinarum largissimus, in vigilia natalis Domini satis laudabili fine requievit in pace[d].

1070. Francia civili laborat discordia. Otto dux Baioariae regi Heinrico rebellat et Magnus filius Ottonis ducis Saxoniae aquilonialis. Set rex praedictum Ottonem, cum legitime ad satisfactionem vocatus nollet venire, ducatu privavit. Meginhardus sponte dereliquit Augiensem abbatiam; post quem quidam Roudpertus indigne eidem abbatiae praefectus, digne postmodum est expulsus[26]. Hiemps ventosa et pluvialis.

1071. Welf dux Baioariae efficitur. Heinricus rex multas insidias passus, viriliter omnes transivit. In pentecoste[27] Otto, iampridem dux Baioariae, cum sociis suis regi Heinrico ad deditionem venit sua sponte, anno ab incarnatione Domini 1071, regni autem Heinrici 15, aetatis vero eius 20, indictione 9, tercia feria eiusdem ebdomadae, 18. Kalend. Iulii. Karolus qui Constantiensem episcopatum symoniace[e] acquisivit, quique thesauros eiusdem aeclesiae, utpute sacrilegus fur, in suos usus dispersit, habito concilio Mogonciaci, ex praecepto papae Alexandri, praedictus Symonis discipulus, nondum consecratus deponitur, quippe cum a clericis Constantiensibus ibidem accusatus, obiecta negare non posset. Cui successit Otto in episcopatum[28].

1072. Heinricus rex pene sine difficultate bellorum sibi reluctantes superavit. Petrus Damiani, piae memoriae cardinalis episcopus, iam dudum mundo crucifixus, migravit ad Dominum, 8. Kalend. Martii[f. 29]. Cui domnus Geroldus, revera monachus, scientia scripturarum insignis, et moribus praedecessori suo non impar, in episcopatum successit. Adalbertus Haminburgensis sive Bremensis archiepiscopus obiit. Cui Leobmarus[g] successit. Rex multa sibi munitissima castella construxit in partibus Saxoniae et Thuringiae, et multas sibi munitiones iniuste usurpavit; unde multorum animos contra se excitavit.

1073.

Roudolfus dux Alemanniae, et Bertolfus dux Karinthiorum, et Welf dux Baioariae, a rege Heinrico discesserunt; quia aliis subintroeuntibus consiliariis, suum consilium apud regem non valere perspexerunt. Theodericus comes penitentia ductus pro facinore quod in beatum Chounradum Trevirensibus praesulem deputatum commisit, licet multa pericula obstarent, ardenti tamen fide cum aliis multis Ierosolimam cepit ire. Qui cum mare navigio intrarent, subita tempestate circumventi, statimque obtenebrata die quo irent incerti, celesti lumine sepius exhilarantur. Deinde non iam mortem in periculis timentes, set vitam aeternam praemeditantes, marinis fluctibus emundati a peccatorum

a) *reliqua anni alio atramento postea addita sunt* 1. *sed adsunt etiam in* 2. 3. 4. 4b. b) *reliqua anni alio atramento in margine adiecta sunt* 1. *sed habentur etiam in* 2. 3. 4. 4b. c) *prima linea in loco raso* 1. *at eadem in reliquis habentur.* d) in p. *paulo post addita* 1. *desunt* 3. e) symoniacae *corr.* symoniace 1. f) VII. K. M. *supra lin. addita* 1; *et adsunt in reliquis.* g) leothmarus 2. leomarus 3.

24) die 27. Iulii; cf. Dunod hist. de l'église, ville et diocèse de Besançon I. p. 104 sqq. 25) Hugo II. 26) Gregor. Regist. I, 82. 27) d. 12. Iun. 28) Mansi T. XX. p. 10. 29) in Necrologio obitum eius diei 9. Kal. Mart adsignat Bernoldus.

sordibus, migraverunt ad Dominum, 13. Kalend. Martii: quippe Theodericus comes, Widerolt, Marcuart, cum aliis 113. Romae Alexander papa decessit. Pro quo venerabilis Hildebrandus, Romanae aeclesiae archidiaconus, communi omnium consilio expetitur papa constituendus. Quo audito ipse archidiaconus, se viribus esse imparem tanto honori, immo oneri, reputans, inducias respondendi petiit, et sic fuga elapsus, aliquot dies ad Vincula sancti Petri occultatus latuit. Set tandem vix inventus, et ad apostolicam sedem vi perductus, papa 159us [a] ordinatur 7. Kalend. Maii[b], et Gregorius VIIus appellatur[c]. Cuius prudentia, non solum in Italia set etiam in Teutonicis partibus, refrenata est sacerdotum incontinentia. Scilicet quod praedecessor eius in Italia prohibuit, hoc ipse in tota catholica aeclesia prohibere studuit. Tota Thuringia et Saxonia regi Heinrico rebellant, propter praedictas munitiones et alia multa quae contra voluntatem eiusdem populi rex in eorum regione fecit inconsulte. Eggehardus tandem abbas Augiensis efficitur, et a praedicto papa Romae consecratur.

1074.

Heinricus rex absentibus sui regni principibus eo pacto pacificatur cum Saxonibus, ut munitiones praedictae destruerentur, propter quas seditio orta est, quae et postea sunt destructae. Roudolfus dux et ceteri reconciliantur regi. Hoc tempore legati sedis apostolicae in Alemanniam ad regem venere, pro[d] ipsius regis moribus corrigendis. In quorum manus se rex ipse sub correctionis sponsione commisit, suumque auxilium domno apostolico ad deponendos symoniacos firmissime promisit. Ipsi etiam regis consiliarii omnes res aeclesiarum iniuste acquisitas se reddituros, coram eisdem legatis sub sacramento promisere; quippe qui easdem res a symoniacis emerunt, consilio suo eosdem indignos ad aeclesiasticum honorem adiuvando. His ita dispositis, legati sedis apostolicae redierunt[e. 30]. Heremannus marchio, filius[f] Bertaldi ducis, Cluniaci angelicam vitam perfectissime arripiens[f], adhuc adolescens, uxore et unico filio et omnibus quae possederat derelictis[g], vere monachus, migravit ad Dominum, 7. Kalend. Maii[31].

1075.

Heinricus rex nativitatem Domini Argentoraci fecit. Expeditionem in Saxoniam ordinavit. Heremannus Babinbergensis episcopus, a clericis suis[h] pro simoniaca heresi accusatus, a papa deponitur, cui Roubertus substituitur. Gregorius papa in prima epdomada quadragesimae sinodum Romae collegit[32], in qua causam Heinrici[i] Spirensis episcopi, set simoniaci, examinavit. Qui ipsa die cum examinaretur causa eius Romae, id est 6. Kalend. Marcii, infirmatus est Spirae, sed deinde 4. Kalend. Martii miserabiliter expiravit, quando et a Gregorio papa diffinitam suae damnationis sententiam in Romana sinodo excepit[33]. In eadem sinodo decretum est a Gregorio papa, ut clerici aliquem

a) CLVIII. *addito* I *alio atramento* 1. b) VII. Kal. Maii *alio atramento Bernoldi tamen manu addita* 1. *adsunt* 3. *desunt* 2. 4. 4b. c) *Hucusque Bernoldus primo scripsisse, dein anno* 1074. *quae iam sequuntur addidisse videtur.* d) p. i. r. m. c. *in loco raso eadem tamen manu* 1., *et adsunt in reliquis.* e) *hinc inde aliud atramentum* 1. f) f. b. d. *et* a. v. p. a. *in loco raso* 1. *sed eadem manu, et adsunt in reliquis.* g) is *in loco raso* 1. h) a. cl. s. *desunt* 2. i) *deest* 3.

30) Gregorii VII. regist. I. 85. II. 30. 31) 6. *Kal. M.* Necrol. Bernoldi. 32) Mansi XX. p. 443. 33) cf. eadem fere verba in epistola de damnatione schismaticorum ap. Ussermann Prodr. II. p. 268. et apologiam pro Gebhardo Const. ep. ibid. p. 379 - 382: *Ut autem damnatorias sententias nostri apostolici et ipsius principis apostolorum super Ananiam et Saphiram pari efficacia pollere non dubites, damnationem Spirensis episcopi et mortem eius studiose consideres, qui in praeterito anno, qui erat ab incarnatione Domini* 1075. *in prima hebdomada quadragesimae, eadem die, id est* 6. *Kal. Martii, immo eadem hora subito, quasi quodam invisibili telo perculsus, apud Spiram infirmari coepit, qua hora et causam eius in Romana synodo noster apostolicus ventilare coepit. Idem quoque tertia die, id est* 4. *Kal. Martii, heu miserabiliter exspiravit, qua eum etiam definita nostri Gregorii sententia Romae cum indubitabili efficacia damnavit. Sic enim concors fidelium relatio virorum testatur, quorum quidam eo tempore in Romana sinodo damnationi eiusdem praevaricatoris interfuere; quidam vero apud Spiram, quod idem episcopus tam subito, tam miserabiliter obiisset, praesentes exhorruere. Ergo et tu cave. Das dir ieth alsamo beschehe* . . . . — *Anno dominicae incarnationis* 1076. *indict.* 15. *in prima hebdomada quadragesimae Gregorius papa VII. generali synodo Romae in aeclesia Salvatoris praesidens, Ottonem Constantiensem episcopum synodali iudicio*

sacrorum ordinum gradum vel officium precio adepti, deinceps in aeclesia non ministrent, nec aeclesiam precio adquisitam aliquis retineat, nec deinceps alicui aeclesiam vendere vel emere liceat. Deinde ut a clericali officio cessent, quicumque se per incontinentiam reprehensibiles exhibent. Item, ut populus clericorum officia nullatenus recipiat, quos praedictas apostolicas institutiones centemnere percipiat[34]. Rex Wormatiae pascha celebravit, post pentecosten exercitum in Saxoniam promovit, in qua expeditione innumerabilis multitudo 5. Idus Iunii iuxta flumen nomine Unstrout utrimque ceciderunt, et multi ex Saxonibus regi ad deditionem venerunt. Detwinus Leodicensis episcopus decessit; cui Heinricus successit. Anno venerabilis Coloniensis archiepiscopus, mirae sanctitatis, requievit in pace, 2. Nonas Decembris; cui Hiltolfus, impar genere et moribus, successit.

1076.

Rex natalem Domini Goslarie celebravit, ibique quosdam iurare compulit, ut filium eius post ipsum eligerent ad regnum. His temporibus rex Heinricus per symoniacam heresim sanctam aeclesiam fedare non cessavit, scilicet pro precio episcopatus, abbatias, et alia huiusmodi investiendo, et inter alia crimina etiam excommunicatis communicando. Cintius[a] quidam Romanus civis, Gregorium papam in die natalis Domini missarum sollemnia celebrantem comprehendit; quem ita comprehensum quidam ex militibus eiusdem Cintii occidere destinavit. Set cum gladium super caput eius libraret, nimio terrore cor-

a) Cintius — celebrantem *in loco raso, sed eadem manu* 1.

officio et communione privavit, eo quod ipse cum reliquis schismaticis contra apostolicam sedem conspirasse missis litteris et propria subscriptione manifestaverit. In qua conspiratione idem ipse multo audacius reliquis conspiratoribus contra Romanum pontificem insanivit, eumque apud secularem principem speciali accusatione contumaciter impetere praesumsit, videlicet accusans eum, quod episcopali eum honore privaverit, eo quod laicos damnatorum officia presbyterorum recipere vel eis obedire prohibuerit. — Domnus tamen papa multo misericordius eum tractavit quam meruerit: nam misso venerabili Altmanno Pataviensi episcopo eidem in subsequenti autumno apud Ulmam sub praesentia multorum communionem solam absque officio reddidit; quod tamen ille contra praeceptum domni papae usque ad finem vitae suae non cessavit usurpare. Nam domnus papa numquam postea ei officium reddidit, sicut ipse papa quampluribus inde sciscitantibus saepissime retulit postea. Ad haec idem Otto simoniacis et incontinentibus presbyteris contra synodale decretum domni apostolici, immo contra omnium sanctorum patrum decreta favere non cessavit. Unde et domnus papa missis litteris omnes eius subiectos apostolica auctoritate de obedientia eius absolvit. Super haec autem omnia in partem schismaticorum, relicta aeclesia catholica, sponte sua penitus demigrare non veritus est. — In eo autem, quod idem Otto in partem schismaticorum sponte discessit, se ipsum iuxta sanctionem sanctorum patrum proprio iudicio damnavit. Quapropter domnus papa Gregorius in Romana synodo synodali iudicio anno dominicae incarnationis 1080. *indictione* 3. *in prima hebdomada quadragesimae praedictum Ottonem iam triennio frustra praemonitum et exspectatum, ut resipisceret, absque spe recuperationis damnavit et anathematizavit, et venerabili Pataviensi episcopo vices suas commisit, ut ad Constantiensem aeclesiam migraret, eique legitimum pastorem ordinare procuraret. Quod idem episcopus summopere procuravit; sed perpetrata electione infirmitas electum impedivit, ne penitus umquam consecrari potuerit. Unde cum pluribus annis illa aeclesia pastorali provisione careret, tandem praedictus papa Gregorius e latere suo venerabilem Ottonem Ostiensem episcopum, non multo post apostolicum, illuc direxit, qui eidem aeclesiae legitimum pastorem Gebehardum canonice ordinavit anno dominicae incarnationis* 1084. *indictione* 7. 11. *Kal. Ianuarii, eiusque ordinationem in proxima paschali hebdomada in generali concilio Saxoniae et apostolica auctoritate collecto synodali iudicio confirmavit. Non enim iste episcopus more aliorum per secularem potestatem contra canones intravit, sed canonice, videlicet a cunctis clero et populo legaliter electus et postulatus, et ex apostolica auctoritate per legatum sedis apostolicae viduatae sedi sollemniter inthronizatus est et consecratus, reverendissimis episcopis et abbatibus desiderantissime adstipulantibus, assentientibus quoque catholicis ducibus et comitibus reliquisque Christi fidelibus. Tam canonice, inquam, electus est et ordinatus, ut eius electioni sive ordinationi nequaquam contradicere possit, quisquis apostolicis et canonicis institutionibus contraire noluerit. Praeterea ipse venerabilis papa Gregorius, cuius auctoritate ordinatus est noster episcopus; item Victor papa successor eius; nostrum episcopum, quoad vixerunt, pro legitimo pastore habuerunt; item reverendissimus papa Urbanus, qai modo summae rerum praesidet, eum semper pro canonico pastore habuit et habet, utpote quem a se sub apostolica legatione ordinatum canonice agnoscit. Si igitur alias rationes de eius ordinatione nesciremus, illae nobis possent sufficere, quod tot Romanos pontifices eius ordinationi adstipulatos sciremus.*

34) Opusc. IV, 1. p. 272.

reptus corruit, nec inceptum ictum explere potuit. Cintius autem papam in turrim suam captum deduxit, quae statim a Romanis penitus dilapidatur, et papa prudenter eripitur, qui et suo captori vix a Romanis vitam impetravit. Cum autem rex sepius iam dudum a papa praemonitus se corrigere nollet, et papa in admonendo nil proficeret, ad ultimum mandavit ei, quod in Romana sinodo tunc proxima eum excommunicaturus esset, nisi resipisceret. Quae legatio in octavis Domini ad regem pervenit. Unde rex[35] in

35) cf. epistolam de damnatione schismaticorum p. 217, 218, ubi e. g. haec leguntur: *Anno igitur dominicae incarnationis* 1076. *Gregorio VII. papa in apostolica sede constituto, cum Heinricus rex iam per tres annos pro suis reatibus ad poenitentiam multotiens ab apostolica sede vocatus resipiscere nollet, cumque se in proxima Romana synodo excommunicandum fore praenosceret, tale consilium a simoniacis sive excommunicatis accepit, ut omnes sibi subiectos ab apostolico praesule separaret, sicque sanctam Romanam synodum deauctoraret, tunc in prima quadragesimali hebdomada futuram et illum cum suis complicibus excommunicaturam. Accepto igitur consilio, ante eamdem synodum, in septuagesimam generale colloquium apud Wormatiam condixit, quo praeter regni sui principes, quamplures episcopos et reliquos suos fideles, vel potius infideles, congregavit. Qui pene omnes aut simoniaci, aut excommunicati, aut eorum complices individui, se Romani pontificis censuram subituros non dubitabant, si rex resipiscens apostolicae sedi obediret, eique in aeclesiasticis negotiis debitum adiutorium impendere vellet. Quapropter ex regis insolentia occasione accepta, regi non tam consenserunt, quam persuaserunt, ut litteras proscriptorias, omnium eorum manibus per subscriptionem roboratas, ad apostolicam sedem transmitteret; quibus quasi proscripto Romanae sedis episcopo, synodus Romana, regem excommunicatura, nihilominus cassaretur, sicque ipsi cum rege ab apostolicae sedis censura liberarentur. In praedictis sane litteris, post multas Romani pontificis blasphemias, hoc singuli sua subscriptione confirmaverant, ut nollent deinceps huiusmodi criminoso subesse vel aliquam obedientiam exhibere. — His ergo litteris in Romanam synodum delatis, iuxta posse eorum eamdem per legatos suos disturbaverant, et apostolicum praesulem in Romana synodo turpiter blasphemantes, eum non confessum nec alicuius criminis convictum ab apostolica sede ut vilissimum mancipium iusserant descendere. Praeterea ex praecepto praefati Heinrici Francorum regis, non utique Romani imperatoris, cunctae Romanae synodo contumaciter interdixerant: ne domno apostolico pastori suo ullatenus obedirent: pastori, inquam, suo, cui eatenus obedierant, quem eatenus pro legitimo pastore, ut canonice ordinatum, ut canonice in ordine suo conversatum habuerant; cui etiam praedictus rex debitam obedientiam speciali promissione devoverat; quem diversorum regnorum praesules et principes pro sancti Petri vicario honoraverant. — Hunc igitur non confessum, non convictum, immo nec, si reus esset, ita vel ab huiusmodi convincendum, praedicti conspiratores per legatos suos degradare volebant: qua temeritate, immo quo vesanissimo furore nec cauponem suum quilibet destituere permitteret. ..... Ipse quidem noster apostolicus multotiens hoc a suis insidiatoribus expetivit, ut Romae, vel alibi quo ipse posset venire, in synodo convenirent, et, eo hoc libenter concedente, ordinationem eius sive conversationem eius, utcumque vellent, dumtaxat canonice discuterent; seque ab apostolica sede absque omni contradictione descensurum promisit, si quid in eo dignum depositione reperirent. Et hoc utique sibi facile credi potuit, qui id culminis captus atque coactus cum magno eiulatu ascendit; cui nec divitias nec honores seculares in Romano pontificatu quaerere opus fuit, quibus utrisque cum minori sollicitudine et ante pontificatum abundavit. Sed eius insidiatores hactenus eum praesentialiter convenire spreverunt, non tam ut qualibet ratione se ab huiusmodi accusatione suspenderent, quam ut ipsi debitam sententiam pro suis criminibus ab illo non exciperent. Nam, ut beatae memoriae Bonifacius papa testatur: „Nullus dubitat, quin ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur, qui est innocens, quaerit.“ — Apud Wormatiam igitur conventu facto, schismaticam conspirationem adversus Dominum et adversus Christum eius conflaverant, quam, ut praedictum est, ad deauctorizandam sanctam Romanam synodum per legatos suos in eadem synodo publicaverant. Unde Romani cives de sanctae Romanae aeclesiae dehonestatione merito commoti, praedictorum legatos omni poena dignissimos arripiunt, et vel aliquatenus eorum immanissimum scelus ulcisci voluerunt. Sed Romanus pontifex, licet a praedictis legatis specialiter impeteretur, tamen de manibus Romanorum crudeliter eos afficientium vix demum eripuit, et sedata turba factoque silentio eos ad pedes suos sedere fecit; ea quidem ratione, ut ipsi audirent, quid sancta synodus de huiusmodi schismatica conspiratione in eadem synodo ad iniuriam ipsius manifestata decerneret. — Decrevit igitur sancta synodus, ut officio et communione privati essent, quicumque illam nefariam conspirationem et contumacissimam legationem studio et voluntate conflassent. Reliquis autem omnibus eiusdem conspirationis participibus inducias concessit, ut infra festivitatem sancti Petri tunc proximam se aut coactos deliquisse missis legatis probarent, aut praedictorum excommunicationi, ut eodem crimine obligati subiacerent. — Regem vero, post multas admonitiones resipiscere nolentem, immo huius schismaticae conspirationis auctorem, regno privatum sub anathematis vinculo domnus apostolicus ligavit, ut eidem etiam ante excommunicationem promisit. De cuius anathematismi canonica promulgatione nullum dubitare confidimus, quicumque illam epistolam domni apostolici fideliter consideraverit, in qua ipse, regem saepius a se praemonitum, multo tempore expectatum, et ita demum canonice anathematizatum evidentissime probavit.*

septuagesima[a] apud Wormaciam colloquio facto, et alio in Longobardia apud Placentiam, omnes quos potuit obedientiam praedicto papae exhibendam abiurare fecit, et missa legatione ad Romanam sinodum, quae in proxima quadragesima celebrata est[36], ipsum apostolicum ab apostolica sede contumaciter iussit descendere[37]. Set missi eius turpissime in sinodo tractati, vix a Romanis, adiuvante papa, evaserunt. Ipsum autem regem, synodo iudicante, fidelitate hominum, regno et communione privavit, et omnes ei ad regnum iuratos iuramento absolvit. Omnesque episcopos, qui regi sponte contra papam faverant, officio et communione privavit; reliquis autem, qui inviti eidem conspirationi intererant, usque ad festivitatem sancti Petri indutias dedit[38]. Gotefridus dux, filius Gotefridi ducis, particeps immo auctor supradictae conspirationis, turpiter a quodam coquo per posteriora cum ad necessarium sederet vulneratus, ante[c] medium[c] quadragesimae[b, c] expiravit. Item Willihelmus Traiectensis episcopus, multa in apostolicum conviciatus, subitanea morte, absque aeclesiastica communione, post[c] pascha[c] multatur; cui Conradus subrogatur. Iam omnes pene principes regni a communione Heinrici se sequestrarunt. Mense igitur Octobri colloquium apud Openheim a principibus regni colligitur, cui legatio sedis apostolicae interfuit. Ibi Heinricus, in purificationem sanctae Mariae tunc proximam se praesentandum domno papae apud Augustam firmissime promisit. Nam et illuc domnum apostolicum ipse cum principibus regni invitavit. Frater Kadalaus ex seculari milicia conversus, ad Opinheimense colloquium legationem papae detulit, quam eidem multum egrotanti papa in remissionem omnium peccatorum imposuit. Expleta igitur legatione, frater Kadalaus suscepto monachi habitu, sub euangelica perfectione requievit in pace.

1077.

Dux Bolenorum[39] se in regem coronavit. Maxima nix totum regnum a 2. Kalend. Novemb. anni prioris, usque in 7. Kalend. Aprilis anni praesentis obtinuit. Heinricus rex dictus, propriae causae diffidens, et iccirco generalem audientiam subterfugiens, furtive Italiam contra papae praeceptum et consilia principum intravit, et apostolico ad condictum diem Augustam tendenti, ante purificationem sanctae Mariae Canusii[c] obviavit. Ubi et ab eo per inauditae humiliationis simulationem, utcumque potuit, non regni set communionis tantum concessionem vix demum extorsit, dato tamen prius sacramento, ut de obiectis criminibus ad iudicium papae satisfaceret, nec papae vel alicui eius fideli usquam eunti vel redeunti aliquam molestiam inferri consentiret. Hoc autem iuramentum nec 15 dies observavit, captis venerabilibus[d] episcopis, Geraldo Ostiensi[e], et Anselmo Lucensi. Unde et papa missis legatis principibus regni declaravit, se parum profecisse, in eo quod illum in communionem receperit, cum omnes[f] symoniaci vel excommunicati non minus tunc foverentur ab eo quam pridem. His ergo auditis, principes regni generali colloquio apud Forecheim 3. Idus Martii habito, egregium ducem Roudolfum sibi in regem sublimarunt, quem in 7. Kal. Aprilis, ubi eo anno medium quadragesimae occurrit, Mogontiae[g] coronarunt. Maxima autem nix, quae eo anno tamdiu totam terram obtexit, in electione novi regis resolvi tandem incepit. In die autem consecrationis eius per suggestionem simoniacorum clericorum maxima seditio Mogontiae orta est, ita ut etiam palatium irrumpere vellent, et religiosissimos clericos et monachos occidere. Sed dextera Dei milites novi principis, licet inermes, ita protexit, ut nullum nisi unum ex suis perderent, ex adversariis autem plus quam centum partim ferro partim aqua necarent. Quibus etiam pro homicidiis huiusmodi a legatis apostolicae sedis talis penitentia imposita est, ut singuli aut 40 dies ieiunarent, aut 40 pauperes semel pascerent, nec tamen aeclesiasticam communionem quasi homicidae vitarent. Roudolfus rex post consecrationem in Sueviam secedens, regnum sibi subiugavit. Interim Heinricus Longobardiae morabatur, ad quem Cincius civis Romanus, secum ducens captum venerabilem Cumanum episcopum, nomine Reginaldum, Papiam venit, quippe remunerari a Heinrico volens, eo quod in servitium eius hunc modo episcopum et in praeterito anno

a) LXXmā ap̄ 1. b) noctis 3. c) *supra lin.* 1. d) venerabibus 1. e) ostiense *corr.* ostiensi 1. f) *deest* 3. g) *deest* 3.

36) Mansi XX, 467. 37) Opusc. I, p. 217. 38) *Officio — dedit.* Ibid. p. 220. 39) Boleslaus II.

dominum apostolicum captivaverat; set ibi subitanea morte praeventus, debitam remunerationem accepit, quam tot sacrilegiis promereri non timuit. Heinricus[a] audita promotione Roudolfi, auxilium papae contra illum imploravit, licet supradictum Ostiensem episcopum in captione adhuc teneri permiserit. Unde et papa illi respondit, se non posse eius interpellationi satisfacere, quamdiu apud illum sanctus Petrus in legato suo ligatus[b] teneretur. Frustrata igitur supplicatione sua, animum in tirannidem convertit, nec regnum iam per iusticiam, set per violentiam obtinere cogitavit. Rex autem Roudolfus apud Augustam gloriosissimum pascha celebravit cum legatis apostolicae sedis. [Apr. 16.] Ex quibus unus, religiosissimus scilicet abbas Bernardus, Romam dirigitur, set ab Oudalrico comite[39], Heinrici complice, captus et praedatus, annum pene dimidiavit in captivitate, quem Cluniacensis abbas de manibus Heinrici vix demum eripuit. Rex[c] autem post pascha generale colloquium apud Ezzelingin cum principibus regni collegit, quo soluto, ipse cum admodum paucis ad obsidendum quoddam castellum perrexit. Set ecce ex improviso emulus eius Heinricus cum maxima multitudine Boemiorum et Baioariorum advenit, quos cum rebus aeclesiarum derepente sibi comparare potuit; quibus libentissime rex cum ipsis paucis quos eo tempore habuit obviasset, si non principes eius hoc in aliud tempus differendum cautius iudicarent. Heinricus igitur accepta occasione, omnia circumquaque praeda, ferro, et igni non cessavit devastare, homines quoque more pecudum captivare[d]. Nam fautores eius ex Boemia, homines libentius quam pecudes praedabantur, ut eos usque ad satietatem suae libidini inhumane prostituerent, et postea inhumanius eos Cinocephalis devorandos venderent. Rex autem Roudolfus, celebrato pentecoste apud cellam sancti Aurelii[40], legatum quendam ad apostolicum direxit, et ipse [Iun. 4.] in Saxoniam properavit. Eo tempore Heinricus imposita sibi corona apud Ulmam, interdictum regnum usurpavit; ubi et praedictum comitem Oudalricum, ut[e] optime promeritum, inbeneficiavit, eo quod venerabilem abbatem Bernardum, apostolici legatum, adhuc in captione cruciaret. Vercellensis quoque episcopus, depositi regis cancellarius, cum omnibus suis sequacibus generale colloquium circa Kalendas Maii in Runcalibus condixit, ut si aliquo modo posset, Gregorium papam deponeret. Sed ipse ad eundem terminum absque aeclesiastica communione vitam simul et episcopatum heu miserabiliter deposuit, quo ille papam nefaria praesumptione statuit deponere.

Non multo post eius interitum praefectus Romanae urbis, indefessus miles sancti Petri contra scismaticos, a quodam Heinrici fautore crudeliter occiditur. Ad cuius corpus in parvo tempore plus quam viginti miracula contigerunt, ut fidelium virorum relatione didicimus. Imbrico Augustensis episcopus, qui in praeterito pascha Roudolfo regi fidelitatem iuravit, nil de periurio curans, Heinrico advenienti adhesit, et apud illum quadam die missam faciens, hanc sibi conditionem miser imposuit, ut sacrae oblationis perceptio in iudicium ei proveniret, si dominus eius Heinricus regnum sibi iniuste usurparet. Post hanc temerariam perceptionem parvo tempore quod supravixit usque ad mortem, nunquam se sanum de lecto levavit. [Iul.] Nam circa Kalendas Iulii absque aeclesiastica communione defunctus est. Item Sigehardus Aquileiensis patriarcha, in auxilium Heinrici contra bannum apostolici armata manu veniens, in amentiam vertitur apud Ratisponam, et ex ipso itinere repentina morte intercipitur; sicque domum non sine aliquibus suorum funeribus, in corpore et anima mortuus, reportabatur. Augusto mense iam pene transacto, Heinricus cum scismaticorum multitudine procinctum[f] in Saxoniam promovere [Aug.] decrevit: cui Roudolfus rex[g] cum Saxonibus usque Herbipolim obviam processit, et eandem urbem, sibi rebellantem, obsedit; quo dum fideles eius ex Suevia properarent, in Heinricum eius emulum offenderunt, qui a facie eorum secedens, plus quam centum homines in una aeclesia, id est apud Wizinloch[h, 41], sibi resistentium, concremavit, sicque ultra Renum fugiens, ab incepto itinere fideles regis divertere non potuit. Eo tempore papa utrique regi ex parte sancti Petri praecepit, ut treuvas ad invicem facerent, et adventum eius ad Teutonicas partes pro dirimenda lite non impedirent, set debitum consilium et auxilium ad hoc iter ei praeberent. Legatis autem suis, qui adhuc in Teutonicis partibus morabantur, praecepit, ut ex duobus regibus illum excommunicarent, qui

a) H. rex 2. b) legatus *corr.* ligatus 1. c) R. 2. d) h. q. m. p. c. *desunt* 3. e) vt o. p. *in loco raso eadem tamen manu postea inserta* 1. f) p. mouit in Saxoniam, cui 2. g) *deest* 2. h) i. ap̄ Wizinloch *supra lineam eadem manu scripta* 1. *desunt* 3.

39) *de Lentzburg* addit 3. 40) Hirschau. 41) Wissloch.

praedictae legationi non obediret, obedientem vero ex parte sancti Petri in regno confirmarent. Quod et non multo post factum est; scilicet in die sequenti post festivitatem sancti Martini, Goslarie, Heinrico pro inobedientia iterum excommunicato et Roudolfo pro obedientia in regnum sublimato. Nam Heinricus praedictam legationem papae nec suscipere dignatus est, nec animum ad treuvae compositionem, set ad tyrannidis crudelitatem intendit[a]. Geraldus venerabilis Ostiensis episcopus, de[b] quo supra commemoravimus, iam dudum Deo[c] vivus, mundo crucifixus, de huius vitae ergastulo liberatus est, 8. Idus[d] Decembris. Agnes religiosissima imperatrix, iam[e] 20 annis in viduitate[f] Deo devotissime serviens, nec filio suo Heinrico contra apostolicam sedem in aliquo consentiens, Romae requievit in pace 19. Kal. Ianuar.[g] Sepulta Romae in aeclesia sanctae Petronillae.

1078.

Heinricus iterum apostolicae sedi de sua quasi iniusta damnatione conquaeritur. Unde Gregorius papa facto concilio mense Martio[41.*] idoneos legatos iterum destinavit, qui facto generali colloquio, causam regni iuste determinarent: et omnes sinodali sententia damnavit, quicumque impedirent, ne colloquium fieret. Quod Roudolfus libentissime voluit fieri; Heinricus autem, utcumque potuit, illud impedire non cessavit. Nam contra praeceptum apostolici maxima multitudine flagiciosorum adunata, procinctum in Saxoniam paravit, cui rex Roudolfus apud Strowe cum exercitu obviavit: et illo fugato, ipse campum victoriae obtinuit, 7. Idus Augusti. Occubuit tamen ibi ex parte Roudolfi Wecel, venerabilis Magideburgensis episcopus, et Wormaciaensis episcopus captus est. Infinita autem multitudo utrimque occubuit: plures tamen et excellentiores ex parte Heinrici. Eodem tempore, cum Alemanni facto exercitu ad dominum suum regem[h] Roudolfum properarent, pene 12 milia coniurati populi transitum Nectarae[i] fluvii illis prohibentia partim occiderunt, plurimos autem misericordius castigando eunuchizaverunt. Deinde quandam munitionem inimicorum facto impetu occupaverunt. Rodolfo igitur in Saxoniam reverso, Heinricus derepente recollectis viribus, Alemanniam praeda, ferro et igni, circa festivitatem omnium sanctorum devastavit. Terram[k] videlicet catholicorum ducum Berthaldi atque Welfonis et aliorum sancti Petri fidelium penitus dissipare aggressus est. Tunc quoque parum minus quam centum aeclesiae in[l] illa expeditione violatae sunt. Eodem etiam tempore ex parte Roudolfi Bertaldus Carinthiorum dux, piae memoriae, et Heinricus marchio, obierunt in pace. Facto autem alio concilio Romae, 13. Kal. Decemb.[42], utriusque regis legati licet non eadem veritate in synodo iuravere, quod domini eorum non impedierint[m] colloquium pro causa regni statuendum. Unde et papa ea vice inter eos iudicare non potuit: quamvis bene sciret, cui parti magis iusticia faveret. In sinodo ista Beringarius Andegavensis[n] canonicus, ut[n] ab[n] heresi[n] sua[n] resipisceret[n], sinodaliter[n] convenitur[n], eique induciae usque ad proxime futuram sinodum conceduntur[43].

*) in hoc concilio facta est exceptio quarundam personarum de Heinriciana excommunicatione, et hoc utique ad tempus, id est uxorum, filiorum, servorum et reliquorum, qui non scienter vel saltim non libenter excommunicatis sociantur *in margine addita* 1. *desunt* 2. *habentur in* 3. *post* Martio.

1079.

Gregorius papa sinodum Romae mense Februario collegit[44], in qua Beringarius[n] iam[n] tercio[n] convictus[n], heresim[n] suam[n] abiuravit[n] et[n] anathematizavit[n], quae asserit: corporales res in altari positas non[n] vere[n] sed[n] figurate tantum in corpus et sanguinem Domini transire[45]. In eadem sinodo Heinricus Aquileiensis patriarcha papae iuravit, nulli

a) *Quae sequuntur, in margine littera minori addita sunt* 1. 2. b) de q. s. c. *desunt* 2. c) sclo *corr.* do 1. deo 2. seculo 3. d) VIII. ID. 1. IX. Idus 3. e) i. dudum XX 2. f) uiduate 1. g) 19. K. I. *desunt* 3. h) *deest* 2. i) neccari 3. k) T. — aggressus est *in loco raso* 1. l) i. i. e. *in loco raso* 1. m) *corr. ex* impedirent 1. n) *in loco raso, littera minori scripta* 1.

41) Mansi XX. 503. 42) Mansi XX. 507. 43) cf. Bernoldi librum de Berengarii damnatione p. 435. 44) Mansi XX. 525 45) Bern. de Bereng. damn. p. 435.

se deinceps communicaturum, quem sciret a papa excommunicatum[a]. In hac sinodo papa presbiteros deinceps in fornicationem lapsos absque spe recuperationis deposuit[a], et scriptum quod dicitur sancti Oudalrici ad papam Nicolaum de nuptiis presbiterorum, et capitulum Pafnutii de eadem re, immo omnia sacris canonibus adversa, damnavit. In hac sinodo legati regis Roudolfi super Heinricum proclamaverunt, eo quod totum regnum confundere et sanctam aeclesiam conculcare non cessaret. Iterum igitur papa legatos suos pro causa regni determinanda ad Teutonicas partes destinavit, videlicet venerabilem Petrum Albanensem episcopum, Petrum inquam illum, qui iam dudum Florentinum episcopum, nomine Petrum, probavit symoniacum: quippe per medium ignem transiens absque lesione, unde et igneus cognomine, Albanensem episcopatum promeruit obtinere. Cum quo et Oudalricus Paduanus episcopus in legationem destinatur. Legatus autem Heinrici, legatos[b] papae priusquam abirent in eadem sinodo iureiurando securos fecit de conductu et obedientia domini sui. Item legatus Roudolfi de obedientia domini sui in sinodo iuravit. Legati igitur sedis apostolicae in Teutonicam terram pervenientes, obedientiam Roudolfi et inobedientiam Heinrici indubitanter probaverunt; quod et[c] postea[c] cum[c] redirent[c], papae[c] viva voce protestati sunt. In hac aestate venerabilis abbas Massiliensis Bernardus, vir plenus caritate, requievit in pace, 13. Kalendas Augusti[d]. Doctor Adelbertus, facto verboque disertus, iam 30 annis mundo crucifixus, et in fine ad euangelicam perfectionem perductus, migravit ad Dominum, 3. Nonas Decembris.

1080.

Iterum Heinricus post epiphaniam cum exercitu in Saxoniam venire disponens, a Roudolfo 6. Kalendas Februarii[e] fugatur, nec tamen ab incepta tirannide compescitur; de qua expeditione Roudolfus legatum statim Romam ad sinodum[f] direxit. Gregorius papa sinodum Romae Martio mense collegit, ad quam de Teutonicis partibus praedicti sedis apostolicae legati redierunt, et omnimodam Roudolfi obedientiam et Heinrici inobedientiam domno apostolico renunciaverunt. Unde ipse in fine sinodi[g] Heinricum deposuit, ipsumque cum omnibus suis fautoribus anathematizavit, et Roudolfum apostolica auctoritate in regia dignitate confirmavit[46]. Unde emulus[h] eius[h] congregata multitudine omnium scismaticorum sive excommunicatorum, apud Brixima*[47] legitimum papam abiuravit, et Guibertum, Ravennatem[i] quondam episcopum set iam triennio a papa Gregorio inrecuperabiliter depositum[i] et anathematizatum[48], sibi non in papam set in heresiarcham elegit[i]. Deinde apud Magontiam conventu facto, eandem ipsam electionem a quibuscumque potuit confirmari fecit. Iam autem mediante Octobri, Heinricus expeditionem in Saxoniam iterum parans, a militibus Roudolfi itinere unius diei fugatur, quamvis in eadem congressione Roudolfus rex piae memoriae occubuerit. Ille, inquam, alter Machabeus cum inter primos hostibus instaret, in servitio sancti Petri occumbere promeruit, et postea uno die superstes, omnibus suis rite ordinatis, ad Dominum migrasse non dubitatur Idibus Octobris. Regnavit autem tres annos et dimidium. De cuius obitu omnes religiosi utriusque sexus, et maxime pauperes, doluerunt. In cuius animae[i*] commendationem Saxones innumerabiles elimosinas fecerunt. Erat enim procul dubio pater patriae, servantissimus iusticiae, indefessus propugnator sanctae aeclesiae. Sepultus est autem apud Merseburc gloriosissime. Eodem* die decessionis eius in Longobardia milites prudentissimae[k] ducis Mathildae fugantur ab exercitu pene totius Longobardiae, apud Vultam prope Mantuam. Ipsa* quoque die Gisilbertus religiosissimus presbiter et mona-

(Margin: Ian. 27. — Iun. 25. — Oct. 15.)

a) In — deposuit *in loco raso littera minori scripta* 1. b) l. p. p. a. in e. *in loco raso littera minori scripta* 1. c) *in loco raso littera minori scripta* 1. d) XIII. K. Aug. *supra lin.* 1. e) VI. K. Febr. *supra lin.* 1. f) ad s. *in loco raso littera minori* 1. g) H. — anathematizavit *in loco raso litt. min.* 1. h) *supra lineam adiecta* 1. i) ravennatem *usque* depo *in loco raso,* situm *usque* elegit *in marg. litt. min.* 1. i*) anmae 1. k) entissimae ducis *in loco raso litt. min.* 1. *) *ita* 1.

46) de facta in eodem concilio damnatione Ottonis episcopi Constantiensis v. Bernoldi apologiam pro Gebehardo episcopo apud Uss. II. 381, cf. acta concilii Mansi XX. p. 531. 47) v. Mon. Germ. Legg. II. 51. 48) Eadem verba legimus in ep. Gebehardi arch. Salisb. ad Herimannum Metensem ap. Hugonem Flav. Mansi XX. 542. De Guiberto cf. Gregorii Reg. VIII, 5. 7. 12. 13. 14.

chus, et Roudolfi regis ad papam legatus, Longobardiae requievit in pace. His temporibus Heinricus totam Italiam adeo conturbavit, ut nullus secure ad limina apostolorum posset ire, qui non prius abiuraret, quod ad papam Gregorium diversurus non esset.

1081.

5 Heinricus post obitum Roudolfi regis Veronam in pascha venit, et inde ad invadendam Romam[49], cum suo non apostolico set apostata Guiberto, utputa domni apostolici non semel periuro et[a] anathematizato[a], profectus est, set inacte[b] reversus est. Eodem tempore principes regni Teutonicorum, scilicet archiepiscopi, episcopi, duces, marchiones et comites, conventu facto, Heremannum nobilem virum sibi in regem elegerunt; qui sta-10 tim de eodem conventu aciem contra fautores Heinrici direxit. Ipsi enim electionem eius impedire volentes, eodem tempore maximam multitudinem contraxerunt; set novo rege ex improviso irruente, omnes penitus aut cede prostrati sunt, aut inrevocabiliter fugati, licet regiis militibus se insequentibus non parvo praestarent numero. Quapropter rex de divino auxilio tali triumpho certificatus, eadem nocte in campo victoriae 15 castra metatus est, et postea ad subiugandum sibi regnum digressus est. Electus est autem ante festivitatem sancti Laurentii, et in sequenti die post festivitatem eiusdem sancti, de inimicis triumphavit in confinio Baioariae, in loco qui dicitur Hostete[50]. Postea in Saxoniam consecrandus discessit.

1082.

20 Heremannus rex natalem Domini gloriosissime celebravit Goslarie; ibi etiam in festivitate sancti Stephani, eo quod patronus eius fuerit, regiae dignitatis unctionem et coronam, principibus regni annitentibus, ab episcopis sollemniter accepit. Heinricus autem in Italia, assumpto apostata suo Guiberto, iterum Romam invasurus proficiscitur, adunata multitudine scismaticorum; ibique ea aestate moratus pene incassum laboravit, nisi quod 25 milites suos quibusdam castellis, ut facerent werram Romanis, imposuit, quia eum nec hac vice Romam intrare permiserunt. Ignem quoque in domum sancti Petri per quendam traditorem immittere voluit, set Dei misericordia protegente non potuit. Cogitavit enim, ut de improviso portas irrumperet[c], si Romani derelictis propugnaculis ad incendium restinguendum concurrerent; unde ignem domibus quibusdam Sancto Petro conti-30 guis immitti fecit. Set domnus apostolicus huic versutiae obviavit; nam primum viso incendio, omnes milites Romanos[d] ad propugnacula defendenda transmisit, ipseque solus fiducia sancti Petri fretus, facto signo[e] crucis contra[e] incendium[e], ignem progredi ulterius non permisit. Igitur Heinricus capto venerabili episcopo de Sutria[51], aliisque nonnullis, suoque apostata Guiberto in Tiburtina urbe ad infestandos Romanos derelicto, 35 ipse Longobardiam revertitur. Heremannus autem rex multum de adversitate sedis apostolicae dolens, eamque de manibus Heinrici liberare volens, expeditionem in Italiam paravit[f]; unde et de Saxonia in Sueviam venit.

1083.

Heremannus rex natalem Domini in Suevia cum principibus regni satis honorifice cele-40 bravit. Inde cum exercitum in Longobardiam promovere vellet, molesta sibi legatio de Saxonia venit; quippe quod Otto dux prudentissimus miles obierit, quem in Saxonia pro capite[g] omnium suorum reliquit; in cuius obitu maximum scisma futurum non dubitaret[h], nisi huiusmodi scisma anticipare maturaret. Hac igitur necessitate, postposita expeditione, Saxoniam festinanter redire compellitur. Iterum Heinricus cum multitudine 45 scismaticorum sive excommunicatorum ante pentecosten Romam impugnaturus[i] aggre-

a) *supra lineam addita* 1. b) macte 3. c) irrumperent *deleto postea* n 1. irrumperent 2. d) romonas *corr.* romonos 1. e) *supra lineam addita* 1. f) *ita* 1. praeparavit 2. g) capitaneo 3. h) *hinc littera paullo minor, sed mox iterum crescit* 1. i) pugnaturus 2.

49) cf. Greg. epist. ad ep. Pataviensem Reg. IX, 3. et ad Desiderium abbatem Casinensem Reg. IX, 50 11. 50) Höchstedt ad Danubium. 51) est Bonizo. USS.

ditur, et domum sancti Petri in sabbato infra epdomadam pentecostes armata manu aggreditur. Sicque[a] Guibertum Ravennatem, periurum, depositum et anathematizatum, apud Sanctum Petrum intronizavit, non per Ostiensem et Albanensem et Portuensem episcopos, qui hoc privilegium habent, ut papam consecrent; sed per Mutinensem et Aritiensem[b] excpiscopos, utpote iam multis annis depositos et anathematizatos[a]. Statim igitur iuxta Sanctum Petrum quendam monticulum, nomine Palaceolum[52], incastellavit, eique milites multos, ut impugnarent Romanos, imposuit, qui[c] eum Transtiberinas regiones urbis nullo pacto intrare permittebant. Multi tamen iam ex Romanis Heinrico consenserant, partim precio inducti[d], partim multis promissionibus seducti, omnes autem aequaliter iam trienni[e] impugnatione nimium fatigati. Quid plura? Omnes pene Romani, praeter principem Salernitanum, hoc cum Heinrico laudaverunt, ut papa Gregorius sinodum in medio Novembri colligeret Romae, cuius sinodi statuta de causa regni nec Heinrico, nec Romanis, immo nulli penitus liceret praevaricari. Heinricus quoque ituris ad illam sinodum et redituris securitatem iureiurando fecit. Unde et papa omnes religiosos episcopos et abbates ad sinodum literis suis vocavit. Reverso igitur Heinrico Longobardiam, milites eius quos in castello illo prope Sanctum Petrum dimisit, repentina mors pene omnes invasit, inter quos et Oudalricus de Goscezheim[f] absque aeclesiastica communione[g], heu! miser interiit, auctor huius scismaticae conspirationis et incentor. Ex 300 autem militibus, qui in illo castello pro custodia dimissi sunt, vix 30 gladium sancti Petri, ut aiunt, concessa vita evaserunt. Ipsum autem castellum a Romanis penitus solo adaequatum est. Heinricus igitur Ravennate suo interim Ravennam transmisso, ad praedictam[h] sinodum[h] profectus est, quo et legati Teutonicorum principum ire debuerunt; set a Heinrico in via apud Forum Cassii[53] capti et praedati sunt circa festivitatem sancti Martini[i], licet omnibus sinodum illam petentibus securitatem iuramento promiserit. Unde et Romani multum contra Heinricum murmurare ceperunt. Erant autem religiosissimi[k] monachi et clerici, quos in captione fecit cruciari; cum quibus et Ottonem venerandum Ostiensem episcopum captivavit[54], videlicet ad ipsum ab apostolica sede transmissum. Multi tamen ex Francigenis ad illam sinodum tam episcopi quam abbates pervenerunt. Meliores autem episcopi et domno apostolico magis necessarii, id est Ugo Lugdunensis, Anselmus[l] Lucensis, Reginnaldus[m] Cumanus, specialiter a Heinrico ad sinodum pervenire[n] prohibiti sunt. Domnus tamen papa sinodum tribus diebus sollemniter celebravit, et ne Heinricum specialiter iterum anathematizaret, vix a sinodo exoratus, omnes tamen excommunicavit, quicumque aliquem ad Sanctum Petrum vel ad papam venientem quoquo modo impedirent. Sed iam advenit terminus, ad quem Romani, nesciente papa, Heinrico se effecturos iuraverant, ut aut Gregorius papa eum incoronaret, aut alius, quem ipsi illo expulso eligerent. Quod iuramentum licet in praeterita aestate factum fuerit, omnes tamen intimos papae usque ad terminum pene latuit. Adveniente igitur termino, Romani papae de iuramento manifestaverunt, dicentes, se Heinrico iurasse, non ut papa illum sollemniter regali unctione incoronaret, set tantum simpliciter, ut ei coronam daret. Annuit igitur papa eorum votis, ut eos a iuramento absolveret, videlicet ut Heinrico, si vellet, cum iusticia, sin autem, cum maledictione coronam daret. Unde Romani mandaverunt Heinrico, ut veniret ad accipiendam coronam cum iusticia, si vellet; sin autem, de castello sancti Angeli per virgam sibi dimissam a papa reciperet. Set Heinrico utrumque recusante, alium legatum illi direxere, qui eos bello defenderet, si necesse esset: se bene attendisse quod[o] iuraverint, nec se amplius eo iuramento detineri obnoxios. Igitur domno papae[p] multo firmius quam pridem consilio[q] et auxilio adhaesere. Heinricus autem multo instantius pro eis suae parti applicandis, nunc minando, nunc promittendo laboravit, multumque tempus circa Romam moratus huic negocio invigilavit. His temporibus piae memoriae Stephanus quondam rex Ungarorum,

a) Sicque — anathematizatos *littera minori in margine addita* 1. b) aritinensem 2. ariminensem 3. c) qui — iam *littera minori addita*; iam *in loco raso* 1. d) conducti 2. e) triennii 2. f) gozcezheim 4b. g) *supra lineam additum* 1. h) *in loco raso litt. min* 1. i) *hinc tres lineae usque* fecit cruciari *in loco raso, et quae sequuntur alio atramento scripta sunt* 1. k) religiosi 2. l) anshelmus 2. m) reginaldus 2. *ita et infra*. n) venire 2. o) q 1. qđ 2. quid 3. p) papa 2. apostolico 3. 4b. q) *manu saec. XVI. vel XVII.* p̄lio *correctum est* 1.

52) ad Tiberim prope castellum S. Angeli. 53) hodie Santa Maria di Forcassi, a meridie Viterbii prope Vetrallam. 54) cf. Mansi XX. 587.

qui se ipsum cum sua gente ad fidem Christi convertit, post quadragesimum obitus sui annum[55] miraculis claruit. Salomon rex Ungarorum, set regia dignitate indignissimus, praedicti Heinrici cognatus[56], a compatriota suo, nomine Latislao[a], regno privatus incarceratur, et ille pro eo regia dignitate sublimatur. Beringarius novae heresis de corpore Domini auctor, eo tempore deficiens abiit in locum suum; qui licet eandem heresim sepissime in sinodo[b] abiuraverit, ad vomitum tamen suum canino more non expavit redire. Nam et in Romana sinodo canonice convictus heresim suam in libro a se descriptam combussit, et abiuratam anathematizavit; nec tamen postea dimisit[c]. Sed[d] iam septennio totum Romanum imperium civili bello, immo scismatis discidio laboravit, aliis quidem domno apostolico, aliis autem Heinrico faventibus, et ob hoc utrimque[e] totum regnum[f] praeda, ferro et igni miserabiliter devastantibus. Paucissimi catholici episcopi ex parte apostolici remanserunt; qui et a propriis sedibus expulsi, suis gregibus providere non permittebantur. Quapropter omnes pene religiosi, sive clerici sive laici, in aliqua monasteriorum latibula huiusmodi mala declinavere, ne videlicet devastationem sanctae aeclesiae cernerent, cui in nullo adminiculari possent. Satius[g] enim illis videbatur, ut saltim se ipsos delitescendo salvarent, quam pro aliis incassum laborando cum eisdem perirent. Eo autem tempore in regno Teutonicorum tria monasteria cum suis cellulis, regularibus disciplinis instituta egregie pollebant: quippe coenobium sancti Blasii in Nigra Silva, et sancti Aurelii, quod Hirsaugia dicitur, et sancti Salvatoris, quod Scefhusin, id est navium domus, dicitur. Ad quae monasteria mirabilis multitudo nobilium et prudentium virorum hac tempestate in brevi confugit, et depositis armis euangelicam perfectionem sub regulari disciplina exequi proposuit, tanta inquam numero, ut ipsa monasteriorum aedificia necessario ampliarent, eo quod non aliter in eis locum commanendi haberent. In his itaque monasteriis nec ipsa exteriora officia per seculares, set per religiosos fratres administrantur, et quanto nobiliores erant in seculo, tanto se contemptibilioribus officiis occupari desiderant, ut, qui quondam erant comites vel marchiones[h] in seculo, nunc in quoquina vel pistrino fratribus servire, vel porcos eorum in campo pascere pro summis deliciis computent. Ibi nempe et porcarii et bubulci praeter habitum idem sunt quod monachi[57]. Tanto autem caritatis ardore omnes pariter fervent, ut quilibet eorum non tam suum quam alienum desideret proficuum; et in exhibenda hospitalitate tam mirabiliter insudant, ac si se perdidisse estiment, quicquid pauperibus Christi vel hospitibus non erogaverint.

1084.

Heremannus rex nativitatem Domini in Saxonia celebravit. Emulus autem eius in Romanorum finibus hiemavit, ibique Guibertum Ravennatem suum Romam venturum expectavit, ut ab eo apud Sanctum Petrum incoronaretur, eo quod Gregorium papam ad hoc flectere non posset, ut eum, nisi legitime reconciliatum, incoronare vellet. Reginnaldus[58] Cumanus episcopus, scientia et religione clarissimus, et ob hoc Gregorii[i] papae adiutor studiosissimus, migravit ad Dominum 6. Kal. Febr. Welf dux Baioariae civitatem Augustam a quodam Sigefredo, nec nominando episcopo, cum Baioariis invasam, viriliter eripuit, eamque legitimo pastori nomine Wigoldo subiugavit. Sigifredus Mogonciacensis archiepiscopus, Gregorii papae per multas tribulationes adiutor indefessus, requievit in pace[59]. Regina Anglorum obiit[60], uxor Willihelmi[k] regis, qui totam Anglorum terram Romano pontifici tributariam fecit, nec aliquem in sua potestate aliquid emere vel vendere permisit, quem apostolicae sedi inobedientem deprehendit. Rex Ungarorum Latislaus[l], parti catholicorum assentaneus, emulum suum Salomonem de carcere relaxatum, Ratisponam ad uxorem suam ire permisit, licet ingratam. Nam nec illa nec ille con-

a) Tatislao 4b. b) in s. *desunt* 2. c) *vox pene deleta* 1. d) *Hinc usque* haberent *scriptura valde pallida* 1. e) plerumque *manus sec. XVI. XVII. in* 1. f) r. t. 2. g) Satis 2. h) marchio 2. i) greḡ 1. gregorio 2. k) Willihalmi 2. l) Tatislaus 4b.

55) Eius obitum anno 1038. reponit Hermannus. USS. 56) scilicet sororis eius maritus. USS. 57) cf. Gerberti historiam Nigrae Silvae T. I. p. 239, 325. Burchardus de Casibus S. Galli cap. 7. SS. T. II. p. 159. 58) Comensis. 59) Obiit exul in Thuringia 14. Kal. Mart. USS. 60) Mathildis, Balduini V. Flandriae comitis filia, quam anno 1083. d. 2. Nov. defunctam alii memorant. USS.

iugale fedus ad invicem eatenus servaverunt, immo contra apostolum se ipsos invicem fraudare[a] non timuerunt. Erat autem ipsa soror Heinrici sepe nominati, quae et ab ipso iam diu Ratisponae sustentabatur, etiam ante quam maritus eius captivaretur. Heinricus Aquileiensis expatriarcha, non semel domni apostolici periurus et excommunicatus, in corpore et anima moritur[63]. His temporibus rex Constantinopolitanus maximam pecuniam Heinrico quondam regi transmisit, ut Roubertum Wiscardum, ducem Calabriae et Apuliae et iuratum[b] militem domni papae, in ultionem eiusdem regis bello appeteret. Nam Roubertus iam dudum fines Constantinopolitanorum invasit, iterumque illuc expeditionem movere disposuit. Sed Heinricus acceptam pecuniam non in procinctum supra Roubertum, quod iuramento promisit, set ad conciliandum sibi vulgus Romanum expendit, cuius adiutorio Lateranense palatium feria quinta ante palmas cum suo Ravennate Guiberto intravit. (Mart. 21.) Nobiles autem Romani praeter admodum paucos cum domno papa Gregorio tenuerunt, qui et 40 obsides ei dederunt. Papa autem in castellum sancti Angeli se recepit, omnesque Tiberinos pontes et firmiores Romanorum munitiones in sua obtinuit potestate. In die igitur resurrectionis dominicae (Mart. 31.) Heinricus ab heresiarcha suo Ravennate coronam non gloriae set confusionis accepit. Nam huiusmodi coronator, iuxta attestationem sanctorum patrum, non benedictionem, quam perdidit, set damnationem, quam habuit, suo coronato imposuit. Erat enim ipse aliquando Ravennas archiepiscopus, et omnimodam Romano pontifici obedientiam iuravit, quam et nonnullo tempore fideliter executus est. Set non multo post, spreto iuramento, singulari contumacia contra apostolicam sedem erigitur, unde et ab apostolica sede[64] et ab episcopis totius aeclesiae in Romana sinodo[65] post canonicas inducias inrecuperabiliter deponitur, et anathematizatur; nec hoc semel, nec in una sinodo, set in omnibus sinodis, quotquot iam sexennio[c] Romae celebratae sunt. Hic igitur[d] in periurio ita inveteratus, et pro eodem sepius inrevocabiliter depositus, et anathematizatus, sedem Romani pontificis, cui obedientiam iuravit, per manus anathematizatorum, utpote sui similium, praeterito anno[e] invasit, legitimo pastore adhuc eidem sedi praesidente. Nempe Mutinensis et Aritinus exepiscopi cum reliquis excommunicatis eum ordinaverunt; qui etiamsi catholici essent, et apostolica sedes[66] pastorem non haberet, nullum tamen eidem sedi pontificem ordinare possent. Huius enim ordinationis privilegium solis cardinalibus episcopis, Ostiensi, Albanensi et Portuensi[f] a sanctis patribus est concessum, nec aliquibus aliis conceditur, ipsis hoc adimplere valentibus. Set hi libentius omnia extraema paterentur, quam tam sacrilegae ordinationi tam superbissimi praesumptoris miscerentur, quem et ipsi cum domno apostolico sinodali iudicio canonice damnarunt. Ergo[67] Mutinensis et Aritinus cum reliquis hereticis Ravennatem illum non in Romanum patriarcham, quod nullo modo potuerunt, set in damnatissimum heresiarcham promoverunt; ut quanto altius inter ipsos[g] emineret, tanto maioris damnationis privilegium possideret. Quapropter et Heinricus ab eodem incoronatus, damnationem eius hereditasse non dubitatur; similiter et omnes, quicumque aliquid, quod a domno papa suscipiendum esset, a praedicto heresiarcha quasi susceptum usurpaverunt. Morabatur autem Heinricus in Lateranensi palatio cum Ravennate suo, nec a fidelibus papae[h] per civitatem ad Sanctum Petrum transire permittebatur. (Apr.) Set in ipsa paschali ebdomada fideles apostolici bello aggreditur, in qua congressione 40 pene ex suis inter mortuos et vulneratos perdidit, nam reliqui fugerunt; ex parte autem domni papae nec unus cecidit. Heremannus autem rex pascha celebravit in Saxonia[68], ubi et maximae treuvae[i] inter fideles domni papae factae sunt, quae et in toto pene Teutonicorum regno non multo post confirmatae sunt. Roubertus Wiscardus dux Nordmannorum[69] in servicium sancti Petri post Kal. Maii (Mai.) Romam armata manu invasit, fugatoque Heinrico totam urbem Gregorio papae rebellem penitus expoliavit, et

a) faudare 1. b) A. coniuratum 2. c) septennio *habet Gebeh. Salisb.* d) ergo 2. e) praet. anno *deest ap. Gebehardum.* f) *in loco raso* 1. g) *in loco raso* 1. h) p. populis per *Uss. contra auctoritatem codicum.* i) trewæ 1. treugae 3. treuve 4b.

63) Vid. supra ad ann. 1079. 64) *Ab apostolica sede — sedi praesidente,* ad verbum concinunt cum epistola Gebehardi Salisburgensis apud Hugonem Flaviniac. Mansi XX, 542. Cf. quoque Bernoldi Opusc. VI, p. 358. 65) Anno 1078. in quadragesima Romae celebrata, nec non in altera anni 1080. USS. 66) *Apostolica sedes — concessum* habet etiam Gebehardus Salisburg. 67) *Ergo — promoverunt.* Ibid. 68) Goslariae. 69) A papa invitatus. Vid. eius epistola 17. lib. 9. USS.

maiorem eius partem igni consumpsit, eo quod Romani quendam eius militem vulneraverint[a]. Deinde acceptis obsidibus a Romanis, et in castello sancti Angeli, quod domum Theoderici dicunt, reservatis, ipse ad recuperandam terram sancti Petri cum papa Gregorio de Roma exercitum promovit, iterum Romam in festivitate sancti Petri reversu-
5 rus. In brevi autem plurima castella et civitates domno papae recuperavit. Heinricus autem Rouberto resistere non valens, ad partes Teutonicorum satis festinato revertitur. (Iun.)

Eodem tempore milites prudentissimae ducis Mathildae in Longobardia contra fautores Heinrici et inimicos sancti Petri viriliter pugnaverunt, ex quibus episcopum Parmensem et sex[b] capitaneos cum aliis fere centum bonis militibus ceperunt. Equos etiam plus quam
10 quingentos, et loricas plurimas, et omnia tentoria inimicorum, pleniter potiti victoria, habuerunt. Heinricus vero circa Kal. Augusti expeditionem in Sueviam paravit; set Suevis sibi obviantibus, pugnare noluit, quamvis eum erectis vexillis pluribus diebus ad pugnam provocaverint, et ex suis plus quam centum vel occiderint vel captivaverint. Nam prope Licum flumen castra metatus est, cuius ripa munitus, ab hostibus non facile potuit (Aug.)
15 invadi. Suevi autem ex altera parte fluminis in conspectu eius castra metati sunt, satis a ripa separati, ne hostibus facultatem transvadandi interclusisse viderentur. Set frustra; nam Heinricus transire noluit, vel potius non praesumpsit, qui et post discessum Suevorum, timens insidias eorum, unum pene diem ripam relinquere pertimuit.

Tandem Heinricus Ratisponam revertitur, inde ultra Renum Mogontiam proficiscitur,
20 nichilominus et Suevi ultra Renum Burgundiam cum expeditione proficiscuntur, et quoddam castellum Bertaldi ducis, filii regis Roudolfi, a fautoribus Heinrici obsessum, viriliter eripuerunt. Nam quibusdam rapidissimis fluminibus transvadatis, vel potius transnatatis, adeo obsessores castelli, licet adhuc longe positi, perterruerunt, ut relictis papilionibus, equis et loricis, ab obsidione passim diffugerent, nec deinceps in illa expeditione
25 Suevis, terram eorum ferro, praeda et incendio vastantibus, resistere praesumerent. Erepto igitur castello, congruisque alimentis[c] in annum praemunito, destructisque quibusdam inimicorum munitionibus, Suevi cum pace in sua rediere. Interim Heinricus congregata multitudine scismaticorum, Wecilonem, clericum Halverstatensis episcopi fugitivum, Mogontiensi episcopatu remuneravit, eo quod illi in omni pertina- (Oct.)
30 cia contra Deum et sanctum Petrum indefessus cooperator adfuit; qui ipse iam dudum anathematizatus[70], et ab anathematizatis electus, nichilominus etiam ab anathematizatis iuxta Pelagium papam non consecratus set execratus est. Nam iuxta beatissimos patres Innocentium, Leonem atque Gregorium, nichil nisi damnationem et maledictionem a damnatis accipere potuit. Domnus autem papa collecta sinodo Salerni iterum sententiam anathematis in (70)
35 Gibertum heresiarchen, et Heinricum, et in omnes eorum fautores promulgavit[71]; quod et in festivitate sancti Iohannis baptistae praeterita iam dudum Romae fecit, cum Heinricus adhuc ibi moraretur. Hanc sententiam legati sedis apostolicae, videlicet[d] Petrus Albanensis episcopus in Francia, Oddo Ostiensis episcopus in terra Teutonicorum usquequaque divulgarunt. Ostiensis etiam, cum Alemanniae moraretur, sanctae Constantiensi aecle-
40 siae, iam dudum viduatae, catholicum pastorem ordinavit[72], scilicet Gebehardum Berthaldi ducis filium, nobilem quidem genere, set nobiliorem in monachica conversatione. Hunc sane invitum, immo multum eiulantem ac reclamantem, Constantiensibus clericis et laicis petentibus et laudantibus episcopum 11. Kal. Ianuarii consecravit, quem[e] pridie, id est in festivitate sancti Thomae, cum aliis clericis presbiterum fecit; inter quos et horum (72) (Dec. 22.)
45 cronicorum scriptorem in eadem sollemnitate ad presbiterium[f] promovit, eique[g] potestatem ad suscipiendos penitentes ex apostolica auctoritate concessit[73]. (73)

a) wlneraverint 1. b) *in loco raso* 1. c) praesidiis *Uss. contra codicum auctoritatem.* d) *deest* 4b. e) quem — concessit *littera parva addita sunt* 1. *desunt* 2. f) ad presbyteratum 4b. in presbyterum 3. g) eique — concessit *desunt* 4b.

70) Nimirum ex eo tempore, quo iam ante suam
50 intrusionem Heinrico regi sub anathemate posito diu servierat, uti loquitur Urbanus II. epist. 19. USS. 71) *Guibertum haeresiarcham et omnes fautores eius post sententiam venerabilis papae Gregorii necessario devitamus.* Bernoldi Opusc. VI, 7. p. 359. 72) cf. Bernoldi apologiam pro Gebehardo apud Ussermann II, p. 382. 73) Agit de hac potestate sibi in ordinatione concessa Bernoldus in opusculo de presbyterorum officio, N. XI. USS.

1085.

Heremannus rex natalem Domini Goslarie celebravit, ad[a] quem[a] praefatus[a] Ostiensis[a] episcopus[a] post[a] epiphaniam[a] pervenit in Saxoniam, et colloquio[74] interfuit quod Saxones contra[a] Heinrici[a] fautores[a] condixerunt, ut hoc illis probarent, se iure Heinricum devitare ut excommunicatum. Quod et facto colloquio, decima quinta die post epiphaniam firmissime probaverunt, ea videlicet ratione, quia Romanus pontifex illum eis a se in Romana sinodo anathematizatum literis[75] denunciaverit. Adversarii autem eis obiecerunt, quod papa eum nequiverit excommunicare, eo quod expoliatus non potuerit vocari, iudicari, sive damnari[76]. Ad haec Saxones responderunt, se iudicium sedis apostolicae non debere retractare[77], nec posse; hoc cum illo potius tractandum, qui illum damnaverit, non cum Saxonibus, qui damnationi eius non interfuerint, qui sedis apostolicae iudicio nullam retractationem, set obedientiam debuerint. Ita igitur soluto colloquio discessum est ab invicem. Eo tempore Hildinisheimensis episcopus[78] cum suis sequacibus manus Saxonum vix evasit, eo quod contra commune votum totius Saxoniae Heinricianis se admiscuerit. Pro eadem etiam culpa comes Theodericus eodem tempore occisus est a nostrae partis fautoribus. Praefatus quoque sedis apostolicae legatus praedicto episcopo, cum nollet resipiscere, officium penitus interdixit. Heremannus rex in Quitelineburg pascha celebravit; ubi et legatus domni apostolici in ipsa paschali epdomada generalem sinodum[79] cum archiepiscopis, episcopis et abbatibus sancti Petri fidelibus sollemniter celebravit. Interfuit autem huic sinodo Gebehardus reverentissimus Iuvavensis archiepiscopus. Item venerabilis Hartwicus Magideburgensis archiepiscopus cum suis suffraganeis. Item suffraganei Mogontinae sedis de Saxonia. Nam Wirceburgensis episcopus[80] et Wormaciensis, Augustensis quoque et Constantiensis de Alemannia, quia ipsi canonica necessitate impediti venire non poterant, per legationem suam se sancto concilio repraesentaverunt, seque per omnia eiusdem sinodi statutis assensuros mandaverunt. Rex etiam Heremannus cum suis principibus eidem sinodo interfuit. Cum igitur omnes iuxta ordinem suum consedissent, prolata sunt in medium decreta sanctorum patrum de primatu sedis apostolicae, quod nulli unquam liceat eius iudicium retractare, vel de eius iudicio iudicare; quod et totius sinodi publica professione laudatum et confirmatum est. Et hoc utique contra Heinricianos, qui fideles sancti Petri constringere voluerunt, ut excommunicationem domni papae Gregorii super Heinricum cum illis retractare praesumerent. Quidam autem Babinbergensis clericus, nomine Gumpertus[b, 81], Romani pontificis primatui derogare volens, in mediam sinodum se contulit, asserens, Romanos pontifices hunc sibi primatum ascripsisse, non aliunde concessum hereditasse, videlicet ut nullus de eorum iudicio iudicare debeat, nec illi alicuius iudicio subiaceant. Qui cum aperte a tota sinodo confutaretur, praecipue tamen a quodam laico convictus est per illud euangelicum: *Non est discipulus super magistrum.* Cum enim hoc generaliter in omnibus aeclesiasticis ordinibus observandum deputetur, ne maior a minore iudicetur; quis hoc vicario sancti Petri denegare poterit, quem omnes catholici pro domino et magistro venerantur? In eadem sinodo ordinatio Wecilonis Mogontini invasoris, et Sigefridi Augustensis, et Norperti Curiensis, immo omnes ordinationes et consecrationes excommunicatorum penitus irritae iudicatae sunt, iuxta decreta sanctorum patrum Innocentii[c], Leonis primi, Pelagii, atque eius successoris Gregorii primi. Item secta praedicti Wecilonis eiusque sociorum sub anathemate damnata est, quae asserit, seculares rebus suis expoliatos aeclesiastico non subiacere iudicio, nec excommunicari posse pro suis excessibus; quaeque excommunicatos absque reconciliatione recipi posse contendit. Statutum est autem ibi, ut quicumque ab episcopo suo, nec officio nec communione privato, excommunicatus esset, etsi iniuste, nullatenus tamen reciperetur ad communionem, nisi absolutus aecle-

Ian. 21. — Apr. 20. — Matth. 10, 24.

a) *in loco raso littera minori* 1. b) n. g. *supra lineam* 1. c) *deest* 2.

74) ad Perestad (hodie Bechstedt) in Thuringia 13. Kal. Febr., cuius acta prolixe describit Annalista Saxo ad h. a. USS. 75) Desunt in registro Gregorii. 76) *Expoliatus – damnari* sunt verba archiepiscopi Moguntini, ut testantur acta concilii apud Ann. Sax. 77) Verba Gebehardi Salisb. Ibid. 78) Uto nomine. USS. 79) Cf. Bernold. Opusc. X, 9. p. 382. 80) Adalbero, Adelbertus, Gewoldus et Gebhardus, synodo per legatos suos subscripti. USS. 81) Alii Cunibertum vocant. USS.

siastico more. Similiter et pro sacrilegio excommunicatos decrevit sancta sinodus Apr.
non recipiendos absque solita reconciliatione, etsi iam dudum, quod sacrilege sibi vendicaverant, reddidissent. In eadem sinodo presbiteris, diaconibus, subdiaconibus perpetua iuxta decreta sanctorum patrum indicta est continentia. Item statutum est, ne laici
5 pallas altaris vel sacra vasa contingant. Item, ne laici decimas sibi vendicent in proprietatem, nec etiam in beneficium, nisi concessione legitimorum possessorum. Item[a], ut vernum ieiunium in prima epdomada quadragesimae, aestivum in pentecoste[b] semper celebretur. Item, ne quis caseum vel ova comedat in quadragesima. Item sinodali iudicio confirmata et laudata est ordinatio domni Gebehardi Constantiensis episcopi,
10 immo omnia quae praefatus sedis apostolicae legatus, cum esset Constantiae, ordinavit. Item ibi mota est quaestio[83] de consanguinitate ipsius regis et uxoris suae, unde 83
rex in media synodo[*] surrexit, seque de hac re iudicium sanctae sinodi[*] per omnia observaturum professus est. Sancta autem sinodus hanc causam in praesenti canonice examinari non posse iudicavit[c], eo quod legitimi accusatores non adessent. In fine
15 autem sinodi sententia anathematis cum ardentibus candelis promulgata est in Gibertum heresiarchen, sedis apostolicae pervasorem, et in apostatas sancti Petri, Ugonem Album, Iohannem Portuensem exepiscopum[d], Petrum excancellarium. Item in Leomarum[d*] Bremensem, Utonem Hildinesheimensem, Ottonem Constantiensem, Burchardum Basilensem, Houzemannum Spirensem exepiscopos[e]. Item in Wecilonem Mogontinum pervasorem,
20 Sigifredum Augustensem, Nortbertum Curiensem; in hos, inquam, et in omnes eorum complices inevitabilis sententia anathematis promulgata est[84]. Sed hi omnes adversarii aeclesiae Dei in tercia[85] epdomada post finitam sinodum, suam Mogontiae collegerunt 85
non sinodum set conciliabulum. In quo umbratilem sententiam excommunicationis contra fideles sancti Petri deprompserunt; utpute nequaquam illos excommunicare valentes, set
25 apertissime se ipsos a communione catholicorum sequestrantes, ut non tantum iudicio sanctae aeclesiae, sed et proprio eorum iudicio, sicut omnes heretici, a catholicis essent separati. Sedes quoque catholicorum episcoporum viventium temeraria cupiditate cecati sibi vendicare non timuerunt. Deus autem omnipotens suis fidelibus per se ipsum auxiliari non cessavit, suumque iudicium super inimicos sanctae aeclesiae mirabiliter exer-
30 cuit. Nam totam pene Italiam, in qua potissimum excommunicati furebant, tam magna fames obtinuit, ut homines non tantum immunda quaeque, set etiam humanam carnem manducarent; quam famem tam inaudita mortalitas subsecuta est, ut nec tercia pars hominum remaneret, set deficiente colono maxima pars terrae in solitudinem redacta est. Padus[f] quoque fluvius Longobardiae ripas suas excedens multa castella, villas,
35 immo circa iacentes regiones penitus submersit et inhabitabiles reddidit. Ipsa etiam capita scismaticorum eo tempore, heu! misere in locum suum abiere, videlicet Parmensis et Regiensis[86] exepiscopi[g], Theodaldus Mediolanensis non[h] archiepiscopus set[h] anti- 86
christus[h], Adelbertus et Reginherius marchiones, et comes Boso, et alii innumerabiles, quorum factione tota pene Italia contra domnum papam et sanctum Petrum[i] se ere-
40 xit. Hi quoque Mathildam, prudentissimam[k] ducem et fidelissimam sancti Petri militem, multis iniuriis affecerant in Italia. Illis[l] autem divina animadversione[m] de medio sublatis, ipsa suam potestatem recuperavit, et sanctae Dei aeclesiae in omnibus adminiculari non cessavit; sicque eius prudentia Mutinensi aeclesiae, et Regiensi, atque Pistoriensi catholici pastores ordinati sunt[l]. Sed iam Deus omnipotens famulum

45 a) *haec sententia in loco raso* 1. b) pentecosten 4b. *) *ita* 1. c) diiud. 2. d) episcopum 2. d*) Teomarum 4b. e) episcopos 2. f) Phadus 2. g) episcopi 2. h) *desunt* 2. i) et s. P. *desunt* 2. k) p. d. et f. s. P. m. *desunt* 2. l) Illis —ordinati sunt *desunt* 2. m) aniadversione 1.

83) De hoc agit Venericus, quem alii Walramum seu Waltramum Naumburgensem episcopum esse volunt. Uxorem Hermanni regis alii Adelheidem dicunt, filiam Ottonis de Orlamunda Misniae marchionis ex Adela, quae patrem habuit Lambertum II. comitem Lovaniensem, matrem vero Odam Gothelonis magni Lotharingiae ducis filiam, unde forte ista consanguinitas seu affinitas orta est, quae pro more huius temporis matrimonio usque ad septimum gradum obstabat. USS. 84) Nomina eorum, qui synodo aut per se aut per legatos subscripserunt, habentur ap. Mansi XX, 609. 85) Waltramus et alii nonnulli conciliabulum hoc secunda hebdomada post pascha d. 29. Apr. actum volunt. Eius gesta ex variis scriptoribus collecta habentur ap. Mansi XX, 613. USS. 86) Eberardus et Gandulphus. Vid. Domnizo in vita Mathildis lib. 2. c. 3. USS.

Mai.25. suum Gregorium papam nolens diutius laborare, immo pro laboribus suis digne remunerare[a], de[a] huius[a] vitae[a] ergastulo[a] eum[a] evocavit[a]. Nam[a] aliquanto[a] tempore[a] graviter[a] corpore[a. b] infirmatus[a], sed[c] in defensione iusticiae usque ad mortem firmissimus, Salerni diem clausit extremum; de cuius obitu omnes religiosi utriusque sexus, et maxime pauperes, doluerunt. Erat[d] enim catholicae religionis ferventissimus institutor, et aeclesiasticae libertatis strennuissimus defensor. Noluit sane, ut aeclesiasticus ordo manibus laicorum subiaceret, sed eisdem et morum sanctitate et ordinis dignitate praemineret; quod illum latere non poterit, quicumque eiusdem apostolici regestum diligenter perlegerit[d]. Postquam autem in gubernatione sedis apostolicae, immo totius aeclesiae, duodecim annos et unum mensem legitime[e] decertavit, tandem ex hac luce anno dominicae incarnationis 1085, indictione octava, 8. Kal. Iunii subtractus, supernae vocationis bravium accepisse non dubitatur, sepultus Salerni in aeclesia sancti Mathei, quam ipse eodem anno dedicavit. Sed[f] Guibertus heresiarcha multum de obitu eius letabatur, licet parum prosperitatis suae parti in eo lucraretur. Nam omnes catholici post mortem domni apostolici non minus quam antea eidem heresiarchae restiterunt, ipsumque de Roma Ravennam repedare compulerunt[f]. Eo tempore quidam ex Saxonibus a fidelitate sancti Petri apostatantes, et a rege eorum Heremanno turpiter declinantes, Ἡυυϱυκυμ[g] regem totiens abiuratum receperunt, existimantes, se nichil deinceps mali ab eo passuros, set optata pace eo regnante se fruituros; res autem in contrarium devenit. Nam ipse statim recepta potestate, pristinam tirannidem in illos exercere non desiit. Unde et ipsi versa vice turpissime eum fugaverunt, et de finibus eorum cum multo dedecore expulerunt. Episcopi autem Saxoniae et quidam ex principibus cum rege eorum Heremanno in fidelitate sancti Petri permanserunt[h], potiusque honores suos relinquere, quam excommunicatis communicare delegerunt. Qui tamen postea a Saxonibus ad proprias sedes revocati sunt, postquam Saxones Ἡυυϱυκυμ[i] inde expulerunt, sicut praediximus.

1086.

Heremannus rex nativitatem Domini celebravit in Saxonia. Hoc tempore multae cedes, praedae et incendia facta sunt inter fautores Heinrici et fideles sancti Petri. Propter eandem etiam discordiam nondum sedes apostolica legitimum pastorem habere potuit. Ian.27. Heinricus[k] contra Saxones exercitum 6. Kal. Febr. promovit. Sed Saxones ei cum magna multitudine obviam venientes, inacte eum repedare compulerunt. Eo tempore Palatinus comes Heremannus et Otto Constantiensis exepiscopus[l] ex parte Heinrici absque aeclesiastica communione heu! miserabiliter periere. Ex parte autem catholicorum reverentissimus Anselmus Lucensis aeclesiae episcopus, iam dudum mundo crucifixus, migravit ad Dominum 15.[m] Kal. Aprilis. Principes Baioariorum duci suo Apr. 5. Welfoni in pascha reconciliati, a Heinrico discesserunt, eumque cum eodem duce et reliquis Alemannorum principibus armata manu Ratisponae invaserunt, et ne discedere posset, multo tempore eum ibi detinuerunt. Roubertus dux Normannorum per Calabriam atque Siciliam post multarum terrarum invasionem, post multorum pauperum et divitum oppressionem, cuius avariciae nec Calabria nec Sicilia suffecit, quin et transmarina regna sibi subiugare contra fas et ius anhelaverit, viam universae terrae arripuit. His temporibus fideles sancti Petri principes Suevorum cum Saxonibus et Iul. Baioariis generale colloquium post festivitatem apostolorum prope Wirceburc condixerunt. Quod Heinricus congregata multitudine scismaticorum interturbare voluit, set Suevis supervenientibus resistere non valens, ad tempus eis locum dedit. Ipsi autem Herbipolim ad obsidendos fautores Heinrici processerunt, et adiunctis Saxonibus eandem sepi circumdederunt. Interim Heinricus exercitum viginti milium pene inter pedites et equites congregavit, et ad civitatem liberandam iam quinque septimanis obsessam aciem direxit. Quo audito fideles sancti Petri soluta obsidione obviam ei duobus miliariis, non tam multitudine sua quam misericordia Dei et iusticia sancti Petri, non tam armis quam virtute sanctae crucis confisi processerunt. Unde et crucem altissimam in quodam plaustro

a) *in loco raso* 1. b) *deest* 2. c) sed in d. i. u. ad m. f. *desunt* 2. d) Erat *usque* diligenter perlegerit *desunt* 2. e) *deest* 2. f) Sed *usque* compulerunt *desunt* 2. g) Heinricum *graece scribitur* Ιnyηpykȳ 1. Ιuyκykȳ 4b. h) *loco sequentium* 2. *alia habet quae v. supra pag.* 390. *lin.* 15—19. i) *h*nyηpkȳ 1. H. 4b. k) H. rex 2. l) episcopus 2. m) XVI. *corr.* XV. 1.

Aug. 11. erectam et rubro vexillo decoratam usque ad locum certaminis secum deduci fecerunt. Welf quoque dux cum sua legione, et Magideburgensis legio relictis equis pedites incedebant. Cum autem iam iam congressuri essent, omnes in terram prostrati celum oratione penetraverunt, quam pro eis ibidem reverentissimus Magideburgensis archiepiscopus[87] cum multis lacrimis et gemitibus effudit. Igitur in nomine Domini congressi, incredibilem hostium stragem fecerunt, ita ut novem nimium altae congeries cadaverum ibi viderentur, praeter illos qui per campos et silvas fugitantes occubuerunt. Heinricus autem in primo impetu congressionis dissimulato habitu primus inter primos terga vertens, omnia vexilla sua nostris derelinquens, usque ad Renum satis accelerato pervenit. Sed nostri eum longo itinere insecuti, tandem magnam praedam de hostibus reportaverunt. Ipsius[a] sane scrinia cum vestimentis regalibus, item nescio quot capellas episcoporum[88] cum aliis innumerabilibus nostri acceperunt[a]. In illa igitur congressione quot milia adversariorum occubuerint, nondum explorare potuimus. Ex parte autem fidelium sancti Petri nonnisi quindecim homines mortuos invenire potuimus, licet[b] diligentissime perquireremus, et ipsorum quindecim nonnisi tres in loco certaminis obierunt, nam reliqui aliquot diebus postea vixerunt. Inter mortuos autem et vulneratos nonnisi triginta reperire potuimus ex nostris. Et hoc utique nulli humanae virtuti, set potius divinae ascribendum est, cum fideles sancti Petri vix decem milia habuerint, adversarii autem etiam viginti milia excessisse referantur. Itaque nostri per Dei misericordiam victoria potiti, in campo certaminis ea nocte castra metati sunt, et in crastinum ad obsidionem urbis reversi, absque sanguine eam ceperunt. Deinde Wirceburgensi episcopo cum magnis laudibus civium, clericorum et laicorum in sedem suam restituto, congruoque praesidio militum civitati imposito, ipsi cum magna gloria et letitia singuli in sua redierunt. Factum est autem hoc praelium in sequenti die post festivitatem sancti Laurentii, videlicet in anniversaria die, quando et Heremannus rex cum Suevis Baioarios devicit. Ego[c] quoque ipse, qui haec chronica a[d] **1054°** anno dominicae incarnationis hucusque perduxi, de praedicto praelio non tam aliorum relata, quam quae ipse vidi et audivi, ad laudem et gloriam Dei fidelibus annunciare curavi[e]. Reverentissimus abbas de cella sancti Blasii, nomine Gisilbertus, migravit ad Dominum 6. Idus Octobris, cui venerabilis Uto eiusdem monasterii prior in abbatiam successit[c]. (Oct. 10.) Chonradus comes[89], frater Heremanni regis, set indefessus fautor Heinrici, in fine tamen, ut aiunt, reconciliatus aeclesiae, in Ierosolimitano itinere obiit[f]. Beatus Anselmus, quondam Lucensis episcopus, ipso eodem depositionis suae anno innumerabilibus miraculis cepit coruscare[90], qui post obitum venerabilis papae Gregorii VII. fideles sancti Petri contra tirannidem Heinrici adhuc in carne vivens multum incitavit, set multo plus post obitum suum miraculis coruscans eosdem contra eundem persistere confortavit. Unde et pars Heinrici de die in diem cepit deficere, catholici autem in fidelitate sancti Petri non cessaverunt proficere. (Dec.) Heinricus tamen[f] prope nativitatem Domini quoddam castellum in Baiowaria obsedit, et, ut aiunt, in eadem obsidione natalem Domini voluit celebrare. Quo audito, Welf et Berthaldus duces non cum magna multitudine Suevorum et Baioariorum derepente supervenientes, de obsidione eum discedere non permiserunt, nisi prius[g] accepta securitate ab eius principibus, ut colloquium fieri permitteret, in quo diutina regni discordia quoquo modo tandem idoneum finem accipere posset. Accepta igitur securitate, locum ei cum pace discedendi concesserunt; sicque ipse in ipsa vigilia natalis Domini compulsus est, ut festum suum alibi celebraret. Duces autem ad sua cum pace et leticia rediere, statimque cum reliquis regni principibus praedestinatum colloquium ad Opinheim in tertia ebdomada quadragesimae communiter condixere.

a) Ipsius *usque* acceperunt *desunt* 2. b) l. d. p. *in* 2. *post* explorare potuimus *iam legitur.* c) Ego — abbatiam successit *desunt* 2. d) M°.L°.IIII°. anno dnicae incar *in loco raso, litera minori* 1. e) *hinc alio tempore pergit* 1. f) obiit. Heinricus prope 2. *media desunt.* g) accepta *usque* evid(entissime) *a.* 1089. *(infra pag. 449. lin. 34.) folio exciso in* 4b*. *desunt.*

87) Hartwigus. 88) Capellae sunt vestimenta ac vasa sacra, reliquiae sanctorum, aliaque ad sollemne officium divinum necessaria. USS. 89) Luxemburgicus. USS. 90) Vide eius vitam apud Mabill. Sec. VI. P. II. p. 483. USS.

1087.

91 Heremannus rex nativitatem Domini Saxoniae celebravit. Berthaldus comes[91], sancti Petri fidelissimus miles, contra scismaticos strenuissime dimicans occubuit. Interim Heinricus omni ingenio et dolo, quia[a] vi non potuit, praedictum colloquium ne fieret, efficere voluit; set fideles sancti Petri illo nolente, immo eis periculum belli intentante, 5
Feb.ex. ad condictum terminum pervenere. Ipse vero iusticiam solito more subterfugiens, et rationabili etiam consilio suorum acquiescere nolens, adesse contempsit; unde et omnes pene suos contra se murmurare, et nonnullos eorum ab eo discedere fecit, nostri autem cum pace ad sua rediere. Sed necdum sedes apostolica legitimum pastorem habere potuit, eo quod Guibertus Ravennas heresiarcha periurus et anathematizatus eandem 10 sedem factione Heinrici iam octo annis infestaverit. Etsi enim ipse illam cum pace nequiverit obtinere, adeo tamen per organa diaboli praevaluit, ut iam biennio sedes apostolica pastorali gubernatione caruerit[b]. Unde cum omnes catholici merito dolerent, tandem sanctae Romanae aeclesiae cardinales episcopi, et reliqui catholici de clero et populo cum auxilio Normannorum Desiderium, eiusdem aeclesiae cardinalem et Cassi- 15 nensis monasterii abbatem, papam 160[mum] ordinaverunt, eique tercii Victoris nomen indiderunt; qui statim post electionem suam missis usquequaque literis se iuxta decreta sanctorum patrum declaravit incessurum. Iudicium quoque sui antecessoris piae memoriae Gregorii papae super Heinricum et omnes eius fautores confirmavit. Consecratus est autem
Mai.ex. exeunte Maio mense[92] apud Sanctum Petrum a cardinalibus episcopis Ottone Ostiense, et 20 Petro Albanense cum reliquis cardinalibus. Guibertus vero heresiarcha non magis ab incepta perversitate caessavit, immo se apud Sanctam Mariam ad Martires, quam Rotundam dicunt, incastellavit. Domnus papa autem in insulam, quae inter duos pontes sita est, se recepit. Principes quoque regni Teutonicorum, fideles inquam sancti Petri,
Aug. 1. generale colloquium cum Heinrico et fautoribus eius in Kalendis Augusti prope Nemetensem 25 civitatem habuerunt, eique adiutorium suum ad obtinendum regnum, si de excommunicatione exire vellet, fideliter promiserunt. Ille autem in solita sua obstinatione persistens, nec se excommunicatum profiteri dignatus est, licet hoc sibi a nostris in faciem instanter probaretur. Unde et nostri nullam pacem vel concordiam cum eo[d] habere statuerunt. Quapropter expeditionem suam super ipsos in octavam sancti Michahelis proxime ven- 30 turam indixit. Nostri autem se eandem expeditionem octo diebus praeventuros, seque ei in loco congregationis, cum quantis possent, obviam ituros condixerunt. In praedicto colloquio literae domni papae recitatae sunt, in quibus et suam promotionem principibus regni denunciavit, et iudicium sui antecessoris piae[e] memoriae Gregorii papae super Heinricum et fautores eius apertissime confirmavit. Latislaus rex Ungarorum missa 35 legatione ad idem colloquium, se in fidelitate sancti Petri perseveraturum declaravit, et fidelibus sancti Petri[f] cum viginti milibus equitum contra scismaticos se affuturum, si necesse foret, promisit.[g] Praedicta tamen expeditio utrinque ad illum terminum remansit. Salomon quondam rex Ungarorum, scilicet[h] a Latislao iam dudum regno privatus et in exilium expulsus, dum quiddam fortiter contra regem Grecorum molitur, post 40 incredibilem hostium stragem et ipse viriliter occubuit. Eodem quoque tempore quidam scismaticus, qui Pataviensem episcopatum, vivente adhuc legitimo pastore, iam dudum
93 invasit[93], de hac vita discedens[i] certissimum suae damnationis exemplum reliquis scismaticis dereliquit. Cum enim iam in extremis iaceret, seque ad aeternam damnationem iam iam abiturum non dubitaret, apparuit ei eiusdem aeclesiae episcopus, ut tanto evidentius 45 culpam sciret, quam apud inferos luere deberet. Rogavit tamen eum, ut ei culpam indulgeret, ipsumque ab excommunicatione solveret. Rogavit quoque circumastantes, ut eum de episcopatu eveherent, nec eum in episcopatu sepelirent. Sed haec verba astantibus quasi deliramenta videbantur. Ipse autem se sanae mentis protestatus, itidem

a) q. v. n. p. *desunt* 2. b) *alio tempore pergit* 1. d) c. e. *desunt* 2. e) p. m. G. p. *desunt* 2. f) s. P. *desunt* 2. 50
g) *hinc alio tempore pergit* 1. h) s. 1. i) discessit. Romae Victor 2. *media desunt.*

91) fortasse comes Durgaugensis, contra Udalricum III. S. Galli abbatem Heinrici regis acerrimum defensorem pugnans, qui eo tempore in odium Bertholdi marchionis totum pagum Durgowe circuiens devastavit. USS. 92) Leo Ostiensis chron. Cass. III. c. 6. factum id scribit 7. Idus Maii, quae tum erat dominica. USS. 93) Hermannus, Luitoldi Carentani ducis frater, in Moguntino conciliabulo a. 1085. contra Altmannum intrusus: unde illud iam 55 dudum nonnisi ad biennium extendi potest. USS.

rogitare non cessavit; set incassum; nam ante aeclesiasticam absolutionem morte praeventus est. Nonnulli tamen qui tam periculosae morti eiusdem scismatici aderant, compuncti sunt; qui et postea ad legitimum pastorem redeuntes, veniam et absolutionem consecuti sunt[a]. Romae Victor papa iam pluribus annis infirmus, et in eadem infirmitate ordinatus, post quartum mensem sui pontificatus diem clausit extremum; unde multum letatus est heresiarcha Guibertus cum suis sequacibus. Heinricus quoque eo tempore, licet infirmus, expeditionem in Saxoniam cum Beheimensibus promovit; set sancto Petro suos fideles protegente, inglorius inde nimis accelerate rediit. Nam Heremannus rex eum[b] cum tanta multitudine Saxonum insecutus est, ut facillime ipsum cum omnibus suis obtineret, si non dolo Eggiberti comitis[94] evasisset. Hic nempe comes[c] gloriae domini[d] sui Heremanni regis[e] multum invidens, inimicos sanctae aeclesiae de manibus eius dolo suo maluit liberare, quam de eisdem cum domino suo pene absque periculo in honorem Dei et sancti Petri triumphare. Et hoc utique ideo, quia iam concepit animo, dominum suum regno privare.

Sept. 16.

1088.

Heremannus rex nativitatem Domini in Saxonia celebravit, ubi et Eggibertus comes se regnum affectare manifestavit; set incassum, nam principes regni ei assentire noluerunt, immo tanto firmius domno regi deinceps adherere ceperunt[f]. Berthaldus doctor egregius, in sacris literis adprime eruditus, in senectute bona plenus dierum migravit ad Dominum 4. Idus Martii. His temporibus Pisani et Genuenses[95] et alii multi ex Italia Affricanum regem paganum hostiliter invaserunt, et depraedata eius terra, ipsum in quandam munitionem compulerunt, et eum deinceps apostolicae sedi tributarium effecerunt. Dux Welf[g] civitatem Augustam recuperavit, capto eiusdem episcopatus invasore Sigifredo. Ugo comes de Egenesheim Alsatiam iam diu ab inimicis occupatam invasit[h], et[h] sibi[h] recuperare[h] temptavit[h]. Metenses Brunonem, illius sedis pervasorem, penitus a civitate expellunt, seque nullum deinceps nisi legitimum pastorem recepturos iuramento firmaverunt, qui eo tempore in Tuscia detinebatur in captione. In Saxonia piae memoriae Burchardus Halverstatensis episcopus, in causa sancti Petri firmissimus, eheu! occiditur; sed nichil differt, an febris, an gladius mittat nos ad Dominum. Migravit[i] autem ad Dominum 8. Idus Aprilis. Guibertus autem heresiarches nondum ab invasione sedis apostolicae cessavit, nec Heinricus imperator ipsius veternosam tirannidem[l] contra fideles sancti Petri deponere voluit, quos tamen vincere non potuit. Romae cardinales episcopi et reliqui de clero et populo catholici Ottonem Ostiensem episcopum, religione et eruditione praecipuum, papam 161[um] ordinaverunt, eique nomen secundi Urbani indiderunt 4. Idus Martii; qui statim in sequenti die missis literis[96] omnibus catholicis, et suam ordinationem omnibus declaravit, et se in omnibus vestigia sui praedecessoris piae[m] memoriae Gregorii papae observaturum denunciavit. Wigoldus Augustensis episcopus post recuperationem suae civitatis, et captionem Sigifredi pseudoepiscopi[n] sui supplantatoris, et ipse diem clausit extremum. Hezel, fidelissimus miles sancti Petri[o] et advocatus sanctae Mariae Augiensis coenobii, monasterium in honorem[p] sancti Georgii[97] in proprio allodio construxit, in quo ipse demum monachus factus migravit ad Dominum Kalendis Iunii. Eo[q] tempore quidam Guiberti heresiarchae discipulus, videlicet Wormatiensis pseudoepiscopus, qui illam sedem per scismaticos non consecratus set execratus invasit, tandem resipiscens et ad catholicam [aeclesiam[r]] rediens, episcopatum dimisit, seque ad penitentiam in Hirsaugiensi[s] monasterio contradidit. Sic utique iam ante triennium et alius

Mart. April. Iun.

a) *alio tempore pergit* 1. b) *deest* 2. c) *deest* 2. d) d. s. *desunt* 2. e) *deest* 2. f) *alio tempore pergit* 1. g) Welfo *eraso* o 1. welfo 4b. h) *in loco raso littera minori* 1. i) Migravit — Aprilis *in loco raso litt. m.* 1. *desunt* 4b; *quorum loco:* Et haec quidem apud fideles S. Petri agebantur *habet, et ita primum a Bernoldo scriptum fuisse, priusquam praesentem lectionem reciperet, vestigia in codice* 1. *ostendunt.* l) contra — potuit *in loco raso l. m.* 1. m) p. m. G. p. *desunt* 2. n) p. e. *desunt* 2. o) s. P. *desunt* 2. p) in h. *desunt* 2. q) Eo — catholice delegit *desunt* 2. r) *deest* 1. 4b. s) hirsaugensi *superscripto* i 1.

94) Misniae marchio. USS. 95) de victoria hac cf. Leonem Ostiensem 3, 70. et carmen in codice regio Bruxellensi servatum; v. Annales nostros T. VII. p. 539. 96) extant in Martenii collectione monum. ampliss. T. I. col. 520. USS. 97) In chronico S. Georgii, quod exstabat in deperdito iam codice Villingano, legebatur ad a. 1084: *hoc anno cella S. Georgii primitus incoepta est aedificari;* et ad a. 1088: *obiit Hezil fundator cellae S. Georgii;* quod cum Bernoldo convenit. USS.

eiusdem Guiberti discipulus, Metensis inquam pseudoepiscopus[97], penitentia ductus episcopatum dimisit, quem statim Bruno, cuius superius mentionem fecimus, non minus sacrilege invasit. Nam per scismaticos intravit, vivente adhuc legitimo illius sedis pastore Heremanno, qui potius in captione detineri, quam in scismate pro episcopo honorari[a] catholice delegit[b]. Gebehardus reverendae memoriae Iuvavensis archiepiscopus, in[c] causa sancti Petri praecipuus, qui scismaticos publice dictis et scriptis confutare consuevit, de hac luce 17. Kal. Iulii[d] subtractus, magnum[e] merorem catholicis dereliquit. Bernhardus Constantiensium magister scolarum, vir eruditissimus, in causa sancti Petri ferventissimus, in Saxonia sub monachica professione migravit ad Dominum[f]. Wecilo Mogontiensis et Meginhardus Wirciburgensis pseudoepiscopi, inter scismaticos eruditione et errore praecipui, absque aeclesiastica communione in locum suum misere, set non miserabiliter, abiere. Saxones a fidelitate sancti Petri discedentes, Heinricum, quem multotiens abiuraverant, receperunt; unde Heremannus rex catholicus ab eis in Lothringiam secessit, ibique non multo post viam universae terrae arripuit, anno dominicae incarnationis 1088, regni vero eius 7, indictione 12, et in patria sua Metis honorifice sepelitur[98]. Iterum Saxones factione Eggiberti marchionis Heinrico rebellarunt, eumque ablatis sibi regalibus insignibus de obsidione cuiusdam munitionis[98*] in quendam montem turpiter fugarunt, ibique eum biduana obsidione ad confessionem anathematis et expetitionem reconciliationis compulerunt. (Dec. 24.) Eo igitur pacto accepta pace discessit, sed a solita tirannide non recessit. Eggehardus abbas Augiensis, etsi non adeo religiosus, in fine tamen laudabiliter conversus, ut[g] aiunt[g], diem[g] clausit[g] extremum[g]; cui[h] successit Oudalricus.

1089.

In[i] vigilia nativitatis Domini Eggebertus marchio Heinricum[k] et omnem eius exercitum cum paucis militibus, a quibusdam religiosis[99] confortatus, viriliter invasit, eumque de obsidione cuiusdam[l] sui[l] castelli[l. 98*], ubi ille nativitatem celebrare disposuit, turpissime fugavit. In hac invasione ex parte Heinrici Leomarus[m] Bremensis archiepiscopus et Berthaldus comes capiuntur, Losannensis[1] non tam episcopus quam antichristus, dum fortiter vult agere, occiditur. Ipse autem Heinricus perditis regalibus insignibus vix de manibus insequentium eripitur; sicque usque ad Babinberc de Thuringia fugiendo tandem pervenit, ibique inglorius sollemnizare compellitur. Eggebertus autem marchio castello suo et castris inimicorum pene absque sanguine potitus, captis quoque pluribus et occisis, gratiarum actiones Deo et sancto Petro referre non cessavit, quibus[n] et se deinceps puriori fidelitate adhesurum destinavit. Heremannus Metensis episcopus atque catholicus, post longam captionem ad episcopatum suum revertitur, et a multis gratanter recipitur; Bruno autem, eiusdem episcopatus temerarius invasor, ab omnibus despicitur. Nam et ipsi Heinrico pro turpissimis moribus[2] suis multum displicuit, licet ei quondam eundem episcopatum vendiderit[o]. Hac igitur necessitate idem Bruno constrictus, episcopatum dimittere, et ad patrem suum Adalbertum comitem in catholicorum partem repedare compellitur. Domnus papa Urbanus his temporibus Romae in insula quae inter duos pontes sita est morabatur, decretalemque epistolam[3] venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo 14. Kal. Maii direxit, (Apr. 18.) in qua ei episcopalem potestatem super clerum et populum Augiensis insulae, praeter monachos, concessit, data etiam auctoritate, ut abbatem inibi vice sua ordinaret, item et apud Augustam sive Curiam episcopos constituere procuraret. Nempe in tota Alemannia, Baioaria, Saxonia et aliis vicinis regionibus, praedicto[p] episcopo, et venerabili Almanno Pataviensi episcopo, vicem suam com-

a) *in loco raso l. m.* 1. b) *iterum pergit* 1. c) in c. s. P. p. *desunt* 2. d) 17. Kal. Iul. *desunt* 4b. e) *hic in* 2. *folium excisum est; pergit* matizatum censere. f) *pergit* 1. g) *in loco raso* 1. h) c. s. O. *alio tempore, sed paulo post et eadem manu addita* 1. *desunt* 4b. i) *pergit* 1. k) heinricum — confortatus *in loco raso* 1. l) *in loco raso* 1. m) Teomarus 4b. n) quibus — destinavit *in loco raso* 1. o) *alio tempore pergit* 1. p) Geberhardo *addit* 3.

97) Walo S. Arnulfi abbas ex Hugone Flaviniac. USS. 98) cf. Chron. Petershus. L. II. n. 39. 98*) Gleichen in Thuringia. 99) Inter eos praecipue Hartwigus Magdeburgensis archiepiscopus numeratur a Waltramo. USS. 1) Burchardus. 2) Pessimos eius mores depingit Waltramus, etsi Heinrico addictus, de unit. eccles. L. 2. c. 30. quem filium Adalberti comitis de provincia Alemanniae facit, Calwensis scilicet, monachum antea S. Trudonis. USS. 3) v. Mansi XX, 666; epistolae epitome hic sistitur. USS.

misit, ut ordinationes improbandas improbarent, roborandas roborarent. Sententiam quoque anathematis, a praedecessore suo papa Gregorio promulgatam, ea discretione confirmavit, ut in primo gradu Ravennatem heresiarcham cum Heinrico rege anathematizatum[a] censeret; in secundo gradu eorum fautores, qui eisdem armis, pecunia, consilio, obedientia faverent, quique ab eisdem vel ab eorum fautoribus aeclesiasticos ordines vel honores acciperent; in tercio autem gradu communicatores eorum posuit, quos etsi non excommunicaret, adeo tamen eos externa communione maculatos asseruit, ut in catholicam societatem sine absolutione et penitentia recipi non deberent: videlicet qui[b] excommunicatis salutatione, osculo, oratione, convictu vel ignoranter communicassent. Ordinatos vero in excommunicatione set non simoniace ab episcopis quondam catholice ordinatis, ut in adepto ordine persisterent sine promotione permisit, si tamen hoc eorum probitas et aeclesiae utilitas flagitare videretur. Aliquantis etiam ad superiores ordines promoveri concessit; set hoc rarissime, et cum summa necessitate. Guibertus autem heresiarches eiusque complices in parte regis eorum Heinrici anathematicas ordinationes facere non cessaverunt, ipsasque suis sectatoribus non nisi karissime venditas impenderunt. Unde et malum excommunicationis in tantum propagatum est eo tempore, ut catholici vix se ab eius contagio possent illesos custodire. In Teutonicis partibus quatuor episcopi in catholica communione perstiterunt, videlicet Wirceburgensis, Pataviensis, Wormatiensis, Constantiensis, set et Metensis episcopus; quorum confortamento reliqui catholici scismaticis a principio restiterunt. Ugo comes de Eginisheim, indefessus[c] miles sancti Petri, set nimium credulus Strazburgensi pseudoepiscopo, a servientibus eiusdem episcopi occiditur in cubiculo ipsius, cum ipso ad dormiendum collocatus, 2. Non. Septembris. (Sept. 4.) Bonizo[4] piae memoriae Sutriensis episcopus, set inde pro fidelitate sancti Petri iam dudum expulsus, tandem post multas captiones, tribulationes et exilia, a Placentinis catholicis pro episcopo recipitur; set a scismaticis eiusdem loci effossis oculis, truncatis omnibus pene menbris martirio coronatur. In Alemannia Otto comes, impudentissimus adulter, et pro adulterio a Constantiensi episcopo excommunicatus, Dei iudicio turpissime decollatur a militibus Ludovici comitis, cuius uxorem publicis nuptiis, eo vivente, sibi nefandissime copulavit; qui apud monasterium in praedio ipsius constructum a suis sepultus, iussu Constantiensis episcopi eicitur, et, ut scriptum est, ad sepulturam asini deputatur. Milites quoque eius opes ipsius diripuerunt, et tam allodium eius quam feodum non heredes ipsius, set extranei possederunt, iuxta quod in maledictionibus Iudae prophetatur: *et diripiant alieni labores eius.* (Ps. 108, 11.) Sic utique et post mortem suam in sepultura et in direptione rerum suarum evidentissime indicavit, quam efficaciter sententiam excommunicationis exceperit. In Italia nobilissima[d] dux Mathildis filia Bonifacii marchionis, sed vidua Gotefridi ducis, Welfoni duci filio Welfonis ducis coniugio copulatur, et hoc utique non tam pro incontinentia quam pro Romani pontificis obedientia, videlicet ut tanto virilius sanctae Romanae aeclesiae contra excommunicatos posset subvenire. Qui statim maritum eius impetere voluerunt; set cum ei resistere non possent, treuvas ab eo usque in pascha per interventum coniugis eius impetraverunt. Heinricus rex dictus[e] multum de praedicto coniugio tristatur; qui iterum in Saxoniam cum expeditione profectus, sine honore reverti compellitur. Petrus piae memoriae Albanensis episcopus, in[f] causa sancti Petri ferventissimus, migravit ad Dominum. Hic[g] est ille Petrus, qui Petrum Papiensem, Florentini episcopatus invasorem, per iudicium ignis simoniacum esse probavit, unde et deinceps illum sancta aeclesia igneum cognominavit. Nam magnam piram fiducialiter ingressus, absque omni lesione pertransiit, ut et flammae vestes eius susum ventilarent, nec tamen illas, nedum ipsum aliquo modo lederent[5]. Unde et praedictus Papiensis Petrus ab Alexandro papa deponitur, alter autem Petrus, pauperrimi[h] monasterii tunc monachus, in Albanensem episcopatum sublimatur. Erat enim tantae sanctitatis, constantiae et fidei, ut vix aliquis sui temporis ei potuerit comparari. Hic ergo de hac vita discedens, magnum merorem catholicis reliquit. Domnus papa Urbanus generalem sinodum 115 episcoporum collegit, et aecle-

a) *hic pergit* 2. b) quod 2. c) i. m. s. P. s. n. c. St. p. *desunt* 2. d) n. d. *desunt* 2. e) *deest* 2. f) i. c. s. P. f. *desunt* 2. g) Hic — catholicis reliquit *desunt* 2. h) p. m. t. m. *in loco raso* 1.

4) v. Ughellum Ital. Sac. T. I. p. 1273. T. II. p. 210. 5) v. supra p. 436.

siastica statuta suorum praedecessorum apostolica auctoritate firmavit. Guibertus autem heresiarches a Romanis turpiter expellitur, et ne amplius apostolicam sedem invadere praesumat, iuramento promittere compellitur. Set iam aliquantulum diuturna regni discordia inter catholicos et scismaticos tepescere cepit, ut non iam bellum ad invicem, sed pacem componere sanius iudicarent. Quapropter duces et comites sancti Petri fideles cum Heinrico colloquium habuerunt, eique suum consilium et auxilium ad obtinendum regnum firmissime promiserunt, si Guibertum heresiarcham vellet dimittere, et ad aeclesiasticam communionem per catholicum pastorem remeare. Quam quidem conditionem nec ipse multum respueret[a], si tamen in hoc ei principes sui assentire vellent, videlicet episcopi qui se cum Guiberto deponendos esse non dubitaverunt, eo quod in eius parte ordinationem, immo execrationem perceperunt. Hi ergo ei penitus hac vice dissuaserunt, ne sanctae matri aeclesiae reconciliaretur. Domnus papa Constantinopolitanum imperatorem[b] ab excommunicatione per legatos suos absolvit, item literas Philippi regis Francorum debitam ei subietionem promittentis suscepit.

1090.

In Baioaria fideles sancti Petri iam adeo contra scismaticos invaluerunt, ut in Salcburgensi aepiscopatu catholicum ordinarent archiepiscopum[6]; quem statim religiosissimus Pataviensis episcopus et Urbani papae legatus cum Wirceburgensi et Frisingensi episcopis sollemniter consecravit. Heremannus piae memoriae Metensis episcopus, et Berthaldus dux Alemanniae, filius Roudolfi regis, in fidelitate sancti Petri Maio mense diem extremum clausere, magnumque merorem catholicis, et exultationem scismaticis relinquere. Soror quoque praefati ducis, regina Ungarorum[7], eodem mense obiit. Ex parte autem excommunicatorum[c] Luitoldus[d] dux Carinthiorum inopinata morte praeripitur, cum nuperrime contra fas et ius repudiata propria uxore, aliam superinduxerit, Guiberto[e] quidem heresiarcha hoc ei concedente. Eggebertus quoque marchio de Saxonia, in[f] causa sancti Petri satis strennuus — dolo cuiusdam abbatissae de Quitelineburg[9], sororis inquam Heinrici regis, ut aiunt — per insidias occiditur. Domnus papa Urbanus[g] generalem sinodum cum episcopis diversarum provinciarum per legatos suos in Tolosana[10] civitate circa pentecosten collegit, ibique multa in aeclesiasticis causis, quae corrigenda erant, correxit. In qua sinodo Tolosanus episcopus[11] de illatis criminibus canonice expurgatur, et legatio pro restauranda christianitate in Toletana civitate, rege Hispanorum hoc supplicante, destinatur[h]. Welfo dux Italiae multa incendia et depraedationes a Heinrico rege hoc in anno[i] Longobardiam ingresso patitur; sed adhortatu domnae[k] Mathildis[l] suae karissimae coniugis eidem Heinrico resistere, et[m] in fidelitate sancti Petri persistere viriliter contendit. Hoc anno magna fames multas regiones repente afflixit, quanvis non magna sterilitas terrae praecesserit[n]. Adelbero reverendae memoriae Wirceburgensis episcopus, unus de antiquioribus episcopis, in causa sancti Petri contra[o] Guibertum et eius complices strenuissimus, post multa pericula, persecutiones et exilia, quae pro Christo libentissime passus est, in bona confessione diem clausit extremum, in praedio suo quod Lanbach[12] vocatur[p].

Marginalia: 6 (l. 17); Mai. (l. 20); 7 (l. 22); 9 (l. 26); Iun. (l. 28); 11 (l. 30); Oct. 6. (l. 37); 12 (l. 40).

1091.

Domnus papa eo tempore in partibus Campaniae morabatur, et ab omnibus catholicis debita reverentia colebatur, videlicet a Constantinopolitano imperatore, et a Philippo Francorum rege, aliisque diversorum regnorum principibus tam aeclesiasticis quam secularibus, excepto in Teutonicorum regno, ubi multi ex catholicis in partem excommunicatorum avaricia decepti sponte sua se transtulerunt. Romani quoque turrem Crescentii,

a) *in loco raso* 1. b) regem 2. c) regis 2. d) lvitolduf 1. e) G. q. h. h. e. c. *desunt* 2. f) i. c. s. P. s. s. *desunt* 2. g) *deest* 2. h) *iam pergit* 1. i) h. i. a. *in loco raso* 1. *ubi prius* iam dudum *legebatur.* iam dudum 4[b]. *utrumque recte, quum Heinricus iam Aprili mense Veronae praesens fuerit.* k) *deest* 2. l) M. uxoris suae eidem 2. m) et i. f. s. P. p. *desunt* 2. n) *iam pergit* 1. o) c. G. et c. c. *desunt* 2. p) *iam pergit* 1.

6) Thiemonem S. Petri abbatem 7. Id. April. consecratum. USS. 7) Hanc fuisse Adelhaidem Rudolphi anticaesaris filiam, nuptam S. Ladislao Hungariae regi, contra huius coelibatus assertores pluribus probat Gerbertus Hist. Silvae Nigrae T. I. p. 233. et in tractatu de Rudolpho et familia Rheinfeldensi. USS. 9) Adalheidae. 10) Vid. Mansi XX, 733. 11) Isarnus. 12) Lambach in Austria superiore, ubi coenobium condiderat.

quae eatenus domno papae obediebat, dolo captam diruere temptaverunt. Domnus autem papa facile Romam cum exercitu intrare, et rebellium contumaciam domare potuisset, si non magis cum mansuetudine causam suam agere delegisset. Eo tempore Mantuani, diuturna obsidione a Heinrico rege iam per annum constricti, a domino suo Welfone duce discesserunt, et se et civitatem suam suo devastatori tradiderunt. Romani quoque Guibertum heresiarcham, quem iam dudum expulerunt, iterum Romam intrare, et sanctam aeclesiam suis non benedictionibus set maledictionibus infestare permiserunt. Capuani Nordmannos de Capua expulerunt, quibus iam multo tempore sub pluribus apostolicis et regibus subiecti fuerunt. Unde et Nordmanni eos circumquaque usque ad murum civitatis praeda et incendio devastaverunt. Domnus papa Urbanus generalem sinodum Beneventi[14] collegit, et sententiam anathematis super [Mart. 28.] Guibertum heresiarcham et omnes eius complices sinodali iudicio confirmavit[a]. Fridericus[b] comes et marchio 3. Kal. Iul. requievit in Domino[c]. Willihelmus piae memoriae Hirsaugiensis abbas, in causa sancti Petri ferventissimus, et in monastica religione studiosissimus[d], utpote multorum pater monasteriorum, 3. Non. Iulii migravit [Iul. 5.] ad Dominum. Hic primum Hirsaugiense monasterium tam in aedificiis quam in regularibus disciplinis mirabiliter exaltavit, ipsumque privilegio sedis apostolicae sub Gregorio papa in perpetuum libertavit. Plura etiam monasteria usquequaque[e] ex[e] integro[e] construxit: duo quidem in Nigra Silva, unum sancti Georgii, alterum sancti Gregorii[15], item aliud ad Duplicem aquam[f] prope Danubium, item aliud in Wirceburgensi episcopatu, in loco qui Chamberg dicitur. Scaphusense quoque monasterium[g] et Petrishusense, in ripa Reni iam dudum aedificata, regularibus disciplinis instituit. Sed et alia quam plura in diversis regionibus tum[h] per se, tum[h] per sibi subiectos vel de novo fecit, vel iam facta regularibus disciplinis instituit. Hic etiam multa monimenta sui naturalis[i] ingenii nobis reliquit. Nam naturale horologium ad exemplum celestis hemisperii excogitavit; naturalia solsticia sive equinoctia et statum mundi certis experimentis invenire monstravit; quae omnia quidam eius familiaris etiam literis mandare curavit[16]; multas etiam quaestiones de compoto probatissimis rationibus enodavit. Hic in musica peritissimus fuit, multaque illius artis subtilia, antiquis doctoribus incognita, elucidavit[17], multos etiam errores in cantibus deprehensos satis rationabiliter ad artem correxit. In quadruvio[18] sane omnibus pene antiquis videbatur praeminere. Set ante haec omnia in illo studium monasticae districtionis praevaluit, in quo totus adeo efferbuit, ac si nunquam aliud aliquid studii habuerit. Erat enim[k] mirae sanctitatis, sanctae simplicitatis, ferventissimae karitatis, Deo vivus et seculo vere crucifixus: quem Dominus in senectute bona ad aeternam patriam revocavit, cui ipse a iuventute in hac peregrinatione indefesso labore servivit. Bernhardus[l] quoque Constantiensium magister scolarum, cuius obitum supra notavimus[19], multa[m] nobis[m] sui[m] ingenii[m] monimenta[m] reliquit[m], multaque pro catholicis contra scismaticos sui temporis elegantissime scripsit; et primum quidem[n] ad quosdam suos amicos de iudicio Gregorii papae VII. super scismaticos; et de sacramentis extra aeclesiam usurpatis[20]. Postea etiam ad venerabilem Hartvicum[o] Magideburgensem episcopum de eadem causa magnum librum luculentissime composuit ex persona sanctae aeclesiae, in quo testimoniis sanctorum patrum omnes insidiosas cavillationes eorumdem[p] scismaticorum[p] prudenter annichilasse videtur. Set in eisdem scriptis nimio zelo ductus alicubi modum excessisse notatur, videlicet ubi agit de sacramentis scismaticorum. Negat

a) *iam pergit* 1. b) Fridericus *usque* Domino *desunt* 4b. c) *in loco raso, ubi prius lectio codicis* 3. in pace *scripta fuerit* 1. d) *in loco raso* 1. e) *in loco raso* 1. f) scilicet Zwiuelton *glossa saec. XIV.* 2. g) *deest* 2. h) *in loco raso* 1. i) *in loco raso* 1. k) *in loco raso* 1. l) Bernhardus — dogmatis excesserunt *desunt* 2. m) *in loco raso* 1. n) *vox supra lineam scripta* 1. o) haruicum 1. p) *in loco raso* 1.

14) Celebrata est synodus 5. Kal. Apr. Mansi XX, 738. 15) in Reichenbach. Vid. Gerbert Hist. Nigrae Silvae T. I. p. 282. de S. Georgii p. 283. de Zwifaltensi p. 288. de Scafhusensi p. 262. cf. Mabillonii observationes praeviae in eius vitam l. c. p. 717. et Trith. Chr. Hirs. T. I. p. 267. USS. 16) Videtur innuere Heymonem eius discipulum et vitae scriptorem. Operum eius catalogum dederunt Anon. Mell. et Trithemius de Script. eccles. et in chronico ad annum 1070. USS. 17) Musicam S. Wilhelmi edidit Gerbertus T. II. Scriptor. music. USS. 18) Hac voce quatuor matheseos partes, arithmeticam, geometriam, musicam et astronomiam indicabant veteres. USS. 19) scilicet ann. 1088. 20) typis edita apud Ussermann. Prodr. II. 185 sqq.

enim omnino, ab eis vel ab eorum communicatoribus sacramenta posse confici, ita ut ab illis ordinatos, si resipiscant, iterum ordinandos censeat. Set hoc sacratissimo Niceno[a] concilio aeque ut euangelium[b] venerando repugnat, quod clericos ex Novatianis conversos cum ordine recipi, non iterum ordinari praecepit. Item Affricani patres de clericis Donatistarum conversis statuisse leguntur[21]. Item beatus Gregorius papa primus Maximum Salonitanum praesumptorem excommunicatum, et ab excommunicatis ordinatum, cum ordine recepit, non utique iterum ordinavit[22]. Hoc sane illi nullatenus facerent, si nullum eos ordinationis sacramentum extra aeclesiam accepisse putarent. Item beatus Anastasius papa scribens ad Anastasium imperatorem asserit, quod ordinatos ab Acatio, licet anathematizato, nulla portio lesionis attingeret, quantum ad integritatem sacramentorum. Item beatus Augustinus in multis suis scriptis, et praecipue in libro contra Donatistas de baptismo invictissime probat, aeclesiastica sacramenta extra aeclesiam et haberi posse et dari, set perniciose tam danti quam accipienti[23]. Haec autem summatim tetigimus, ut in praedictis scriptis lectorem cautum faceremus, ne praepropere alicui sententiae assentiat, quam tam autenticis sanctorum patrum sententiis adversari deprehendat. Ceterum si quis haec plenius nosse desiderat, scriptum cuiusdam[24] ad eundem Bernhardum de eadem quaestione directum diligenter perlegat, in quo testimoniis sanctorum patrum evidentissime docebitur, quid sancti patres de illa quaestione censuerint sentiendum. Verum idem venerabilis Bernhardus in ista, sicut et beatus Ciprianus in rebaptizationis sententia, non pertinaciter contra aeclesiam egerunt, set uterque nimium contra scismaticos zelantes aliquantulum regulam aeclesiastici dogmatis excesserunt[b*]. Altmannus sanctae recordationis Pataviensis episcopus, in[c] causa sancti Petri et in aeclesiastica religione studiosissimus, post multa pericula, tribulationes et exilia, quae pro Christo sustinuit, in senectute bona migravit ad Dominum 6. Id. Augusti[d]. Hic in episcopatu suo tria[25] cenobia clericorum iuxta regulam sancti Augustini communiter viventium instituit, et tercium[26] in Frisingensi episcopatu in allodio Welfonis ducis per clericos suos aedificavit[e], et regularibus disciplinis instituit[f]. Hic fuit tantae sanctitatis, continentiae, et religionis, ut reverentissimo papae Gregorio, sanctoque Lucensi episcopo, immo omnibus religiosis reverendus esset et amabilis[g], scismaticis vero et sceleratis odiosus et formidabilis. Unde[h] in obitu suo bonis magnum merorem, malis vero magnam reliquit exultationem. Welfo dux Baioariae in Augusto mense Longobardiam venit[i], ut Heinrico regi reconciliaretur, si ipse vellet permittere, ut apostolica sedes a Guiberto heresiarcha invasa canonice disponeretur, nec non et si eidem duci filioque eius Welfoni, caeterisque eorum fautoribus bona eorum reddere vellet, quae eis iniuste ablata forent. Quam conditionem ille noluit adimplere; unde et dux in Alemanniam non tardavit redire. Multi tamen ex Alemannis Heinrico regi reconciliati sunt, et excommunicationem sedis apostolicae communem sibi cum Heinrico fecere[k]. Dux[27] autem iterum multos contra Heinricum eiusque fautores incitavit, ut etiam novum regem eligere decernerent, si quorumdam pigricia sive malivolentia eos non impediret. His temporibus in regno Teutonicorum communis vita multis in locis floruit, non solum in clericis et monachis religiosissime commanentibus, verum etiam in laicis, se et sua ad eandem communem vitam devotissime offerentibus, qui etsi habitu nec

a) neceno *corr.* niceno 1. niceno 3. 4b. b) euglm (o *eraso*) 1. b*) *hic pergit* 2. c) i. c. s. P. et *desunt* 2. d) VI. (*prius* VII.) Id. Aug. *in loco raso* 1. in Augusto mense 4b. e) instituit 2. f) auxit 2. g) *in loco raso* 1. h) Unde — exultationem *desunt* 2. i) ingreditur 3. k) fecere. Unde in Alemannia tantum excommunicatio praevaluit, ut multi religiosi viri et feminae potius in perpetuum exulare deligerent, quam sub communione excommunicatorum deperirent. *addunt* 4b. 4b*. *qui his verbis desinunt. Haec a Bernoldo primum et in codice* 1. *scripta, quum pergeret, erasa, eorumque in loco* Dux — decernerent *scripta sunt.*

21) Similia exstant Bern. Opusc. II, 4. p. 232. 22) Opusc. I, 9. p. 193. 23) Opusc. II. l. l. 24) Suum ipsius opusculum intelligit Bernoldus, de sacramentis excommunicatorum iuxta assertionem sanctorum patrum eidem Bernardo circa a. 1085. inscriptum. Prodr. II. pag. 187. 188. USS. 25) Ista sunt S. Nicolai prope Passavium, S. Floriani in Austria superiore, et S. Hippolyti in inferiore, nunc sedes episcopi. USS. 26) Leg. *quartum* nempe Raitenbuchense, ad cuius fratres idem Bernoldus scripsit tractatum de presbyterorum officio. Vid. vita S. Altmanni T. II. Aug. Bolland. p. 357. ad diem 8. Aug. ubi plura etiam de Gottwicensi coenobio. USS. 27) Quae iam sequuntur omnia usque ad finem libri Bernoldus in coenobio Scafhusano conscripsit.

clerici nec monachi viderentur, nequaquam tamen eis dispares in meritis fuisse creduntur[a]. Se enim servos eorumdem pro Domino fecerunt, imitantes ipsum qui non venit ministrari set ministrare, qui et suos sectatores ad maioritatem per servicii exhibitionem docuit pervenire. Nempe ipsi abrenunciantes seculo, se et sua ad congregationes tam clericorum quam monachorum regulariter viventium devotissime contulerunt, ut sub eorum obedientia communiter vivere et eis servire mererentur. Quapropter invidia diaboli contra eorumdem fratrum probatissimam conversationem quosdam emulos incitavit, qui eorum vitam malivolo dente corroderent, quamvis ipsos ad formam primitivae aeclesiae communiter vivere viderent. Unde domnus papa Urbanus illorum conversationem ab ipsis apostolis plantatam, set ab eorum successoribus latissime propagatam, decreti sui apostolica auctoritate firmavit, ipsumque decretum praelatis eorumdem fratrum his verbis denunciare curavit: *Quosdam*, inquit, *accepimus morem vestrorum cenobiorum corodentes*[a'], *quo laicos seculo renunciantes, et se suaque ad communem vitam transferentes, regendos in obedientia suscipitis. Nos autem eandem conversationem et consuetudinem, sicut oculis nostris inspeximus, laudabilem, et eo perpetua conservatione dignissimam, quo in primitivae aeclesiae formam impressa est, iudicantes, approbamus, sanctam et catholicam nominamus, et per praesentes literas apostolica auctoritate confirmamus*[b]. Non solum autem virorum set et feminarum innumerabilis multitudo his[c] temporibus se ad huiusmodi vitam contulerunt, ut sub obedientia clericorum sive monachorum communiter viverent, eisque more ancillarum quotidiani servicii pensum devotissime persolverent. In[d] ipsis quoque villis filiae rusticorum innumerae, coniugio et seculo abrenunciare et sub alicuius sacerdotis obedientia vivere studuerunt. Set et ipsi coniugati nichilominus religiose vivere et religiosis cum summa devotione non cessaverunt obedire. Huiusmodi autem studium in Alemannia potissimum usquequaque decenter effloruit; in qua provincia etiam multae villae ex integro se religioni contradiderunt, seque invicem sanctitate morum praevenire incessabiliter studuerunt. Sic utique Deus sanctam suam aeclesiam in periculosissimo tempore mirabiliter consolari dignatus est, ut de multorum conversione gauderet, quae de excommunicatorum aversione iam diu non[e] cessavit[e] dolere[e]. In Teutonicis partibus caro cum sanguine pluvit, et bufones cum piscibus e celo ceciderunt, ut multi probabiles viri se vidisse testati sunt. In Alemannia ad Aquam duplicem prope Danubium sanguis de panibus effluere videbatur; quae singula aliquid novi in regno portendere a quampluribus etiam religiosis credebantur. Iuditha piae memoriae marchionissa, nobilis genere set nobilior in sanctitate, uxor quondam Heremanni religiosissimi marchionis[28], migravit ad Dominum 5. Kal. Octobris. Ipsa enim cum marito suo religiose vixit, post cuius obitum 19 annos in viduitate et sancta conversatione permansit. Demum ad domnum papam Salernum pervenit, ibique sub eius obedientia discessit[e]. Adelheida[e] Taurinensis[e. 29] comitissa[e] 14[e]. Kal.[e] Ianuarii[e] obiit[e].

1092.

Domnus papa nativitatem Domini in terra sancti Petri extra Romam celebravit. Nam Guibertus heresiarcha ita se prope domum sancti Petri incastellavit, ut non facile absque humani sanguinis effusione expelli inde potuerit. Heinricus quoque, imperator ipsius[f], in Longobardia iam biennio[g] morabatur, ibique[g] circumquaque[g] terram Welfonis Italici ducis praeda ferro et incendio devastare non[g] cessavit[g], ut[g] eundem[g] ducem[g] et prudentissimam[h] eius uxorem a fidelitate sancti Petri discedere, sibique[i] adherere compelleret; set frustra. Nam dux in sua sententia perstitit, ipsique satis viriliter restitit. Set et pater eiusdem ducis, Welfo dux Baioariae, eundem[k] Heinricum ante proximam nativitatem Domini mirabiliter confudit, quem ad colloquium pervenire prohibuit, quod idem Heinricus et rex Ungarorum condixerunt, ad quod etiam pene iam convenerunt. In[l] Alemannia quidam laicus communem vitam more[m] apostolorum[m] professus[m], qui se et

a) Se — auctoritate confirmamus *desunt* 2. a') *ita* 1. b) *pergit auctor.* Non solum — obedire *in loco raso* 1. c) h. t. *desunt* 2. d) In — cessavit dolere *desunt* 2. e) *in loco raso* 1. f) *deest* 2. 3. impius imperator *habet* 3. g) *in loco raso* 1. h) *deest* 2. i) a. f. s. p. d. que *desunt* 2. k) e. regem h. 2. l) In — resipisceret *desunt* 2. m) *in loco raso* 1.

28) Badensis; v. a. 1074. 29) socrus Heinrici IV, de qua Gerbert in tractatu de Rudolfo anticaesare p. 118 seqq. USS.

sua ad monasterium sancti Salvatoris[30] contradidit, ibique diu debitam obedientiam exhibuit, derepente cepit apostatare, seque et sua de praedicto monasterio sacrilege non timuit abripere. Quapropter domnus papa Urbanus missis literis[31] venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo ex apostolica auctoritate praecepit, ut eundem apostatam canonice vocaret, et mucrone anathematis a membris Christi penitus eum amputaret, nisi[a] citius de eadem apostasia et sacrilegio resipisceret. Iterum principes Alemanniae ad defensionem sanctae matris aeclesiae contra scismaticos unanimiter convenerunt, sibique ad hoc negocium exequendum fratrem Constantiensis episcopi Berthaldum[b] ducem totius Sueviae constituerunt, qui nondum aliquem ducatum habuit, etsi iam dudum nomen ducis habere consueverit. Magna fames totam Saxoniam occupavit, quae et principes illius provinciae in alias regiones eo anno ad tempus discedere coegit. Unde et generalis conventus fieri non potuit, quem principes Alemanniae cum Saxonibus habere voluerunt. In Longobardia Chounradus, filius Heinrici regis, bona Adalheidae Taurinensis comitissae[32] invasit, quae eiusdem comitissae nepos, filius Friderici comitis, habere debuit. Hic autem comes[c] sub habitu seculari more sancti Sebastiani strenuissimus miles Christi fuit, videlicet aeclesiasticae religionis ferventissimus amator et catholicae pacis indefessus propugnator. Hunc[d] venerabilis papa Gregorius, hunc beatus Anshelmus Lucensis episcopus quasi unicum filium amaverunt. Hunc clerici et monachi, immo omnes religiosi ferventissime dilexerunt. Hic in fidelitate sancti Petri contra scismaticos usque ad mortem studiosissime certavit, in cuius etiam festivitate de huius vitae ergastulo ereptus, eidem in celesti patria creditur associatus. Erat autem filius domnae Sophiae et Ludowici comitis, quae erat matertera comitissae Mathildis, quae[e] cum domino suo Welfone duce in Italia contra scismaticos multum laboravit. Obiit autem praedictus comes in praeterito anno, id est dominicae incarnationis 1091. indict. 14[f]. 3. Kal. Iul. scilicet[g] in festivitate sancti Petri, et in crastinum, id est in sollemnitate sancti Pauli, sepelitur. Huius ergo filium ex nepte domnae Adelheidae susceptum Heinricus rex cum filio suo exheredare proposuit, terramque eius hostiliter invadendo, et circumquaque devastando, etiam Fructuariensi[h] monasterio multa mala intulit[i]. In Baioaria venerabilis Salcburgensis episcopus Diemo[k] Pataviensi aeclesiae iam dudum viduatae ordinavit episcopum nomine Oudalricum, sanctae Augustensis aeclesiae praepositum, eumque in ipso die pentecostes cum episcopo Constantiensi et Wormatiensi sollemniter consecravit: hocque magnam fiduciam dedit catholicis, ut in fidelitate sancti Petri persisterent, et scismaticorum vesaniae indefessius obsisterent[l]. In Ungaria his temporibus multa prodigia contigerunt, ut audivimus. Nam quidam mons se in Danubium praecipitavit: unde fluvius ille alveum suum mutare coactus, circumiacentes terras longe lateque vastavit. Item in sicca terra lacus magnus alibi emersit, et in alio lacu mons quidam de repente apparuit. Fluvius quoque nomine Thizaha[33] per triduum sanguineus fluxit. Sed et terrae motus ibi inauditus factus est, ita ut homines eius impetum stando sustinere non possent. Tonitru quoque maximum et a seculis inauditum homines ibi terruit, quod supra terram transivit, et sub terra redire sentiebatur eadem via. In Alemannia Chono comes de Wulvelingin, strennuissimus miles sancti Petri, diem clausit extremum

a) nisi — resipisceret *addita paulo post* 1. b) b. nomine 2. c) *quae sequuntur usque* Hunc clerici *in loco raso* 1. d) Hunc — associatus *desunt* 2. e) quae — laboravit *desunt* 2. f) XIIII. g) scilicet — mala intulit *desunt* 2. h) *in loco raso* 1. i) *iam pergit* 1. k) *in loco raso* 1. l) *pergit* 1.

30) Scafhusense; cf. Chronicon Petershusanum Lib. III. n. 24. 31) Litteras Urbani ante oculos habuit, quas ex cod. Udal. dedit Mansi XX, 707, 708. Episcopus Constantiensis ibi falso Gaufredus vocatur. 32) Inter bona, quae Adelheidi ex hereditate paterna obtigerant, Guichenon (Hist. genealog. de la maison de Savoie T. IV. p. 200.) numerat marchionatum de Susa, ducatum Taurinensem, vallem Agostanam, aliasque terras circa Genevam, quae omnia defuncta matre ad filium eius primogenitum Petrum devolvebantur, et a patre ad filiam Agnetem de Sabaudia nuptam Friderico de Monte Belligardi seu Bar, et comiti Lucelemburgensi. USS. 33) Theiss.

Meginfredus marchio
Herimannus Alam. dux (Herm. a. 1036) † 1038. — Adalheida † 1092 — Otto Sabaudiae comes
Petrus — Agnes — Fridericus comes
Amadeus
Bertha Heinrici IV. uxor — Counradus rex
Adelheida Roudolfi ducis Al. uxor.

Idibus Octobris, et in monasterio, quod ipse cum fratre suo comite Luitolfo in proprio allodio fundaverunt, honorifice sepelitur; eiusque bona frater eius idem Luitolfus hereditario iure possedit, etsi iam dudum seculari militiae abrenunciaverit. Ne[a*] hoc utique fecit ea intentione, ut ad seculum rediret, set potius ideo, ut praedictum monasterium eisdem bonis melioraret[a]. In hoc anno quatuor presbiteri, non parvi nominis inter suos[b], et religionis ex Suevia[b], Ierosolimam in orationem[c] profecti sunt; qui post multas tribulationes et angustias in ipso itinere, cum redirent, in bona confessione satis feliciter obiere; quorum unus, qui sanctam Mariam quotidiano officio singulari devotione venerari consuevit, ad aeclesiam sanctae Mariae in ipso mari cum moreretur, per navim Deo ordinante deportari meruit, ibique a quarto consacerdote suo, qui solus ex illis quatuor adhuc supererat, honorifice sepelitur, ipseque sepultor eius non multo post[d] itidem[e] defungitur[e]. Beatrix, soror Friderici marchionis[33] et uxor quondam Berthaldi ducis[34], tandem per diuturnam infirmitatem a Domino misericorditer castigata et examinata, felicissime[e] diem clausit extremum 7. Kal. Novembris, et in civitate Leucorum ab episcopo loci honorifice sepelitur. Domnus Oudalricus, qui abbatiam sancti Galli et Aquileiensem episcopatum non intrando per ostium obtinuit, per quendam monachum sui monasterii[35] Gebehardum Constantiensem episcopum supplantare conatus est, cui investituram eiusdem episcopatus a Heinrico impetravit. Set cum eundem supplantatorem ante natalem Domini inthronizare vellet, a Constantiensibus receptus non est, immo non sine contumelia repedare compulsus est. Magnus quoque terrae motus in eodem episcopatu apud cellam Salvatoris eo tempore noctu contigit; unde et paucis tunc innotuit, praeter quosdam religiosos viros[36] et feminas, quibus eadem nocte nondum somnus obrepsit. Hunc terrae motum catholici iuxta euangelium divinam iram portendere pro supradicta praesumptione non dubitarunt.

1093.

Domnus papa Urbanus nativitatem Domini extra Romam in terra sancti Petri celebravit, eo quod nondum Romam absque armata manu intrare potuerit, Guibertistis quidem et excommunicatis multum adhuc ibi praevalentibus, nec facile se absque violentia inde expelli permittentibus. Ipse vero Guibertus eo tempore cum imperatore suo Heinrico Longobardiae morabatur, et quicquid potuit cum ipso contra ducem Welfonem et eius uxorem Mathildam, sancti Petri filiam, machinabatur. Venerabilis Wernherus, Merseburgensis aeclesiae episcopus, post multas conflictationes contra scismaticorum tergiversationes tandem in fidelitate sancti Petri diem extremum clausit; qui solus tunc in Saxonia catholicae communionis episcopus remansit. Unde et catholicis magnam tristiciam, et excommunicatis magnam leticiam obeundo reliquit. Obiit autem satis feliciter 3. Idus Ianuarii. In Alemannia per diversa loca multi ignes per aerem simul ferri videbantur in octava epiphaniae in summo mane, qui utique ignes multa incendia non multo post per illam terram late crassatura significare non dubitabantur. Nam dux Welfo et comes Odalricus[f] de Brigantio[37] et alii quam plures omnimodis se invicem incendiis devastare aggressi sunt. Sigifredus abbas Scafhusensis de Alemannia cellam Nobiliacum[38] dictam a Richardo Massiliensi abbate impetravit, locumque sibi suisque fratribus ibi praeparavit, quo ad tempus secedere posset, si forte in suo monasterio propter excommunicationem persistere nequisset. Nam illa veternosa excommunicatio quam piae memoriae Gregorius papa super Guibertum et eius compli-

a*) *ita* 1. a) *pergit* 1. b) *ita distinguit* 1. c) S. peregrinantes Hierosolymam profecti sunt 3. d) *post* iti *folium excidit* 2. e) *in loco raso* 1. f) *ita* 1.

33) Est hic ipse Fridericus, de quo mox supra actum, comes Moncionis, et Montisbeliardi ob praedictam hereditatem marchio dictus, cuius et sororis eius Beatricis stemma sistit Schoepflinus Hist. Zaring. Bad. T. I. p. 58 sqq. USS. 34) Primi hoc nomine Zaringensis. USS. 35) Arnoldum nominat Burkhardus de casibus monast. S. Galli cap. 7; cf. Chronicon Petershusanum L. III. n. 26. USS. 36) quorum unus Bernoldus fuerit? 37) Vid. Disquisit. ad chron. Petershusanum p. 292 sqq. et chron. L. III. n. 16. USS. 38) Urstisius in nota cellam hanc illam S. Fidis in Grafenhausen iuris hodie San-Blasiani vico suspicatur. Vid. Gerbert. Hist. Silvae Nigr. T. I. p. 264. USS.

ces fecit, iam adeo maiores atque minores in Alemannia contaminavit, ut quique religiosi se inter eos salva catholica communione perduraturos desperaverint. Nobilissima comitissa Sophia, vidua Ludowici comitis, mater piae memoriae Beatricis ducis et Friderici marchionis, in senectute bona, cum iam multos filiorum suorum filios[a] videret, diem clausit extremum. In Longobardia prudentissimi milites sancti Petri, Welfo dux et uxor eius Mathilda, iam triennio contra scismaticos viriliter dimicantes, tandem multum contra ipsos Deo opitulante confortati sunt. Nam Chounradus filius Heinrici regis a patre discessit, et Welfoni duci reliquisque fidelibus sancti Petri contra patrem cum suis adiuvit. Civitates quoque de Longobardia, Mediolanum, Cremona, Lauda, Placentia, contra Heinricum in viginti annos coniuraverunt, qui omnes praedicto duci fideliter adheserunt. Transitus etiam Alpium in Longobardiam quidam obtinuerunt, ut fautores Heinrici ad ipsum non possent proficisci. Augustenses episcopum[39] quem Heinricus illis dedit expulerunt, ipsique sibi catholicum pastorem[40] canonice elegerunt, qui Eboregiensem episcopum in castello quo transitus Alpium custoditur[40*] captivavit, quod ipse illi facere deliberavit. Metensis aeclesia et Tullensis et Virdunensis ab obedientia[b] Eigilberti Treverensis excommunicati discesserunt, eique se non amplius obedituras apertissime mandaverunt; quorum Metensis refutato episcopo[41] quem Heinricus eis dare voluit, ipsi sibi canonice[c] catholicum pastorem[42] elegere[d], eumque a Gebehardo Constantiensi episcopo, sedis apostolicae legato, catholice atque canonice consecrari fecere 6. Kal. Aprilis, in medio quadragesimae[e]. Domnus papa Urbanus generalem sinodum[43] centum pene episcoporum in quadragesima ex diversis provinciis in Apulia congregavit, et diversis aeclesiarum necessitatibus sinodali provisione competenter succurrere curavit[f]. In Longobardia Chuonradus filius Heinrici regis a patre dolo circumvenitur et captivatur; set Dei misericordia inde ereptus, a Mediolanensi archiepiscopo[44] et reliquis sancti Petri fidelibus in regem coronatur, annitente Welfone duce Italiae, et Mathilda eius karissima[g] coniuge. Set et pater eiusdem ducis, Welfo dux Baioariae, non multo post ad eundem noviter coronatum regem in Longobardiam venit, eique cum filio suo fideliter adherere sategit. Heinricus vero pater regis in quandam munitionem[h] se contulit, ibique diu absque regia dignitate moratus nimioque dolore affectus, se ipsum, ut aiunt, morti tradere voluit, set a suis praeventus ad effectum pervenire non potuit. In Alemannia dux Berthaldus monasterium novum in honorem sancti Petri in praedio suo in Nigra Silva a fundamentis extruxit, multisque bonis ditavit. Set et omnia bona alterius monasterii, quod eiusdem ducis pater in alio loco[45] aedificavit, iste ad istud transtulit. Hoc ergo monasterium frater ipsius ducis Gebehardus, Constantiensis episcopus et apostolicae sedis legatus, sua consecratione initiavit, alterque Gebehardus Yrsaugiensis abbas regularem disciplinam monachorum ibidem instituit. Haec autem consecratio facta est in Kalendis Augusti, cum est statio ad vincula sancti Petri, quorum[i] etiam magnam partem venerandus abbas Sigefredus de cella Salvatoris eidem loco contulit, et multas aliorum sanctorum reliquias. In eadem etiam consecratione abbas illi loco eligitur, eiusque dispositioni et monachi et extructio loci cum omnibus ad illum pertinentibus libere committitur, ipseque locus apostolicae sedi specialiter subiacere destinatur[k]. Item in Alemannia Hartmannus comes et frater eius Otto novum monasterium in proprio allodio, in loco ubi Danubius et Ilaris fluvius conveniunt[46], in honorem sancti Martini construxerunt; quod item praedictus Constantiensis episcopus in mense Septembri sua consecratione iniciavit; set venerabilis abbas Uto de Sancto Blasio regularem disciplinam ibidem instituit. Eodem etiam tempore idem episcopus praedicto abbati aliud monasterium[47] non longe multum inde[48] in honorem sancti Georgii consecravit; quem locum et quaeque ad illum pertinentia, quidam

a) s. f. *desunt* 3. b) dientia *ita pergit* 2. c) *deest* 2. d) *iam pergit* 1. e) *iterum pergit* 1. f) *pergit* 1. g) *deest* 2. h) monitionem *corr.* munitionem 1. i) quorum — committitur *desunt* 2. k) *pergit* 1.

39) Sigefridum. 40) Eberhardum; v. Ann. August. a. 1094. SS. T. III. p. 134. 40*) Bard. 41) Adalberone. 42) Popponem. 43) Troiae scilicet in Apulia 5. Id. Mart. synodus celebrata est 75 episcopis praesentibus. Mansi XX. 789. 44) Anselmo. 45) Weilheim infra arcem Teck; cf. Gerberti Hist. Nigrae Silv. T. I. p. 290. USS. 46) Wiblingen, S. Blasii colonia, B. Wernero abbate illuc cum fratribus misso. Vid. Gerbert. l. c. p. 250. USS. 47) Ochsenhusen cella tunc S. Blasii; v. Gerbert. l. c. p. 294. USS. 48) sc. a Wiblingensi coenobio.

nobilis homo Chonradus[a*] et fratres eius ad Sanctum Blasium absque omni conditione tradiderunt, et praedictum abbatem, ut Dei servicium in eodem loco institueret, rogaverunt; quorum votis idem abbas annuere non cessavit. Hoc tempore uxor egregii comitis Adelberti[49], nomine Weliga[a. 50], magni ducis Gotifredi[51] filia, satis laudabiliter cum viro suo in seculo conversata, diem clausit extremum, et apud Hyrsaugiense monasterium, quod ipsa potissimum instituit et amavit, satis honorifice sepelitur[b]. Signum in sole factum est 9. Kal. Octobris ante[c] meridiem, ut circulus quidam in illo appareret, et ipse in sereno celo obscurissime[d] luceret[c]. Sed hoc magis quidam eclipsin quam signum fuisse putaverunt, praecipue cum luna esset vicesima octava ea die. Nam[e] egregius calculator domnus Heremannus[f] etiam in vigesima septima luna eclipsin accidisse scribit anno[g] Domini 1033[h]. Gebehardus Constantiensis episcopus et apostolicae sedis legatus, Welfonem ducem Baioariae per manus in militem accepit, sicut et proprium fratrem Bertaldum ducem Alemanniae iam dudum fecit; cum quibus et reliquis Alemanniae principibus magnum conventum apud Ulmam habuit. In quo conventu firmissime laudatum est, ut Constantiensi episcopo omnimodis secundum statuta canonum obediretur, et ut duci Berthaldo et comitibus secundum legem Alemannorum obsecundaretur. Deinde firmissimam pacem tam duces quam comites, tam maiores quam minores, se observaturos a 7. Kal. Decembris usque in pascha, et a pascha in duos annos iuraverunt: videlicet omnibus monachis, sive conversis, et clericis catholico episcopo subiectis, aeclesiis et earum atriis et doti earum, mercatoribus, et omnibus eodem iuramento obligatis, excepto Arnoldo invasore Constantiensis aeclesiae et omnibus eius fautoribus. Hanc pacem singuli principes, qui convenerunt, usquequisque[i] per potestatem suam usquequaque viritim iurare fecerunt. His temporibus rex Hispaniae Adefonsus, in fide catholicus et in conversatione Cluniacensis abbatis obedientiarius, sepissime contra paganos pro christianis viriliter dimicavit, multasque aeclesias iam dudum penitus devastatas in pristinum statum restauravit. Ipse etiam Cluniaci maiorem aeclesiam a fundamentis aedificavit, ad cuius aeclesiae aedificationem infinitam pecuniam Cluniacum direxit; qui etiam iam dudum se ibidem monachum fecisset, si domnus abbas[52] ad tempus eum sub seculari habitu retinere non satius iudicaret. *In Longobardia venerabilis Anshelmus Mediolanensis archiepiscopus, in causa sancti Petri studiosissimus, qui nuper Chonradum regem incoronavit, satis laudabilem fecit finem, magnumque merorem fidelibus sancti Petri dereliquit; cui venerabilis Arnolfus de Porta argentea in episcopatu successit.

1094.

Domnus papa Urbanus natalem Domini Romae sollemniter celebravit, quamvis plures Wibertini in urbe adhuc latuerint, quos domnus papa absque militari manu non facile potuit expellere. Maluit ergo eorum iniuriam ad tempus tolerare, quam Romanos cives armata manu inquietare. Guibertus autem heresiarcha cum imperatore suo apud Veronam eo tempore fuit, seque libenter papatum deserere simulavit, si alio modo pax in aeclesia recuperari non potuerit. Uxor huius imperatoris iam diu multis iniuriis lacessita, multisque annis, ne aufugeret, custodita, tandem ad Welfonem ducem Italiae aufugit; quae apud suos tot et tanta tamque inaudita mala se passam conquesta est, ut etiam apud inimicos misericordiam se inventuram non dubitaret, nec in hac utique spe decepta est. Nam dux et uxor eius Mathildis gratanter eam susceperunt, et honorifice tractaverunt. Iuditha uxor ducis Welfonis Baioariae, iam diu infirmata, et ea castigatione non parum meliorata, diem clausit extremum 4. Nonas Martii, et apud monasterium, quod maritus eius in honorem sancti Martini[53] in proprio allodio construxit, a Gebehardo Constantiensi episcopo honorifice sepelitur; ad quod monasterium maritus eius dux capellam[54] ipsius tradidit, quae in auro et argento et preciosissimis paramentis

a*) *ita* 1. a) Wilga *Uss. contra codicum auctoritatem.* b) *pergit* 1. c) ante — luceret *in loco raso* 1. d) *deest* 2. e) Nam e. c. d. H. *in loco raso* 1. f) H. Contractus 3. g) an| *hinc folium fere totum excisum est* 2. h) *pergit* 1. i) vſq; qſq;

49) hoc nomine II. comitis Calwensis, qui Hirsaugiense monasterium restauravit. Vid. l. c. p. 260. USS. 50) sive Wiltrudis. 51) Barbati. 52) Hugo, qui a. 1108. obiit. 53) Weingartense. 54) the-

mille libras pene valuit, idemque monasterium in possessionibus centum pene mansis melioravit; sicque melioratum et de sua potestate emancipatum sancto Petro sub iure tributario contradidit, ut apostolicae sedi deinceps principaliter subiaceret, et sub eius defensione, ut alia libera monasteria, iure perpetuo polleret. Domnus papa Romae prope Sanctam Mariam novam [a] in quadam firmissima munitione morabatur; sed Wibertini turrim Crescentii obtinentes, adhuc liberum viatoribus transitum ad papam per pontem Tiberis nondum permiserunt [b]. Nam abbatem quendam de cella sancti Petri in Alemannia[55], a Gebehardo Constantiensi episcopo et a fratre eius duce Berthaldo ad papam directum, dum per illum pontem transire vellet, in captione detinuerunt. Welfo dux Baioariae firmissimam pacem quam dudum [c] cum Alemannico duce Berthaldo et reliquis Alemanniae principibus iniciavit, usque Baioariam, immo usque ad Ungariam propagavit. Francia quoque Teutonica et Alsatia eandem pacem in suis partibus se observaturas iuramento decreverunt. Hec tamen pax in Alemannia maxime invaluit, eo quod principes eius quisque in sua potestate iusticiam facere non cessaverit; quod reliquae provinciae nondum facere decreverint. Et [d] praecipue dux Berthaldus ad faciendam iusticiam in ducatu Alemanniae adeo exarsit, ut in observatione iusticiae omnes praedecessores suos pene vicerit, et de hoc omnium ora pio rumore compleverit. Magnam tamen difficultatem adhuc in illis partibus sancta mater aeclesia in devitatione excommunicatorum perpessa est, quos utique vix devitare posset, si non iam dudum domnus papa sententiam excommunicationis quodammodo cum apostolica auctoritate temperasset. Nam multos ipse more praedecessoris sui venerabilis papae Gregorii de excommunicatione seclusit, videlicet viatores, rusticos, servos et ancillas, uxores et filios, quos tamen perversa voluntas eodem vinculo excommunicationis non astrinxerit. Gebehardus Constantiensis aeclesiae episcopus magnam sinodum Constantiae in epdomada maiori ante pascha cum abbatibus et clericis innumerabilibus, et cum praedictis ducibus et reliquis Alemanniae principibus canonice celebravit, ibique multa quae corrigenda erant correxit. Ibi etiam incontinentiam [e] presbiterorum et violentiam simoniacorum adeo prohibuit, ut etiam populum ab eorum officio penitus sub banno prohibuisset, si ipsi in tali facinore positi contra fas et ius ministrare praesumpsissent. Statuit etiam ibi iuxta statuta sanctorum patrum, ut ieiunium Martii in prima epdomada quadragesimae, et ieiunium Iunii in epdomada pentecostes semper celebretur. Item statuit, ut tam in epdomada pentecostes quam in epdomada paschali tres tantum dies festive celebrarentur. Nam usque ad illud tempus Constantiensis episcopatus morem comprovincialium non est secutus, videlicet integram septimanam in pascha[56], et unum diem tantum in pentecoste observando; quamvis utraeque septimanae eiusdem observationis esse debuerint, et quamvis alii episcopatus pene omnes praedictam constitutionem iam ab antiquo tenuerint. Haec inquam ipse in proprio episcopatu et ex episcopali auctoritate et ex apostolica legatione canonice potuit instituere; nam laegatus fuit sedis apostolicae per [f] totam Teutonicam terram usquequaque. Querimonia Praxedis reginae, quae dudum ad Welfonem ducem Italiae a marito suo discessit, ad Constantiensem sinodum pervenit, quae se tantas tamque inauditas fornicationum spurcicias et a tantis passam fuisse conquesta est, ut etiam apud inimicos fugam suam facillime excusaret, omnesque catholicos ad compassionem tantarum iniuriarum sibi conciliaret. In [g] hac sinodo venerabilis abbas Sigifredus de cella sancti Salvatoris super Toutonem[57] obedientiarium suum se proclamavit, qui se et bona sua ad illud monasterium libere contradidit; sed non multo post

April. III.

a) *vox detrita et atramento recenti restaurata* 1. b) *pergit* 2. c) q. d. *desunt* 3. d) Et — compleverit *desunt* 2. e) incnentiā 1. f) p. t. T. t. u. *desunt* 2. g) In — esse iudicavit *desunt* 2.

cam SS. Sanguinis Domini hic intelligit P. Hess Prodr. Monum. Guelph. p. 47. In Necrol. Weingart. (Hess. Mon. Guelph. p. 136.) notatur 3. Non. Mart. qui forte fuit dies depositionis. Conf. Origines Guelphicas T. II. p. 277. USS. 55) Adalbero fuisse videtur. USS. 56) Hic ritus antiquissimus colligitur ex serm. 259. S. Augustini, et statuitur can. 66. Trullano. Et adhuc a. 948. in concilio Ingilheimensi c. 6. decernitur, *ut paschalis hebdomada festive tota celebretur;* et additur: *et in Pentecosten secunda, tertia, quarta feria non minus quam dies dominicus solemniter honoretur.* Quod tamen in desuetudinem abiisse, hic ex Bernoldo colligitur. USS. cf. Ann. August. h. a. 57) De hoc iam egit Bernoldus ad a. 1092, rem tamen aliter enarrat chronicon Petershusanum. USS.

sacrilege se et sua inde penitus abalienare temptavit. Unde sancta sinodus iuxta statuta canonum iudicavit, ut vir ille absque omni contradictione ad obedientiam sui abbatis rediret, eique cum suis bonis iure perpetuo humiliter subiaceret, et de transacta inobedientia iuxta praeceptum abbatis dignam penitentiam exequi studeret; sicque factum est, 5 ut sinodus faciendum esse iudicavit. In Baioaria magna mortalitas grassabatur, adeo ut in Ratisponensi civitate infra duodecim septimanas[a] octo milia quingenti illa mortalitate intercepti numerarentur; set et alias provincias eadem mortalitas afflixit, non tamen adeo ut Baioariam. In Teutonicis partibus multa prodigia facta sunt. Nam et homines se ipsos suspenderunt, et lupi multos manducaverunt. Et hoc ex divina ultione 10 factum non dubitabatur, eo quod legem divinam neglexissent, et excommunicatione maculari non timuissent. Fulmina quoque de celo multum homines terruerunt. Nam in monasterio apud Utenburron[b] maius crucifixum et sedilia monachorum, utpote non regulariter viventium, a fulmine dissipata sunt. Item in Basiliensi aeclesia maiori fulmen contrivit trabem, crucifixi sustentatricem, videlicet cum excommunicatis ibidem multi 15 convenissent. Hoc tempore magister Manegoldus de Liutenbach monasterium clericorum[c] apud Marhbach[58] instituere cepit, seque unum eorumdem clericorum communi- 58

a) hebdomadas 3. b) Vtenbůrron 2. c) *deest* 2.

58) in Alsatia prope Colmariam. De hoc Manegoldo aeque, ut Bernoldus erat, poenitentiario apo- 20 stolico, quemque is hoc et annis 1097. ac seq. depraedicat, nonnulla subnotare visum est. Cognomen suum de Lutenbach a superioris Alsatiae oppido Lautenbach seu Luterbach, unde ortus fuit, traxisse videtur. De illo haec Richardus Pictaven- 25 sis in chronica saec. XII. (Martene collect. ampl. T. V. p. 1169.): *His temporibus* (tempore Heinrici I. regis Galliae, adeoque ante a. 1056.) *florere coepit in Theutonica terra Menegaldus philosophus, divinis et saecularibus litteris ultra coaetaneos suos* 30 *eruditus. Uxor quoque eius et filiae, religione florentes, multam in scripturis habuere notitiam, et discipulos proprios filiae eius praedictae docebant.* Eundem dilaudat Bulaeus (Hist. Univers. Paris. T. I. p. 347.): *Manigaudus de Lutenbach Teutonicus* 35 *Parisiis omnibus disciplinis imbutus in patriam regreditur, et quod didicit, popularibus exponit.* Haec uberius declarat Trithemius (Annal. Hirs. T. I. p. 282.) ad a. 1087. de Theogero ex S. Georgii abbate, postea Metensi episcopo ita scribens: *Ad lit-* 40 *teras ponitur, et sub magisterio cuiusdam Manegoldi praefecti scholarum in Alsatiae provincia, viri non solum doctissimi, sed etiam morum sinceritate integerrimi (qui christianus recte dicebatur et erat philosophus) optime institutus in brevi doctus* 45 *omni genere scientiarum evasit,* quod spectata Theogeri aetate circa a. 1060. factum videtur. Defuncta autem uxore clericatui nomen dedit, ita enim de eo anonymus Mellicensis de Script. eccles. c. 105: *Manegoldus presbyter, modernorum magister* 50 *magistrorum, strenuus assertor veritatis fuit, a qua nec promissis nec minis schismatici regis* (Heinrici IV.) *flecti potuit. Quin immo in dissensione illa, quae inter Gregorium VII. et Heinricum IV. exorta fuit, pro tuenda iustitia laboravit usque ad vincu-* 55 *la;* quod Bernoldus ad a. 1098. refert. In annalibus brevibus Argentin. saec. XII. (Grandidier Preuv. du Vol. II. de l'hist. d'Alsace tit. 433.) haec leguntur: *Anno Dom. MXC. fundata est Marbach ecclesia S. Augustini a militari et illustri viro Bur-* 60 *chardo de Gebelswilre, cuius adiutor et cooperator fidelissimus magister Manegoldus de Lutenbach extitit.* Quod item legitur in fragmento hist. apud Urstis. P. II. p. 83. Unde Bernoldus hoc ad a. 1094. referens de illo tempore intelligendus venit, quo absoluto monasterio canonicam ibi vitam instituit, et ipse se illius canonicis adiunxit, factus brevi post primus eorum praepositus, qualis iam notatur in bulla Urbani ad ipsos Turonis 9. Kal. April. a. 1096. data (Gall. Christ. T. V. instrum. p. 474.). Quo tempore ipse Manegoldus cum pontifice Turonis erat, haud dubie monasterii sui confirmationem petiturus, et forte tunc primus ab eo praepositus constitutus. Colligitur id ex litteris eiusdem Urbani II. ad Gebhardum episcopum Constantiensem a. 1096. (Pez. thes. Anecd. T. VI. P. I. p. 297.), in quibus testatur, se, cum Turonis esset, per Manegoldum magistrum scholarum litem componere tentasse inter Scafhusensium et Raitenbuchensium congregationes exortam. Erat igitur adhucdum scholarum magister, cum Turonos accederet, nominatus dein a papa Marbacensis praepositus. Vid. Gallia Christ. (T. V. p. 884.), ubi tamen coenobium istud melius ad Basileensem quam Argentoratensem dioecesim referretur. Extat porro apud Pezium (l. c. p. 298.) alia Urbani II. epistola, in qua exprobrata praeposito et M. decano in Raitenbuch inobedientiae et dolositatis culpa sub interdicti poena praecipit, ut Scafhusensibus satisfaciant. Hunc Manegoldum (si tamen littera initialis M. eum denotet) decanum Raitenbuchensem Mauriani (Hist. litt. de France T. IX. p. 285.) eundem statuunt cum Marbacensi praeposito. Quamvis autem circa illa tempora Manegoldus quidam decanus in Raitenbuch extiterit, qui librum contra Gregorii VII. laceratores composuit, ut testatur Gerhohus ex Raitenbuchensi canonico praepositus Reicherspergensis (Pez. l. c. P. II. p. 491.); eum tamen praepositum Marbacensem egisse, nobis ne vero quidem simile videtur. Hic enim ex Bertholdo a. 1094. Marbacense collegium instituit, cuius anno 1096. Turonis praepositus constitutus, domum redux reconciliandis schismaticis in Alsatia unice occupatus fuit, ob id etiam ab Heinrico rege diu in captione detentus, ut ibidem ad a. 1098. legitur. Aut qui in dissitis adeo locis monastica

ter et regulariter viventium esse voluit. In[a] Nigra silva, in loco qui de sancto Blasio cognominatur, monasterium in honorem eiusdem sancti a fundamentis cepit aedificari 3. Idus Septembris. Nam Deus adeo illum locum exaltavit, totque illuc ad conversionem venire fecit, ut necessario ampliora aedificia instituere debuerint. Ipsa quoque die inceptionis huiusmodi aedificationis, domnus Uto, venerabilis abbas eiusdem loci, priorem suum, domnum Hartmannum[59] in Orientale regnum[60], scilicet in marcham Ungaris collimitaneam, cum aliis confratribus suis direxit, ad novam abbatiam in episcopatu Pataviensi in loco qui Cotewich dicitur instituendam. Erat autem in illo loco cenobium clericorum regulariter viventium, qui tamen hoc a domno papa, et per papam a proprio eorum episcopo impetrarunt, ut deposito habitu clericali fierent monachi. Quapropter domnus abbas de Sancto Blasio ex praecepto domni papae et ex episcopi postulatione in eodem loco abbatiam instituere disposuit, fratresque suos illuc ad hoc exequendum direxit. Heremannus iuvenis bonae indolis et advocatus Augiensis, per insidias heu! crudeliter a servis Augiensis aeclesiae, dum ad aeclesiam causa orandi vellet ire, in frusta conciditur 7. Kal. Octobris, et in monasterio apud sanctum Georgium, quod eius pater in proprio allodio construxit, honorifice sepelitur. Venerabilis presbiter Perhicherus, multarum sanctimonialium provisor religiosissimus, migravit ad Dominum 2. Kal. Octobris, magnumque[b] merorem reliquit tam viris quam feminis[c]. Sed et alii innumerabiles presbiteri in Teutonicis partibus obierunt, qui suos parroechianos in magno periculo eiusdem mortalitatis dimiserunt. Nam adeo maxima mortalitas usquequaque grassabatur, ut in una villa plus quam mille quinquaginta homines infra sex epdomadas mortui numerarentur. Set et in una die et in una villa plus quam quadraginta alicubi[d] mortui sunt. Ipsa quoque cimiteria aeclesiarum adeo sepulturis impleta sunt, ut homines ibi mortuos suos sepelire non potuerint. Unde in pluribus locis facta praegrandi fossa extra cimiterium, omnes suos mortuos in illam coniecerunt. Haec autem mortalitas non solum Teutonicos, set et Franciam, Burgundiam, Italiam usquequaque vexabat; quae tamen sapientibus non adeo detestanda videbatur. Nam maxima multitudo cum penitentia et confessione et probabili fine discesserunt, quem infirmitate detenti[e] sibi post aliquot dies proventurum praescierunt. Quippe omnes pene infirmi ad certitu-

a) In — direxit *desunt* 2. b) m. m. r. t. v. q. f. *desunt* 2. c) *pergit* 1. d) *in loco raso* 1. alibi *Uss. contra auctoritatem codicum.* e) detenti's 1. 2.

munia, in Alsatia quidem praepositi, decani vero in Bavaria, obire potuit unus idemque Manegoldus? Nec etiam credibile est, virum papae tantopere addictum, ut propterea carcerem quoque a schismaticis pertulerit, eiusdem tamen repetitis mandatis eo usque restitisse, donec ad ea exequenda censuris compelleretur; quod utique fecit Raitenbuchensis iste decanus, uti mox ex altera Urbani II. epistola vidimus. Utrumque pariter Manegoldum distinguit Pezius (Praef. ad T. II. thes. Anecdot. p. 30.) ex libro Manegoldi contra Wolfhelmum Coloniensem, quem edidit Muratorius (Anecdot. T. IV. p. 163.), in quo cap. 24. mentionem facit Wirrici Trevirensis magistri, qui sub persona Virdunensis episcopi fecit epistolam contumeliis sanctae ecclesiae redundantem, cui velocius respondere deliberat. Wirricus iste haud alius est, quam Wenericus clericus Trevirensis, postea Vercellensis episcopus, qui teste Trithemio (Annal. Hirsaug. T. I. p. 253.) scripsit ex persona Theoderici Virdunensis episcopi ad Gregorium VII. volumen, quod de sacerdotii et imperii discordia praenotavit. Extat apud Martene (Thes. Anecdot. T. I. p. 214.): agunt de illo etiam Mauriani (Hist. litt. de France T. VIII. p. 252 sqq.). Ipsa vero Manegoldi promissa responsio contra hunc Wenricum, quam Pezius aliique aut nunquam factam, aut saltem deperditam arbitrati sunt, nuper reperta est in codice msc. bibliothecae ser. marchionis Badensis, quae Carolsruhae est, unde transumtum ad monasterium Pollinganum pervenit 78 capitibus comprehensum, quorum titulos cum parte praefationis (l. c. tit. 495.) sistit Grandidier. Opusculum inscripsit auctor Gebehardo, dubium an Constantiensi episcopo, vel Salisburgensi archiepiscopo, iam a. 1088. defuncto, meminitque ibi destructi sui monasterioli quondam praepositi Hartmanni, quod haud aliud esse arbitror, quam Lautenbach seu Lutembach a Manegoldo in patrio suo Alsatiae superioris oppido circa ann. 1070. forte constructum aut saltem dotatum, et forte a schismaticis in odium Manegoldi destructum, ac postea in canonicorum saecularium hodieque insigne collegium commutatum. Saltem se in hortis in Lutenbach cum Wolfhelmo convenisse testatur Manegoldus mox initio sui contra eundem opusculi supra citati. USS. Vid. Bernoldus infra ad finem anni. 59) De nova hac colonia et Hartmanno eius ductore cf. Gerberti Hist. Nigrae Silvae T. I. p. 253. et vitam S. Altmanni episcopi Pataviensis et fundatoris Gottvicensis Pez. Script. Austr. T. I. p. 115. USS. Hartmannus ab Altmanno episcopo prior Sancti Nicolai Pataviensis constitutus, anno 1076. a militibus Heinrici IV. pulsus Sanctum Blasium migraverat; cf. Ussermanni not. 9. ad h. l. 60) Osterriche, Oesterreich.

dinem obitus sui se praeparaverunt, quod alio tempore vix aliqui sancti[a] facere potuerunt. Ipsi etiam superstites a secularibus vanitatibus, id est a iocis, a tabernis et aliis huiusmodi superfluis abstinere studuerunt, et ad confessionem et penitentiam currere, seque sacerdotibus commendare non cessaverunt. Unde maxima multitudo eadem mortalitate satis probabiliter obiere. In Galliarum civitate quam Ostionem[60] vulgariter dicunt, congregatum est generale concilium a venerando Ugone[61] Lugdunensi archiepiscopo et sedis apostolicae legato, cum archiepiscopis, episcopis et abbatibus diversarum provinciarum 17. Kal. Novembris. In quo concilio renovata est excommunicatio in Heinricum regem et Wibertum sedis apostolicae invasorem, et in omnes eorum complices; item rex Galliarum Philippus excommunicatus est, eo quod vivente uxore sua alteram superinduxerit; item simoniaca heresis et incontinentia sacerdotum sub excommunicatione damnata est; item monachis interdictum est in eodem concilio, ne parroechialium sacerdotum officia in parroechiis usurpent. Haec, inquam, omnia ibi sunt constituta, et apostolica legatione firmata. Adelbertus comes de Calva[b], iuvenis bonae indolis, obiit 3. Non. Decembris[c]. In Alsatia magister Manegoldus de Liutenbach mirabiliter aeclesiasticam religionem, iam dudum in illis partibus omnino extinctam, Deo miserante reaccendit. Nam invalescente apud illos diuturna mortalitate[d], omnes pene maiores et militares illius provinciae ad ipsum catervatim convenere, et de excommunicatione per potestatem ipsi a domno papa concessam absoluti, etiam de reliquis eorum peccatis accepta penitentia per eum absolvi non cessaverunt. Hi omnes domno papae Urbano deinceps fideliter obedire decreverunt; unde et officia simoniacorum et incontinentium presbiterorum penitus recipere noluerunt. Huius autem obedientiae domnus Manegoldus maxima causa fuit; unde et magnam invidiam sibi apud perfidos excitavit, quam tamen pro minimo reputavit, quia pro Deo contemni etiam gloriosissimum esse non dubitavit.

60 Oct. 16. Dec. 3.

1095.

Domnus papa Urbanus iam dudum de Roma profectus, nativitatem Domini in Tuscia gloriosissime celebravit; in qua provincia Pisanus episcopus, nomine Dagobertus, ei studiosissime servivit, quem ipse iam dudum archiepiscopali pallio et potestate sublimavit, quod eatenus Pisanae sedis episcopus habere[e] non[e] consuevit[e]. Heinricus autem[f] rex dictus[f] eo tempore in Longobardia morabatur, pene omni regia dignitate privatus. Nam filius eius Chonradus, iam dudum in regem coronatus, se ab illo penitus separavit, et domnae[g] Mathildi reliquisque fidelibus sancti Petri firmiter coniunctus totum robur paterni exercitus in Longobardia obtinuit. Welfo, filius Welfonis ducis Baioariae, a coniugio domnae[g] Mathildis[h] se penitus sequestravit, asserens, illam a se omnino immunem permansisse; quod ipsa libentissime in perpetuum reticuerit, si non ipse prior illud satis[i] inconsiderate[i] puplicaverit. Unde pater ipsius in Longobardiam nimis[k] irato animo pervenit, et frustra diu multumque pro huiusmodi reconciliatione laboravit. Ipsum etiam Heinricum sibi in adiutorium ascivit contra domnam Mathildam, ut ipsam bona sua filio eius dare compelleret, quamvis nondum illum in maritali opere cognosceret[l]; unde diu frustra laboratum est. Domnus papa Deo et sancto Petro prosperante iam pene ubique praevaluit, et in media Longobardia in civitate Placentina, inter ipsos scismaticos, et contra ipsos generalem sinodum[62] condixit; ad quam episcopos Italiae, Burgundiae, Franciae, Alemanniae, Baioariae, aliarumque provinciarum canonica et apostolica auctoritate missis literis convocavit.

Mart. 1.

Facta est autem haec sinodus circa mediam quadragesimam Placentiae, ad quam sinodum multitudo tam innumerabilis confluxit, ut nequaquam in qualibet aeclesia illius loci posset comprehendi. Unde et domnus papa extra urbem in campo illam celebrare compulsus est; nec hoc tamen absque probabilis exempli auctoritate. Nam ipse primus

a) vix sani *Uss. contra auctoritatem codicum.* — aliqui *deest* 3. b) caleuua 2. c) *reliqua anni desunt* 2. d) immortalitate *corr.* mortalitate 1. e) *in loco raso* 1. f) *deest* 2. g) *deest* 2. h) mathidis 1. i) *in loco raso* 1. k) *in loco raso* 1. l) ɔnosceret 1.

60) Autun. 61) Cf. litteras Hugonis archiep. Lugdun. de congregando illo concilio, Mansi XX. 799. 62) Mansi XX. 804.

Mart. legislator Moyses populum Dei in campestribus, legalibus praeceptis Deo iubente instituit, et ipse Dominus non in domibus set in monte et in campestribus discipulos suos euangelicis statutis informavit[63]. Missas quoque nonnunquam extra aeclesiam satis probabiliter, necessitate quidem cogente, celebramus, quamvis aeclesias earum celebrationi specialiter deputatas non ignoremus. In hac sinodo Praxedis regina, iam dudum a 5 Heinrico[a] separata, super maritum suum domno apostolico et sanctae sinodo conquesta est de inauditis fornicationum spurciciis[b], quas apud maritum passa est; cuius querimoniam domnus papa cum sancta sinodo satis misericorditer suscepit, eo quod ipsam tantas spurcicias non tam commisisse, quam invitam pertulisse, pro certo cognoverit. Unde et de penitentia, pro huiusmodi flagiciis iniungenda, illam clementer absolvit, quae et 10 peccatum suum sponte et publice confiteri non erubuit. Ad hanc sinodum Philippus rex Galliarum legationem suam direxit, seque ad illam itiner[c] incepisse, sed legiti-64 mis soniis[64] se impeditum fuisse mandavit[65]. Unde indutias sibi usque in pentecosten apud domnum papam sinodo intercedente impetravit. Domnus autem Hugo[d] Lugdunensis archiepiscopus ad eandem sinodum vocatus, ab officio suspenditur, eo quod ipse non 15 venerit, nec legatum cum canonica excusatione illuc pro se direxerit. Item legatio Constantinopolitani[66] imperatoris ad hanc sinodum pervenit, qui domnum papam omnesque Christi fideles suppliciter imploravit, ut aliquod auxilium sibi contra paganos pro defensione sanctae aeclesiae conferrent, quam pagani iam pene in illis partibus deleverant, qui partes illas usque ad muros Constantinopolitanae civitatis obtinuerant. Ad hoc 20 ergo auxilium domnus papa multos incitavit, ut etiam iureiurando promitterent, se illuc Deo annuente ituros, et eidem imperatori contra paganos pro posse suo fidelissimum adiutorium collaturos. Haec autem inter alia in illa sinodo constituta sunt, ut ad 67 penitentiam nullo modo reciperentur, qui concubinas, vel odium ex corde[67], vel quodlibet mortale peccatum dimittere nollent. Item ut nullus presbiter aliquos ad peniten- 25 tiam reciperet, nisi cui proprius episcopus hanc curam commisisset. Item ut quibuslibet rite ad confessionem venientibus eucharistiam non denegemus, quos solo corpore, non mente, inter excommunicatos manere, nec tamen eorum sacramentis communicare cognoscimus. In hac quoque sinodo heresis simoniacorum penitus damnata est, ut quicquid vel in sacris ordinibus vel in aeclesiasticis rebus data vel promissa pecunia adqui- 30 situm simoniace videretur, pro irrito haberetur, nullasque vires[68] habuisse vel habere iudicaretur. His tamen qui non simoniace et nescienter a simoniacis ordinati sunt, misericordia in servando ordine concessa est; qui vero scienter ab huiusmodi ordinati sunt, 69 cum suis ordinatoribus inrecuperabiliter damnati sunt[69]. Item heresis Nicholaitarum, id est incontinentium, subdiaconorum, diaconorum et praecipue sacerdotum, inre- 35 tractabiliter damnata est, ut deinceps de officio se non intromittant, qui in illa heresi manere non formidant; nec populus eorum officia ullomodo recipiat, si ipsi Nicholaitae contra haec interdicta ministrare praesumant. Item heresis Beringariana, iam ab antiquo sepissime anathematizata, iterum damnata est, et sententia catholicae fidei contra eandem firmata est; videlicet quod panis et vinum, cum in altari consecrantur, non 40 solum figurate sed etiam vere et essentialiter in corpus et sanguinem Domini convertantur. Item in Guibertum heresiarchen, sedis apostolicae invasorem, et in omnes eius complices sententia anathematis sinodali iudicio cum ardentibus candelis iterum promulgata est. In hac sinodo quatuor fere milia clericorum et plus quam triginta milia laicorum fuisse perhibentur. In hac sinodo constitutum est, ut pro crismate, 45 et baptismo, et sepultura nichil unquam exigatur[70]. Item ut ieiunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur, scilicet primum in prima epdomada quadragesimae, secundum in epdomada pentecostes, tercium vero et quartum in Septembri et Decembri solito 71 more fiant[71]. Huic sinodo reverentissimi antistites interfuerunt, de Baioaria quidem

a) H. rege 2. b) spurciis 1. c) *in loco raso* 1. d) Hugo 1. 50

63) Haec exempla ex praefatione actorum sumta sunt. 64) i. e. mora. Lex Salica tit. 1. 65) Vid. Ivonis Carnotensis epistola 46. ad papam apud Baronium h. a. USS. 66) imperatoris Alexii. 67) Mansi XX. 814. 68) *Quicquid — vires* sunt verba e capite 2. sumta; sequentia e cap. 3. et 4. 69) Conformiter illis, quae Bernoldus ad Gebehardum Constant. episcopum ad hanc synodum iturum ipsius rogatu perscripsit. Vid. opusculum XIII. USS. 70) cap. 13. 71) Verba capitis 14. 55

Diemo Salcburgensis[a] archiepiscopus, et Oudalricus Pataviensis episcopus, eius suffraganeus, de Alemannia vero Gebehardus Constantiensis episcopus; qui et Arnoldum Mediolanensem archiepiscopum, diu quidem electum[72] set nondum consecratum, eodem tempore ex concessione domni papae Mediolani consecravere. Ipse quoque domnus papa Oudalricum Augiensem abbatem eo tempore consecravit, qui itidem praedictae sinodo interfuit; cui in praesentia Constantiensis episcopi omnem episcopalem potestatem[b] in clerum et populum Augiensis insulae interdixit, quam dudum Constantiensi episcopo concessit[73]. Abbas tamen ille non multo post de illa potestate se intromisit; unde quaerimonia facta ab episcopo, domnus papa illum missis literis ab huiusmodi praesumptione iterum compescuit. Chonradus rex filius Heinrici domno papae Urbano Cremonam venienti obviam progreditur, eique stratoris officium exhibuit 4. Idus Aprilis. (Apr. 10.) Deinde[c] fecit ei fidelitatem iuramento de vita, de membris, et de papatu Romano. Domnus autem papa in filium sanctae Romanae aeclesiae recepit illum, eique consilium et adiutorium ad obtinendum regnum et ad coronam imperii adquirendam coram populo firmissime promisit, salva quidem iusticia illius aeclesiae, et statutis apostolicis, maxime de investituris in[d] spiritalibus[d, e] officiis[d] a[d] laico[d] non[d] usurpandis[d]. Welfo dux Baioariae cum filio suo Welfone tandem de Longobardia in Alemanniam rediit, multumque de restitutione Heinrici in regnum, quamvis de anathemate nondum absolutum[f], cum principibus regni frustra laboravit. Nam et fautores Heinrici non facile eius persuasioni crediderunt; catholici autem excommunicationem et periurium incurrere timuerunt, si reciperent Heinricum, quem sub excommunicatione communiter abiuraverunt. Chonradus rex cum regio apparatu in Tusciam Pisas perrexit, ibique sponsam suam, filiam Rogerii ducis de Sicilia, adhuc admodum parvulam, cum inaudita pecunia sibi oblatam accepit. Domnus papa rebus in Longobardia bene dispositis, in Gallias marino itinere cepit divertere, et ad Sanctam Mariam ad Podium in assumptione ipsius pervenit, (Aug. 15.) sinodumque ad montem Clarum in octavam sancti Martini apostolica[g] auctoritate[g] condixit, ad quam diversarum provinciarum episcopos missis literis canonica vocatione invitavit. Liutolfus, sanctissimi Leonis papae noni filius[74] sanctaeque Tullensis aeclesiae decanus, monasterium clericorum, quod canonicam Romani cognominant, prope eandem civitatem construxit, in quo clericos secundum sancti Augustini regulam vivere professos congregavit; quibus et praepositum eiusdem professionis praefecit, quem episcopus loci etiam in abbatem eidem congregationi sollemniter consecravit. Est enim consuetudo in illis partibus, ut praepositi congregationum huiusmodi abbates nominentur et in abbates consecrentur, hoc tantum excepto, quod baculos non portant. Domnus quoque papa Urbanus eidem loco privilegium fecit, in quo firmissime decrevit, ut clerici illius loci regulam sancti Augustini in perpetuum custodiant, et deinceps libertatem eligendi abbatis semper obtineant. Est autem illud monasterium in honorem sancti Leonis papae specialiter constructum, et aeclesia in eiusdem apostolici honorem sollemniter dedicata. Datum est hoc privilegium in Longobardia venerabili Liutolfo a domno papa anno[h] dominicae[h] incarnationis[h] 1095. Liutolfus ditissimus marchio de Orientali regno, in causa sancti Petri fidelissimus contra[i] scismaticos, diem clausit extremum; de[k] cuius obitu quantum catholici doluerunt, tantum adversarii sanctae aeclesiae gavisi sunt. Heinricus etiam Palatinus comes, multum et ipse dives, set[l] apostolicae sedi non adeo obediens, viam universae terrae arripuit, diviciasque[m] multas a multis sibi inutiliter diripiendas dereliquit. In Galliis ad Clarum montem generalis sinodus[75] a domno papa (Nov. 18.) in octava sancti Martini congregata est, in qua tredecim archiepiscopi cum eorum suffraganeis fuerunt, et ducentae quinque pastorales virgae numeratae sunt. In hac sinodo domnus papa eadem statuta, quae et in praeterita sinodo Placentina, confirmavit; insuper

a) salbburgensis *corr.* salcburgensis 1. b) *deest* 2. c) Denuđe 1. d) *addita eadem manu* 1. e) spālibus 1. f) *ita* 1. g) *in loco raso* 1. h) *in loco raso* 1. i) c. s. *desunt* 2. k) de — gavisi sunt *desunt* 2. l) s. a. s. n. a. o. *desunt* 2. m) d. m. a m. s. i. d. d. *desunt* 2.

72) Vid. in fine anni 1093. 73) Vide supra ad ann. 1089. 74) spiritualis, sub illius adhuc Tullensis episcopi cura in claustro illius ecclesiae educatus. De celebri hac S. Leonis abbatia vid. Gallia Christ. T. XIII. p. 1104. ubi etiam inter instrumenta col. 472. Lutolfi charta fundationis habetur, data 6. Idus Octobr. a. 1091. USS. 75) Vid. huius concilii acta, Mansi T. XX. p. 815. USS.

et Philippum regem Galliarum excommunicavit, eo quod propria uxore dimissa militis sui uxorem sibi in coniugium sociavit. Ibi etiam aliam sinodum in terciam subsequentis quadragesimae epdomadam Turonis celebrandam denunciavit.

1096.

Domnus papa Arelatis[77] diem dominicae nativitatis cum diversarum provinciarum episcopis gloriosissime celebravit. In his locis ex parte scismaticorum Virceburgensis episcopus[78] ad apostolicum pervenit, eiusque misericordiam consecutus est; ita tamen, ut eadem misericordia a legatis papae in Teutonicis partibus eidem perficeretur. In tercia epdomada quadragesimae domnus papa sinodum celebravit[79] cum diversarum episcopis provinciarum in civitate Turonensi, ubi iterum suorum praeteritorum statuta conciliorum generalis sinodi assensione roboravit; et non multo post episcopum Strazburgensem[80], de excommunicatione resipiscentem, recepit in communionem, ita tamen, ut de illatis criminibus se expurgaret. His temporibus maxima multitudo de Italia et omni Gallia et Germania Ierosolimam contra paganos, ut liberarent christianos, ire cepit. Cuius expeditionis domnus papa maximus auctor fuit. Nam et in praeteritis[a] sinodis studiosissime omnes de hac expeditione praemonuit[b], eamque eis in remissionem peccatorum faciendam firmissime commendavit. Omnes quoque qui ad hoc iter se devoverunt, signo crucis se ipsos in vestibus notare fecit, quod etiam signum quibusdam in ipsa carne notatum apparuit. Unde et a quampluribus Dei ordinatione et inspiratione ipsum iter inceptum fuisse credebatur. Nimium tamen simpliciter innumerabilis multitudo popularium illud iter arripuerunt, qui nullomodo se ad tale periculum praeparare noverunt vel potuerunt. Unde et eorum non parva pars in Ungaria occubuit, quae terram Ungarorum satis imprudenter devastare praesumpsit. Reliquam vero subsequentem multitudinem rex Ungariae terram illam intrare non permisit; cuius etiam non parva pars ad introitum Ungariae occubuit. Non erat autem mirum, quod propositum iter ad Ierosolimam explere non potuerunt, quia non tali humilitate et devotione, ut deberent, illud iter adorsi sunt. Nam et plures apostatas in comitatu suo habuerunt, qui abiecto religionis habitu cum illis militare proposuerunt. Sed et innumerabiles feminas secum habere non timuerunt, quae naturalem habitum in virilem nefarie mutaverunt, cum quibus fornicati sunt; in quo Deum mirabiliter, sicut et Israheliticus populus quondam, offenderunt. Unde post multos labores, pericula et mortes tandem, cum Ungariam non permitterentur intrare, domum[c] inacte cum[d] magna[d] tristicia[d] ceperunt[d] repedare[d]*. Philippus rex Galliarum, iamdudum pro adulterio excommunicatus, tandem domno papae, dum adhuc in Galliis moraretur, satis humiliter ad satisfactionem venit, et abiurata adultera in gratiam receptus est, seque in servicium domno papae satis promptum exhibuit. Domnus papa, bene dispositis rebus in Gallia, post reconciliationem regis Galliarum et post multa concilia tandem in Longobardiam[e] cum magno triumpho et gloria repedavit, et exaltationem sanctae crucis apud Mortarium[81] prope Papiam sollemniter celebravit, multosque episcopos et principes in suo comitatu habuit. Sigifredus piae memoriae Scafhusensis abbas, vir[f] magnae prudentiae et admirabilis benevolentiae, 5. Kal. Novembris ad Dominum migravit, omnibusque[g] fidelibus tam laicis quam spiritalibus magnum merorem in sua discessione reliquit; cui venerabilis Gerhardus in ordine successit in 4. Non. Novembris[g]. Werinharius comes[82] obiit 3. Idus Novembris. Luitfredus sanctae recordationis abbas de monasterio sancti Martini, iam[h] pene triginta annis mundo crucifixus et soli Deo vivus, in senectute bona, videlicet plenus dierum[h], diem clausit extremum 2. Kal. Ianuarii.

* Hoc[i] anno in quibusdam civitatibus Iudei magna cede trucidati sunt ab his qui Hierosoli-

a) p̄titis 1. b) promovit 3. c) demum *corr. eadem manu* domum 1. demum 2. d) *in loco raso* 1. e) logobardiam 1. f) v. m. p. et a. b. *desunt* 2. g) omnibusque — Non. Novembris *desunt* 2. h) iam *usque* plenus dierum *desunt* 2. i) Hoc — interfecerunt *in margine addita scriptura paullo longiori quam Bernoldi; qui et* Hierosolimam *non scribit* 1. *adsunt* 2. 3.

77) Acta concilii Lemovicensis papam Lemovici sollemnia Christi celebrasse testantur. Mansi XX. 921. 78) Einhardus. 79) 12. Kal. April. Mansi T. XX. p. 927. 80) Ottonem. 81) Mortare, ab occidente Papiae. USS. 82) Wernerus II. comes de Habsburg, qui Luitfri-

mam petierunt; ita dico, ut apud Spîram fugientes in palacium regis et episcopi, etiam repugnando vix se defenderent, eodem episcopo Iohanne illis auxiliante. Qui etiam postea ob hoc ira commotus, et pecunia Iudeorum conductus, quosdam fecit obtruncari christianos. Item apud Wormaciam Iudei persequentes fugiendo christianos, ad episcopum properabant. Qui cum non aliter illis salutem, nisi baptizarentur, promitteret, inducias colloquii rogaverunt. Et eâdem hora episcopi cubiculum intrantes, nostris foras expectantibus quid responsuri essent, diabolo et propria duricia persuadente, se ipsos interfecerunt.

1097.

Domnus papa tandem ad apostolicam sedem cum magna gloria et tripudio reversus, nativitatem Domini Romae cum suis cardinalibus gloriosissime celebravit, quippe tota urbe Romana pene sibi subiugata, praeter turrim Crescentii, in qua adhuc latitabant Wibertini. Azzo marchio de Longobardia, pater Welfonis ducis de[a] Baiowaria, iam maior centenario ut aiunt, viam universae terrae arripuit, magnamque werram suis filiis de rebus suis dereliquit. Nam Welfo dux omnia patris sui bona, utpote matri suae donata, obtinere voluit; set fratres eius de alia matre procreati, noluerunt se penitus exheredari; unde et aditum ei in Longobardiam prohibuerunt, cum iret ad possidendum. Domna Mathildis egregia[b] dux et marchionissa, devotissima sancti Petri filia, magnum sibi nomen ubique eo[c] tempore[c] acquisivit. Nam ipsa pene sola cum suis contra Heinricum et heresiarcham[d] Wibertum complicesque eorum iam septennio prudentissime pugnavit, tandemque Heinricum[e] de Longobardia satis viriliter fugavit; et ipsa[f] recuperatis suis bonis Deo et sancto Petro gratias referre non destitit. Heinricus vero cum paucis Ratisponam in pentecosten devenit, et ibidem totam aestatem et circa castrum Nurinberc[g] satis private moratus, tandem Nemetum migravit, itidem ibi satis private diu moraturus[h]. Interim dux Welfo Baioariae Longobardiam profectus est ad possidendam hereditatem patris sui Azzonis marchionis, qui nuper defunctus est; set filii eiusdem marchionis de alia coniuge[83] praedicto duci totis viribus restitere. Unde idem dux adiutorium Heinrici ducis Carentani, et fratris eius Aquileiensis patriarchae coactus asciscere, fratres suos hostiliter invasit; sicque hereditatem patris de manibus eorum ex magna parte sibi vendicavit[i, 84]. Oudalricus comes[85] praeclarissimus[k], in causa sancti Petri contra scismaticos propugnator ferventissimus, heu! satis immatura morte, set cum bona confessione[k] diem clausit extremum, et apud Brigantium, ubi ipse monasticam vitam instituit, honorifice sepelitur 6. Kal.[l] Novembris[m].

1098.

Domnus papa Romae nativitatem Domini celebravit, maximamque pacem in ipsa urbe et in eius finibus firmissime composuit, ibidemque pascalem sollemnitatem cum magna gloria itidem celebravit. Sed emulus eius Guibertus in partibus Ravennae eo tempore demoratus, quandam munitionem perdidit, in qua ipse spem suam maxime habuit, videlicet castellum nomine Argentum[86], quod Pado imminet, et omnes per Padum transeuntes distringere potest. Gerhardus[n] venerabilis abbas Scaphusensis[o] pro humilitate locum suum, annuente domno papa, dimisit, et ab ipso concessionem, ut alius eidem loco abbas praeficeretur, impetravit. Sed magna calamitas illum locum pastore destitutum statim subsecuta est, ita ut ex fratribus multi illum desererent, et seculares bona loci illius sibi sacrilege vendicarent. Unde et abbas ibidem ordinari diu non potuit,

a) de B. *desunt* 2. b) e. d. et m. d. s. P. f. *desunt* 2. c) *in loco raso; antea* id tempus *scriptum fuisse videtur* 1. d) *deest* 2. e) *deest* 2. f) i. in r. 2. g) *vox inserta* 1. h) moratus 2. i) *pergit* 1. k) in — confessione *desunt* 2. l) VI. K. N. *desunt* 2. m) *pergit* 1. n) Gerhardus — condoluit *hic desunt; quorum loco in fine anni* Gerhardus — impetravit *et* Manegoldus — detentus *adduntur* 2. o) S. qui successit Sigifrido pro 2.

dum e S. Blasio ad Murense monasterium evocavit. Vid. Gerbert Hist. Nigrae Silvae T. I. p. 246. USS. 83) Garsende. 84) Vid. Origines Guelf. T. II. p. 280. et 298. 85) De Brigantino et Curiensi hoc comite iam supra ann. 1093. actum, qui Augiam maiorem fundavit, ubi ipse aeque ac Bertha uxor, Rudolfi anticaesaris filia sepulchrum nacti sunt. Vid. Gerbert de Rudolfo anticaesare. Mortis eius circumstantias refert chronicon Petershus. USS. 86) Argenta, vicus in Pado de Primaro, a septentrione Imolae et Faventiae.

iuxta quod domnus papa fieri disposuit. Advocatus etiam ipsius loci comes Adelbertus munitionem quandam ibi prope firmavit, et bona abbatiae sibi sacrilege vendicavit. Quapropter monachi cum crucibus et reliquiis et letaniis suppliciter ad eandem munitionem processerunt; set a militibus comitis partim occisi, partim vulnerati, set omnes male tractati, domum redire vel reportari compulsi sunt; quippe crucibus et reliquiis particulatim disruptis et per campum heu! miserabiliter dissipatis. Hinc ille comes tam clericis quam laicis multum erat abominabilis. Set et ipsi monachi iudicio Dei hoc promeruisse a quamplurimis iudicabantur, eo quod abbatem suum non bene tractaverint, eumque a se absque competenti ratione non tam dimiserint quam expulerint. Manegoldus[a] venerabilis praepositus canonicorum apud Marchbach degentium, a Heinrico rege diu in captione detentus est[b], eo quod scismaticis contra aeclesiasticam auctoritatem obedire noluerit; unde et tota aeclesia ei longe lateque condoluit[a]. Gotefredus dux nepos magni ducis Gotefredi, Roubertus filius Baldowini comitis, Behemundus[c] filius Rouberti ducis Calabriae atque Siciliae, Rimundus comes de Sancto Egidio, item Otto Strazburgensis episcopus, et comes Hartmannus de Alemannia[87], hi inquam omnes et alii quam plures, cum innumerabili multitudine iam dudum Ierosolimam tendere ceperunt, et Nicea civitate atque Antiochia aliisque civitatibus de potestate paganorum ereptis, et praecipue patriarcha Ierosolimitano in locum suum restituto, usque prope[d] Ierosolimam cum multis praeliis atque victoriis pervenerunt. Unde domnus papa ad eandem multitudinem suam legationem direxit, videlicet venerabilem Theobertum[88] Pisanae aeclesiae archiepiscopum, qui et illis in omnibus apostolica vice adesset et aeclesias in locis unde pagani expulsi sunt instauraret[e]. Sed Constantinopolitanus rex huic dispositioni impedimento fuit, qui se omnimodis a nostrorum adiutorio subtraxit. Nam civitates illas quas nostri de manibus paganorum eripuerunt, ille penitus incendio devastare vel paganis reddere non timuit[f], iterque Ierosolimitanum per suam potestatem omnibus peregrinis omnino[g] prohibuit. Hoc anno factum est mirabile signum in celo 5. Kal. Octobris, ut tota pene illa nocte magna pars celi sanguinea appareret; nec rubor ille in uno tantum loco permansit, set omnes partes celi praeter meridiem pervagavit, multique quasi solis radii de eodem rubore videbantur procedere.

1099.

Domnus papa nativitatem Domini Romae cum magna pace celebravit; nam et castellum sancti Angeli cum aliis munitionibus in sua potestate detinuit, omnesque emulos suos in civitate cum Dei adiutorio satis viriliter aut placavit aut vi perdomuit[h]; sinodum quoque suam in tercia epdomada[i] Romae celebrandam post pascha, missis literis usquequaque denunciavit. Rapoto Palatinus comes de Baioaria, pertinacissimus fautor immo caput eorum qui apostolicae sedi et catholicae unitati hactenus adversati sunt, diem clausit extremum. Item Chonradus Traiectensis non episcopus sed scismaticus turpiter a quodam occisus interiit, quem ipse depraedari praecepit[k]. Romae domnus papa generalem sinodum[89] 150 episcoporum et abbatum, et clericorum innumerabilium in tercia epdomada post pascha collegit; (Apr. 30.) in qua sinodo confirmatis suorum antecessorum statutis etiam sententiam anathematis super Guibertum heresiarcham et omnes eius complices iteravit. Statuit quoque ibi, ne communicare praesumerent, qui concubinas haberent, nisi prius eas omnino dimitterent. De Ierosolimitano itinere multum rogavit, ut irent, et fratribus suis laborantibus succurrerent[l]. In Alemannia tandem post multa pericula abbas in Schaphusensi monasterio ordinatus est nomine Adelbertus; qui de prioris abbatis quasi expulsione infamatus ita se iudicio aeclesiae expurgavit, ut ab episcopo per obedientiam quam regulae debuerit interrogatus, se innocentem de illo crimine profiteretur. Ordinatus est autem a venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo et sedis apostolicae legato in nativitate sancti Iohannis baptistae[m]. Liutoldus bonae memo-

a) M. canonicus de Marchbach a r. H. captus et diu in captione ab eodem detentus 2. b) est — condoluit *desunt* 2. c) boimundus 2. d) *in loco raso* 1. e) *pergit* 1. f) *pergit* 1. g) *deest* 2. h) *pergit* 1. i) ebdoma *reliqua excisa sunt* 2. k) *pergit* 1. l) *pergit* 1. m) *pergit* 1.

87) comes de Kirchberg, fundator Wiblingensis monasterii in Suevia. Vid. Hist. Silvae Nigr. T. I. p. 251 sq. USS. 88) supra p. 461. Dagobertus vocatur. 89) Mansi T. XX. 961. pridie Kal. Mai.

riae comes, iam diu aeger pedibus, sed in causa sancti Petri contra scismaticorum pravitatem propugnator indefessus, tandem ex seculari dignitate in monachicam[a*] religionem transmutatus, feliciter migravit ad Dominum 15. Kal. Septembris, et in monasterio[90], quod ipse in proprio allodio de propriis bonis fundavit, et in quo se ipsum monachum 5 fecit, honorifice sepelitur. Romae venerabilis papa Urbanus, huius nominis secundus, postquam sedem Romanam 11 annos et 5 menses gubernavit, post multas tribulationes tandem 4. Kal. Augusti de hac luce migravit; post cuius obitum domnus Paschalis, qui et Reginherius, in ordine 163[us] papa ordinatur, et hoc ex divina revelatione factum ubique divulgabatur. Ordinatus est autem sollemniter a clero et populo post Aug. 14. 10 discessum sui praedecessoris die 16. Adelbertus comes piae recordationis, in fidelitate sancti Petri contra scismaticos iam ex antiquo studiosissimus, et demum ex comite monachus factus, feliciter diem clausit extremum 10. Kal. Octobris, et in monasterio quod ipse de propriis bonis construxit, et in quo monachicum[a] habitum suscepit, honorifice sepelitur, scilicet Hirsaugiae, praesidente domno Gebehardo abbate.

15

1100.

Domnus Paschalis papa nativitatem Domini Romae cum magna pace celebravit, et per literas suas venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo in Teutonicis partibus apostolicas vices commendavit, quas et ab antecessore eius iam multis annis obtinuit. In Alemannia venerabilis abbas Manegoldus de monasterio sancti Georgii[91] a monacho suo 20 in eodem loco heu! miserabiliter occiditur, et sibi quidem in perpetuam salutem, set monacho ad certissimam damnationem. Occisus est autem 15. Kal. Martii, ubi eo anno fuit caput ieiunii[b]. Supervixit tamen usque in sabbatum, cum magna devotione suum amplectens martirium. Nam 12. Kal. Martii diem clausit extremum. Iam multum pene ubique sententia excommunicationis cepit tepescere, ut etiam quidam religiosi, qui 25 usque ad hoc tempus in illa causa erant ferventissimi, a catholicis discederent, et inter excommunicatos promoveri non timerent. Set sancta aeclesia in sedis apostolicae obedientia circa excommunicatos nichilominus perstitit, quae post apostasiam Iudae reliquos apostolos etiam firmius cum Domino perstitisse cognovit. Gerhardus venerabilis abbas, qui dudum Scaphusensem abbatiam pro Deo dimisit, et hoc cum auctoritate domni 30 Urbani papae, Ierosolimam cum exercitu christianorum petiit, qui[c] post multos labores civitatem obtinuerunt, et praedicto abbati sepulchrum Domini custodiendum commiserunt. Otto Strazburgensis scismaticus, de Ierosolimitano itinere reversus, set de scismate, ut putabatur, non emendatus, diem clausit extremum[92]. 92

a*) monachiam 1. a) *omnia inde a* Roma *usque* Gebehardo abbate *atramento recenti inducta sunt* 1. b) coeptum 35 ieiunium 3. c) qui — commiserunt *in loco raso* 1.

90) Zwifalten. 91) Isnensi; cf. Chronicon Isnensе apud Hess Prodr. Monum. Guelph. p. 275. USS. 92) Alii poenitentem 3. Non. Augusti obiisse scribunt. Erat frater Friderici Hohenstaufensis ducis Alemanniae. Atque hic finem scribendi fecit Bernoldus in mense Augusto, brevi etiam postea vivendi, die 16. Sept. ex fastis nostris. USS.

ANNALES ROMANI.

Exscripsi eos ex codice bibliothecae Vaticanae N. 1984. *mbr. in fol.*[1], *ubi diversis saeculi XI. et XII. manibus exarati in foll.* 201. 202. 194. 195. *et* 200. *leguntur. Auctores Romani, rerum quas narraverunt testes oculati, in rebus partium studio obnoxiis et quas nonnisi Gregorii VII. et partis eius asseclae tractaverunt, magnae auctoritatis, plurima hucusque obscuritatis velo obvoluta retegunt, et in imperatorem minus iniqui imperatore tamen papaque magis potentem pecuniam plurimum apud concives suos valuisse confitentur. Qua de re nec Baronium nec alios ecclesiae pugnatores qui codicem autographum bene noverant, eius edendi officium suscepisse facile credas; ego tamen solam veritatem secutus, simulatque in res memoratu dignissimas insperato incidi, eas exscribendas atque collectioni nostrae inserendas constitui. Textum igitur, licet temporis iniuria saepius evanidum et atramento alio postea illitum, quanta fieri potuit diligentia exscripsi, et quum hinc inde prout locus vacabat paginis illatus esset, eum ut res poscebat manus varietatem et temporis ordinem secutus disposui.*

1044. Anno[2] ab incarnatione Domini 1046. indicione 13. presidente in urbe Roma Benedicto VIIII. papa, anno eius 12.... mens. orta est in urbe Roma grandis seditio, ita ut omnes in unum coartati venirent, et ęiecerunt eum de suo pontificatu. In ipso denique anno (Nov. 22.) in festivitate sancte Cecilie[3] obscuratum est sol, quasi trium orarum spatia. Et factum est cum eiecissent pontificem ex suo pontificatu, orta est inter Romanos et Transtiberinos grandis seditio, ut in unum omnes congregatos Romanos ad obsidendam Transtiberim pergerent (1045. Ian. 7.) 7. die mensis Ianuarii, et factum est prelium magnum inter Romanos et Transtiberinos. Qui videlicet Romani in fugam versi sunt probter comites qui veniebant per montanam, scilicet Girardo Rainerii filius, et circa eum multis equitibus, qui erant fideles dicti pontifici, et ad portam venerunt Sassie. Ibi omnes unanimiter se immittentes, ex multitudine copiosa suffocatis 100 et eo amplius homines maiores et minores; et die tertio terre motus factus est magnus, ita ut ecclesie signis sonarent. Tunc omnes Romani in unum congregati, elegerunt sibi pontificem Iohannem Sabinensem episcopum, cui posuerunt nomen Silvester; qui optinuit pontificatum diebus 49; quo eiecto, Benedictum pontificem reduxerunt in sua sede. Tunc predictus Benedictus non sufferens Romanum populum, eiusdem pontificatus sui honorem per cartulam refutavit (Mai. 1.) Iohanni archipresbytero Sancti Iohannis ad portam Latinam, suo patrino, in die Kal. Maias; cui posuerunt nomen Gregorius; qui etiam pontificatum tenuit annum unum et mense octo minus dies undecim.

1046. Heinricus Dei gratia invictissimus cesar, audita fama inaudite controversie, cum

1) cf. Archiv etc. T. V. p. 80–86. 2) cf. Leonis Ostiensis chron. lib. 2. c. 80. 3) Eclipsis solis ista d. 22. Nov. a. 1044. contigit, unde verus annus eiectionis Benedicti IX. elici videtur, licet notae temporis a. 1046. ind. 13. et annus 12. Benedicti inter se congruant.

[1046. Dec.] magna potentia et cum innumerabili exercitu Italiam petiit. Cum pervenisset in civitate que Sutrio vocatur, convocavit ad se clero Romano, simul cum pontifice Gregorio. In sancta igitur Sutrina ecclesia mirabile* sinodum inesse decrevit. Et Iohannem Savinensem episcopum cui posuerunt nomen Silvester, et Iohannem archipresbyterum cui posuerunt nomen Gregorius, et Benedictum prenominatum pontificem, canonice et iuste iudicando, sacris et religiosis episcopis hec per canones ostendendo, perpetue anathematem obligavit. Pervenit itaque in Romanam urbem cum tam magna multitudine, ut etiam non caperet urbs[a] tantum et copiosum exercitum. Heinricus[b] per misericordia Dei pius [Dec. 24.] et benignus rex, congregata multitudine populi Romanorum in basilica beati Petri principis apostolorum, cum episcopis et abbatibus et universo clero Romano, sanctam et gloriosam sinodum celebravit, et mirabilem sanctum benignumque pontificem sancte ecclesie Romane nomine Clementem preordinavit, vigilia natalis Domini. Die nativitatis domini nostri Iesu Christi ipse prenominatus rex a suo sancto benignoque pontifice [Dec. 25.] coronatus est, et tota Romana civitas omni gaudio repleta est, sancta denique Romana aecclesia exaltata et glorificata, quod tam magnam haeresim per misericordiam Dei inde eradicata est. Itaque serenissimus princebs cernens Romanorum omnium voluntatem, circulum quod ab antiquitus Romani coronabant patricios, cum omnium voluntatem, sicut imperatori decreverant, in capite posuit suo; et ordinationem pontificum ei concesserunt et eorum episcoporum regaliam abentium: ut a nemine consecretur nisi prius a rege investiatur almus pontifex una cum Romanis et religiosis patribus, sicut sanctus Adrianus papa et alii pontifices confirmaverunt per privilegiy detestationem[2], sic per privilegii [2] detestationem in potestate regis Heinrici, qui in presentia habetur, et futurorum regum patriciatum et cetera ut supradictum est sancivit, confirmavit et posuit.

[1047.] Clemens itaque summus pontifex, reverso rege ad regni sui aulam, sedit in cathedra sancte sedis apostolice menses[c] novem[d] dies 16; relinquens terrestria, petiit regna celestia.

[Oct. 9.] Tunc Romanorum plebs in unum collecta, ad regem Heinricum legatos cum litteris miserunt, precantes et obsecrantes, ut servi dominum et ut filii patrem, ut eis dirigeret pudicum benignum ornatum bonis moribus sancte Romane ecclesie et universo[e] orbi pastorem. Benedictus itaque pontifex priscus talia facta cernens, cum esset in civitate que vocatur Tusculana, per premii cupiditatem divisit Romanum populum, et sic reinvasit sancte sedis apostolice pontificium. Legati itaque Romanorum cum pervenissent ad regem, magno cum honore in palatio suscepit suo, eosque magnis ditavit muneribus. Congregata itaque maxima multitudine episcoporum abbatum comitum marchionum et ceterorum principum secundum decreta sanctorum patrum, Deo et omni plebe dignum elegit pontificem.

Legati itaque Romanorum antecedentes Damassum pontificem, Romam reversi sunt. Ipse vero benignissimus pontifex iter versus[f] arripuit adversus Italiam. Cum autem pervenisset ad marchionem Bonifatium, cuius auxilio prenominatus pontifex Benedictus receperat pontificium, taliter eum callide est affatus loquellis: *Ego ad Romam non possum pergere tecum, quia Romani papam reduxerunt; et potestatem quam prius abuit recepit, et omnes pacificavit in se. Ideoque venire non possum: insuper ego iam senex sum.* His auditis, beatus pontifex iter quod ceperat rediit, et imperatori universa narravit. [1048.] Quo audito, rex intellexit calliditatem et astutiam eius; taliter eum per epistolas aggressus est affatibus: *Tu autem, qui papam canonice depositum in pontificium reduxisti, et per premii cupiditatem nostrum imperium contempsisti, scito prenoscens, quia si non emendaveris, cito adventum meum propinquum emendari faciam te invito, et populo Romano dignum Deo donabo pastorem.* Videns itaque Bonifatius quia nichil proficeret, per suum legatum Benedictum[g] eiectus est de pontificatu, et cum Damasso papa Romam venit; et populus Romanus devote hunc cum magno desiderio suscepit, et aput beatissimum Petrum apostolum summus pontifex ordinatur, die 17. mensis Iulii, indic. 1. Damassus [Iul. 17.] vero papa vixit in episcopatu 23 dies, et ita defunctus est; et inthronizatus est Leo in Romana sede ab imperatore et a ceteris principibus regny.

---

*) *ita c. recenti manu; legendum videtur cum Leone Ostiensi* universale. a) ūrſ *c.* b) H. *c. saepius.* c) *Cod.* an; *a secunda manu correctum* m. d) VIIII *c.* e) et univer *iam deleta, sed necessario supplenda.* f) *iam deletum secunda manu.* g) *lege* Benedictus.

2) i. e. dationem.

1049. Febr. 12. Leo magnus, natione Teutonicus, sedit annos 5, menses 1[a], dies 6, et cessavit episcopatus menses 11. Iste Leo perrexit in Cisalpinis partibus ad imperatorem Heinricum secundum, et rogare cepit eum, ut pro amore beati Petri descenderet in Apulea, et liberaret abitatores eius de servitute Agarenorum[3]. Ille vero per semet ipsum non venit; set direxit principes suos cum magno exercitu Teutonicorum, insimul cum consanguinei dicti pontifici. Mox ut dictus pontifex reversus est Romae, cum dicto exercitu tunc perrexit in Apulea, insimul cum Latini comites Ascari et ceterorum. Mox (1054.) commissa pugna nimium dura et fortis. Set Latini comites clam dimiserunt dictum pontificem, reversique sunt ad propria. Pontifex vero superatus, secessit in civitate. Exercitum vero Teutonicorum omnes pene ex illa pugna extincti sunt. Set plures ex parte Agarenorum interfecti sunt. Post hec omnes principes Agarenorum in luctu conversi sunt; cum magno gemitu et tristitia venerunt ad iam dudum nominato venerabili pontifice, et ad eius vestigia corruerunt, veniam et misericordiam implorantes; et cum eo venerunt usque in partes Campanie, et sic dimiserunt eum. Pontifex vero nimis ancxiatus, ex magno gemitu dolore atque tristitia cecidit in infirmitatem; ad ultimum feretrum eius in equis positum cum illius militibus qui evaserant, cum magno luctu et mestitia, reversus est Rome; non multo post in basilica beati Petri[4] migravit ad regna etherea, et absolvit eos anathemate. (Apr. 19.)

Tunc pleps Romanorum in unum congregati, legatos miserunt ad imperatorem, rogantes ut servi dominum, ut pium pastorem sancte Romane ecclesie tribuerent. Congregata itaque multitudine clericorum et laicorum, dignum Deo elegit pontificem, et (1056.) cum Romanorum legati misit Rome. Gavisi sunt omnes Romani de illius adventum, et consecraverunt eum Romanum antistitem, cui posuerunt nomen Victorem. Victor predictus, natione Noricus, sedit annos 2, menses 3, dies 27, et cessavit episcopatu dies 9. Qui perrexit ad inperatorem supradictum pro ea causa qua et predecessor suus, ut eicerent Agarenos, quia clamor populi illius regionis non valebat sufferre; set minime impetravit, quia imperator invenit in maxima infirmitate iacentem: ad ultimum commendavit ei Heinricum filium suum adhuc puerulum, ac in eius manibus defunctus est. (Oct. 5.) Tunc dictus pontifex tradidit regnum per investimentum dicto puero Heinrico, et cepit proficisci Romae, et in itinere ex hac vita subtractus est. (1057. Iul. 28.)

Stephanus huic successit; fuit cancellarius Leoni et Victori et germanus magni ducis Gotfridy; qui nomen abuit Fridericus. Qui dictus Stephanus reversus a Constantinopolim, ubi legatus fuerat, cum magno thesauro invenit dictum Victorem mortuum, et Romani elegerunt eum papam[b]. Set totum thesaurum quod ipse a Constantinopolim (Aug. 3.) conduxit, per vim Romani illum abstulerunt; unde in ira commotus de Roma egressus est. Cepit iter, ut notificaret iam dudum nominato suo germano. Tunc Romani perterriti metu, direxerunt post eum Braczutum Transtiberinum nomine S.....em, qui in dicto itinere ut fertur venenum dedisse; et mortuus est. (1058. Mart. 29.)

Post[c] mortem vero dicti pontificis, tunc fideles imperatoris, clerici hac laici, miserunt Ildibrandum archidiaconum ad imperatorem Heinricum, ut sanctae Romanae ecclesiae pium rectorem hac benignum pontificem tribueret. Ille vero cepto itinere pervenit Florentiae, ubi antedictus Stephanus pontifex obiit. Quid multa. Postquam locutus est cum episcopo dicte civitatis, promisit ey, ut si ipse vellet cum eo Romam pergere, ordinaret eum Romanum antistitem. Ille vero hoc audiens, acquievit, hac consensit dictis vel voluntate illius.

Tunc cum quingentis equitibus et cum magna pecunia ceperunt Romanum iter. (1059.) Tunc fideles imperatoris, hoc audito, in ira commoti sunt, elegerunt Benedictum Billitrensem episcopum pontificem, de regione sanctae Mariae maioris. Ille vero rennuebat; sed volens nolensque invitus ordinaverunt eum Romanum pontificem, et data pecunia maxima pars de Romanorum populo ei fidelitatem fecerunt, simul comites qui circa Urbem erant, scilicet Girardo Rainerii filio comes Galerie, et Albericus comes Tuscula-

a) *altera manus scripsit* II. b) p:::m *c.* c) *Hinc inde alia manus paulo posterior, quae c. g.* imperatorem *scribit.*

3) intellige: *Normannorum.* 4) cf. Wiberti vitam Leonis IX. lib. II. c. 14.

nense, et filii Crescentii de Monticelly. Tunc Ildibrandus hoc audito, paululum in itinere substitit, et misit pecunyam a comite[a] de Benedicto Christiano, et ceteri qui erant de eius coniuratione; et divisus est Romanum populum, et ceperunt inter se acriter pugnare. Tunc Transtiberini miserunt legatos dicto Ildibrando archidiacono, ut cum festinatione cum suo electo Transtiberim pergerent; quod et factum est. Tunc per Transtiberim venit in insula Lycaonia; et ita divisus est Romanus orbis, ut cotidie pugnae et homicidia essent in civitate. Tunc demum comites diviserunt se, alteri ex una parte, alteri vero ex alia. Tunc Ildibrandus cum suo electo pontifice et cum sua coniuratione tulerunt prefecturam Petro prefecto, de regione sancti Angeli, et ordinaverunt Iohannem Tiniosum, Transtiberinum, prefectum. Ad ultimum superati sunt qui ex parte Benedicti pontifici erant, ita ut dictus pontifex egressus de patriarchio Lateranensi, perrexitque ad castrum Passarani apud Regem, qui fuit[b] filius Crescentii prefecti. Tunc dictus Ildibrandus archidiaconus cum suo electo pontifice perrexerunt ad patriarchium Lateranensem, et ordinaverunt eum Romanum pontificem, cui posuerunt nomen Nicolaus, et dederunt pecuniam. Plures[c] de populo Romano ei fidelitatem fecerunt; etiam ipse pontifex Nicolaus per se ibat per urbem, faciębat se invitis fideles pontifici Benedicti fidelitatem facere; unde plures ex illis iuraverunt cum sinistra manu, ita dicentes: *Quia manu dextra fidelitatem fecimus domino nostro papa Benedicto; tibi vero sinystram damus.* Tunc absconse et clam per noctem egressus est de castro Passarani dictus Benedictus pontifex, perrexit Galerie apud Girardum comitem, Rainerii filium. Tunc Ildibrandus archidiaconus per iussionem Nykolay pontifici perrexit in Apulea ad Riczardum Agarenorum comitem, et ordinavit eum principem, et pepigit cum eo fedus, et ille fecit fidelitatem Romane ecclesie et dicto Nicolao pontifice, quia antea inimicus et infidelis erat tempore Leoni[d] pape. Tunc dictus princeps misit tres comites suos cum nominato archidiacono Romae cum trecentis militibus Agarenorum in auxilium Nykolay pontifici. Tunc dictus Nicolaus cum ipsis et cum Romano exercitu qui ey fidelitatem fecerant perrexit Galeriae[e], ad obsidenda[f] hac expugnandam eam. Ceperunt expugnare castella que in circuitu eius erant, appreendere depredare et incendere; ubi multi de sagittis perierunt ex utraque parte. Galeria vero quia erat fortissima, nil agere potuerunt; ad ultimum reversi sunt unusquisque ad propria, Agareni vero reversi sunt in Apulea[g]. Tempore vero messis[h] iterum dicti Agareni Romam venerunt ad dictum pontificem Nicolaum; tunc pontifex cum suis Romanis fidelibus et cum dicti Agareni iterum ad obsidendum Galeriam perrexit. Tunc dictus comes, metuens de obsidione Romanorum, penituit se eum recepisse. Dictus Benedictus pontifex talia cum cognovisset, ascendit supra muros Galerie, cepit Romanum populum signare et maledicere, et talia dicere cepit: *Vos me invitum nolentemque elegistis[i] pontificem; vos me securum facite, et ego rennuo vestrum ęssę pontificem.* Triginta vero ex nobilibus Romanis et securitatis sacramenta fecerunt, de vita, de membris, de mala captione, et ut securus in urbe viveret ipse cum suis rebus. Dictus Nicolaus pontifex cum suo exercitu Romam est reversus; nominatus vero pontifex Benedictus exuit se pontificalibus vestimentis, et reversus est Romam in domum suam, ubi eius genitrix manebat aput ecclesiam beatae Mariae maioris; et ibi mansit diebus triginta.

Postea vero Ildibrandus archidiaconus per vim eum appreendit, et secum duxit in basilica Constantiniana in ecclesia Salvatoris, ubi concilium ordinatum erat, ante pontifice Nykolao. Dictus vero Benedictus cum ante dictum pontificem Nicolaum venisset, ante altare dictae ecclesie expoliavit eum sacerdotalibus vestimentis, et nudus in medio conventus, posuit scriptum in manus suas, ubi erant scripta omnia crimina et peccata que iniqui homines agunt. Ille vero cum legere rennueret, quia nolebat se de illis accusare criminibus, nichilque sibi pertinebat. Set volens nolensque, eum invitus legit, cum lamentu et gemitu. Stabant autem ibi mater eius cum solutis crinibus nudatisque pectoribus cum gemitu et luctui; ipsa eiusque propinqui percutiebant pectora sua et rigabant unguibus ora sua. Post hec clamavit dictus archidiaconus dicens: *Audite, Romani cives, facta vestri pontifici quem elegistis!* Postea iussit eum vestiri vestimentis

a) *i. e.* ad comitem. b) erat *suprascripto* fuit (*eadem manu*). c) pecuniam plures *c.* d) *secunda manus* leonis. e) *secunda manus* galeriam. f) *eadem* obsidendam. g) *secunda manus* apuleam. h) *ita suppleo* :::sis *c.* i) elegisti *c.*

1059. suis et indui[a] omnia pontificalia indumenta sicut pontifex; et tunc deposuerunt eum. Postea dederunt ei in hospitium ecclesiam beate Agnetis, ut ibi miserabiliter viveret; et privaverunt eum omni divino officio, ita ut non esset ausus in previterio ingredi ad laudes et obsequia Deo retdendas. Set non multo post Suppus archipresbyter sancti Anastasii, qui erat spiritalis pater dicti Nicolay pontifici, rogavit eum, ut dicto misero aberet indulgentiam: tunc ei restituit usque ad epistolas legendas. Altera vero vice rogavit eum probter necessitatem loci, et restituit ei usque ad euangelium legendum; ulterius noluit restituere, ut missas caneret, probter multos fideles quos ipse 1073. in hac urbe abebat vel extra. Vixit autem usque ad pontificatum dicti Ildibrandi, qui Gregorius nominatus est, et mortuus fuit. Post mortem vero eius dictus Suppus archipresbyter perrexit ad pontificem Gregorium, et notificavit ei de illius morte, et dixit ei, quo ordine eum sepellissent; quia magna pecunia ille, dum adhuc viveret, dimisit in Romano clero. Ille vero infremuit, et dixit, ut eum pontificali onore et obsequio sepellirent; cepitque flere et dicere: *Male illum umquam vidi; quia incurri in grave delictum!* Sicque factum est, ut ipse precepit: onorifice est sepultus in eadem basilica beate Agnetis; ubi occurrit omnem Romanum clerum.

1061. Iul. Post[b] mortem vero dicti Nykolay miserunt Romani legatos ad Heinricum regem, qui tunc puer erat, ut pium rectorem sancte Romane ecclesie tribueret. Hoc audito Hildibrandus, qui tunc archidiaconus erat, illico perrexit Mediolanum, et duxit Anselmum, qui tunc archiepiscopus erat dicte civitatis. Cui posuerunt nomen Alexander. Et rex misit Cadolum episcopum Parmensem cum manu valida. Tunc illi qui erant ex parte Alexandri, ceperunt pugnare cum comite Pepo, et aliis comitibus qui erant cum dicto Cadolo, et cum Romanis qui erant fideles dicti regis. Unde discensio magna facta est in hac civitate Romana. Cencius Stephani prefecti cum suis germanis, nec non et Cencio et Romano germani, Baruncii filii, hac Belizzontitonis Decaro, et Cencio Crescentii[c] Denitta erant cum dicto Cadulo, eo quod erant fideles imperatoris. Leo vero de Benedicto Christiano cum dicto Ildibrando archidiacono erant ex parte Alexandri. Ad ultimum commissa pugna in prata Neronis, superati fuerunt illi qui erant ex parte Alexandri, et fugati sunt, et multi mortui fuerunt, et capti; plures vero in flumine perierunt. Et apprehenderunt civitatem Leonianam cum basilica beati Petri. Set quia nox erat, mansit ibi nocte illa; tunc potuerunt eum consecrare pontificem, nisi eorum fuisset insipientia, quia primitus eum convocare[d] voluerunt in ecclesia beati Petri ad Vincula. Tunc Ildibrandus cum Leo data pecunia per urbem tota nocte illa; mane autem facto non potuerunt ad dictam basilicam pergere. Unde infra civitatem multe pugne et homicidia orte fuerunt. Tunc Alexander venit in monasterio[e] Capitolii; et Cadulus in turre Cencii Stephani prefecti, que est in ponte beati Petri. Tunc temporis dictus Cencius tenebat castrum sancti Angeli; cotidie pugne erant in civitate usque in regione Campitelli. Postea vero pecunia deficiente, comites reversi sunt ad propria; Cadolus vero reversus est in Parma. Et congregata pecunia, reversus est Rome; set nichil ey profuit: demum regressus est in Parma, ibique mortuus est.

1111. Anno[f] ab incarnatione Domini millesimo centesimo undecimo, mense Februario die nona, indicione quarta, tempore domni Paschali secundi papae anno eius 12, Henricus Teutonicorum rex cum magno exercitu in Tusciam venit, et missis Romam in porticum sancti Petri nuntiis cum Petro Leonis et aliis domni Paschali papae nuntiis, et consilio habito, domnus apostolicus misit ad eum suos legatos Sutrium, ut finem inponerent discordie et liti que a tempore beate memorie septimi pape Gregorii inter regem et

a) *fortasse vox* eum *excidit; locus vacat.* b) *manus iterum paulo recentior, priori magis accedens.* c) cci *c. quod legendum videtur aut* Cencii *aut* Crescentii; *quorum alterum praehabui, quod et infra Paschalis II. pater a Pandulfo et Nicolao de Aragonia Crescentius vocatus* cco *scribitur.* d) *ita c.; an* consecrare? e) mono *c.* f) *fol.* 194. INCIPIT Registrum pascali pape. II. ANNO *c.*

pontifices Romanos de investituris exorta fuerant. Finis autem qualis fuerit, in consequentibus enarrabitur. Hoc pactum inter eos deliberatum est: 1111.

Rex scripto refutabit[a] *omnem investituram omnium ecclesiarum in manu domni pape, in conspectu clerici et populi, in die coronationis sue. Et postquam domnus papa fecerit de regalibus sicut in alia carta scriptum est, sacramento firmabit, quod numquam se de investituris ulterius intromitteret, et dimittet ecclesias liberas cum oblationibus et possessionibus quae ad regnum manifeste non pertinebant, et absolvere populos a iuramentis que contra episcopos facta sunt. Patrimonia et possessiones bȩati Petri restituet et concedet, sicut a Karolo, Lodoico, Heinrico, et aliis inperatoribus factum est, et tenere adiuvabit secundum suum posse. Non erit in facto, aut consilio, ut dominus papa perdat papatum Romanum, vel vita, vel membra, vel capiatur mala captione, aut per se aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso securitatem ei fecerint, id est Petrus Leonis cum filiis suis quorum bona dampnum studiose non patiantur, vel alii quos regi significaverit; et si quis ei vel eis fecerit, rex eos fideliter adiuvabit. Pro huius securitatis observatione mediatores dabit rex domno papae principes quos petierit; id est Fridericum filium sororis suae, marchionem Engilbertum, marchionem Thiebaldum, comitem Hermannum, Fridericum palatinum comitem de Saxonia, Berlingarium de Bavaria, Godefridum comitem, Fridericum Saxonem, Albertum cancellarium, Cononem fratrem Beringarii, Sigebot de Bavaria, Henricum ducem Carinthie, Bertoldum filium ducis Bertoldi. Qui iurabunt domno pape securitatem de vita, de membris, de papatu, de captione; et si rex hec omnia suprascripta non observaverit, ipsi cum honoribus suis ad domnum papam et ad Romanam ecclesiam se tenebunt. Obsides pro securitate domni pape dabit rex proxima quinta feria, et secure mittet ad insulam in potestate domni papae, Fridericum ducem nepotem suum, Spirensem episcopum Brunonem, Chonradum nepotem comitis Herimmanni, et filium; Heinricum fratrem comitis Friderici. Obsides si receperit, reddet in die coronationis sue transito ponte; et si forte coronatus non fuerit, aut non transierit, similiter reddet aput castellum sancti Angeli. Legatos autem quos domnus papa ad eum miserit, in eundo et redeundo securos faciet tam a se quam a suis. Et si eis nescienter iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabit.* Febr.

Ego Albertus cancellarius. Ego comes Erimmannus. Ego comes Fridericus. Ego comes Godefridus. Ego Folcmarus[b]. *Iuro vobis, quia domnus rex ita iurabit proxima quinta feria, et principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in conventionis carta scriptum est; et sic observabit domno pape, sine fraude, et malo ingenio, si domnus papa proximo die dominico sic adinpleverit regi, sicut in alia conventionis cartula scriptum est. Sic me Deus adiuvet.*

Cartula alia sic se habet:

Si rex adinpleverit domno papae, sicut in alia conventionis cartula scriptum est, domnus papa precipiet episcopis presentibus in die coronationis eius, ut dimittant regalia regi, et regno quae ad regnum pertinebant tempore Karoli, Lodoici, Heinrici et aliorum praedecessorum eius, et scripta firmabit cum anathemate auctoritate sua et iustitia, ne quis eorum vel praesentium vel absentium vel successores eorum intromittant se vel invadant eadem regalia, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias regni, iura centurionum, et curtes quae manifeste regni erant, cum pertinentiis suis, militia et castra regni. Nec ipse regem et regnum super is ulterius inquietabit, et privilegio sub anathemate confirmabit, ne posteri sui inquietare praesumant. Regem benigne et onorifice suscipiet, et more praedecessorum ipsius catholicorum scienter et non subtracto coronabit, et ad tenendum regnum officii sui auxilio adiuvabit. Si dominus papa hec regi non adinpleverit, ego Petrus Leonis cum tota potentia mea tenebo me ad domnum regem; obsides autem, nisi effugerint, reddemus altero die post coronationem regis. Si per papam remanserit, ut non coronetur, similiter reddemus. Die dominico cum dominus rex ad processionem receptus fuerit, obsides dabo aut per me aut per nuntium meum, Gratianum filium meum, et filium Oguitzonis filii mei, vel filium sororis meae si eum abere potuȩro, nisi per regem remanserit, pro securitate regis, ut secure transead castellum et pontem. Febr. 5.

a) refutauit *cod.* b) folomarus *c.*

1111. *Ego Petrus Leonis iuro vobis, quia domnus papa proximo die dominico adinplebit regi, nisi in rege remanserit, quod in alia conventionis carta scriptum est, si rex observabit domno papae sicut in alia conventionis carta scriptum est. Actum 2. Nonas Februarias in atrio beati Petri in ecclesia beatae Mariae quae dicitur in Turry.*

Post haec domnus papa nuntios suos Sutrium misit, coram quibus rex in hec verba iuravit:

Febr. 9. *Ego Heinricus rex ab hac hora inantea non ero in facto aut consilio, ut domnus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum, vel vita vel membra, vel capiatur mala captione, aut per me aut per summissam personam, nec ipse nec fideles ipsius qui pro ipso securitatem mihi fecerunt vel fecerint, id est Petrus Leonis cum filiis suis, et Walfredus, quorum bona damnum studiose non patiantur, vel alii quos dominus papa mihi significaverit. Et si quis domno pape vel eis fecerit, ego eos fideliter adiuvabo. Legatos quos ad me domnus papa miserit, in eundo et redeundo securos faciam, tam a me quam a meis, et si eis me scienter iniuria inlata fuerit, ad emendandum fideliter adiuvabo. Sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa proximo die dominico sic adinpleverit mihi, sicut in conventionis carta scriptum est. Sic me Deus.*

Post haec etiam sic principes iuraverunt:

Ego Fretthericus dux
Ego Ingelbertus marchio
Ego comes Herimmannus
Ego Theobaldus marchio
Ego Fredericus palatinus comes de Saxonia
Ego Beringarius comes de Bavaria
Ego Godefridus comes
Ego Fridericus Saxo
Ego Cuono frater Beringarii
Ego Sygeboto de Bavaria
Ego Heinricus dux de Carinthia
Ego Bertoldus filius ducis Bertoldi
Ego Albertus cancellarius

non ero in facto aut consilio, ut dominus papa Paschalis II. perdat papatum Romanum, vel vita vel membra, vel capiatur mala captione. Et si rex iuramentum hoc et ea quae in carta conventionis scripta sunt non observaverit, ego cum honore meo ad dominum papam et ad Romanam ecclesiam me tenebo: sic observabo domino papae sine fraude et malo ingenio, si dominus papa sic adinpleverit domino nostro regi proximo die dominico, sicut in conventionis carta scriptum est. Actum Sutriy in burgo, quinto Idus Februar.

Febr. 11. Post haec idem rex Romam accessit tertio Idus, id est 11. die Februarias, in sabbato videlicet ante quinquagesima. Febr. 12. Altero die oviam ei domnus papa misit in montem Gaudii, qui et mons Malus dicitur, signiferos cum bandis, scriniarii, iudices et stratores. Maxima etiam populi multitudo ei cum ramis occurrit. Duo iusta priorum imperatorum consuetudinem iuramenta unum ante ponticellum, alterum ante portam porticus Romanorum populo fecit.

Ante portam a Iudaeis, in porta a Graecis cantando exsceptus est. Illic omnis Romanae urbis clerus convenerat ex precepto pontificis. Et eum ex equo descendentem usque ad sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt.

Cum vero ad superiora graduum ascendisset, illic dominus papa cum episcopis pluribus, cum cardinalibus presbyteris, et diaconibus, cum subdiaconibus, et ceteris scole cantorum ministris affuit. Ad cuius vestigia cum rex corruisset, post pedum oscula ad oris oscula elevatus est. Ter se invicem complexi, ter se invicem osculati sunt. Mox dexteram pontificis tenens, cum magno populorum gaudio et clamore ad portam pervenit argenteam. Ibi ex libro professionem inperatoriam fecit, et a pontifice imperator designatus est: et iterum a pontifice obsculatus est. Mox super eum orationem primam, sicut in ordine continetur, Lavicanus episcopus dedit.

Post ingressum basilicae, cum in rotam porfireticam pervenisset, positis utrimque sedibus, consederunt. Pontifex refutationem investiturae, et cetera que in conventionis carta scripta fuerant, requisivit, paratus et ipse que in alia conventionis carta scripta fuerant adimplere. Ille cum episcopis suis et principibus secessit in partem iusta secretarium; ibi diutius quod eis placuit, tractaverunt. In quo tractatu interfuerunt Longobardi episcopi tres, Bernardus Parmensis, Bonus senior Regitanus, Aldo Placentinus. Cum autem longior se hora protraeret, missis nuntiis pontifex, conventionis supradicte tenorem repetiit adinpleri. Tunc episcopi Trasalpini ad pontificis vestigia corruerunt, et ad oris oscula surrexerunt. Set post paululum familiares regi dolos suos paulatim

aperire coeperunt, dicentes: scriptum illut, quod conditum[a] fuerat, non posse firmari auctoritate et iustitia. Quibus cum euangelica et apostolica obiceretur auctoritas, quia et *reddenda sunt caesari, quae sunt caesaris*, et: *nemo militans Deo, implicat se negotiis saecularibus*, cum armorum usus, secundum beatum Ambrosium, ab episcopali officio alienus sit: cum hec et alia illis apostolica et canonica capitula obicerentur, illi tamen in dolositate sua et pertinacia permanebant. — 1111. Febr.

Cum iam dies declinaret in vespera, consultum a fratribus, ut rex eodem die coronaretur, ceterorum tractatus in sequentem ebdomadam differretur. Illi etiam hoc adversati[b] sunt. Inter haec tam pontifex, quamque et prefectus et omnes qui cum eo erant, a militibus armatis custodiebantur. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis missae officiis conscenderunt: vix ad sacramenta divina conficienda panem, vinum, et aquam invenire potuerunt. Post missam, ex cathedra descenderę compulsus pontifex, deorsum ante confessionem beati Petri cum fratribus sedit. Ibi usque ad noctis tenebras ab armatis militibus custoditus. Inde ad ospitium extra aecclesiae atrium cum fratribus deductus est.

Capta est cum eo et diaconorum ac notariorum et laycorum numerosior multitudo. Qui autem evaserunt, alii expoliati, alii gravius verberati sunt. Factus est igitur in Urbe tota repentinus tumultus, dolor et gemitus.

Postera die Romani adversus Teutonicos acrius pugnaverunt, adeo ut eos ex porticu pene propulerunt; ex qua pugna plures ex utraque parte mortui fuerunt, set plures ex parte Teutonicorum. Unde tantus eos terror invasit, ut per totum sequens biduum die hac nocte in armis essent. Porro, cum se Romani die tertio cominus pugnaturos pronuntiassent, illi nocte ipsa tanto metu ex porticu profugerunt, ut non solum sarcinas set multos etiam socios in ospitiis reliquissent.

Dęhinc usque ad pedem Soractis montis progrediens, iusta beati Andreae monasterium Tiberis alveum transierunt, et per Sabinos ad Lucanum pontem iter agentęs, ulteriores Romane urbis partes aggressi snnt. Traebantur inter haec et clericorum et laycorum nonnulli funibus alligati. Pontifex autem cum duobus episcopis, Savinensi videlicet et Portuensi, et cardinalibus quatuor aput castellum Trebicum, ceteri vero cardinales aput Corcodilum in custodia tenebantur. Itaquę cum et agros Romanorum rex cotidie depopularetur et eorum animos dolo ac pecunia pertemptaret, tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nichil cum eis pacisci sine papae et cardinalium liberatione potuerunt. Diversis inter haec consiliis distraebatur. Set perpetrati sceleris conscius, nichil sibi ulterius tutum fore aput papam arbitrabatur. In hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos ceperat liberos faceret[c], dummodo securitatem sibi aput papam futury temporis provideret. Hoc profecto per principes suos, hoc per clericos, hoc per laycos, hoc per cives Romanos sollicitius satagebat. Ceterum domnus papa facilius vitam exponere quam investituris episcopatuum et abbatiarum consentire malebat, quamvis ille per investituras illas non ecclesias, non officia quelibet, set sola regalia se dare assereret. Proponebatur pontifici, captivorum calamitates quod ammissis liberis et uxoribus domos et patria exules durioribus compedibus arcebantur. Proponebatur ecclesiae Romane desolatio, que pene omnes cardinales ammiserat. Proponebatur gravissimum scismatis periculum, quod pene universae Latinorum ecclesiae imminerent. Victus tandem miseriis filiorum, laborans gravibus suspiriis atque gemitibus, et in lacrimas totus effusus: *Cogor*, ait, *pro ecclesiae liberationę hac pace hoc pati, hoc permittere, quod pro vita mea nullatenus consentiręm.* — April. 11.

Ad hanc enim securitatem confirmandam, episcopi et cardinales qui capti fuęrant expetebantur. Nec omnino aliter aut captivorum dimissio aut ecclesiae pax quantum in ipsis erat poterat provenire. Cum itaque comes Albertus de Blanderada et ceteri regis latęralęs iuramentis condicionem prescribi non sineręnt, pontifex ait: *Quoniam*[d] *quidem conditionem scribi non patimini, verbis apponam.* Tunc totus ad regem versus dixit: *Iuramenta hec ideo facimus, ut vos illa que pacti estis, faciatis et observetis.* Quod rex cum suis omnibus laetissimę ac libentissime annuit. Ex verbo igitur pape sic ab eis iuratum est in agro iusta pontem Mammeum, qui Romanos a Teutonicis dirimebant:

a) condiatum *c.* b) aduesati *c.* c) fecerat *cod.* d) quam *cod.*

1111. April. 11. *Domnus papa Paschalis non inquietabit domnum regem Heinricum neque eius regnum de iniuria sibi inlata et suis in persona et bonis, de investitura episcopatuum aut abbatiarum, neque malum meritum reddet sibi aut alicui persone pro hac causa, et penitus in persona regis nunquam anathema ponet. Nęc remanebit in domno papa, quin coronet eum sicut in Ordine continętur. Et regnum et imperium offitii sui auxilio eum tęnęre bona fide adiuvabit. Et haec omnia adinplebit domnus papa domno regi presenti Heinrico sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus.* 5

Illę invicem iuravit in hec verba: *Ego Heinricus rex quarta vel quinta feria proxima dimittam domnum papam et episcopos et cardinales, et omnes captivos qui cum eo vel pro eo capti sunt, et obsides, et securos perduci faciam intra portas Transtiberine civitatis,* 10 *nec ulterius capiam aut capi permittam, et his qui in fidelitate domni pape Paschalis permanent et populo Romane civitatis et Transtiberine et Insule pacem et securitatem servabo, tam per me quam per meos, et in persona et in rębus, qui pacem mihi servaverint. Domnum papam Paschalem fideliter adiuvabo, ut papatum quietę et secure teneat, patrimonia et possessiones Romane ecclesiae que abstuli restituam, et terram quam iure abere debet more* 15 *antecessorum meorum recuperare et tenere adiuvabo bona fide, et domno pape Paschali obediam salvo honore regni et inperii mei, sicut catholici imperatores catholicis pontificibus Romanis. Hec omnia observabo bona fide, sine fraude et malo ingenio. Sic me Deus.*

Post hec Coloniensis archiepiscopus Fridericus, Tridentinus Gębehardus[a], Monasteriensis Bruccardus[b], Bruno Spirensis, Albertus cancellarius, comes Herimmannus, Fri- 20 dericus palatinus comes, Albertus comes de Blanderada, Fridericus Saxo, Beringarius comes, Fridericus comes Frisingensis, Bonifatius marchio et Guarnerius comes, Godefridus de Suavia, posita super euangelium huius iuramenty cartula iuraverunt sic ex precepto regis sicut in hac cartula scriptum est:

Sic rex presens Heinricus observabit domno pape Paschali presenti sine fraude et malo 25 *ingenio. Sic me Deus. Actum 3. Ydus April. tertia feria post octava pasche, ind. 9.*

Restabat illa exactionis et extorsionis portio, ut de investiture permissione privilegium regi personaliter scriberetur. Nec ipse igitur nec ipsius laterales passi sunt, ut intra Urbem scriptura ipsa differretur, ubi sigillum pontificis dimissum fuerat. Altero itaque die in eodem campo qui Septem Fratrum dicitur, dum castra moverentur illut 30 dictari oportuit, et transito iusta pontem Salarium Tiberis fluvio dum aput octavum castra sita essent, accitus ab Urbe scriniarius scriptum illud inter nocturnas tenebras exaravit. Cui nimirum scripto illo ibidem quamvis invitus pontifex subscripsit.

Porro cum ibidem cartam ipsam rex accepisset, postmodum tamen cum in beati Petri ecclesiam pervenisset, post corone acceptionem, eam ad manum pontificis retulit. Nec solum 35 contra eius voluntatem, set etiam contra omnem consuętudinem de manu eius accępit.

Apr. 13. Coronatus est autem idem rex portis omnibus Romane urbis, ne quis civium ad eum accederet, obseratis. Post coronae acceptionem finitis misse sollempnibus, ipse statim ad castra in campum egreditur. Pontifex autem tunc tandem cum episcopis et cardinalibus liber in Urbe egrediens, tanta frequentia populi occurrentis et Deum lau- 40 dantis excipitur, ut vix circa vesperas ad ospitia potuerit pervenire. Actum Idibus Aprilis, quinta feria post octava paschae.

Hec sicut passi sumus, et oculis nostris vidimus et auribus nostris audivimus, mera veritatę perscripsimus.

1116. Anno[c] 17. pontificatus Paschalis secundi pape indictione 9. mense Aprelis die 2. 45 obiit Petrus prefectus[c]. Huius[5] temporibus, eo quod noluit concedere prefecturam Petro filius iam quondam equivoci Petri prefecti, facta est coniuratio magna atque seditio in hac civitate Romana. Necnon et totis comitibus, quos circa omnes partes Romane urbis fuerunt, simul coniuravere ex utraque parte; scilicet a parte pontificis et ex parte prefecti. Unde orte fuerunt pugne multe et omicidia et pestilentie magnae. 50 Turres a fundamentis dirute, hac plures domora dissipatae, et aecclesie depredate, ac clerici

a) gęberardus *c.* b) *i. e.* Burchardus. c) Anno *usque* Petrus prefectus *in margine leguntur.*

5) scilicet Paschalis II.

capti. Post demum victi fuerunt illi qui erant a parte pontifici. Pontifex vero metu perculsus, fuga lapsus evasit de palatio Lateranensy; aput monosterium Clivi Scauri in eius munitiones que dicitur Sedem Solis moravit nocte illa. Diluculo vero egressus de Urbe, perrexit ad civitatem Albanensem, deinde secessit Campaniae. Postea vero 5 prefectus et consules miserunt legatos ad inperatorem Heinricum IV, ut Romam venisset. Ille vero cum talia audisset, gavisus est valde; nichil moratus est, cum magno exercitu Romam petiit. Mox data pecunia, maxima pars de populo Romanorum ei fidelitatem fecerunt. Ingressus Romam cum magnis laudibus atque honore, reginam coronavit in die sancto pentecosten, et prefecturam per aquilam confirmavit dudum nominato pre- 10 fecto. Mox rex secessit in Galliam. — Quid multa? predictus pontifex mansit extra civitatem anni duo minus menses tres; tamen pugne cotidie erant super Petro Leonis, quia fidelis erat dicti pontificy, inter basilicam beati Petri et castrum sancti Angeli, et Capitolium et ripam. Postea vero fideles dicti pontifici insimul comites, scilicet Petro Columpne ac Raynaldo Senebaldi, clam revocaverunt illum; set non fuit ausus manere 15 in civitate. Cum festinatione perrexit per Transtiberim aput castellum sancti Angeli, et cepit pugnare contra basilicam beati Petri, quia prefectus cum consules illam retinebat, cum balistis, cum machinis, et fundibulariis, quia iam coniurationes defecerant, et Romani non erant in ea voluntate, in qua antea fuerunt. Set Dei iudicio octavo die sue reversionis dictus pontifex obiit aput castellum sancti Angeli, in domum iusta eream 20 portam; et sepultus est in basilica Constantiniana, quia consules non permiserunt eum in basilica beati Petri sepelliry.

1118. Iun. 2.

1118. Ian. 21.

Huius[a] temporibus in hac civitate Romana tres pontifices helecti ac consecrati fuerunt, a clero et populo qui ex parte Clementis pontifici fuerunt: videlicet episcopus Sancte Rufine, in basilica beati Petri clam noctis tempore helegerunt et consecraverunt 25 et in sede posuerunt, set non fuit ausus manere in civitate; egressus de hac urbe, ut pergeret ad regem, a fidelibus pontifici Paschalis compreensus eum ei Romam miserunt; qui statim eum in Apuleam misit, aput monasterium sancte Trinitatis, quod situm est in Cava; ibique monachus effectus est. Alter vero, scilicet episcopus Savinensis, elegerunt eum in basilica Apostolorum. Hoc autem cum ostensum esset per civitatem, concursus 30 factus est populorum atque tumultus. Inter quos insimul fuerunt fideles pontifici Paschalis. Illi vero qui adversarii erant pontifici, metu perculsi cum helectum eorum perrexerunt ad basilicam sancti Marcelli aput Iohannem Ocdoline filium, qui in eius erat auxilio. Ubi erat Romanus cardinalis, qui favebat eius parti. Set clerici qui eum sequebantur, plures ex illis verberati et expoliati fuerunt. Quit plura? ad ultimum data pecunia a pontifice dicto 35 Iohanni Ocdoline, fefellit ei, ac dimisit illum in eorum potestate. Illi vero qui ex parte pontifici erant confestim appreenderunt eum, et tulerunt pallium de collo eius, et turpiter extraxerunt eum de dicta ecclesia, ac posuerunt illum retro post unum equitem. Cum festinatione duxerunt eum Lateranum, ubi pontifex manebat. Qui iussit eum retrudi in turrem; non multo post misit eum in Apulea, aput monasterium sancti Laurentii quod 40 situm est in Adversa. Ibique monachus effectus est. Tertius, scilicet Maginulfus, archipresbyter Sancti Angeli. Cui posuerunt nomen Silvester. Unde facta est coniuratio magna atque seditio tam de equitibus quamque et peditibus, et elegerunt eum in basilica beate Mariae que dicitur Rotunda, clerici ac layci qui adversarii erant dicti pontifici. Maiores vero qui in hac coniuratione fuerunt isti sunt: heredes Stephani Ocdonis, scilicet Stepha- 45 nus qui dicitur Normannus cum suis germanis, Nykolaus Cencii Baruncii, et Petro filio eius; Romanus Romani[b] Baruncii cum fratribus ac nepotibus suis, Heinricus a Sancto Eustathio et filiis suis, Bericzo a Sancta Maria in Aquiro, cum Stephano fratre suo, ac filii eorum, et alii plures. Qui miserunt legatos ad marchionem Guarnerium, qui erat ex parte Heinrici regis, ut cum festinatione in eorum veniret auxilio. Ille vero nichil 50 moratus est; cum festinatione Romam perrexit, cum aliquantis militibus Teutonicorum. Mox pontifex ut audivit, egressus de patriarchio Lateranensi secessitque ad insulam Licaoniam in ecclesia beati Iohannis. Mox tota coniuratione insimul coadunati, cum dicto marchione Guarnerio perrexerunt cum prenominato Maginulfo ad patriarchium

a) *Haec in margine ita inseruntur:* De pontificęs quos sub tempore Paschalis helecti fuerunt require antea in alia folia 55 in prima facie hac nota ȹ. b) Rom romi *c.*

1118. Lateranense. Ibique eum consecraverunt Romanum pontificem. Mox fideles pontifici hoc audito, equites ac pedites insimul cum Petro prefecto perrexerunt ad Lateranum, in curia, ante ecclesiam beati Gregorii; et commissa pugna cum eis, plures ex utraque parte interierunt ac vulnerati sunt; ad ultimum victi sunt illi qui ex parte pontifici erant, et fugati sunt et terga verterunt. Et ipsi insecuti sunt eos per omnes vias, scilicet per viam maiorem[6] que pergit ad Sanctum Clementem, dicto marchione cum suis — et cum Romani pedites persecuti sunt eos, usque prope templum Romuli[7] ante domum iudicis Mattilde; Stephanus Normannus cum ceteris qui cum eo erant iusta ecclesia sanctorum Marcellini et Petri persecuti sunt eos usque ad arcum Aure[a], et per viam que pergit ad Sanctum Stephanum in Celio monte[8] insecuti sunt eos usque ad Sedem Solis[9]. Postea reversi ad eorum pontifice, remearunt ad propria. Necnon et altera pugna inter eis commiserunt in circlo maiore, et illi qui ex parte Paschalis fuerunt victi sunt, terga verterunt; illi vero persecuti sunt eos usque ad arcum triumfalem et per viam alteram desuper usque ad Sedem Solis: multi ex eis ceciderunt, alii vulnerati, alii interempti, alii consternati insimul cum Petro prefecto prostrati. In ea vero pugna plus quam sexaginta obtimi equi vulnerati perierunt ac interempti sunt. Pecunia vero dicto Maginulfo deficiente, tota illa coniuratio eum reliquit. Non multo post dictus Guarnerius marchio eum secum duxit ad Hosmum[10]. Set dum pergerent, dictus Maginulfus mansit in civitate Tiburtina cum aliquantis militibus modicum tempus, et postmodo sic profectus est ad Hosmum, et mansit ibi usque ad adventum regis. Qui rex postquam finem fecit cum dicto Paschali pontifice, eum in prata Neronis deposuit; quia ipse Maginulfus tunc erat in castra. Post hec dictus marchio pietateque commotus et in tali necessitate nec eum relinquere voluit, duxit secum, et mansit aput eum usque dum ex hac vita subtractus est[b].

Paschalis natione Ravenne, de oppido quod vocatur Galliata, ex patre Crescentio[c], sedit annos 18, m. 5, diebus 6. Obiit in vigilia beatorum Vincentii et Anastasii[11] (Ian. 24.) noctis tempore. Et cessavit episcopatu duobus diebus. Tertio vero die electus est Gelasius, in vigilia conversionis beati Pauli apostoli. Qui fuit primus diaconorum, et vice Frederici cancellarii et archiepiscopi Coloniensis. Et administravit pontificatum sicut (Mart. 1.) pontifex, et mansit in patriarchio Lateranensi usque in die Veneris ante quadragesima. Consules vero miserunt nuntios ad inperatorem, qui tunc in obsidione morabat Verone, et notificaverunt ei omnia que acciderant per litteras. Ille vero nichil moratus est; cum festinatione Romam petiit cum paucis militibus, die Veneris ante quadragesima misit nuntios ad consules ut exirent oviam ei, sabbatum vero ante quadragesima ingressus est (Mart. 2.) porticum sancti Petri. Mox ut electus pontifex de suo adventu audivit, egressus est de patriarchio Lateranensi, et venit in regione sancti Angeli, in ecclesia beate Marie que sita est super fluvium Tiberis, ubi fideles eius erant, et mansit ibi tota die sabbati. Rex vero misit nuntios ad eum, ut finem litis inponeret. Ille vero hoc audito nocte navem ascendit, secessitque patria sua Gaieta cum episcopis et cardinalibus atque diaconibus. Imperator vero cum talia audisset, consilio abito cum suis fidelibus perrexit ad basilicam beati Petri, ut inveniret consilium quit ageret. Illi vero consiliaverunt eum, ut pontificem ordinaret. Tunc elegerunt Mauricium, archiepiscopum Hispaniensem (Mart. 8.) de civitate Bragana[12], et consecraverunt eum Romanum antistitem in die Veneris de[13] quattuor tempora que sunt de mense Martio. Cui posuerunt nomen Gregorius. Predictus Gelasius altero die, hoc est die sabbati, ordinatus est presbyter; die dominico consecraverunt eum pontificem. Non multo post egressus inde perrexit Benevento, ibique ei dux et omnes principes Agarenorum ei fidelitatem fecerunt, moratusque est ibi (Iun. 29.) usque ad festivitatem apostolorum, et tunc reversus est Rome. Set non fuit ausus manere in patriarchio Lateranensi, quia fideles regi et pontifici eius retinebant eum. Mansit autem in ripa aput heredes Stephani Ocdonis, in ecclesia beate Marie secundi-

a) *finis lineae; legendum fortasse* Aureliani, *quum arcus Aurelii in septima regione situs fuerit.* b) *hucusque notatio* ⅅ c) CCO *c.*

6) hodie strada di S. Giovanni. 7) S. Teodoro. 8) S. Stefano rotondo. 9) Septizonium Severi. 10) Osimo? 11) vigilia d. 21, festum d. 22. Ianuarii celebratur. 12) Braga. 13) i. e. post.

cherio. Altero die fuit octava festivitatis apostolorum Petri et Pauli[a], perrexitque ad 1118. Iul. 6.
basilicam beati Pauli, et ibi missa celebravit. Alter vero pontifex, videlicet Gregorius,
qui Romani nominant Burdinum, celebravit missa in basilica beati Petri. Non multo
post dictus Gregorius secessit ad civitatem Sutrinam, et basilicam sancti Petri suis
5 reliquit fidelibus custodiendam. Illi[b] vero non fideles, set infideles eius et inperatoris,
non diu perseveraverunt in sacramenta fidelitatis et securitatis dicte basilice beati Petri,
quod eis fecerunt, sed accepta pecunia tradiderunt eam Petro Leonis, qui fidelis erat
Calixti pape, cum omnibus eius munitionibus. Postea vero Calixtus pontifex data pecu-
nia in hac civitate, plures equites hac pedites ei fidelitatem fecerunt; non multo post
10 perrexit cum magno exercitu ad civitatem Sutrinam, ubi dictus Gregorius qui dicebatur
Burdinus manebat. Octavo vero die illius obsidionis dicti Sutrini dederunt eum in
potestate Calixti pape et Romanorum. Postquam vero in eorum venit potestate, expo-
liaverunt eum vestimentis suis, et induerunt eum duas versas ovinas ulcas, et posue-
runt eum super camilum qui ferebat caldarie pontificis Calixty, et ceperunt sic reverti
15 Romae. Ita ludibriatus et verberatus. Postea vero miserunt eum super unum vilissimum
equum, et miserunt eum per Transtiberim cum multa iniuria et populi clamore ad
Sedem Solis, ibique in vinculis eum clauserunt. Non multo post exinde illum extraen-
tes, miserunt illum ad castrum Passarani. Indeque eum extraxerunt, mandaverunt eum
in Apulea aput monasterium sancte Trinitatis. Mansit autem a tempore ordinationis suae
20 usque ad diem quo captus fuit in pontificatu annos tres et menses duo minus dies octo[c].
Et dictus Gelasius postea ingressus est navem, secessitque civitatem Pisanam, deinde
perrexit Francie. Ibique ex hac vita subtractus est.

Gelasius natione Gaiete ex patre Iohanne coniulo[d]. Sedit annum unum, dies 4. 1119. Ian. 28.
Obiit in festivitate Agnes secunde, in Francia, in monasterio beati Petri Cloniensis; ibi-
25 que sepultus est honorifice quarto die ante Kalendas Februarias, et cessavit episco-
patu diebus 6. Et electus est Calixtus, Biennensis archiepiscopus, in purificatione beate Febr. 2.
Mariae.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, anno primo 1186.
pontificatus domni Urbani tertii pape, indicione quinta, eodem tempore Fredericus inpe-
30 rator agustus morabatur tunc apud Mediolanum civitatem, et ibidem fecit Heinricum
filium suum cesarem; deinde dedit ei uxorem filiam quondam Rogerii regis Scicilie, et Ian. 27.
recepit ab ea aurum infinitum nimis et alia multa ornamenta. Erat autem tunc dictus
papa Urbanus apud Veronam civitatem, qui Lucio pape successit. Erat enim maxima
discordia inter inperatorem Fredericum et papam, ita ut nullo modo dicto pape et
35 cardinalibus et qui cum ipso erant extra ipsam civitatem exiendi[e] erat licentiam. Si
quis vero ex curia pape a Teutonicis[f] capiebatur, usque ad internicionem variis tormen-
tis cruciabatur. Mortuo itaque Urbano papa, sepultus est in civitatem Ferrariam — Fer- 1187. Oct. 19.
rarie[g], quoniam ipse clam aufugerat ex Veronense civitate Ferrariam —; qui sedit annos
duos. Successus est a Gregorio octavo papa, qui fuit cancellarius et cardinalis, tituli
40 Sancti Laurentii in Lucina, vir summe religionis et magne castitatis. Hic postquam ad Oct. 20.
pontificalem ascendit dignitatem, statim ad restaurandam Romanam ecclesiam et ab
obprobriis liberandam animum intendit. In primis itaque omnia que Romani inperii iure
essent eidem regi Heinrico concedere spopondit, affirmans non esse tutum pape et
cardinalibus arma capere, bellum committere, set tantum in elemosinis et in ecclesia
45 laudes domino nostro Iesu Christo die noctuque reddendas. Hoc audito Heinricus cesar
ilico precepit Leoni de Monumento egregio Romanorum consuli, et Anselmo comiti Teu-
tonico, ut dictum papam Gregorium cum tota curia ubicumque voluisset ducerent salve
et secure per totum Romanum inperium. Mox dictus pontifex cum tota curia, prece-

a) P. et P. *c.* b) *Sequentia usque* dies octo *eadem manu postea addita sunt. Pergit codex* et dictus Gelasius *usque*
50 beate Mariae. c) *hic finit additio posterior.* d) c̄ iulo *c.* e) exiende *corr.* exiendi *c.* f) teutonacis *corr.*
teutonicis *c.* g) *nota marginalis.*

1187. dentibus Leone Monumenti et Anselmo, ad Pisanam civitatem pervenit, pro discordia que erat inter predictam civitatem Pisanam et Ianuam, ut quam citius concordati essent ferrent auxilium cum navibus suis sancto Domini sepulcro quod a Salatino et Seracenis, christianorum peccatis exigentibus, turpiter lacerabatur. Inter hec vir sanctissimus papa Dec. 17. Gregorius repentino morbo coactus, rebus excessit humanis, in pace migravit ad Christum; qui sepultus est in dicta civitate Pisana. Mox episcopi et cardinales una cum Leone Monumenti eligerunt pontificem episcopum Penestrinensem Paulum Iohannis Scolarii, qui fuit archipresbyter Sancte Marie ad presepe, natus Romanus de regione Pinee; Dec. 19. cui posuerunt nomen Clementem tertium papam. Hic post paucos dies cum tota sua curia et Leone Monumenti Romam petiit. Quem Romani tam maiores quam minores, clerici ac laici, Iudei etiam, magno cum gaudio, cum canticis et laudibus ut mox[a] est, eum benigne susceperunt.

Est namque ratio ut dicamus, quare Fredericus inperator agustus cum supradicto Lucio papa vel Romana ecclesia ad discordiam pervenerit. Necesse est, ut ad superiora tempora reddeamus. Causa autem discordie huius ista fuit. Temporibus ipsius pape 1183. Lucii die quadam mane inlucescente Tusculanenses, sive habitatores Tusculane, ceperunt fodere carbonaria, et construere macerias magnis lapidibus, ubi olim fuit civitas Tusculana a Romanis destrutta. Hec videntes Romani arma aprenderunt, et super eos perrexerunt, omnes quos ibi invenerunt ad mortem compulerunt; reliquos in roccam Tusculane se inclauserunt. Romani vero papiliones et tentoria ibidem fixerunt, et diuturna obsidione cum machinis et aliis bellicis instrumentis ipsam arcem expugnare acriter ceperunt — in[b] vigilia beati Petri apostoli anno 2. Lucii tertii pape, indicione 1. — Cumque diu obsiderent eos, et dicti Tusculansens[c] sitim ac pestilentia laborarent, cum nulla requies pugne die noctuque undique illis daretur, ita ut nemo inde exiret nisi qui forte mori protinus vellet, — interea Roma a 25 senatoribus amministrabatur, — eo denique tempore memoratus Lucius papa morabatur in civitate Villetri, inito consilio cum cardinalibus suis ceperunt cogitare, qualiter dictam Tusculanam a Romanorum manibus liberarent, misit nuntios suos senatoribus[d]. . . . . .

a) *i. e.* mos. b) *nota marginalis.* c) *ita c.* d) senat̄ *c. finis paginae; reliqua desiderantur.*

MARIANI SCOTTI CHRONICON

EDENTE G. WAITZ PROF. PUBL. KILONIENSI.

Chronicon Mariani nomine inscriptum in pluribus iisque inter se valde diversis codicibus legitur. Ex quibus primo loco nominandus est:

1) Codex Palatino-Vaticanus Nr. 830. *mbr. s. XI.* 4[to] *mai., qui foliis constat* 170. *Hunc iam alii autographum dixerunt*[1]*; id quod accuratiore libri perscrutatione comprobari videtur. Nam non solum brevis quae additur continuatio aliis scripta est calamis, sed ipsum quoque chronicon non uno tempore neque una manu scriptum est (v. tabulam IV, ubi scripturae specimina exhibentur). Alia enim folia* 2—25. *et* 150 *sqq., alia folia* 26—149. *exaravit, illa litteris quas dicunt minusculis quales in plerisque saec. XI. codicibus inveniuntur, haec diversa plane scriptura, Irica sive Hibernica, quippe quae cum codicibus hac lingua scriptis prorsus conveniat. Hanc primam vocamus, illam vero, cui non solum ultimi chronici anni debentur, sed qua etiam plurimae additiones tam in textu quam in margine factae sunt, secundam. Utra Mariano sit tribuenda, quaeritur. Prima manu in margine superiore haec scripta sunt fol.* 33*:* Soem[2] dvn indiv amelbrigte clvsenair in Magantia isin dardóen riafél Petair isin cetblia dendegáid[a]. i. isin blia irromqbat[b] Diqmait (rin[c] Lagen. et isin fide) cetra[d] blia tanacsa Aalbain in perigrinitate mea, et scripsi hunc librvm pro caritate tibi et Scotis omnibus id est Hibernensibus, qui sum ipse Hibernensis; *f.* 67*:* Sobenn dvn indiv ámélbrigte clvsenaír diamairt[3] 2. Kal. Aug. Manidern tais scoloca[4] manestrech Mavritii Blaflacc dāsa fleb erinn[e] nige(?) cotocenn, ut cecidi cum tabvlis in fvndo stercoris, sed gratias ago, nec mersus sum in stercore Francorum, sed tamen oro discentes, ut dent maledictionem illis. *Quae partim lingua Irica scripta quin ab ipso Mariano addita sint, dubitari nequit; ideoque efficitur, ut codicem nullo modo posterioris temporis apographum habere possimus. Sed quum etiam in chronico Marianus de se ipso loquitur, pleraque quidem eodem calamo scripta sunt; nota vero a.* 1050. *postea et secunda addita est manu:* Ego miser Marianus in peccato fui in hoc anno natus, *ita ut ipse etiam hoc loco non modo auctor sed scriptor deprehendi videatur. Necnon f.* 147'. *et* 148. *altera haec manus in margine versus quatuor Irica lingua scripsit, quos vide in tabula IV. Sunt igitur quae utramque partem ut Mariano tribuamus suadeant; sed*

a) *ita lego; dennegaid postea correxisse videtur.* b) irromarbat diarmait *legenda sunt.* c) *quae uncis inclusi huc pertinere puto; v. scripturae specimen et not.* 2. d) cetna? e) *haec an recte legerim dubito.*

1) Pagius crit. ad Baronium a. 853. n. XIV. ed. Lucae XIV. p. 425: *Exemplar istius codicis servatur nunc Romae in conventu sancti Isidori, sed autographum ad bibliothecam Vaticanam aut ad aliquam aliam urbis bibliothecam pertinebat.* Hoc vero vocabulum apud eius temporis auctores nonnisi illum significat codicem, cuius exemplum factum est. — Pagium fortasse secutus est Schannat hist. Fuld. p. 60. Codicis illius etiam Mabillon Ann. IV. p. 583. mentionem facit. 2) Certam horum locorum interpretationem nondum nancisci potuimus. — De Mogontia et fortasse etiam de monasterio S. Albani hic sermo est, nisi *Aalbain* ad Scotiam referre velis. De verbis *amélbrigte clusenair* vide infra not. 19. *Diarmait* nomen Iricum est; quae sequuntur regem Lageniae indicant, quem a. 1072. obiisse ex chronico constat. V. Cl. Leo monente *isin blia (bliadha?) irro marbat* etc. vertenda sunt: „in eo anno postquam occisus est Diarmait rex Lagen.“, *cetra blia* vero: „in quarto anno.“ Anno 1076 (1098), id est quarto post a. 1072., Marianum librum scripsisse, infra videbimus. 3) i. e. die Martis sive feria tertia. Fortasse de Mariani itinere sermo est; v. chron. a. 1078 (1056). 4) Haec V. Cl. Leo ita vertit: „colonus monasterii sancti Mauritii“. Reliqua dubia sunt.

alia sunt quae huic obstent sententiae et quibus effici videatur, ut vel altera vel utraque pars scribae tribuenda sit, qui aut codicem autographum Mariano vivo et auctore descripserit aut ipsi dictanti manum calamumque commodaverit. Nam quamvis scribendi rationem rudem et plane singularem quam in codice legimus eam esse quae Mariano in usu fuerit nullus dubitem, neutiquam tamen ipsi errores mendaque imputaverim foedissima quibus codex scatet et quae scribam imperitum et negligentissimum ostendere videntur. Quaedam fortasse ex libris quos secutus est male scriptis vel male lectis explicari possunt[2*]*; alia vero eiusmodi sunt, ut scribam auctoris verba prave excipientem et negligenter scribentem arguant*[3*]. *Haec tam in iis quae prima quam quae secunda manu scripta sunt reperiuntur. Haec vero, qua locum de Mariano nato scriptum esse supra dixi, chronico finito etiam eius mortem adnotavit; quod ab ipso factum fuisse nemo sibi persuadebit; sed scribam deprehendimus, qui dum Marianus viveret ipsi ad manus fuit et quaecumque scribenda erant codici intulit; quique magistro mortuo etiam obitum viri venerandi breviter adnotandum duxit. Iam vero alteram partem, prima manu scriptam, Mariano tribuendam esse, tantum non omnes censeant, neque ego plane negarim, praesertim quum haec Iricam prae se ferat speciem et optime monacho in hac terra nato convenire videatur. Attamen monendum est, notas marginales paucas tantum hac scriptas esse manu, praeterea hanc maxime partem erroribus illis mendisque foedissimis commaculatam legi. Itaque parum abest quin etiam haec ab alio quodam scripta esse statuam, a monacho fortasse Scotto, qui cum Mariano in Germaniam migraverit eique manum ad chronicon scribendum praebuerit; quo mortuo vel remoto, alterum in eius locum successisse probabile est. Nihilominus singula verba vel etiam longiores notas Mariani manu addita esse quis negaret, quum iis testibus qui codicem evolverunt litterae et atramentum saepius mutentur et difficillimum sit intellectu, quae quo tempore quave manu addita sint. Quae quum ita sint, codicem autographum dicamus, eo tamen sensu ut neque totus neque maximam partem Mariani manu scriptus sit, sed librum exhibeat qualem auctor composuerit et temporis decursu continuaverit, correxerit, auxerit, sive ipse haec calamo commendaverit sive usus sit scribarum manu rudi atque imperita.*

Codex ex monasterio S. Martini Moguntin. (fol. 1. *legitur:* Iste liber pertinet ad librariam S. Martini Moguntiae. 1479.*) in Palatinam, indeque in Vaticanam translatus est bibliothecam.*

2) *Codex Cottonianus Nero C. V. mbr. s. XI. ex., codex celeberrimus, ex quo integrum Marianum se edituros esse, iam Usserius et I. Vossius promiserant*[4*], *quem vero neutiquam genuinum eius textum exhibere paucis probabo. Ubicumque enim Marianus res a se gestas exponit, apertis verbis loquitur:* Ego Marianus seculum reliqui, oravi, veni[5] *etc.; hic codex vero aut tamquam de alieno dicit:* Marianus chronographus seculum reliquit, Marianus venit, *aut ubi eius verba retinuit, adiiciendum duxit:* Haec ait Marianus Scottus inclusus[6], *ipsumque auctorem his verbis laudavit:* a. 1028. Hoc anno natus est Marianus Hibernen-

2*) e. gr. *facio* pro *facto, flumina* pro *fulmina, quia* pro *unice* (a. 242), *terrae* pro *Terracon* (a. 278), *a consulis* pro *agon solis* (a. 287), *Pausia* pro *Fausta* (a. 373), *iudaicum* pro *inductum* (a. 396), *Pariam* pro *Suaviam* (a. 1100). 3*) e. gr.: *contentens* pro *contendens, ordinator* pro *ordinatur, Hiberius* pro *Hiber(i)os, ex* pro *et, et* pro *ex, sextus* pro *sexus, coeptus* pro *coetus, statutis* pro *statuis, cohortatus* pro *coartatus, indie* pro *inde, militibus* pro *milibus, caessaris* pro *caesis, ab arbaris* pro *a barbaris, sirium facit* pro *triumfavit* (a. 21), *X (decem)* pro *ducem* (a. 313), *quadragesimo anno* pro *quadragesima. Anno* (archiep. Colon.). 4*) V. Stenzel Arch. IV. p.106—111. 5) a. 1074 (1052). 1078 (1056). 1080 (1058). 1081 (1059). 6) a. 1080 (1058); cf. 1065 (1043): *Haec ait Marianus.*

sis probabilis Scottus, cuius studio et labore haec cronica praecellens est de diversis libris coadunata[7]. *Quibuscum si comparas verba genuina Mariani*[8], *alienam manum primo aspectu deprehenderis. Qui haec mutavit, ubique Mariani sermonem correxit, ita ut plerumque res quidem eaedem, verba vero valde diversa hic legantur*[9]*; praeterea vero multa, quae Mariani esse dubitare nequimus, omisit, ea praesertim quae vel in margine scripta erant*[10], *vel ad reges Scotticos*[11], *vel ad monasteria procul sita spectabant*[12]*; sed etiam alia adiecit, quae plerumque de rebus in monasterio S. Albani Mogontino gestis agunt*[13], *ibique auctorem vixisse probare videntur. Codex etiam brevissimam habet continuationem usque ad a.* 1087, *quam nescio an eidem tribuere possim. Nam*

2*) *Codex olim Gemblacensis*[14], *quem deperditum lugemus, eandem quam Cottonianus exhibuit recensionem, continuationis vero qui ipsum viderunt nullam faciunt mentionem. Neque*

2**) *Codex Leodiensis* 242. *chart. s. XV., quem ex Gemblacensi descriptum puto, ipsam continet; quamvis alibi proxime ad Cottonianum accedat.*

3) *Codex olim S. Bartholomei, iam bibliothecae publicae Francofurtensis Nr.* 104. *mbr. s. XIV. fol. chronicon continet usque ad annum* 1200. *continuatum, quod Mariano Scotto et Dodechino abbati omnes primum editorem secuti tribuerunt. Sed Dodechinum chronicon scripsisse, probari nequit; neque genuinum Mariani opus hic legi, primo patet aspectu. Est enim opus ex Mariano, Methodio, Annalibus Wirciburgensibus aliisque fontibus a monacho quodam S. Dysibodi (Disenberg prope Moguntiam) conflatum. Eodem iure quo hoc Mariano, Herimanni chronicon Bedae vel ipsi Hieronymo tribueres. Nam non modo textum tot tantisque interpolationibus auxit, ut nonnunquam vix Mariani vestigia invenias, verum etiam tam initio*[15] *quam in ipso textu plurima omisit, praesertim saeculi X. et XI. historiam ita compilavit, ut cum Mariano*[16],

7) cf. a. 1065 (1043): *Marianus huius cronicae auctor — oravit, qui haec etiam — retulit.* 8) Marianus dicit: *Ego miser Marianus in peccatis fui in hoc anno natus.* 9) Unum alterumve locum ex hac recensione exhibendum duxi; e. gr. a. 1065 (1043): *Animchadus Scottus monachus et inclusus in Fulda obiit* 3. *Kal. Febr., super cuius sepulchrum visa sunt lumina, et psalmodia audita est. Super cuius sepulchrum Marianus huius cronicae auctor decem annis ad pedes eius stans inclusus missas cantavit, qui haec etiam de supradicto Animchado retulit. Ipse inquit, cum Hibernia esset in insula quae Keltra dicitur, quadam die fratribus quibusdam advenientibus, cum licentia senioris sui nomine Corcram, caritatem eis fecit. Cumque quidam post cibum egressi essent, illi qui remanserant ad ignem se calefacientes consederunt atque bibere ab eo petierunt. Quo nolente sine licentia, coegerunt illum. Tandem consensit; prius tamen ex eo potu seniori suo quasi benedictionem misit. Crastino autem ab eo interrogatus, unde sibi illum potum misisset, omnia quae gesta erant retulit, moxque propter hanc tantum culpam eum senior de Hibernia exire iussit. Quod ille humiliter adimplevit, sicque Fuldam veniens, sancte vivendo inclusus, ut praedixit, obiit. Hoc autem mihi retulit Tigernach senior meus, cum quandam parvam culpam coram eo fecissem. Me quoque audiente in Fuldam incluso quidam religiosissimus eiusdem coenobii monachus nomine Willehelmus supradictum Animchadum iam sepultum rogavit, ut se benediceret, atque, sicut postea mihi confirmavit, eadem nocte per visum vidit Animchadum in sepulchro suo stantem niveo fulgore nitentem et extensa manu se benedicentem, totamque ipsam noctem etiam ego mellifluo plenam odore duxi. Haec ait Marianus.* — a. 1093 (1071): *Clericus quidam nomine Carolus comparavit episcopatum urbis Constantiae a rege Heinrico. Quapropter Sigifrido episcopo Mogontino concilium faciente coram praefato rege, idem clericus et episcopatum perdidit et non longe post etiam vitam.* 10) a. 789. 790. 812. 11) a. 1026 (1014). 1056 (1034). 1062 (1040). 1079 (1057). 1087 (1065). 1088 (1066). 12) praesertim Augiensia a. 880. 881. 886. 13) a. 808 (786). 816 (794). 827 (805). 847 (825). 977 (955). Alia tamen ex iisdem fontibus quibus usus est Marianus hausit, a. 832. 833. 834. 835. — cf. a. 1083 (1061). 1085 (1063), quae optime Mariano convenirent. Ipsum hoc modo opus suum secundis curis recensuisse, est fortasse qui sibi persuadeat. Sed neque verba illa de se ita mutare potuisset, neque eam sermonis puritatem quam hic reperimus ipsum unquam assecutum esse concesserim. 14) quem praeter Schottum (v. infra) etiam Miraeus vidit (ad Sigebertum a. 854. p. 107). 15) libri I. c. 1—8, integrum librum II. 16) Textum genuinum, non illum qualem codices 2. 2* etc. praebent, ad

cuius quidem verba de se ipso scripta retinuit[17], *non nisi paucis locis conveniat. Annales S. Dysibodi rectius dicentur.*

Quibus praemissis, tam de Mariani vita quam de operis chronologici indole et ratione breviter disseramus.

Marianus anno 1028. *in Hibernia, quam tunc temporis scriptores Scottiam dixerunt, natus*[18], *et patria lingua Moelbrig, ut videtur, dictus*[19], *aetatis anno* 24. *saeculum reliquit et tunc fortasse Mariani nomen accepit. Quatuor annis post (a.* 1056.*), multorum comprovincialium vestigia secutus, ex Hibernia in Germaniam profectus, ibique Coloniae in monasterium Scottorum S. Martino dicatum, quod saeculo XI. sub abbatibus Helia et Maiolo florebat, receptus est. Sed non diu post (a.* 1058.*) Fuldam se contulit, abbatem Ecbertum comitatus, quocum primum Paderbornam ivit, ad tumulum Paterni Scotti, qui ibi se comburi passus est, oraturus. Anno sequenti a Sigefrido abbate Fuldensi, qui Ecberto successerat, apud Wirceburg presbyter consecratus et statim Fuldae inclusus est, exemplum Animchadi Scotti secutus, super cuius pedes stans, ut ipsius verbis utar, per decem annos quotidie missas cantavit*[20]. *Vix a.* 1069. *iussu archiepiscopi Moguntini abbatisque solutus, Moguntiam se confert ibique „pro peccatis suis secundo includitur.“ Quo nondum solutus, a.* 1082. *vel* 1083. *ut videtur obiit*[21], *et apud S. Martini monasterium sepultus est*[22].

Hominem agnoscas a rebus saecularibus prorsus alienum, qui in rerum divinarum contemplatione assidua, in artissima cellula inclusus, mentis tranquillitatem et animae salutem assequi conatus est; ideoque facile eum credideris nonnisi exercitationibus piis et rebus asceticis intentum fuisse. Attamen altius mentem elevavit; nam in solitudine qua vixit studiis se dedit[23], *iisque non vulgarem laudem tam apud coaevos quam apud posteros sibi comparavit.*

Marianus Scottus, *inquit Sigebertus*[24], peregrinans pro Christo in Gallias et factus monachus apud Moguntiam, multis annis inclusus, scripsit chronicam a nativitate Christi usque ad annum nati Christi 1082., mira subtilitate ostendens errorem priorum chronographorum, ita ponentium nativitatem Christi, ut annus passionis eius, quantum ad rationem computi, non concordet veritati

manum habuit. — Singulis locis tamen quaedam huic similia de S. Albani monasterio addidit; cf. a. 816(794). 990(968). Sed etiam in posteriore parte interdum hoc monasterium tangit a. 1085. 1095. 1096. 1116. 1119. 1130. 17) A. 252 (274) vero ita Marianum laudat: *Marianus Scottus* 22 *annos plus aliis cronographis posuit ab incarnatione Domini, quos sub deficientibus regibus collegit mensibus et diebus integris annis superrenientibus.* 18) Quaecumque affero, Marianus ipse his annis narrat. 19) Versus quibus auctor primo opus suum finivit (a. 1098) dicere videntur, primam singulorum verborum litteram ipsius nomen continere. Quas si colligis, haec habes: *Moelbrigte clausenair romtin(l)ol; Moelbrigte* nomen proprium Iricum esse videtur, *clausenair* fortasse „inclusus“; eadem verba supra p. 481. bis occurrunt *(amélbrigte clvsenair)*; cetera equidem non intelligo. 20) a. 1065 (1043). 21) Nam anni 1082. historia finita in codice autographo eadem manu scriptum est: *Obiit Marianus inclusus;* quae verba, postea lineis ductis et brevi continuatione addita, nunc inter a. 1086 et 1087. leguntur, sed ad neutrum annum pertinere possunt. Annales S. Dysibodi (cod. 3.), qui priori anno mortem adscribunt, ex hoc codice descripti sunt; et ita etiam Trithemius Chron. Hirs. I. p. 281. istum annum invenit. 22) Quae Aventinus, qui Marianum inter libri V. fontes recenset, de ipso tradit (ed. Ingolstad. p. 494. 553.), ad alterum eiusdem temporis Marianum Scottum pertinent, abbatem Ratisbonensem, de quo v. Raderum Bavar. sancta II. p. 217—222. Acta SS. Febr. II. p. 361 sqq. (Ibidem p. 365. huius Mariani vita edita est.) 23) Trithemius praeter chronicam (v. infra p. 492. n. 10) etiam epistolas Mariano tribuit (Chron. Hirs. I. p. 207), quas sibi consueto more finxisse putarem, nisi p. 208. diserte diceret: *ad quem* (Arnoldum Trevirensem) *Marianus Scotus monachus inclusus elegantem destinavit epistolam.* Vossius (de hist. Lat. II, 47. p. 385.) cum Aventino commentarios in psaltem Mariano tribuit, qui ab altero eiusdem nominis Scotto (cf. n. 22.) scripti sunt. Ab eodem codicem exaratum puto, cuius Lambecius mentionem facit (comm. II. p. 749); continet Pauli epistolas Mariani manu a. 1079. descriptas et commentariis interlinearibus et marginalibus illustratas. — Quod Vossius addit: *Imo et Mariano huic Scoto Notitiam imperii Romani, opus praeclarum, adscriptum it doctissimus Cuiacius,* iam neminem tenebit. 24) de SS. eccles. c. 159; cf. chron. a. 1061. 1082.

euangelicae. Unde ipse apponens: 22[25] annos illi anno ubi priores scribunt fuisse natum Christum, ponit in margine paginae alternatim hinc annos euangelicae veritatis, illinc annos falsae priorum computationis, ut non solum intellectu, sed etiam visu possit discerni veritas et falsitas.

Simile testimonium praebet Willelmus Malmesburiensis, rerum Anglicarum scriptor celeberrimus:

Sub isto, *inquit*[26], imperatore regnante floruit Marinianus Scotus, qui primo Fuldensis monachus, post apud Magontiacum inclusus, contemptu praesentis vitae gratiam futurae demerebatur. Is longo vitae otio chronographos scrutatus, dissonantiam cyclorum Dionysii Exigui ab euangelica veritate deprehendit, itaque ab initio seculi annos singulos recensens, viginti duo annos, qui circulis praedictis deerant, superaddidit, sed paucos aut nullos sententiae suae sectatores habuit[27].

Tertio loco audiamus etiam Gallum, Ordericum Vitalem ita dicentem[28]*:*

Marianus enim in coenobio sancti Albani martyris[29] apud Maguntiam monachus fuit, ibique Caesariensem Eusebium et Hieronymum aliosque historiographos pro modulo suo secutus, sese benigniter exercuit, et dulcem fructum longi studii magnorumque laborum, quos in longinqua peregrinatione pertulit, filiis ecclesiae tanta rimari per se non valentibus caritative obtulit. Solerter itaque perscrutatis veteribus et modernis codicibus, chronographiam edidit, in qua ab initio mundi ex quo Deus Adam de limo terrae plasmavit, per omnes libros veteris et novi testamenti et Romanorum Graecorumque historias discurrens, optima quaeque collegit, et enumeratis annis per regum et consulum tempora usque in diem mortis suae annalem historiam laudabiliter distinxit.

Ex quibus apparet, iam apud coaevos et proxime sequentis temporis scriptores Marianum non tam ob res a se narratas, quam ordine chronologico certo stabilito et annis qui ab incarnatione Domini evoluti essent aliter quam ecclesia cum Dionysio statueret definitis, summa laude elatum fuisse. Easdem quaestiones ante et post eum multi tractabant, et quamvis usum communem mutare non possent, sibi tamen et coaevis magni quid effecisse videbantur[30]. *His totum se dedit Marianus, in his maximam libri sui partem versari, en videamus.*

Quae in codice Romano leguntur haec sunt[31]*:*

f. 1'. Tractatio[32] sequentis cicli. „In pagina sequente per abecedarium litterali regula de duobus alfabetis ante Kalendas festivitatum positis variata, ac viginti octo litteris secundum solaris cicli longitudinem longa, iuxta autem decennovennalis cicli longitudinem, quia decem ac novem litteris constat, latitudine lata, qualemcunque litteram vis primum vide — — Sicque semper servandum est.

f. 2. Cicli[32] solaris decem et novem sunt isti qui in ciclo magno paschali continentur et in unoquoque cicli 28 anni, qui in primis litteris et quatuor concurrentibus incipiunt.

25) ita legendum, non 23, ut editio habet; cf. Sigebertum l. l. c. 171, quem locum v. infra editum. 26) lib. III. ed. Hardy §. 292. Vol. II. p. 470. Addo Mathaeum Westmonasteriensem, qui ita dicit (ed. Francof. 1601. fol. p. 229): *Anno gratiae* 1082. *Marianus Scotus, sancti Bedae linealiter consanguineus, ipsius sancti libros omnes cum aliis multis perscrutans, similis illi in moribus et scientia esse nitebatur.* Quae sequuntur ex Sigeberto (Roberto de Monte) descripsit. 27) Quam ob causam saeculi sui inertiam Willelmus acriter castigat. 28) lib. III. ed. le Prevost II. p. 159. 29) Error inde natus est, quod textum in hoc monasterio ut supra dixi interpolatum, qualem Florentius Wigorniensis descripsit, prae oculis habuit. 30) cf. quae de hac quaestione, in qua solvenda etiam Sigebertum occupatum sed Mariani vestigia presse sequentem videmus, ea qua excellit doctrinae copia collegit S. Hirsch de vita Sigiberti p. 319—329. 31) Pleraque etiam in Cottoniano (2.) reperiuntur, cuius varietatem adiiciendam esse duxi. 32) Haec in 2. desiderantur, qui a consulum catalogo incipit.

Tabulae sequuntur quae hos cyclos exhibent.

f. 4—10'. *Marianus ponit catalogum consulum Romanorum sic incipiens:*

I. *Lentulus et Marcellus.* His consulibus perniciosae in curia Romae de Pompeio et Cesare conflantur discordiae. Sed Gaius Iulius Caesar Romam de Gallis veniens, [Pompeium[33] fugavit Italiam, aurum et argentum Romae de aerario sustulit, ac primus Romanorum solus tenuit imperium annis quatuor, mens. sex, Idibus Martii occisus. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro].

II. *Iulius Caesar et Servilius*

etc. etc. — —

554. [6. *Iustinianus aug.* 3. *cons.*] Beda presbiter et computator de hoc anno 532. inter cetera ita dicit: Dionisius paschales circulos scribens ab anno dominicae incarnationis quingentesimo trigesimo secundo iuxta ipsum Dionisium, qui est annus ducentesimus quadragesimus octavus Diocletiani tyranni post consulatum Lampadii et Orestis, quo anno codex Iustinianus orbi pervulgatus est. Haec Beda ait.

In sinistro margine praeter imperatorum annos etiam annos a Chr. n. collocat, quos ab a. 42. *Augusti Lentulo et Messala conss. incipit; in dextero margine Dionysii anni ponuntur, quorum primus in* 7. *annum Tiberii Valerio et Aurelio conss. cadit.*

Sequitur fol. 10:

Alia secundo vestigio emendatio annorum incarnationis iuxta Hieronimum, qui dicit Paulum post decem et septem annos conversionis suae locutum fuisse in Hierusalem cum Petro, et Cassiodorum ponentem quatuor annos inter Neronem et Vespasianum, et Orosium dicentem Decium tribus annis regnasse.

34. Christus passus est

etc. etc. — —

355. — — — — 3. Sanctus Iulius papa in decretali sua epistola de hoc anno ita dicit: In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque Constantino et Constante aug. ann. quarto, sub die octavo Kalendarum Octobrium, indictione 6. et reliqua.

Annus 3. *est tertius Constantii et Constantis, et ita semper imperatorum anni indicantur.*

Sequitur f. 11'.

Tertia emendatio annorum incarnationis tertio vestigio secundum martirologgium et passiones paparum et decretales epistolas eorum, quas ipsi papae predicti in certis Kalendis miserunt et sub consulibus certis nominatis conscripserunt; in quibus habetur Decius per annos decem regnasse auctoritate aeclesiastica in unoquoque anno confirmante, a Faviano papa, qui passus est sub Decio, usque ad sanctum Laurentium, qui passus est sub Decio.

(*f.* 12.) 34. 18. 1. Tiberius Caesar 5. conss. Cassiodorus sic: 12. Tiberius imperavit ann. 23. His conss. dominus noster Iesus Christus passus est 8. Kal. April.

etc. etc. — —

[267. 9. Valerianus Decius. 245.

Alia decretalis epistola Sixti papae: Dilectissimis fratribus per Hispaniae provintias constitutis Sixtus episcopus salutem. Data 17. Kal. August. Valeriano et Decio consulibus. In martirologio de conflictione Sixti, Felicissimi, Agapiti, Ipoliti et sancti Laurentii aliorumque contra Decium, et sicut passi sunt sub ipso mense Augusto, multum et satis habetur per cunctam ecclesiam, quod nunquam delebitur et cui credendum est multo magis quam cronicis.

Gallus, Volusianus.

Cassiodorus expositor psalterii sic dicit: His consulibus Decius lavacra puplica aedificavit quae suo nomine appellari iussit.] Decius cum filio suo in Abritio Traciae loco a Gothis occiditur. Cui successit Gallus cum Volusiano filio, qui regnaverunt annis 2, mensibus 4, quantum ad consulatum autem annis tantum duobus et reliqua.

33) Quae uncis inclusi ex 2. addidi; leguntur in 1, sed nondum ex hoc descripta sunt.

In sinistro margine sunt anni a Chr. n. secundum Marianum et imperatorum. Tertius qui initio legitur numerus, I—XIIII. et I—XXV., post omittitur; quid significet nescio. In dextero margine more consueto annos a Chr. n. ex Dionysii ratione collocat.

*Additur fol. 14*ᵇ*:*

Recapitulatio[34] imperii. Confirmatio est enim repetitio commendationis cuiusque rei. 31

Anni decimi praecedentium tabularum emendati et aucti iterum leguntur. f. 15′:

Hi[34] sunt flathi Hiberniae qui ex dimedia parte ei id est doleth chuinn regerunt *etc.*[35] 35

Sequitur fol. 16′. catalogus pontificum Romanorum, nulla inscriptione praemissa sic incipiens:

1. Petrus apostolus princeps apostolorum Antiochenus, filius Iohannis, provinciae Galileae vico Bethsaida, frater Andreae, primum sedit cathedram episcopatus Antiochiae annos septem, postea Romanae aeclesiae cathedram annos 25, mens. 10[a].
Linus natione Italus de regione Tusciae patre Herculiano sedit ann. 15, m. 3, dies 12.

Catalogus usque ad Iohannem XII. deductus est; cuius finem hoc loco addere iuvat:

120. Benedictus papa sedit ann. 3, m. 5.
Leo presbiter forensis sed. d. 57.
Christophorus presbiter cardinalis titulus Damasi sedit m. 4. Electus est et monachus factus est.
Sergius Romanus patre Benedicto sed. ann. 7, m. 3, d. 16.
Anastasius sed. ann. 2. m. 2.
Lando sed. m. 5.
Iohannes sed. ann. 14, m. 2, d. 3.
Leo sed. m. 7.
Stephanus sed. ann. 2, m. 1, d. 12.
Iohannes sed. ann. 4.
130. Leo sed. ann. 3, m. 6, d. 10.
Stephanus sed. ann. 3, m. 3, d. 15.
Marinus sed. ann. 3, m. 6, d. 14.
Agapitus sed. ann. 10, m. 7, d. 10.
Iohannes de regione Violata, cuius pater erat Albericus princeps Romanorum, successit indict. 14.[36] 36

a) *hic numerus iam legi nequit.*

34) Haec desunt in codice 2. 35) Infra p. 555. edentur una cum chronico. 36) Alia manu, quae etiam postea historiam a. 1126—1128 (1104—1106.) scripsit, continuatio additur, quae in codice 2. desideratur. Haec est:

Benedictus s. m. 2, *d.* 5.
Leo s. ann. 1, *m.* 2.
Iohannes ann. 6, *m.* 2, *d.* 5.
Benedictus ann. 1, *d.* 6.
Bonus ann. 1, *m.* 6.
140. *Bonifatius m.* 1, *d.* 12.
Benedictus ann. 9.
Iohannes m. 9.
Iohannes m. 4.
Iohannes ann. 10, *m.* 6, *d.* 10.
Gregorius ann. 1, *m.* 5.
Iohannes m. 10 *vel* 5. *f.*
Silvester ann. 4, *m.* 1, *d.* 9.
Iohannes m. 5, *d.* 25.
Iohannes ann. 1.
150. *Serius ann.* 3.
Benedictus ann. 11, *m.* 1, *d.* 21.
Iohannes ann. 9, *d.* 9.
Benedictus ann. 13.
Silvester d. 56.
Gregorius ann. 2, *m.* 6.
Clemens m. 9, *d.* 7.
Damasus d. 23.
Leo ann. 5, *m.* 2, *d.* 7.
Victor ann. 2, *m.* 3, *d.* 7.
160. *Stephanus m.* 7, *d.* 24.
Benedictus m. 9, *d.* 20.
Nicolaus ann. 2, *m.* 6, *d.* 25.
Alexander ann. 11, *m.* 6, *d.* 21.
Gregorius ann. 12, *m.* 1, *d.* 5.
Victor m. 4, *d.* 7.
Urbanus ann. 11, *m.* 4, *d.* 16.
Pascalis sed. ann. — — —

37 *Fol.* 17'. *vacuum fere exstat, his tantum eadem manu scriptis*[37]:

Precellens ciclus Mariani omnibus quoscunque audivi.
Propterea ipsum amavi atque optavi priusquam vidi,
Dum prae ceteris ciclis candens illud legat lector intendens.
Hinc putavit meus editor quod bene predicor precellens, 5
Multa atque iam mira mandans sicut archiscriba pretendens.
Sciat hoc mei inquisitor, quoniam predicor precellens precellens ciclus Mariani.
i. nominis

Folio 18. *igitur magnus cyclus paschalis legitur, et primae tabulae haec praemittuntur:* 10

Primus annus magni huius pascalis cicli, et in cuius secundo anno iuxta Dionisium natus est Dominus, indictione erat tertia, sed in capite 3. [14.[a] prioris cicli indictio erat[a]]. Primus autem annus secundi magni pascalis cicli, qui est ciclus Dionisii, indictione erat decima et incarnationis 532. secundum Dionisium. Primus item [tertii[b]] magni cicli, in quo sumus modo, indictione erat secunda et incarnationis millesimus[c] quartus annus iuxta Dionisium. 15

38 *In sinistro margine res primi cicli (annorum* 1—532.*), in dextero secundi*[38] *(a.* 533—1064.*) et initio etiam tertii breviter annotantur. Cum nihil contineant quod non in chronico repetatur, ultimos annos infra enotasse sufficiat*[*]:

39 * 934 (912 [39]). Cuonradus imperavit ann. 7. 20
936 (914). *Anastasius ann.* 2, *m.* 2.
937 (915). *Lando papa mens.* 5.
938 (916). *Iohannes papa ann.* 14, *m.* 2, *diebus tribus.*
940 (918). Cuonradus obiit 10. Kal. Ian.
941 (919). Heinricus imperavit ann. 18. 25
951 (929). *Leo* 127. *papa mens.* 7.
952 (930). *Stefanus papa ann.* 2, *m.* 1, *diebus* 12.
953 (931). *Iohannes papa ann.* 4.
956 (934). *Leo ann.* 3, *mens.* 6, *d.* 10.
957 (935). Heinricus obiit 6. Non. Iulii. 30
958 (936). Otto filius eius imperavit ann. 36, mens. 10.
960 (938). *Stefanus papa ann.* 3, *m.* 3, *d.* 15.
963 (941). *Marinus ann.* 3, *mens.* 6, *d.* 14.
967 (945). *Agapitus* 133. *papa ann.* 10, *m.* 6, *diebus* 10.
972 (950). *Iohannes* 134. *papa de regione Violata, filius Alberici principis Romanorum, successit indictione* 14. 35
991 (969). Otto imperator obiit Non. Mai.
992 (970). Otto filius eius ann. 10, m. 7.
1001 (979). Otto obiit 7. Idus Dec.
1002 (980). Otto filius eius 18 ann. 40
1010 (988). Otto obiit 9. Kal. Febr.
1011 (989). Heinricus imperavit 22 ann., m. 5.
1012 (990). Kilianus abbas Scottorum in Colonia obiit 19. Kal. Ian.
1013 (991). Helias successit ann. 20.
1029 (1007). Brian rex Hiberniae parasceue paschae occissus est. 45
1035 (1013). *Benedictus papa.*
1038 (1016). *Benedictus papa obiit* 7. *Idus April. Iohannes papa successit.*
1039 (1017). Heinricus imperator obiit 2. Id. Iuli.
1040 (1018). Cuonradus ann. 15.
1048 (1026). Cuonradus imperator obiit Non. Iunii. 50
1049 (1027). Heinricus ann. 17, m. 4.
1067 (1045). *Benedictus papa.*
1068 (1046). *Clemens papa obiit* 7. *Idus Oct.*
1069 (1047). *Damasus papa obiit.*
1070 (1048). *Leo papa.* 55

a) *Haec supra lineam addita sunt.* b) *deest* 1? c) sexagesimus *deest* 1.

37) Desunt in codice 2. 38) In fine tabularum f. 24'. legitur: *Require in principio cicli huius in margano sub manu dextra gesta sequentis magni cicli.* 39) Annos Dionysii uncis inclusos adieci. In hac tabula a Mariano non ponuntur, qui etiam suos annos nonnisi semel singulis foliis, quae semper duos cyclos solares (a. 38.) continent, indicavit. Ideo fortasse in annis enotandis erratum est; certe inde ab a. 991. error manifestus est. 60

Folium 25'. vacuum exstat, et hoc loco manus secunda, qua priora libri folia scripta esse supra dixi, desinit, atque ea incipit quae maiorem libri partem chartae intulit; incipit etiam ipsum chronicon, quocum praecedentia vix cohaerent, sed postea ad illustrandam et latius explicandam auctoris opinionem praemissa esse videntur. Quae quum ita sint, haec folia 25 nonnisi chronico finito scripta et tum demum in initio voluminis collocata esse putarim, id quod quaternionum ordinem confirmaturum esse confido.

Folio 26. igitur ipsum Mariani opus ita incipit:

In nomine sanctae divinitatis. Ressurrectionis Christi inquissitio incipit quam Marianus Hibernensis inclusus congregavit.

Divino informamur precepto, ut quod nobis ab aliis fieri volumus hoc cum hilaritate illis impendamus. Quia ergo gratanter a quovis susciperem rationem, ubi primus fuerit ressurrectionis dominicus dies, atque [cur[a]] quintus decimus annus Tiberii Cessaris iuxta cronicam Eusebi vel Bedae prespiteri, sive etiam magni cicli Dionissi trigessimus quintus annus — qui, eo quod secundus eiusdem cicli annus nativitatis[b] Domini dicitur, dominicae passioni deputatur — euangelica veritati atque aeclesiae, quae Dominum in 14[a] luna primi mensis id est in pascha Iudeorum feria quinta traditum asserunt et feria 6[a] parasceue luna quinta decima crucifixum, necnon martirologio sancti Hieronimi, quod in 6[a] Kalendarum April. eum ressurrexisse ostendit, reliqua [horum[c]] habentes contradicant; quod cum magno labore, partim magistrata[d] auctoritate, partim ratione ducente, vix tandem consecutus sum. Si sit in hac qua datur caritate qui accipiat, devotus offero; ea condicione, ut, si placeat, Deo gratias refferat, sin autem, me dente canino rodere dissinat, presertim cum nihil suadeam, quod aut auctoritate aut ratione non probetur.

Resurrectionis itaque Christi tris opiniones traduntur, et quae sit harum vera, dubie vel nunquam posse fertur quemquam conscripsise *etc. etc.*

Qua finita legitur f. 27':

INCIPIT HINC MARIANI SCOTI CRONICA CLARA.

Sequuntur capitula trium librorum, denique ipse textus.

Primo libro disquisitionibus chronologicis praemissis chronicon usque ad Christi aetatem deduxit, secundo praesertim Christi apostolorumque historiam exposuit, ita ut euangelistarum verba praemissa ex Augustini, Gregorii, Bedae aliorumque libris illustret, tertio inde ab hoc tempore usque ad suam aetatem res prosecutus est. Capitum index infra editus, quid singulis libris tractetur, accuratius indicabit.

Primum usque ad a. 1095 (1073.) *Marianus historiam deduxit notamque chronologicam et versus a.* 1098 (1076.) *adiecit, quibus operi finem dedit; postea vero res a.* 1096. 1097. *gestas inseruit, et folio* 166. *continuationem usque ad a.* 1104 (1082.) *adiecit, eadem secunda manu, sed diversis temporibus ut videtur scriptam*[40]. *Codice post ipsius mortem in monasterio servato, alii novis*

1075 (1053). *Leo papa obiit* 16. *Kal. Mai.*
1076 (1054). *Victor papa successit* 3 *annis.*
1077 (1055). Heinricus imperator obiit 3. Non. Octob.
1078 (1056). Heinricus filius eius.
1079 (1057). *Stephanus papa obiit* 4. *Kal. Apr.*
1080 (1058). *Nicolaus papa obiit.*
1082 (1060). *Alexander papa.*
[2. *haec add.*: 1084 (1062). Ordinatio Wlstani episcopi.
1097 (1075). Hiltdebrand. 1. ann. 11.
1106 (1084). Wibertus papa suc.
1117 (1095). Ob. Wlstanus et Rodbertus episcopi.]

a) *deest* 1? b) nativis 1. c) *sec. manu in marg. suppl.* 1. nihil horum 2. d) magistra 2.

40) Hanc etiam in inferiore fol. 166'. parte verba adiecisse: *Obiit Marianus inclusus,* iam supra monui.

lineis ductis brevem continuationem addiderunt, cuius maior pars ex Annalibus Wirziburgensibus, quos rectius S. Albani Moguntinos dixeris, sumta est[42].

Marianum, quum chronicon conderet universale, non tam historiam quam chronologiam tractare voluisse iam dixi. Ideoque praesertim in annis a Christo nato recte definiendis aliisque eiusmodi quaestionibus fuit occupatus, res ipsas vero ex aliorum libris breviter descripsit, et eas tantum quae ad propositum facere videbantur paulo accuratius et longius exposuit. Nihilominus satis multa volumina congessit et perlegit, quibus ducibus antiquorum temporum historiam narravit. Quantum invenire potui, haec ipsi ad manus fuerunt subsidia[43]*: Scriptura sacra; Iosephi opera*[44] *et Eusebii historia ecclesiastica*[45] *ex translatione Rufini*[46]*; eiusdem chronicon ab Hieronymo translatum et continuatum*[47]*; ex Hieronymi vero operibus genuinis vel spuriis haec: epistolae ad Damasum*[48] *et Vitalem*[49]*, adversus Helvidium*[50]*, ad Paulinum*[51]*, ad Paulam et Eustochium*[52]*, commentarii in Ezechielem*[53]*, Zachariam*[54]*, Matthaeum*[55] *et epistolam ad Galatas*[56]*, liber Hebraicarum quaestionum*[57]*, vita S. Paulae*[58] *et martyrologium quod ipsius nomine inscriptum erat*[59]*; „certamina apostolorum"*[60]*; Clementis liber recognitionum*[61]*; Ambrosius (in Lucam?)*[62]*; Augustinus de Trinitate*[63] *et praesertim liber de consensu euangelistarum*[64]*; Maximi homiliae*[65]*; passio S. Valentini*[66] *aliorumque sanctorum; Orosii historia*[68]*; Prosperi, Cassiodori, Isidori (Meliti*[69]*), Bedae chronica; historia tripartita*[70]*; Isidori etymologiae*[71]*;*

42) In ultima fol. 170. pagina haec manu saec. XII. addita sunt: *Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo, temporibus piissimi ac serenissimi domini Mauritii Tiberii ac Theodosii augustorum, eiusdem domni Mauritii anno tertio decimo, indictione tertia decima, quinto die mensis Iulii, Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cum episcopis omnibus Romanae ecclesiae et presbiteris residens, adstantibus diaconibus et clero dixit: In sancta hac Romana ecclesia, cui divina dispensatio preesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eleganter et in diaconatus ordine constituti modolatione vocis inserviant, quos ad predicationis officium elemosinarumque studium vacare congruebat. Unde fit plerumque [ut*] ad sacrum ministerium dum blanda vox queritur, queri congrua vita neglegatur et cantor minister Domini moribus stimuletur, cum populum vocibus delectat. Qua de re presentis decreto constituo, ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelicae lectionis officium inter missarum sollemnia exsolvant; psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire temptaverit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit, et reliqua.* 43) Quae de fontibus Mariani Semler dixit (Beitraege p. 88. 142), quum ad textum interpolatum spectent, nullius momenti sunt. Equidem tertii libri fontes ubique in margine indicavi, librum 1. et 2. tam in Francofurtensi quam Cottoniano codice perlegi, et quamvis interdum editionem Struvianam afferam, codicum tamen semper rationem habui, ne Mariano obtruderem quae sint continuatoris. 44) a. 53 sqq. Quae ex eiusdem libro contra Appionem p. 486. (ed. Struv.) afferuntur, ex Beda descripta esse videntur. 45) II, 32. II, 49. III. a. 67 etc. 46) Rufinus etiam II, 23. affertur; Ursinus nescio quis II, 62. 47) cf. a. 341. Priorem partem Eusebii nomine affert. 48) p. 469 (I, 13). 49) p. 499 (I, 17). 50) a. 64. 51) a. 144. 52) a. 35. 53) p. 506 (I, 18). p. 524 (I, 21). II, 16. 54) p. 511 (I, 19). 55) II, 49. cf. II, 3 etc. Fortasse etiam commentarium in Lucam Hieronymi nomine inscriptum habuit, a. 13. 31. 56) a. 35. 57) p. 457 (I, 11). 58) a. 425. 59) II, 24. III. a. 33. Haec tamen in martyrologio sub Hieronymi nomine edito non leguntur. 60) II, 70. 71. 61) II, 70. 62) II, 49. 67. 63) II, 2. 24. 64) Hunc in secundo libro ubique Marianus sequitur; cf. I, 13. 65) II, 23. Fortasse tamen hunc locum aliosque ubi Tertullianum (a. 39.) etc. affert ex fontibus suis descripsit. 66) a. 33. 68) p. 526 (I, 21). II, 6. 18. 19 etc. Tertio libro hunc saepissime adhibuit. 69) A. 551. dicit: *sicut in chronica Issidori episcopi vel in expossitione Melliti habetur;* alibi vero Isidorum nominat, a. 263. 321. — Codicem quo Marianus usus est agnovimus illum Parisiensem 4860, qui olim Moguntinus fuisse videtur; Chronica continet Hieronymi, Prosperi, Cassiodori, Iordanis, Melliti (hoc nomine Isidori librum inscribit), Bedae; Dionysii, Paschasini aliorumque epistolas paschales, denique Annales Augienses cum coaeva illa notitia Wilhelmi archiepiscopi Moguntini, quae omnia a Mariano exscripta videmus. In Prosperi chronico Marianus textum qualem hic reperimus (eundem quem Canisius ex cod. Augustano edidit) sequitur ubique, exceptis tantum annis 466. 477, ubi vulgarem lectionem sequitur. Simili codice, ex quo hic fortasse descriptus erat, etiam Hermannum Augiensem usum esse, facile est demonstratu. 70) a. 341 sqq., quam Theodoro episcopo tribuit. 71) p. 511 (I, 19). II, 8.

*) *post deletum.*

Iordanis liber de regnorum successione[72]*; Bedae opera, tam chronologica quam theologica: libri de ratione temporum et de temporibus*[73]*, commentarii in Genesim*[74]*, Danielem*[75]*, euangelia*[76]*, in acta apostolorum*[77] *necnon retractationes in hunc librum*[78]*; martyrologium*[79]*; S. Luciani epistola*[80]*; Dionysii et Theophili epistolae de ratione paschali, quas integras descripsit*[81]*; Paschasini epistola eiusdem argumenti*[82]*; Victorii epistola ad Hilarium papam*[82*]*; Leonis M. epistolae*[83]*; Gregorii M. dialogus*[84] *et homiliae in euangelia*[85]*; vita Gregorii Magni*[85*]*; vita S. Martini auctore Sulpitio Severo*[86]*; vita S. Elifii*[86*]*; vita S. Mauri*[87]*; vita S. Columbani*[87*]*; fortasse etiam gesta S. Patricii*[88]*; Adonis martyrologium, ex quo paparum passiones descripsit*[88*]*. Habuit etiam librum pontificalem, ex quo praesertim secundis curis multa libro inseruit*[89]*, fortasse aliam quoque pontificum Romanorum historiam*[90]*, certe breviorem catalogum usque ad saec. X. deductum*[91]*. Paparum decretales epistolas ex collectione canonum Pseudo-Isidoriana sumsisse videtur*[92]*. Denique prima chronici parte Pauli Diaconi tam Romanam*[93] *quam Langobardorum historiam adhibuit. Magna igitur sollertia priscorum temporum res investigasse eum apparet, fortasse etiam Plinium Secundum ipse evolvit*[94]*; ubi vero ad tempora suis propiora devenit, tot fontibus minime uti potuit, sed praeter Einhardi vitam Karoli Magni, Thegani vitam Ludovici Pii, Reginonis chronicon*[95]*, denique Annales Augienses*[96] *et Hersfeldenses*[97] *nullos habuit quos sequeretur. Etiam Marianus horum annorum historiae nihil addidit nisi catologum archiepiscoporum Moguntinorum et abbatum Fuldensium, quem ex monumentis domesticis facile colligere vel componere poterat. Nam his fontibus destitutus, nihil fere nisi brevem imperatorum, paparum*[98]*, archiepiscoporum Moguntinorum et abbatum Fuldensium praebet notitiam; praeterea inde a saeculo XI. tam regum quam abbatum et monachorum Scottorum tempora recenset, denique ultimis annis res tam in ecclesia quam in re publica actas breviter tangit. Aliis fortasse quae tam Latine quam Irice de eius terrae principibus refert se commendabunt, alii quod abbatum monachorumque Scottorum penegrinationes variaque ab ipsis gesta fideliter narrantur gratum acceptumque habebunt; sed ipsam historiam Germanicam non magnum ex hoc libro percepturam esse fructum, omnes libenter concedent. Sed tenendum est, Marianum nullo modo sui temporis historiam conscribere voluisse, sed id unum egisse, ut brevissimum rerum conspectum secundum annos recte, ut sibi videretur, dispositum ederet. Quare iis, qui simile propositum habebant, maxime se commendabat, praesertim Sigeberto illi, celeber-*

72) Ipsum nominat a. 496 etc. 73) cf. a. 725 (703), 747 (725). Liber historiae ecclesiasticae Anglorum nonnumquam secunda manu laudatur; v. a. 168. 201. 416. 431. 445 n. 74) I, 10. 75) p. 511 (I, 22). 76) lib. II. passim. 77) a. 40 sqq. 78) a. 37. 67. 79) a. 67. 80) a. 437. Edita est a Surio Act. SS. Aug. d. 3. 81) I, 1. 3; cf. a. 459. 548. V. n. 26. 82) a. 439. 466. V. n. 26. 82*) a. 554. 83) a. 475; cf. a. 472. 84) a. 521 sqq. 85) II, 6. 7. 15 etc. — II, 49. Gregorius in Marcum affertur. 85*) a. 623. 626. 86) a. 337. 352 sqq. 86*) a. 381. 87) v. not. a. 625. 87*) a. 611. 88) a. 394 sqq. Vitam S. Patricii antiquiorem tripertitam cum Mariano conferre nequivi. 88*) Usus sum editione Romana a. 1745. fol. Quaedam quae hic in appendicem reiiciuntur Marianus exscripsit. 89) Etiam alteram paparum seriem hoc duce postea adiecit. 90) Ita a. 338. non ipsum librum pontificalem ipsi ad manus fuisse putarim. Fortasse omnia quae prima manu de pontificibus Romanis scripta sunt ex tali libro sumpsit. 91) Hunc catalogum fol. 16'. descripsit. Inde error ortus est a. 987 (965) sqq. 92) Equidem Conciliorum collectionem regiam Parisiensem a. 1715. adhibui. 93) II, 19. 26. Tertio libro hanc omnibus fere paginis affert, a. 384. ad ipsum Eutropium tunc vivum provocat. Fortasse etiam historiam miscellam adhibuit. 94) I, 10. 95) Continuationem non habuit. 96) v. n. 69. 97) cf. quae dixi Archiv VI. p. 674. Fortasse etiam a. 934 (912), 937 (915) his usus est. Postea vero ne minima quidem eorum vestigia reperi. 98) Eorum ordinem miro modo turbavit; sed errorem, inde natum quod post Iohannem XII. sex papas secunda manu interposuit (quorum tres priores, Iohannem, Stephanum, Stephanum, nescio unde accepit, tres sequentes vero, Marinum, Agapitum, Octavianum, quos iam semel enumeraverat, secundo posuit) ipse sensit. *De his,* inquit a. 987 (965), *papis dubitamus.* Etiam antea a. 907 (885) Marinum et a. 912 (890) Basilium ordini intrusit.

rimo sui temporis scriptori, qui non solum Mariani computandi rationem valde approbavit, sed etiam in chronographiam suam multa ex illo transtulit[99], *codice procul dubio usus Gemblacensi, cuius supra mentionem feci*[1].

In Germania Marianum a medii aevi scriptoribus raro tantum exscriptum reperi, primum in Annalibus quos dicunt Wirziburgensibus, qui in monasterio S. Albani Moguntino, ubi Mariani opus paulo post ipsius mortem recensitum atque auctum esse iam monui, ex chronico Wirziburgensi et Mariano[2] *conflati sunt; postea in Annalibus S. Dysibodi, de quibus supra satis dixi.*

At in Angliam translatum Mariani chronicon, magnam apud eius terrae scriptores auctoritatem assecutum est. Primus enim Florentius Wigorniensis, quum novum chronicon scribendum susciperet, illud fundamento posuit, iis tantum quae ad res Anglicas spectabant, additis[3]*; codicem secutus, nisi fallor, ipsum Cottonianum, certe ipsi valde similem, quippe cuius continuationem pariter atque ipsum textum fideliter descripserit. Florentius (*† 1118.*) usque ad a.* 1117. (1139) *historiam deduxit, quam alii —* 1131 (1153) *et —* 1154 (1178) *continuarunt*[4]*; ita vero Mariani vestigia sequi videbatur, ut Florentii chronicon illius plerumque nomine inscribatur*[5]. *Iam ante Florentium praesertim Robertus Herfordensis, qui saeculo XI. exeunte floruit*[6], *Mariani opus adhibuit, non integrum tamen exscripsit sed in compendium redegit; quod nonnunquam Mariani nomine ornatur*[7]. *Willelmum Malmesburiensem et Matthaeum Westmonasteriensem Mariani opus summis laudibus extulisse iam dixi; attamen an ipsum exscripserint*[8] *dubito. Excerpta vero alia ex Mariano facta in bibliothecis Anglicis saepius inveniuntur*[9], *quae librum illum, quamvis non genuinum, Mariani tamen labores continentem, in plurimorum manibus versatum fuisse ostendunt.*

Saeculo XV. exeunte Trithemius Mariani chronicon vidit[10]*; fortasse etiam*

99) Haec iam antea satis acute perspexit et exposuit V. Cl. Hirsch de vita et scriptis Sigiberti p. 113—122. In Bethmanni editione quae typis impressa erat antequam hunc finire potui laborem, quaedam quae ex Mariano sumta sunt non indicantur. Adde a. 1077. *Hildibrandus — contradicant, Imperator — depopulatur,* a. 1079. *Heinricus — designat,* ubi pauca tantum verba Sigebertus de suo adiecit. Etiam quae a. 1085. de Gregorii morte narrantur ex codice Mariani Gemblacensi sumta esse videntur; v. infra p. 563.

1) p. 483.

2) Ex Mariano sunt a. 782. 792. 794 *(Fastrada — obiit).* 798. 801. 803. 805. 813. 824. 846. 855 *(Rabanus* etc.*).* 863. 868 *(Visa est* etc.*).* 879. 891 *(Sunderoldus* etc.*).* (927. 936. 953. 968. 970?) 1001 *(apud Mogontiacum).* 1011 et 1020. quae de archiepiscopis Mog. leguntur.

3) De his cf. Lappenberg hist. Angl. I. p. LVIII.

4) Ita fortasse Ordericus hunc librum vidit, qui dicit (l. l.), Iohannem Wigornensem iussu Wlstani episcopi acta fere centum annorum contexuisse et Mariani chronicis inseruisse: „in quibus multa de Romanis et Francis et Alamannis aliisque gentibus quae agnovit utiliter et compendiose narratione digna reseravit.“ Hunc se Wigornae in Anglia vidisse testatur.

5) Ita codices plerique qui in bibliothecis Anglicis exstant Florentium continent; cum contin. – 1131 (1154): Londin. Lambeth Arch. VII, 83. Oxford Corpus Christi Arch. IV, 112. VII, 94. (utroque codice in nova editione Florentii (v. infra) Petrie usus est). Bodlei. 2468. Arch. IV, 112. VII, 90; — et contin. — 1154 (1178): Bodlei. 2182. Arch. VII, 90. De codice Cantabrigiensi s. XI. (Arch III, 442. Arch. VII, 86.) et Middlehillensi (Arch. VII, 96.) nihil compertum habeo; neque illum novi Oxoniensem coll. Magdalen., in quo Rogerius de Hoveden (de cuius opere cf. Lappenberg l. l. p. LXI.) Marianum continuasse dicitur (Arch. VII, 95). Etiam Henrici Huntindonensis historiam Mariani nomine inscriptam inveniri, codex ostendit Londiniensis; Arundel 46. (Arch. VIII. p. 754).

6) Cf. Willelmum Malmesbur. IV.

7) In codice Cottoniano ita: *Incipit liber Mariani Scotti genere excerptum de euangelistarum voluminibus sive doctoribus;* in Bodleiano vero rectius ita: *Incipit exceptio Rodberti Herefordensis episcopi de chronica Mariniani.* Haec ex apographo Vratislaviensi sumsi. Cf. Stenzel Arch. IV. p. 118.

8) Quod Matthaeum fecisse Lappenberg l. l. p. LXV. contendit.

9) cf. quae collegit Stenzel Arch. IV. p. 116. — Angli cuiusdam, collegii Mertonensis in academia Oxoniensi alumni, opus contra Mariani errores scriptum, quod ex Pithoeo (de SS. Anglis) laudant Vossius l. l. et Struvius p. 447. recentioris aevi esse videtur.

10) Non solum librorum initia enotavit (de SS. eccl. c. 40), sed etiam ex ipso chronico quaedam exscripsit; v. Chr. Hirs. a. 1043. de Animchado Scoto (Quae vero ibidem de Claro monacho affert ad Marianum provocans: *Multa de hoc sanctissimo viro in suis compilationibus Marianus Scotus monachus Fuldensis et alia miracula de sanctis qui suo tempore claruerunt,* ibi minime leguntur), a. 1062. Male (de SS. eccl. l. l.) libros de concordantia euangelistarum et de computo a chronico discernit, quum nonnisi partes istius efficiant. Ille

Aventinus[11], *praeter eos vero*, *quod sciam*, *in Germania nemo*, *donec Heroldus codicem Francofurtanum nactus primam eius partem sub Mariani nomine ederet:* Mariani Scoti — chronica —, adiecimus Martini Poloni historiam — Omnia nunc primum in lucem edita Basileae apud I. Oporinum *(in fine legitur:* per I. Parcum 1559.*) fol. min.; quam editionem Pistorius (I. p.* 266*; ed. Struve I. p.* 448*) secutus est*[12]. *Heroldus librum non ea qua par erat diligentia et religione edidit*, *sed textum additionibus arbitrariis auxisse falso accusatus est*[13]. *Nam quaecumque Mariano obtrusa videmus, in codice* 3. *leguntur, cuius scriptorem neutiquam Marianum transscribere sed novum chronicon condere voluisse primo patet aspectu.*

Itaque Mariani chronicon hucusque ineditum iure dicamus. Quod ut integrum edatur, multi nobiscum optabunt[14]*; neque tamen in hac scriptorum rerum Germanicarum collectione fieri potuit*, *cui nonnisi tertium librum inserendum duximus*, *quippe qui*, *disquisitionibus longioribus secundo libro absolutis*, *rerum gestarum contineat narrationem inde a Christo nato incipientem*, *et multas ob causas nobis aliisque utilem.*

In hac vero editione adornanda quam accuratissime codicem secutus sum Romanum, *cuius ultimam partem (inde ab a.* 741.*) iam ante aliquot annos V. Cl. Heyse cum editis contulerat*, *quem nunc autem vir doctissimus et amicissimus Giesebrecht*, *dum Romae versatur nova ad historiam Gregorii VII. historiam illustrandam subsidia collecturus, accuratissime examinavit, et partim descripsit*, *partim edito textui emendando adhibuit. Quae prima manus scripserit Mariano deberi*, *ipsi persuasum esse lectores latere nolo; et quamvis vix et ne vix quidem adducar ut idem statuam*, *accuratissime tamen et religiosissime tantum non omnia verba ex codice exprimenda curavi; et quaecumque secunda manu sive in textu sive in margine addita sunt uncis inclusi*[15]. *Singularem codicis orthographiam Mariano tribuendam esse*, *et ipse puto*, *eamque corrigere nolui. Quae ne lectorem nimis offendat*, *quaedam hoc loco monenda sunt. Scribitur*

tamen interdum separatim descriptus esse videtur. Talem enim affert codicem Cave (SS. eccl. Basil. 1745. II. p. 144) Cotton. E. 4. n. 26, nunc ita adustum, ut praeter Bedam de ratione temporis nihil discerni possit (Catal. of the Cotton. mss. p. 40). 11) v. supra n. 22. 12) Excerpta inde sumta v. ap. Bouquet V, 368—370. VI, 227. VII, 241. VIII, 269. XI, 73. 13) Etiam a Stenzelio, Fränk. Kaiser I. p. 136. 14) De Mariani editione cogitarunt Miraeus, Schottus, Usserius, Vossius, Wadingus, Hasius; cf. locos a Stenzelio collectos, Arch. IV. p. 106—117. Et ipsum Ill. Stenzelium ab hoc consilio recessisse, mecum omnes dolebunt. 15) Hinc inde etiam quae prima manus postea adiecit, sed tum in notis monui, haec ubi et a quo scripta sint. Sed manus secunda in margine superiore et inferiore ea quoque scripsit, quae cum chronico nullo modo cohaerent, sed in alium usum ab auctore notata sunt, praesertim excerpta ex decretalibus pontificum Romanorum epistolis. Haec omisi. Quod ne lectores mirentur, unum alterumve locum afferam: f. 101. ubi tertius liber incipit haec leguntur: 8. *Id. Aug. feria* 2. *Ecce ego pluam panem de celo et reliqua. B. Per hoc quod dicitur in sexto die colligent duplum, ostenditur, quod in dominico die primum manna datum est de celo, a dominico enim die sextus est sabbatum, panis ergo virus dominico die quasi pluia in vellus (*l. *pluvia in tellus) descendit;* fol. 106'. in marg. superiore: *Pars quinta K. XXXIV. Innocentii pape K. LII. Ut si quis cathecuminus habuerit uxorem et defuncta ea post baptismum acceperit alteram, clericus esse non poterit. Nuptiarum copula, quia Dei mandato perficitur, non est peccatum, et ideo solvi inter peccata in baptismo non potest. Bigamus et nisi unius uxoris virginis vir secundum apostolum ad presbeteratum vel ad clericatum admitti non potest. In canone apostolorum K. XVII. in parte V*[a] *K. XXXII. Si quis post baptisma secundus fuerit nuptiis copulatus aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, non presbiter, nec diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deserviunt.* Ibidem in marg. inferiore: *Gregorius in vita sua sic: Si in sacro ordine constitutus feminae te permixtione esse recolis maculatum, sacerdotis honore deposito ad ministrandum nullo modo presumas accedere, sciturus in animae tuae periculo ministrare et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris. Item Gregorius: Florentium diaconum aeclesiae Ravennatis, qui electus ab omnibus memoratur, si tactis sacrosanctis euangeliis, sicut nobis nuntiatum est, iusiurandum praebuit* etc.

modo duplex littera pro simplici (occuli, deffectio, martirologgium, civille, tulli, appollogeticum, *praesertim* ss *pro* s: cassus, Caessar, Dionissius, divissio, misser, occissus, vissus, quassi, ressurrectio, ducentissimus, millessimus *et alia multa, etiam* uu *pro* u: manuus, Asiniuus, ii *pro* i: imbrii)*; modo simplex pro duplici* (efectus, Apia, suplicium, occurere, misio, pasio, possesio, posidet, grasari, scripsise, disperaset); b *pro* v (Libius, labaretur); v *pro* b (favae, -vit *pro* -bit); st *pro* z (Stacheus *pro* Zacheus, Stenno *pro* Zeno), *et* z *pro* st (euangeliza, Zeppanus *pro* Stephanus); e *pro* i (prespeter, demedius, marteribus, exteterunt), *et* i *pro* e (disertum, disperare, comidebant, moriretur, inspiciret, terrimotus); *etiam* ie *vel* ei *pro* i *vel* e (scribiens, preleio); *nonnunquam* e *vel* i *additur* (thermeae, pupilice *i. e.* publice). *Singularis est litterae* a *usus, quae pro* e, i, o *et interdum sine ulla causa ponitur* (Alaxandria, Gallianus *et* Galleianus, adiactio, centias, muliare, libare; aparatione *pro* apparitione, margano *pro* margine; Constantinapolis; videabaris, conhoartatur, Ticianum, Nicomedenasis *pro* Nicomediensis; Laudacia = Laodicea). *Ut in ultimo vocabulo ita etiam alibi* u *pro* o *ponitur* (consulatus *pro* consolatus), *nisi haec magis calami errori tribueris. Certe alia quae inveniuntur vel hoc modo explicaverim vel verborum abbreviandorum causa scripta esse putarim, ea praesertim ubi syllaba antecedenti similis omittitur* (testa, vasta *pro* testata, vastata, deputi *pro* deputati superstio *pro* superstitio). *In aliis tamen ita sibi constat ut haec consilio sic scripta esse negari vix possit* (*e. c.* sangis, linga*;* eugelium *pro* euangelium *saepius legitur et fortasse sic ab auctore pronuntiatum est*). *Certam regulam sequitur, ubi pro* ii *in genitivo, ablativo etc.* i *dicit* (Iuli, Antoni, Arri, Dionissi, euangeli, demedi = dimidii; operaris). *Sed leguntur etiam quae contra leges linguae Latinae valde peccant et quae num auctori an scribae imputem dubius haereo. Quare id consilii tenui, ut nonnisi foedissimos et apertissimos errores emendarem, praeterea codicis lectione servata hinc inde indicarem quae legi debeant; id quod fontibus ubique indagatis et collatis etiam alibi facere poteram, sed ne longior essem praetermisi. Ideo etiam quae codices* 2. *et* 3. *emendaverunt rarius indicavi. Additiones codicis* 3. *afferre nolui, quae vero in* 2. 2*. 2**. *leguntur necnon continuationem brevem ex* 2. *edidi. Codicis enim Cottoniani* (2.) *exemplum partim V. D. Faerberus impensis societatis nostrae fecit, partim iam ab Ussero in usus I. Vossii descriptum, et nunc in bibliotheca universitatis Vratislaviensis asservatum, inde benevolentia V. Cl. Elvenich bibliothecae praefecti accepimus. Idem volumen*[16] *continet Heroldi editionem ex codice Gemblacensi* (2*.) *a Schottio, post etiam e Francofurtano* (3.), *ut videtur, sed satis negligenter emendatam. Leodiensem* (2**.) *Bethmannus noster accuratius descripsit et quae maximi momenti erant cum editis comparavit. Francofurtensem* (3.) *V. Cl. Böhmerus benevole Hannoveram transmisit, ita ut hoc libro ipse uti potuerim*[17]*; sed rarius eius habui rationem, alio quodam huius collectionis volumine Annales S. Dysibodi inde editurus, qui huc non pertinere videbantur. Quae vero in Florentii chronico eiusque continuatione*[18] *ad historiam Germanicam illustrandam faciunt, hoc loco addere placuit.*

Dabam Kiliae Kal. Maii 1844. *G. WAITZ.*

16) Ex Vossii libraria in Blondelli, postea in Burmanni venit bibliothecam, inde Francofurtum ad Viadrum, denique Vratislaviam. De quo egerunt Hausen, de antiquissimo codice chronici Mariani Scotti Gemblacensi exemploque eius Schottiano ad edendum parato. Dessaviae 1782. 4. et accuratius Stenzel Arch. II. p. 105–111. 17) Praeterea Mariani codices nullos novi; Anglicos qui Florentium vel alios posterioris temporis chronographos continent, supra recensui. Gallici qui hoc nomine inscribuntur, Robertum Autisiodorensem S. Mariani monachum continent; cf. Archiv VII. p. 195. Huc etiam liber comitis Forbin (Arch. I. p. 64) pertinere videtur. 18) Usus sum editione

INCIPIT HINC MARIANI SCOTI CRONICA CLARA.

INCIPIUNT CAPITULA PRIMI LIBRI.

fol. 27'.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI, QUI EST INCARNATIONIS USQUE IN ASCENSIONEM DOMINI.

fol. 28.

(50) a) *ita c. pro* creatarum. b) cassurae *eadem manu, sed atramento pallidiore post additum videtur, quod signum interpunctionis post* feria *positum confirmat.* c) eatate 1. d) eatis 1. e) *ita cod. pro* combustionis.

Francofurtensi 1601. fol. Nova editio a Petri curata (Materials for the history of Brit. I.), quam unquam prodituram esse iam vix sperandum est, a V. Cl. Lappenberg mecum communicata est, sed ultra a. 1066. non procedit.

7. Quomodo triginta duorum annorum ac demedi[a] anni necnon triginta quatuor annorum teste scriptura Dominus passus sit, et qualiter secundum Olympiades vel annos regum hoc potest fieri, si in trigessimo et in trigassimo primo suo anno fuit babtizatus, quomodo triginta duorum annorum et demedi[a] anni secundum euangelium Iohannis, aut triginta quatuor annorum iuxta apocolipsim[b] passus.
8. De solutione quaestionis, et quod Beda secundum Ebraicam unitatem[c], Olympiades vero[d] iuxta septuaginta interpretes computatur[e].
9. De gestis et tempore nativitatis Domini usque ad mortem Herodis.
10. De reversione Domini ex Egipto precepto angelico.
11. De remansione Domini in Hierusalem nescientibus parentibus eius, et de morte Octaviani Cessaris.
12. De Tiberio Cessare eiusque annis, et Domini incursu[f].
13. De anno quinto decimo imperii Tiberii, et pontificibus eius, tractante Beda.
14. De concordia eugelistarum[g] secundum Augustinum in verbis Iohannis babtistae et Domini.
15. De anno trigesimo babtismi Domini, de[h] columba et caetu, secundum sanctum Gregorium.
16. De tractatione sancti Hironimi in Ezechielem prophetam in anno et in mense babtismatis Domini.
17. Item sanctus Augustinus de eodem anno Ezecelis et Christi, et verbis Patris in babtisma de Filio.
18. De inquisitione anni babtismatis Domini hoc est quinto decimi[i] Tiberii iuxta cronicam Eusebii vel Bedae, supputando ab ipso quinto decimo anno et babtisma Domini[k] secundum ipsas cronicas usque ad ipsum Bedam.
19. De argumentatione erroris predictarum cronicarum supputationis etiam ex ipsis cronicis inquisiti.
20. De inquisitione anni resurrectionis Domini secundum Bedam, et testimonio Bedae latenter, quod in eodem anno Dominus in octavo die Kalendarum Aprilium resurrexit a mortuis.
21. De offensione predictae rationis[l].
22. De resurrectione Christi in sexto die Kalendarum Aprilium teste Beda iuxta historiam sancti euangeli et inquirens ab initio mundi.
23. Cur resurrectio in octavo Kalendarum Aprilium potius quam in sexto Kalendarum Aprilium putatur.
24. De passione in octavo Kalendarum Aprilium, et resurrectione in sexto Kalendarum Aprilium, secundum sanctum Hironimum.
25. De eadem re sicut tractat sanctus Augustinus in libro quarto sanctae Trinitatis, et quomodo tribus diebus atque tribus noctibus fuit Dominus in sepulcro.
26. De testimonio sancti Hironimi, quod Eusebius in sua cronica multa pretermissit, de quibus ipse Hironimus nonnulla, cum eam transtullisset, adiecit.
27. De babtizato Domino octavo Idus Ianuarii in dominico die epifaniae, et egressu eius in herimum crastino die feria secunda ieiunaturus quadraginta diebus et noctibus, et de victoria Domini de diabulo feria sexta in die quadragessimo sui ieiunii in gula ac vana gloria atque avaritia, in quibus diabolus primum Adam eadem feria prostravit, et de[m] pascha eiusdem anni babtismatis Domini.
28. De prima cognitione Domini a sancto Andrea et Simone, eo vocato primum tunc nomine Petro, et de vocatione sancti Philiphi et de Nathanili.
29. De prima sed separabili Petri et Andreae filiorumque Zebedei vocatione.
30. De inseparabile vocatione apostolorum, et vocatione Domini matrisque eius cum disscipulis suis ad nuptias, et quod in ephifania nuptiae sunt factae.
31. De pascha et de eiectis mercatoribus de templo, Iohanne non adhuc misso in carcerem.
32. De transitu Domini per Samariam, sedens et sitiens super puteum in civitate Samariae Sichar, et in Galilea transiens[n] sanavit filium reguli credentis cum tota sua[o] domu.
33. De secunda ascensione Domini in Hierusalem, quassi in secundo pascha, sanans paraliticum.
34. De sanitate hominis in sinagoga a spiritu immundo[p], et socrus Petri a febre.
35. De electione duodecim apostolorum, et sermone beatitudinum sedendo in monte, et simili sermone stando in loco campestri, et de leproso mundato.
36. De centurione et servo eius sanato, et de scriba.
37. De transitu Domini trans fretum mutatum[q], et de verbis fidei, et de cecis et porcis.
38. De reversione Domini trans fretum, et paralitico sanato, et de civitate Domini.
39. De vocatione Mathei apostoli, et calumnia manducandi et bibendi cum puplicanis.
40. De filia Iari resuscitata, et de muliare[r] duodecim annis in fluxu sanguinis curata.
41. De duobus cecis et Beelzepub[s], et predicatione Christi, sanans omnem langorem et infirmita-

a) *i. e.* dimidii. b) apocolipsi *legitur, sed littera una litura absumpta est* 1. c) *lege:* veritatem. d) vero *post additum est* 1. e) computatur *scriptum erat, sed* ur *litura deletum est* 1. f) ɔ· *post infra scriptum est* 1. g) *ita saepius pro* euangel. 1. h) de *post add.* 1. i) *ita cod.* 1? k) *post add.* 1. l) mundi *add.* 2. m) *post add.* 1. n) *post add.* 1. o) domu sua *scriptum est* 1., *sed signis ostensum, verba esse transponenda, quod aliis quoque locis occurrit.* p) *supple* vexati *quod in apographo cod.* 2. *post additum est.* q) freto motato, *post correcta in* fretum mutatum 1. r) *i. e.* muliere. s) Belzpub; *postea littera* E *bis suprascripta est* 1.

tem, de messe et operaris et de misione[a] 12 apostolorum ad predicandum, data ipsis potestate immundorum spirituum.

42. De nominibus 12 apostolorum secundum ordinem, et de virga portanda et non portanda.
43. De predicatione Christi post missionem 12 apostolorum, et filio viduae resuscitato, et de missione duorum discipulorum a Iohanne vincto ad Iesum.
44. De phariseo rogante Dominum ad mensam, et Maria Magdalena, et de albastro.
45. De Domino exprobrante civitatibus, et confessione, et de spicis in sabato.
46. De manu arida sanata iuxta concordiam quatuor euangelizarum.
47. De phariseis et Herodianis, et demonatico ceco et muto sanato.
48. De Herode et passione sancti Iohannis babtizae, de miraculo quinque panum et duorum piscium, de pascha, et de loco decollationis et sepulturae Iohannis.
49. De ambulatione Domini et Petri super undas navigantes trans fretum Genesar [quarta[b] vigilia noctis, et de pascha et miraculo panum et piscium].
50. De Cananea muliere et filia eius sanata, de surdo et muto, et refectione quatuor millium de septem panibus et paucis piscibus, et de ceco illuminato, secundum Marcum.
51. De interrogatione Domini, de discipulis suis, de contradictione Petri, et transfiguratione Domini de Moisi et Helia, et lunatico.
52. De adventu Domini a Galilea in Iudeam, et de uxore demittenda.
53. De parvulis et operaris in vineam, de bono, et reversione Domini in Galileam.
54. De festivitate scenophegiae.
55. De encenia solemnitate.
56. De Lazaro resuscitato veniente Domino a Galilea in Hierusalem, et de uno ceco sanato secundum Lucam cum adpropincaset Dominus Hiericho, et duobus cecis sanatis secundum alios egrediente Domino ab Hiericho, de Stacheo[c] et parabulis.
57. De adventu Domini in Bethaniam sabbato ante sex dies paschae, et crastino in palmis luna decima in Hierusalem.
58. De gestis primae et secundae tertiaeque[d] feriae iuxta ordinem[e] aliisque multis.
59. De biduo ante paschę, id est quarta feria.
60. De primo die azimorum, hoc est quinta feria.
61. De cena Domini.
62. De imno[f] dicto et egressu Domini in Gethsamani ubi tentus est, de gestis eiusdem noctis, et denegatione Petri iuxta ordinem.
63. De gestis diei passionis Christi et sepulturae eius et lintheaminibus.
64. De monumento Domini, et mulieribus et custodibus sepulcri.
65. De vespere sabbati quae lucescit in prima sabati sexto die Kalendarum Aprilium, luna septima decima, in qua Christus resurrexit a mortuis, et de gestis ipsius diei, ordinate sicut tractat sanctus Augustinus iuxta concordiam quatuor euangelizarum.
66. De testimonio euangelizarum et sancti Pauli apostoli in epistola ad Corintheos in aparatione[g] Domini, iuxta Augustinum.
67. De ambulatione Domini in Galilea corporaliter, tractante Augustino.
68. Quot vicibus post resurrectionem suam in terra et in caelo vissus est Dominus, tractante Augustino iuxta quatuor euangelizas sanctumque Paulum.
69. De misterio verborum Domini quibus dixit „Praecedam vos in Galileam", tractante sancto Augustino.
70. De passione sancti Petri et de ordinatione sancti Clementis.
71. De passione sancti Pauli [apostoli[h]].
72. De passione sancti Andreae [apostoli[h]].
73. De passione sancti Iacobi apostoli filii Zebedei.
74. De dormitatione sancti Iohannis euangelizae.
75. De passione sancti Philiphi apostoli[i].
76. De passione sancti Bartolomei.
77. De passione sancti Thomae.
78. De passione sanctissimi Mathei.
79. De passione sancti Iacobi fratris Domini.
80. De passione sancti Tathei.
81. De passione sancti Simonis Cannanei.
82. De obitu sancti Mathiae apostoli.
83. De septem diaconibus ordinatis ab apostolis[k].

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII[l].

1. De nativitate Domini, et de annis eius qui semper mineo colore inscribuntur, et de annis Octa-

a) demisione 1. b) *Inclusa post in margine altera manu addita sunt* 1. c) *pro* Zacheo. d) que *post add.* 1. e) ordinem *in margine post add.* 1. f) *i. e.* hymno. g) *pro* apparitione. h) *post add. altera manu* 1. i) *haec prima manu summo in margine adiecta sunt, signo posito post cap. LXXIIII.* k) *haec prima manu infimo in margine adiecta sunt, signo apposito; quo his verbis locus suus monstretur* 1. l) *Sequentia etiam in* 3. *leguntur, ubi multa mutan-*

viani Cessaris nigro colore simul ordinate in concursu conscriptis, sub consulibus propriis[a] secundum Cassiodorum, gestisque certis uniuscuiusque anni usque in mortem Octaviani, et[b] tunc ante Tiberium sicut ante unumquemque regem postea habebitur summa collecta annorum incarnationis a nativitate Domini usque in finem regni eiusdem regis titulatus.

2. De Tiberio eiusque annis nigro colore, dominicis autem annis mineo colore sub consulibus et gestis propriis ordine predicto uniuscuiusque anni usque in annum nonum decimum incarnationis, Tiberii vero tertium, ubi incipit incarnatio iuxta cronicas Eusebii et Bedae presspeteri, et usque in annum vigessimum tertium incarnationis, Tiberii vero septimum, ubi incipit incarnatio secundum Dionissium, quae inde nigro colore conscribitur in margano[c] semper sub dextera manu. Reges quoque in eadem incarnatione inscripti, sicut secundum Eusebii Bedaeque cronicas regnaverunt, ordinate e regione ad annos singulos incarnationis iuxta historiam sacri euangelii in margano[c] semper sub sinistra manu, et contra predictos eosdem reges in hac quoque incarnatione inscriptos, sicut vere regnaverunt, ad ostendendum[d] erroris cronicarum annorumque incarnationis iuxta Dionissium, et usque ad annum quintum decimum imperii Tiberii.

3. De anno quinto decimo Tiberii, de Iohanne et Domino ab eo babtizato, secundum quatuor euangelizas, Augustino teste, de ieiunio[e] Domini et victoria eius, de diabulo, de predicatione Christi, et passione Iohannis babtistae.

4. De passione Domini et miraculis in passione, de ordinatione Iacobi primi episcopi, de passione sancti Stephani, et conversione sancti Pauli, et adventu eius in Hierusalem, manens apud[f] sanctum Petrum diebus quindecim, et reliqua usque ad Claudium.

5. De Claudio, de fame et passione Iacobii filii Zebedei, de carcere sancti Petri, de secunda ascensione sancti Pauli in Hierusalem anno quarto decimo conversionis suae loquens cum sancto Petro, de adventu sancti Petri ad Romam, et reliqua usque ad Neronem.

6. De Nerone, et sancto Paulo vincto ad Romam misso, de passione sancti Iacobi fratris Domini, de resurrextione Christi in octavo Kalendarum Aprilium sicut Beda putat, de Marco euangeliza et passione eius, de passione Petri et Pauli, de Clemente papa et decretali epistola eius ad sanctum Iacobum fratrem Domini, de martiribus sub Nerone passis, et de morte Neronis.

7. De Galba ipsiusque imperio et morte.

8. De Othone et eius imperio et morte.

9. De Vitellio, de imperio obituque eiusdem, teste Iosepho tunc presente.

10. De Vespasiano[g], et destructione Hierusalem.

11. De Tito et consulibus gestisque sub ipso.

12. De Domitiano imperatore, de Ancleto papa et decretalibus epistolis eius, de sancto Iohanne in ferventis olei dolium misso et religato in Pathmum insulam, ubi apocalipsim vidit.

13. De Nerva imperatore, de reversione sancti Iohannis in Ephesum scribiens eugelium, et de martiribus.

14. De Traiano imperatore, de dormitione sancti Iohannis, et de martiribus.

15. De Adriano imperatore, de Sixto papa et decreto eius in missa, de Thelesforo papa et decreto eius, et de martiribus.

16. De Antonino imperatore, et de Igino papa et decreto eius, de Pio papa, et de precepto angelico de pascha, de Aniceto papa et decreto eius.

17. De Marco imperatore, de Sothero papa et decreto eius, et de martiribus.

18. De Commodo imperatore, de Victore papa et decreto eius, et de pascha.

19. De Helio imperatore et de consulibus et gestis sub ipso.

20. De Iuliano imperatore, teste Orosio.

21. De Severo imperatore, de Zepherino papa et decreto eius.

22. De Carcalla[h] imperatore et nomine eius.

23. De Macrino imperatore, de Calisto papa et decreto eius.

24. De Marco Aurelio imperatore.

25. De Aurelio Alexandro imperatore, de Urbano papa et decreto eius, et de martiribus.

26. De Maximino imperatore, de Antero papa et decreto eius, de Fabiano papa et decreto eius.

27. De Gordiano imperatore, de consulibus et gestis sub eo.

28. De Philippho primum imperatore credente Christo, de anno millessimo conditionis urbis Romae sub ipso completo, teste omne historico, de decreto Fabiani papae.

29. De Decio imperatore, de Cornelio papa et decreto et passione eius, et de martiribus.

30. De Gallo et Volusiano imperatoribus, de Lucio papa et decreto eius et passione eius.

31. De Emiliano imperatore trium mensium.

32. De Valeriano et Gallieno imperatoribus, de Stephano papa et decreto et passione eius et sancti Laurentii cum aliis, de Dionisio papa et decreto eius, et de martiribus.

33. De Claudio imperatore, et de Felici papa et decreto eius, et de marteribus[i].

34. De Quintilio imperatore 17 dierum, de Eutichiano et decreto eius.

tur. Inscriptio: Incipiunt capitula libri sequentis. a) *deest* 2. b) *prima manus post* Octaviani *pergit* tunc, *postea littera* e *adiecta est.* c) *pro* margine. d) ostendum 1. e) iunio *corr.* ieiunio 1. f) *post add.* 1. g) Vespasino, a *post superscriptum est* 1. h) caricalla 3. i) *ita* 1. *ubi cap.* 33. *prima manu in margine adscriptum est.*

35. De Aureliano imperatore, et Gaio papa, et marteribus.
36. De Tacito imperatore et consulibus et gestis sub eo.
37. De Floriano imperatore nonaginta dierum.
38. De Probo imperatore et consulibus et gestis sub eo.
39. De Caro et Carino imperatoribus et consulibus et gestis sub eis.
40. De Diocletiano imperatore, de Gaio papa et decreto eius, de Marcellino papa atque de Marcello papa et decreto eius.
41. De Galerio imperatore, et de Milciade papa et decreto eius, et de marteribus.
42. De Constantino imperatore, de Silvestro papa et decreto eius, de Niceno concilio et fide catholica in tempore istorum, de Theodoro episcopo scribente ecclesiasticam historiam, de cruce et de morte Arri heretici, de epistola Athanasi episcopi ad Marcum papam et de rescriptione Marci ad Athanasium, et de obitu Constantini.
43. De Constantino et Constantio et Constante imperatoribus, et de testimonio sancti Iuli papae, de anno quarto eorum indictione sexta, et de morte Antoni monachi, de sacris reliquiis sancti Timothei et sancti Andreae apostolorum et sancti euangelizae Lucae Constantinapolim invectis, de obitu Constantini, secundum Theodorum episcopum predictum.
44. De Iuliano imperatore, de templo Hierusolimis ipsius precepto in odium Christi constructo, et de miraculis inde, de misserrima morte eius, teste Theodoro episcopo.
45. De Ioviano[a] imperatore et obitu eius, Theodoro episcopo [teste[b]].
46. De Valentiniano imperatore, de monachis, et de obitu Valentiniani, teste Theodoro episcopo.
47. De Valente imperatore et consulibus et gestis sub eo.
48. De Gratiano imperatore et consulibus et gestis sub ipso.
49. De Theodosio imperatore et obitu eius, teste Theodoro episcopo.
50. De Arcadio imperatore[c].
51. De Honorio imperatore, et testimonio Luciani viventis tunc, de anno septimo Honorii, de testimonio Paschassini episcopi ad sanctum papam Leonem, de consulibus et pascha et miraculo in pascha anno nono Honorii sub Zosimo papa, de Celestino papa et decreto eius[d]. In his temporibus sanctus Patricius refulget virtutibus in Hibernia. Sanctissima virgo Brigita in Hibernia mirabilibus ludit.
52. De Theodossio imperatore, de pascha anni vigessimi primi eius, de epistola Pascassini episcopi ad papam Leonem, de pascha eiusdem anni, et de consulibus anni quarti decimi Theodosii, usque ad Marcianum[e]. Cronica Eusebii vel Bedae contradicunt incarnationi secundum historiam sancti euangelii, deinde consentiunt.
53. De Marciano imperatore, de consulibus, et pascha anni quarti et quinti et sexti Marciani, teste sancto papa Leone, et predatione urbis Romae.
54. De Leone imperatore et consulibus et gestis sub ipso.
55. De Leone iuniore imperatore, teste Iordane episcopo qui tunc cronicam compossuit.
56. De Stennone imperatore et consulibus et gestis sub eo.
57. De Anastasio imperatore et consulibus et gestis et papis.
58. De Iustino imperatore et consulibus et gestis et papis.
59. De Iustiniano imperatore annisque quinque eius sub consulibus, et gestis usque ad ciclum Dionissi, id est ad sextum annum[f] huius Iustiniani, teste Beda.
60. De sexto anno Iustiniani, et testimonio Bedae iuxta Eusebii et suam cronicam, quod est ipse idem annus ducentissimus quadragessimus octavus Diocletiani imperatoris, de supputatione istorum ducentorum quadraginta octo annorum, ex ipso eodem anno sexto Iustiniani, hoc est primo anno ciclorum Dionissi, a nobis suprà versus usque ad Diocletianum iuxta cronicas predictas Eusebii et Bedae, atque a Diocletiano iterum retrorsum usque in annum predictum sextum Iustiniani secundum testimonium scripturae et paparum et episcoporum qui tunc vixerunt, ubi septem anni inveniuntur qui desunt in predictis cronicis per octo ciclos decennovennales, hoc est a Constantino Magno usque ad Marcianum et postea ordinate usque ad Iustinum.
61. De Iustino imperatore et gestis sub eo.
62. De Tiberio imperatore.
63. De Mauritio imperatore, et de anno eius tertio decimo indictione tertia decima, annoque octavo decimo indictione quarta, teste Beda, de sancto Gregorio papa et decreto eius in missa. Tunc sanctus pater Columbanus ex nostra sanctissima insula Hibernia, quae insula Scotorum[g] nominatur, cum sancto Gallo et aliis probatis discipulis in Burgondiam venit, et in his temporibus fuit Columba Baetinique[h] in Scotia.

a) Iviano *suprascripto* o. 1. b) *altera manu post add. in margine* 1. c) *prima manu in margine adscriptum est hoc capitulum* 1. d) *Infimo in margine signum post* eius *posito, adiiciuntur prima manu haec verba:* in his temporibus — Hibernia, *post* Hibernia *novo signo posito, cui in contextu nullum respondet, adduntur eadem manu:* Sanctissima virgo — ludit. e) cianum *et sequentia leguntur in summo margine prima manu scripta, et signo apposito ostenditur, ubi locus eorum sit* 1. f) *deest in textu, post in margine altera manu additum* 1. g) Scōr 1. *quod* sanctorum *legendum esse videtur.* Scotorum *corr.* sanctorum 2. h) *ita aut:* baetiinque *aut* baetririque 1. Bethinique 2. *in cuius apographo Vratisl. legitur:* „cholon chillis, *ita suprascribitur in ms. Cottoniano, in quo solo haec postrema clausula habetur quae videtur subdititia*“.

64. De Focca imperatore et[a] imagine eius.
65. De[b] Heraclio imperatore, et de anno eius sexto decimo indictione quinta decima, teste Beda.
66. De[b] Heraclio imperatore, et de hereticis.
67. De[b] Constantino imperatore.
68. De Constantino imperatore, et de anno eius nono indictione septima, teste Beda.
69. De Constantino imperatore et sex sinodis.
70. De Iustiniano imperatore.
71. De Leone imperatore.
72. De Tiberio imperatore, et de testimonio Bedae in anno incarnationis secundum Dionisium et indictione quinti anni Tiberii.
73. De Iustiniano imperatore.
74. De Philipico imperatore.
75. De Anastasio imperatore, et de Gregorio papa et decreto eius.
76. De Theodosio imperatore.
77. De Leone imperatore, et de Gregorio papa et decreto eius.
78. De Pipino imperatore etiam ex Francis primo.
79. De Karulo Magno imperatore.
80. De Ludowico imperatore, filio Karuli.
81. De Luthorio imperatore, filio Ludŏwici.
82. De Ludowico, qui et Lothorius, filio Lothorii, et quomodo obiit vindicta corporis Christi.
83. De Ludowico imperatore, filio eius.
84. De Karalo seniore imperatore, et de Ludowico Balbo, filio eius.
85. De Karalo iuniore imperatore.
86. De Arnolfo imperatore.
87. De Ludowico imperatore, filio eius.
88. De Cunrado imperatore.
89. De Heinrico imperatore.
90. De Ottone imperatore.
91. De Ottone imperatore, filio eius.
92. De Ottone tertio imperatore, filio secundi.
93. De Heinrico[c] imperatore[d].
94. De Cuonrado imperatore[e].
95. De Heinrico imperatore[f], filio eius.
96. De Heinrico imperatore, filio huius[g].
Ab Adam hucusque omnes anni ordinnate sunt conscripti.

Primum et secundum librum omisimus.

*fol. 101.

INCIPIT TERTIUS LIBER INDICTIONE 12ª.

Hier. 42. *Lentulus*[h] *et Messala v. clar. et consul.* Quirinus ex consilio senatus in Iudaeam missus, census hominum possesionumque describit. Cristus concipitur feria 6. octavo Kalendas April. Iohannes babtista nascitur 8. Kal. Iulii. *Dominus noster Iesus Christus, filius Dei, his consulibus* Cassiodoro teste *in Betelem Iudae* (Cass.) *octavo die Kal. Ianuarii dominica nocte nascitur. Octavo etiam die dominico circumciditur. Tertio decimo die stella duce a magis adoratur. Quadragessimo die a Simeone et Anna agnoscitur. Deinde precepto dominico in Egiptum propter metum Herodis deducitur.* (Euang.)

Hier. 2. 43. *Augustus Cessar* 12° *et Paulus.* Cesar amicitiam cum Parthis facit. Sextus Phithagoricus philosophus claruit.

Hier. 3. 44. *Cosșus Lentulus et Pisso.* Augustus Tiberium et Agrippam in filios adoptavit. Iudas Galileus ad rebellandum Iudeos cohortatur. — Ciclus[i] decenn. incipit indictione 14ª unoque concurrente.

Hier. 4. 45. *Augustus Cessar* 13° *et Paulus.* Herodes cum Christi nativitatem magorum indicio cognovisset, universos Bethelem parvulos iussit interfici.

Hier. 5. 46. *Vincius et Alfenus.* Asiniuus Pollio orator et consularis, qui de Dalmatiis triumpavit, 70. aetatis suae anno in villa Tusculana obiit.

Hier. 6. 47. *Servilius et Lamia.* Herodes morbo intercutis aque et scatentibus toto corpore vermibus misserabiliter et digne moritur.

Hier. 7. 48. *Aelius et Sentius.* In Herodis locum Archilaus ab Augusto substituitur per annos 7, et tetrarchae fiunt fratres eius, Herodes et Antipater et Lisias et Philippus. Iesus Christus dominus noster ex Egipto, angeli angelico[k] precepto reducitur. (Euang.)

a) et i. e. *post add., sed prima manu* 1. b) *capp.* 65. 66. 67., *signo posito post cap.* 64, *post addita sunt in summo margine* 1. *Litterae paulo minores sunt, sed eadem manu expressae, qua textus.* c) H. Pio 2. d) De H. i. Babinbergensi qui absque filiis obiit 3. e) i. Spirensi quomodo eligitur in regnum 3. f) i. II°. 3. g) de Hiltibrando papa et decretis eius *add.* 2. De H. i. III. et filio eius quomodo ei rebellaverat et quomodo veneno obiit in Italia et de Heldebrando papa et decreto eius 3. *ibique haec adduntur:* 97. De Ruodolfo rege et Hermanno rege quomodo Saxones eos super se constituerunt et quomodo interfecti sunt. 98. De Henrico imperatore et filio eius quomodo ei rebellaverat et quomodo privatus est regno consilio principum et filium super se regem constituerunt. h) *Quae littera obliqua excudenda curavimus in codice* 1. *rubro atramento scripta sunt.* i) *Haec et singulis annis signa ad ciclum solarem spectantia manu secunda addita sunt* 1. k) *ita* 1?

8. 49. *Cinna et Valerius.* Fames Romae ita ingens, ut quinque modii venderentur denariis viginti septem semis. Hier.
Philistio mimographus natione Magnes. Assianus[a] Rome clarus habetur.
9. 50. *Lepidus et Aruncius.* Tiberius cesar Dalmatas Sarmatasque in Romanam redigit potestatem. Hier.
10. 51. *Caecilius et Lenicius.* Anthemodorus Tharsensis stoicus philosophus insignis habetur. Hier.
5 11. 52. *Furius et Nonius.* M. Verrius Flaccus grammaticus clarus. Hier.
12. 53. *Sulpicius et Poppaucus.* Athenienses res novas contra Romanos molientes, opprimuntur, auctoribus seditionis occissis. Hier.
13. 54. *Dolabella et Silanus.* Cum esset Iesus annorum duodecim [hoc est, sicut Hieronymus dicit, cum compleret annos duodecim], inventus est in templo, sedens inter doctores legis, interrogans et audiens illos. Lucas 2. Messala Hier.
10 Corvinus orator ante biennium quam moriretur ita memoriam ac sensum ammisit, ut vix pauca verba coniungeret, et ad extremum, ulcere circa spinam nato, inedia se confecit, aetatis 72. anno.
14. 55. *Lepidus et Statilius.* Augustus cum Tiberio filio suo censum Romae agitans, invenit hominum nonaginta Hier. ter centena et septuaginta milia.
15. 56. *Cesar et Fonteius.* Socio philosophus Alexandrinus, preceptor Senecae, clarus. Hier.
15 16. 57. *Plancus et Silius.* Archilaus, non ferentibus Iudeis sed accusantibus apud Augustum ferocitatem eius, in Beda. Viennam urbem Galliae relegatus; et ad minuendam Iudaici regni potentiam insolentiamque domitandam, quatuor fratres eius pro eo sunt tetrarchae creati, Herodes, qui et Antipas, Antipater, Lisias et Philippus.
17. 1. *Pompeius et Apuleius.* His consulibus, teste Cassiodoro, Octavianus Augustus in Campania 76. aetatis Cass. suae anno, Atelle Campania, imperii anno quinquagessimo sexto, senis obiit, mense quassi Septembri; sepeliturque in campo Martio. Cui successit Tiberius. Hier.
20
Romanorum[b] 3. *regnavit Tiberius, privignus Augusti, hoc est Libiae uxoris eius* filius, ex superiore genitus coniuge, annis viginti tribus et aliquibus diebus, teste Iosepho; et hoc est usque ad Kal. Octobr., in anno quinto post passionem Domini. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. Gaius Asinius Gallus orator, Assini Hier. Pollionis filius, cuius etiam Virgilius meminit, clarus, diris a Tiberio suppliciis enecatur.
25 18. 2. *Drusus cesar et Norbanus.* Libius historiographus Patavii obiit. Hier.
19. 3. *Sisennas Titilius et Scribonius.* Incarnatio incipit iuxta cronicas Eusebii vel Bedae. Dum numerantur anni nobis versus supra usque ad annum quadragesimum secundum Octaviani Cessaris.
20. 4. *Pomponius et Celius.* Ovidius poeta in exilio obiit, et iuxta oppidum Tomus sepelitur. Hier.
30 21. 5. *Cesar et Germanicus cessar.* Germanicus cesar de Parthis triumfavit[c]. Tredecim urbes terrae motu Hier. corruerunt, id est Ephesus, Magnes, Asardis, Mosthene, Age, Hiero, Cesarea, Filadelphia, Tmolus, Temus, Cimemirhina, Apollonia, Diahircania.
22. 6. *Silanus et Norbanus.* Fenestella, historiarum scriptor et carminum, septuagenarius obiit, sepeliturque Chumis. Cyculus magnus pascalis incipit hinc, in cuius anno secundo iuxta Dionissium [indictione tertia[d]] natus est Dominus. Ciclus solaris incipit sicut semper bisextilibus quatuor concurrentibus. Hier.
35
23. 7. *Valerius et Aurelius.* Tiberius multos reges ad se per blanditias evocatos nunquam remissit; in quibus et Archelaum Cappadocem occidens, et regno eius in provinciam verso, Mazacam nobilissimam civitatem Cessariam appellari precepit. Incarnatio[e] secundum Dionisium incipit indictione quarta [conscripta[f] per ordinem e regione incarnationis iuxta euangelium.] 1. Hier.
40 24. 8. *Cesar et Drusus cesar.* Pompei theatrum incensum. 2. Hier.
25. 9. *Harterius et Sulpicius.* Tiberius Drusum consortem regni facit. 3. Hier.
26. 10. *Asinius et Antistius.* Drusus veneno obiit. Q. Atherius, promptus et popularis orator, usque ad 90. annum prope in summo honore consenescit. 4. Hier.
27. 11. *Cornelius et Vissellius.* Sevius Plautus, corrupti filii reus, semet in iudicio interfecit. 5. Hier.
45 28. 12. *Asinius et Cossus Cornelius.* Philippus tetrarcha Paneaden, in qua plurimas edes construxerat, Cesaream Philipphi vocavit, et Iuliadem aliam civitatem. 6. Hier.
29. 13. *Calvissius et Getulicus.* Pilatus procurator Iudeae a Tiberio mittitur. 7. Hier.
30. 14. *Piso et Crassus.* Votienus Montanus Narbonensis orator in Baleatribus insulis moritur, illuc a Tiberio 15. anno religatus. Herodes tetrarcha princeps Iudaeorum, regnans annis 24, in honorem Tiberii et matris eius Libiae Tiberiadem condidit et Libiadem. 8. Hier. Beda.
50
31. 15. *Silanus et Silius.* Anno[h] 15 imperii Tiberii cesaris, sub princip. Anna et Cepha, factum est verbum Domini super Iohannem, Zachariae filium, in diserto. Et venit in omnem regionem Iordanis. Matheus sic*: „Tunc venit Iesus, ut babtizaretur ab eo in Iordane" et reliqua. Augustinus sic[1]. Quod autem Matheus ait: „Tunc venit Iesus a Galilea, ut babtizaretur a Iohanne." Hoc est secundum Iohannem euangelizam: „Altera autem die" et reliqua. Marcus euangeliza sic**: „Et babtizatus est a Iohanne." Eusebius sic[g] .... „Et ipse Iesus erat incipiens quasi 30 annorum." Haec Lucas***. Hoc est non plenus 30 annorum mensium 12, sed secundum Hieronimum et Lucam annum incipiebat 30. [quando baptizatus est, in die] dominico epifaniae, [die 13. anni sui 30]. Secundum autem solares annos tunc incipiebat annum 31. Annus enim solaris, in cuius fine natus est, nativitatis eius annus est. Annus autem aetatis suae 12 mensium, sicut in fine anni primi nativitatis incepit, ita in fine anni secundi nativitatis sive solaris complevit. Marcus*: „Et statim post babtismum spiritus expellit eum in desertum." Hoc est secundum Matheum**: „Iesus plenus Spiritu sancto, regressus a Iordane, et agebatur in spiritu in desertum in diebus 40" et reliqua. Dominus ergo feria secunda incepit ieiunium, et quadragessimo die, feria sexta, 15. Kal. Mart. in gula ac vana gloria atque avaritia diabolum superavit; in quibus in eadem feria diabolus primum Adam contrivit. Ipse dominus Iesus Christus [hinc] populis predicavit salu- 9. Lucas 3, 1—3. *) 3, 13. **) 1, 9. ***) 3, 23. *) 1, 12. **) Lucas 4, 1.
55
60
65

a) *ita* 1. asianus 2. magnesianus *Hier.* b) *in margine manu secunda additur:* Tiberius regnavit annis XXIIII; *et ita de omnibus imperatoribus.* c) sirium facit 1. d) *in marg. sec. manu add.* 1. e) *Haec bis hoc anno scripta sunt post* Aurelius *et hoc loco* 1. f) *hoc loco secunda manu add.* 1. g) *Eusebii verba non leguntur.* Eusebius sic *desunt* 2. 3. h) *Hoc anno in margine scriptum est prima manu:* Incarnatio Domini sicut Beda perhibet, *secunda vero manu:* Primus annus predicationis Christi; *eadem a.* 34: Quartus annus predicationis Christi.
70
1) Verba quae sequuntur num Augustini sint necne, non patet; certe in libro de consensu euangelistarum ea invenire non potui.

Acta 1, 21. 22. tarem viam, teste sancto Petro, sicut in electione Mathei apostoli: „Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos dominus Iesus, incipiens a babtismate Iohannis, usque in diem quo assumptus est a nobis in coelum" et reliqua. Euang. Signis et virtutibus vera esse comprobat ea quae dicit, ex quibus pauca in euangeliis leguntur, apostolos vocat et ad predicandum mittit. — Usque[a] in annum Beda. quintum decimum Tiberii ab Adam secundum Ebreos, sicut Eusebius in cronicis suis signat, tria milia annorum, adnotando, quod in quinto decimo anno Tiberii principium fuerit septuagesimi primi iobelei secundum Ebreos; tria enim milia sexaginta iobelei sunt.

Hier. 32. 16. *Rubellius et Fusius.* [Eusebius sic: „Principium octuagesimi primi iobelei secundum Ebreos", 10. hoc est ab Adam usque in presentem annum 4000 annorum. Iobel autem apud Ebreos quinquagenarius annus vocatur].

33. 17. *Vinicius et Cassius.* Iohannes babtista decollatur. [Scriptum est in passione sancti Valen- 11. tini, quod decollatio precursoris Domini sit in octavo die Kal. April., sicut etiam sanctus Iheronimus in martirilogio testatur[2]. Et in euangelio dicitur, quod prope ante pascha passus est Iohannes, pridie Nonas Aprilis, in sabato, 14. luna primi mensis. Nostrum vero pascha Nonis Aprilis erat, si esset].

Cass. 34. 18. *Tiberius Cesar v. conss.* Cassiodorus sic: „His consulibus dominus noster Iesus Christus 12. passus est, octavo die Kal. April.; et deffectio solis facta est, qualis antea vel postea nunquam fuit." Iesus Christus, Hier. filius Dei, iuxta profhetias quae de eo fuerant prelocutae, passus est octavo die Kal. April., luna 15[a], iuxta quatuor euangelia, in anno 18° imperii Tiberii caessaris secundum euangelium sancti Iohannis; atque die tertio, id est sexto die Kal. April., luna 17[a], secundum historiam sancti euange- Hier. lii a mortuis resurrexit. Flego[b] historicus sic: „Quarto anno 202. Olimpiadis [id est secundum Graecos] magna et excellens inter omnes quae ante eam acciderant defectio solis facta; diei hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellae in coelo vissae sint. Terraeque motus in Bithinia Nicenae urbis multas edes subvertit." Hec Flego. Hier. Iosephus etiam, vernaculus Iudeorum scriptor historicus, ad haec commemorat: die pentecostes sacerdotes primum commotionem locorum et quosdam sonitus sensisse testantur, deinde ex atio[c] templi repentinam subito erupisse vocem dicentium: Transmigremus ex his sedibus. Scripsit quoque Iosephus, quod eodem anno Philatus preses secreto noctis imaginem cesaris in templo statuerit, et hec prima seditionis et turbarum Iudeis causa extetirit.

Hier. Iacobus, frater Domini, aeclesiae Hierusalemarum primus episcopus ab apostolis ordinatur*. Ex hoc loco considerandum quantae deinceps calamitates Iudeorum gentem oppresserunt.

* [*fol.* 102. *in margine superiore manu sec. scriptum est:* Iacobus, frater Domini, id est Mariae sororis matris Domini, cuius Ioh. etiam meminit, filius fuit, qui post passionem Domini statim ab apostolis ordinatus, 30 annis Hierusolimae rexit aeclesiam. Hoc est usque ad septimum Neronis annum. Beda super acta apostolorum ita dicit*. — *Eadem manu haec adduntur:* Lazarus resuscitatur ab inferis, episcopus Cypri futurus et 24 annis victurus. *Et in inferiore margine fol.* 102': Lazarus nomine sussitatur, ne omnes mortui cogerentur exire de inferno, clamat tamen ad monumentum, turbant se inferi, expectant audentiam omnes mortui, querebant sua nomina vocitari: „Ne, inquiunt, et nos Dominus suscitabit, ubicunque Christus steterat, patebant inferi." Subito una vox intercepit ceteros, iam fluescentium membrorum teterrimus ceterorum prohibebat accessum, iam in concavis orbibus tabido situ marcentes resedebant oculi, iam deficiebat narium mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute laxa timporibus cerebri sedes[d] tegimine attenuato pallescens capillis subinde rarescentibus apparebat. Iam Maria et Martha, qui Christum frequenter resussitasse mortuos videbant, fratrem suum resuscitari penitus non credebant. Ibi vero Christus probatur esse Deus. Ibi tantum fecit, quantum ausa non est etiam fides ipsa optare].

*) ad c. 21.

Acta Ap. Hier. 35. 19. *Unicius et Longinus.* *Sanctus Zeppanus passus et sanctus Paulus conversus est. Cassius Verus 13. orator egregius anno suae . . . .[e] etatis in suprema inopia obiit, vix panno pudienda contextus. Philatus sacrum thesaurum, qui et Corbon vocatur, in aquaeductum Hierusolimarum expendens, secundae seditionis prebuit semina.

* [*Hoc loco signo posito manu secunda notatur:* Require in secundo latere sequentis foli. *Sequens folium vero* (*f.* 103.) *post additum ibique prima pagina crucifixio Christi delineata est; altera vero pagina manu secunda scripta continet numeros annorum* 35—82. (19—22. 1—14. 1—25.), 92. 94 *etc. Ad annos* 35—57. *haec scripta sunt:* Sanctus Stephanus passus, Saulo hortante et presente. Quod Paulus in hoc anno conversus fuit, ita ad Galatas confirmat*: „Cum vocavit me Deus per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum gentibus, continuo non adquievi carni sanguini." Hieronimus**: „Id est sine mora post revelationem Christi non exivit ad apostolos, et revelationem Domini conferendo cum hominibus, sed abierit in Arabiam, et rursus de Arabia reversus est Damascum, post tres annos euangelium predicarit, et tunc demum in Hierusalem venit"; ipso ita teste*: „Neque veni Hierusolimam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum." Que ut vera credantur ab absentibus, sub testatione Dei confirmat, dicens: „Quae autem dico vobis, ecce coram Deo sunt digna, quia sunt verissima." Isti tres anni sunt, quos Lucas dies multos dicit in actibus apostolorum*, quibus Paulus in Damasco euangelium audenter loquebatur. Certum est enim, statim ut babtizatus sit et accepto pane confortatus fuisset, eum cum discipulis qui erant Damasci esse per dies aliquot, et stupentibus cunctis in sinagogis Iudeorum predicasse, quod Iesus esset filius Dei; et tunc isse in Arabiam, et de Arabia in Damascum revertisse; et ibi fecit triennium, quos dies multos dicit scriptura sic*: „Et cum implerentur dies multi, voluerunt Iudei occidere eum" et reliqua. Accipientes ergo discipuli eius, nocte per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta, ipso ita teste**: „Deinde post annos tres", hoc est conversionis meae, „veni Hierusalem videre Petrum, et mansi apud eum diebus 15, alium autem apostolorum vidi neminem preter Iacobum fratrem Domini. Que autem dico vobis ecce coram Deo, quia non mentior." Anno igitur 38. incarnationis hospitatus est Paulus apud Petrum in Hierusalem; deinde, id est post predictos annos et gesta predicta, dicit sic*: „Veni in partes Syriae et Ciliciae; eram autem ignotus facie ecclesiis Iudae quae erant in Christo; tantum autem auditum habebant, quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, et in me clarificabant Deum. Deinde post annos 14 rursum ascendi Hierosolimam

*) 1, 15. 16. **) ad. Gal. Op. IV, p. 234. *) 1, 17. Hier. l. l. *) 9, 23. Hier. p. 235. (* v. 23.) **) Gal. 1, 18—20. *) 1, 21—24. 2, 1.

a) *Haec in marg. manu prima add.* 1. b) Flacco 3. c) *lege:* adito. d) sēs 1. e) *vocabulum erasum est* 1.

2) In martyrologio a Dacherio edito (Spicil. ed. 2. II, p. 6.) haec non leguntur.

cum Barnaba, assumto et Tito" et reliqua. Hieronimus sic perhibet*: „In principio" suae conversationis et „fidei in transitu apostulos vidit" in Hierusalem, hoc est post tres annos postquam conversus fuit. „Deinde post annos, ut ipse Paulus perhibet," quatuordecim supra predictos priores tres annos, hoc est „post decem septem annos" suae conversionis, „plene cum apostulis loquitur" in Hierusalem „et se humiliat" et reliqua. Hec dixit Hieronimus. — Deinde Petrus venit Romam, ubi predicans euangelium 25 annis, mensibus 5, diebus 13, episcopus eiusdem civitatis prefuit, hoc est usque in ultimum annum Neronis, in quo cum sancto Paulo passus sit, sub consulibus Sillvano et Otho, teste Cassiodoro senatore. *) l. l. p. 238.

Postea, a. 58–76. *vacuis relictis, haec sequuntur:*

77. 25. Cassiodorus sic dixit: „Silvanus et Otho viri clari consules a Nerone. His consulibus Cassiodoro teste Petrus Paulusque passi sunt. Nero turpiter vivens cum a senatu quereretur ad penam, e Palatio fugiens ad quartum Urbis miliarium, sururbano[a] Numentana via sese interfecit anno aetatis 32°. Cui successit Galba, qui regnavit mensibus septem. Cass.

78. Post hunc Otho regnavit mensibus tribus.

79. Post quem Vitellius regnavit mensibus octo et diebus. Qui omnes infra prescriptos duos consules regnaverunt." Hec dixit Cassiodorus. Vitellius vero occissus sit tertio die mensis Octobris, Iosepho teste historico, qui tunc interfuit. de b. I. V, 13.

80. Vespasianus et Titus. Cassiodorus sic perhibet:

81. „Vespasianus 2. et Titus 2. His consulibus Vespasianus suscepit imperium ann. 9, m. 11, diebus 22. Sub quo sequentes consules fuerunt." Cass.

82. Vespasianus ann. 10.
92. Titus 2, m. 2.
94. Domitianus 15, m. 5.
110. Nerva 1, m. 5.
111. Traianus 19, m. 7.
130. Adrianus 21, m. 9.
152. Pius ann. 23.
175. Marcus 19, m. 1.
195. Commodus 13.
208. Helius m. 6.
Iulianus m. 7.
209. Severus 18.
226. Carcalla 7.
233. Macrinus 1.
235. Aurelius 4.
239. Alexander 13.
251. Maximinus ann. 3.
255. Gordianus ann. 6.
260. Philippus ann. 7.
267. Decius ann. 1, m. 3.
269. Gallus et Vol. 2, m. 4.
270. Gallienus ann. 15.
285. Claudius 1, m. 9.
Quintilius frater Claudi m. 1.
287. Aurelianus 5, m. 6.
292. Tacitus m. 6.
293. Probus 6, m. 4.
Florianus mensibus 3.
300. Carus ann. 2.
302. Diocletianus ann. 20.
322. Constantinus Magnus ann. 30, mensibus 10.

Cronicae vero perhibent, Tiberium regnasse viginti tribus annis, hoc est quinque annis post passionem, Gaium quatuor annis, Claudium quatuordecem, Neronemque quatuordecem annos imperasse, pretermittentes superos menses, quibus super annos reges regnaverunt, et intervalla temporum inter reges, et fines annorum sepe, in quibus reges moriebantur vel regno defecissent. Iuxta ergo cronicas inter passionis annum et Vespasianum sunt anni triginta septem, quadraginta vero septem iuxta sanctum Paulum, teste sancto Hieronimo super eum ad Paulam et Eustochiam. Decem itaque anni desunt in cronicis in tanto spatio. Sed tamen alio vestigio sequimur cronicas hoc modo.

Quibus finitis, signo et verbis: Vinicius et Longinus et reliqu. *manus secunda ad primum textum lectorem remittit*].

36. 20. *Sulpicius et Sitta.* Seianus prefectus Tiberii, qui apud eum plurimum poterat, instantissime cohoartatur[b], ut gentem Iudeorum deleat, sicut Filo dicit in libro legationis secundae. 14. Hier.

37. 21. *Priscus et Vitellius.* Persius Flaccus satiricus poeta Volaterris nascitur. Paulus sic ad Galatas*: „Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus, continuo non adquievi carni et sangini, neque veni Hierusolimam ad antecessores meos apostolos, sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum; deinde post annos tres veni Hierusolimam videre Petrum, et mansi apud eum diebus 15; alium autem apostolorum neminem vidi, nisi Iacobum fratrem Domini; quae autem scribo vobis ecce coram Deo, quia non mentior" et reliqua. Beda sic: „Constat ergo, Paulum post annos tres conversionis suae venisse Hierusolimam, et apostolorum numero sociatum, hoc est quoniam Lucas sic dicit in actibus apostolorum, Barnabam apprehensum illum duxisse ad apostolos." Haec Beda. 15. Hier. *) 1, 15–20. cf. Retract. in Act. c. 9.

a) *ita* 1. b) cōhoartatur 1. *i. e.* cohortatur.

Beda. 38. 22. *Gallus et Nonianus.* Agrippa, qui et Herodes, filius Aristobuli, filii Herodis Magni, accusator Herodis tetrarchae, Romam profectus, a Tiberio in vincula conicitur; ubi plurimos sibi ascivit ad amicitiam et maxime Germanici filium Gaium. Hier. Pilato de christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad senatum, ut[a] inter caetera sacra reciperentur. Verum cum[b] ex consilio patrum christianos eliminari ab Urbe placuisset. 16.

Hier. cf. Eus. h. e. II, 2. 39. 23. *Gallienus et Plautianus.* Tiberius[c] per edictum accusatoribus christianorum comminatus est mortem. Scribit Tertullianus. Multi senatorum et equitum Romanorum interfecti. Cass. *) cf. Oros. VII, 4. His consulibus, Cassiodoro teste, anno 23° imperii sui, aetatis 78° obiit [Tiberius[d]] veneno* in Campania, quassi mense Septembre. [Cui[d] successit Gaius]. 17. 5

Romanorum[e] 4. *Gaius, qui et Caligula, in eodem anno quo obiit Tiberius incipiens,* [regnavit] annis 4, mensibus 10, diebus 8, teste Eusebio et Beda; hoc est usque Kal. Augusti, in anno 10. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, [teste Cassiodoro]. 10

40. 1. *Proculus et Nicrinus.* Sanctus Petrus in anno sexto post passionem, primo anno Beda. Gaii, cathedram Antiochiae ecclesiae, octava Kalendar. Martii, tenet per annos 7.* Gaius Herodem Agrippam, amicum suum, vinculis liberatum, regem Iudae facit, annis 7. 18.

*) cf. ad Gal. IV. p. 242. * [*Manu secunda in margine haec scribuntur:* Hieronimus*: „Cum Petrus venisset Antiohiam, adfirmante Paulo, hinc credendum sit in faciem illi Paulum resistisse.“ — *Eadem manu sed alio atramento additur:* Beda 15 *) ad c. 1. super acta apostolorum*: „Mathias apostolus ante pentecosten ordinatur, septem vero diaconi post pentecosten apostolorum oratione et manus impositione ordinantur.“ Beda ib. c. 6. Stefanus Grece Latine corona interpretatur. *) h. e. II, 1. Unde Eusebius dicit*: „Statim, inquit, post ordinationem suam Stefanus lapidatus est ab his qui et Dominum occiderunt.“ — Act. 15, 2. *Alio atramento pergit:* „Statuerunt ut ascenderent Paulus et Barnabas ad apostolos“ et *) ad c. 15. reliqua. Beda super acta apostolorum sic*: „De hac ascensione sua Paulus ipse scribit ad Galatas 20 dicens: ‚Deinde per annos 14 ascendi in Hierusolimam cum Barnabo adsumto Tito, et contuli cum illis eugelium, quod predico in gentibus‘ et reliqua. Ubi numerus ipse qua[f] possuit recensendus est annorum. Scimus enim Petrum et Paulum apostolos anno post passionem Domini 38., id est[g] ultimo Neronis anno, passos fuisse martirium, et beatum Petrum Rome 25 annis sedisse episcopalem cathedram, et 25 anni et 14 non 38 sed 39 faciunt. Sequitur ergo ut beatus Petrus eodem 14. post passionem Domini anno, quo eum in Hierusolimis 25 alloquitur Claudius[h], quarto Claudi cesaris anno, Romam venisse credamus, simulque, nisi fallor, hac expositione Paulum apostolum eodem quo Dominus passus est et resurrexit . . . .[i] ad fidem venisse probatur.“]

Hier. 41. 2. *Iulianus et Asprenas.* Flaccus Acilius prefectus Egipti Iudeos calamitatibus premit, consentiente Alaxandriae populo et crebro adversus eos clamoribus personante, sinagogas quoque eorum imaginibus, statutis[k], aris et victimis polluit. Filo scribit in libro, qui et Flaccus, hec omnia se presente gesta, ob quae Beda. etiam legationem ad Gaium ipse suscepit. Herodes tetrarcha et ipse amicitiam Gaii petens, agente Herodiade sua uxore, Romam venit, sed accusatus ad Agrippa tetrarchiam perdidit; fugiensque in Hispaniam cum Herodiade, merore periit [pro letitia in decollatione sancti Iohannis baptiste]. 19. Ciclus secundus dec. incipit indictione septima. 30

Hier. 42. 3. *Publicula et Nerva.* Gaius Memmi Reguli uxorem duxit, impellens eum ut uxoris suae se patrem Beda. Hier. scriberet. Philatus[l] in multas incidens calamitates et irrogante Gaio cohortatus[m] est, ut sua manu, qua Christum flagellavit, ipsa semet peremit. Gaius Petronio prefecto Syriae precepit, ut Hierusolimis statuam suam sub nomine Iovis optimi et maximi poneret. Toto orbe Romano, sicut Filo scribit et Ioseppus, in sinagogis Iudeorum statuae et imagines et arae Gaii cessaris consecratae. 20. 35

Hier. 43. 4. *Cesar.* Plurimi nobilium a Gaio interfecti; sororesque suas, quibus stuprum intullerat, insularum exilio condemnat. Gaius iussit omnes exsules interfici. 21. 40

Beda. 44. 5. *Caesar*[n] *et Iulianus.* Matheus in Iudea predicans, euangelium scripsit. Cass. His consulibus, Cassiodoro teste, Gaius a protectoribus suis occiditur in palatio, anno aetatis suae 24, mense quassi Iulii. Cui Claudius successit. 22.

Romanorum 5. *Claudius regnavit annis* 14, *mensibus* 7, *diebus* 28, et hoc est usque Kal. April., in anno Cass. vigessimo quinto post passionem. Sub quo hi consules fuerunt: 45

Hier. 45. 1. *Claudius cesar* 2. *et Saturninus.* Hic est Claudius, patruus Drussi, qui apud Magantiacum monumentum habet. 23.

Hier. 46. 2. *Saturninus* 2. *et Venustus.* Eusebius sic: Petrus apostolus, cum primus Antiochiam ecclesiam fundasset, Romam mittitur; ubi euangelium predicans 25 annis, episcopus eiusdem urbis perseverat. 24.

Hier. 47. 3. *Tiberius et Gallus.* Marcus euangelista, interpres Petri, Aegipto et Alaxandria Christum predicat. Primus Antiochiae episcopus ordinatur Euodius. 25. 50

Hier. 48. 4. *Crispinus et Taurus.* Agrippa rex Iudeorum annis septem imperans, obiit; post quem filius suus Agrippa a Claudio in regnum constituitur. Beda. Profhetia Agabi, qua in actis[o] apostolorum famem in toto orbe dixerat futuram, sub Claudio expletur. Haec Eusebius. Beda vero sic: „Quarto anno Claudii fames gravissima, cuius Lucas meminit, facta est.“ Haec Beda. *) 11, 27—30. 12, 1—4. Lucas vero in actus apostolorum sic*: „In diebus illis supervenerunt ab Hierusolimis profhetae Antiochiam, et surgens unus ex eis nomine Agabus, significavit per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quae facta est sub Claudio. Discipuli autem, prout quisque habebat, proposuerunt ministerium mittere in Iudeam fratribus; quod et fecerunt, mittentes ad seniores per manus apostolorum Barnabae et Pauli. Eodem autem tempore missit Herodes rex manuus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum, fratrem Iohannis, gladio. Videns autem quod placeret Iudeis, appossuit apprehendere et Petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset, missit in carcerem“ et *) 13, 2. **) ad c. 13. reliqua. Sequitur Lucas*: „Segregate mihi Barnaban[p] et Paulum in opus, quod assumpsi eos.“ Beda sic**: 26. Annus 15. Tiberii secundum cronicam Eusebii et Bedae presbiteri. 55 60

a) *post add.* 1. b) Vum 1. c) *Haec cum antecedente anno coniungenda sunt.* d) *post add. sec. manu* 1. e) *Hoc loco in margine manu sec. scriptum est:* L[a] die ab occisione agri lex data est, L[a] a resurrectione spiritus missus est. f) q[u] 1. *lege:* quem. g) in 1? h) *lege:* Paulus. i) *supple:* anno. k) *lege:* statuis. l) *in marg. sec. manu scribitur:* Philatus vel de Ponto insula vel de regione qua fuit natus sic nominatus. m) *lege:* coartatus. n) *Nomen Caesaris litura deletum* 1. o) *scriptum erat, ut videtur,* actubus, *sed emendatum est:* actis 1. p) *manu sec. in marg. fol.* 104'. *additur:* Erat scenefactoriae artis B. Scenae Grece tabernacula ethimologiam ab umbrando ducentia, apud quos umbra scena dicitur, scenae vel scenomata quasi umbracula sonant, quae sugis lineis vel laneis seu ciliciis vel ex arborum frondibus aut virgultis componebantur. Beda. Non prohibuit Dominus providere et procurare humano more de crastino, sed ne quis propter ista Deo militet, ut in operibus suis non regnum Dei sed istorum adquisitionem intueatur, 65 70

„Paulus iuxta ordinem historiae 13. anno post passionem Domini apostolatum cum Barnaba Paulique accipisse vocabulum, 14. autem anno post passionem, iuxta condictum Iacobi, Cephae et Iohannis, ad gentium magisterium fuisse profectum.“ Haec Beda. De hac ergo ascensione sua in Hierusalem, postquam dixit, ut supra diximus*, post tres annos conversionis suae in Hierusalem vidisse Petrum, subiunxit**: „Deinde post annos quatuordecim ascendi Hierusolimam cum Barnaba, assumpto et Tito; et contuli cum illis euangelium, quod predico in gentibus“ et reliqua. Et hoc est secundum Lucam*: „Statuerunt Paulus et Barnabas ut ascenderent, et quidam alii ex illis ad apostolos et presbiteros in Hierusalem“ et reliqua. Sequitur ergo, ut beatum Petrum non ante eundem 14. annum post passionem Domini, quo eum Hierusolimis alloquitur Paulus, hoc est quarto Claudi cessaris anno, Romam venisse credamus. Ubi numerus ipse, quem possuit sanctus Paulus, recensendus est annorum. Scimus enim, Petrum et Paulum apostolos anno 38. [hoc est post annum passionis, id est ultimo anno] Neronis, passos fuisse, et beatum Petrum Romae 25 annis, mensibus 2, diebus 13, a 15. Kal. Februarii, quo cathedram tenuit, usque 3. Kal. Iulii, quo passus est, predicasse. Viginti autem quinque anni Petri et 14 anni sancti Pauli cum anno passionis Domini fiunt 39 anni. Incarnationis ergo 45°, Claudi vero primo anno, Iacobus, frater Iohannis, gladio decollatur ab Herode, 8. Kal. Augusti. Petrus autem anno secundo Claudi, in diebus azemorum, in carcerem mittitur, id est quando Herodes, qui et Agrippa, ab angelo percutitur. Sanctus vero Petrus anno 14. passionis, hoc est 4. Claudi, iuxta cronicas, 15. Kal. Februar. Romae cathedram tenuit. — Claudius de Britanis triumphavit et Orchadas insulas Romano adiecit imperio.

cf. Reg. *) v. a. 35. **) Gal. 2, 1. *) 15, 2. Hier.

49. 5. *Vinicius et Cornelius.* Domitius orator clarus, qui sub Nerone abundantia cibi in cena obiit. Clodius Quirinalis rethor Arelatensis Rome insignissime docet. Inter Theras et Therassiam exorta est insula habens stadia 30. 27. Hier.

50. 6. *Assiaticus et Cornelius.* Descriptione Romae facta, inventa sunt civium Romanorum 69 centena et 44 milia. Tracia in provinciam redigitur. 28. Hier.

Ciclus solaris incipit, sic semper concurrentes incurrunt in unoquoque ciclo solari sicut in isto. [Annus passionis Domini secundum cronicam Eusebii et Bedae.] [Annus 15. Tiberii iuxta Dionisium.]

51. 7. *Tiberius* 2. *et Vitellius.* Sub procuratore Iudeae Cumano, in diebus azimorum, tanta est Hierusolimis orta seditio, ut in portarum exitu, populi corruente, 30[a] Iudeorum corruerint. 29. Hier.

52. 8. *Vitellius* 2. *et Publicola.* Palemon Vicetinus insignis grammaticus Romae habetur, qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset: „Gutta, inquit, stat, stilla cadit.“ 30. Hier.

53. 9. *Veranus et Gallus.* Antonius Liberalis Latinus rethor gravissimas inimicitias cum Palemone exercet. [Claudius omnes Iudeos discedere a Roma precepit, ut Iosephus dicit[3].] 31. Hier.

54. 10. *Vetus et Nervilianus.* Fame facta in Graecia, modius sex dragmis venundatus est. 32. Hier.

55. 11. *Claudius et Orfitus.* Magna famis Romae. Marcus euangelium quod Romae conscripsit, Petro mittente Aegipto predicat. 33. Beda.

56. 12. *Silvanus et Silvius.* Claudius Felicem procuratorem Iudeam mittit, apud quem Paulus apostolus accusatus, in defensionem sui perorat. *Resurrectio Christi 5. Kal. Aprilis, luna vigessima prima, secundum Dionissium.* 34.

57. 13. *Tiberius* 3. *et Antoninus.* [Lazarus et episcopus Cypri obit secunda morte, dum 24 annis inter duas vixit mortes, Ammulario[4] teste.] Sub Felice procuratore in Iudea exteterunt multi, qui populum suis persuasionibus deciperent iniquis. Et Aegyptius quidam pseudoprofhetis fuit, qui plurimos sibi associans, in ipso magnarum rerum conatu, per exercitum Felicis opprimitur; ut scribit Iosephus, consentanius apostolorum actibus, in quibus Paulo dicitur a tribuno: „Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies concitasti et eduxisti in desertum quatuor milia virorum?“ 35. Hier.

58. 14. *Silanus et Otho.* Agrippina, eius uxor, postquam Claudium veneno occidit, ut filium suum Neronem faceret regem, missit repente Burrum militiae principem cum tribunis potentibus ad castra; et ductus, adoratus est more principis, his consulibus, teste Casiodoro. Sic Claudius in palatio, anno 64. aetatis obiit, mense quassi Martio. Et Nero imperium suscepit. 36. Ios. Ant. Iud. XX, 10. Cass.

Romanorum 6. *Nero regnavit* 14 *annos, menses* 7, *dies* 28, hoc est usque Kal. Decembris, in anno 39. post passionem Domini.

59. 1. *Silanus* 2. *et Antoninus.* Huius avunculus fuit Gaius Caligula. Felice regnante in Iudea, seditio orta est in Cesarea Palestina, et magnam Iudeorum multitudinem perdidit. [Linus corepiscopus sub Petro apostolo exteriora curavit per annos undecim, menses tres.] 37. Hier.

60. 2. *Marcellinus et Aviola.* Festus successit Felici, apud quem presente Agrippa rege Paulus apostolus religionis suae rationem exponens, vinctus Romam mittitur; his consulibus teste Cassiodoro. — Anno 2. Neronis, id est 26. post passionem, et post biennium libere suae custodiae, ad predicandum liber dimittitur anno 4. Neronis. [Romani dicunt, Petrum annis 15 in Roma fuisse, antequam Paulus ad Romam venit.] Ciclus 3. dec. incip. 38. Hier.

61. 3. *Nero et Vetus.* Probus Rome eruditissimus grammaticus. 39. Hier.

62. 4. *Nero* 2. *et Pisso.* Statius Ursulus Tolosensis celeberrime in Gallia rethoricam docet. 40. Hier.

63. 5 *Nero* 3o *et Mesala.* Nero matrem suam Agrippinam et sororem patris interfecit. Terrimotus Rome et defectio solis. 41. Hier.

64. 6. *Nero* 4. *et Cornelius.* Nero tantae luxuriae fuit, ut frigidis et calidis labaretur ungentis. Festo procuratori Iudeae succedit Albinus. Iacobus, filius Alphei, frater Domini, cum 30 annis post passionem Hierusolimorum rexisset ecclesiam, octavo Kal. April., sancto die paschae, a Iudeis lapidatur, vindicantes in eo, quod Paulum interficere non potuerunt. [B. super actus apostolorum: „Constat quod beatus Iacobus 30° post passionem Domini anno suum consummavit martyrium. Petrus 38°, id est ultimo anno Neronis passus est, et Petrus in secunda sua scripsit epistola: „Certus sum quod velox sit depositio tabernaculi mei, secundum quod et dominus noster Iesus Christus significavit mihi per relevationem[b].“ Beda: „Unde patet, imminente passione hanc scripsit epistolam, 42. Hier. Beda.

cum hec providere debemus, ut in militia regnum Dei, non ista cogitemus. a) *supple:* milia. b) *lege:* revelationem.

3) Ant. Iud. XVIII, 7; sed de Tiberio dicit. 4) Amalarius?

cum multo ante Iacobus migravit ad Dominum [a].] Quoniam itaque octavo Kal. April. in pascha passus sit Iacobus, et hoc in anno 30. post passionem factum est, iuxta totam aeclesiam atque omnes historicos satis apparet, quod sexto Kal. April. surrexit Dominus. Hic itaque annus 5. Neronis ratione temporis, secundum vero falsam supputationem Olympiadum eius est septimus, in quo antea iuxta Bedam ac Theophilum in octavo Kalend. April. Dominum resurrexisse narravimus. *Ressurrectionem enim Christi in hoc anno octavo Kal. Aprilis sanctus Beda sic putat, propter supputationem iniquam cronicae[b] Eusebii, et post eam suam cronicam composuit ab incarnatione Domini, sicut ipse dicit.* Iacobo vero passo, in tronum eius successit suus frater Simeon, qui et Simon adsumitur. Hi fratres Domini dicuntur, quia mater eorum Maria, uxor Alphei, soror erat Mariae, matris Domini. Quam Mariam Cleopae dicit Iohannes, vel quod Alpheus Cleopas, vel post natum Iacobum defuncto Alpheo Maria nupsit Cleopae, cui Symeonem filium genuit; qui Cleopas fuit frater Iosephi. [Hieronimus*[c]: Ipsa etiam Maria est, que Iacobi minoris scribitur mater, fuit uxor Alphei et soror matris Domini; quam Mariam Cleopae Iohannes dicit, a patre, vel a gentilitate familiae, vel alia causa, vel binomia fuit. — Fratres Domini appellantur filii materterae eius Mariae, qui antea non credentes, postea crediderunt; vel unus eorum statim credidit, alii diu non. Et hanc esse matrem Iacobi et Iosetis, id est Maria Cleope, uxorem Alphei, hanc dictam Mariam Iacobi minoris; quae est mater Iacobi et Ioseph secundum Matheum.]

*) adv. Helvidium Op. IV, 2. p. 138.

Hier. 65. 7. *Pius et Tupilianus.* Nero Rome cithara contendens, 43.

Oros. VII, 7. 66. 8. *Macrinus et Gallus.* Nero retibus aureis piscaretur, quae funibus purpureis extrahebantur. Ante mensam Neronis fulmen cecidit. 44.

Hier.

67. 9. *Crassus et Bassus.* Marcus euangelista carne exuitur, sancto die paschae, 7. die Kalend. Maii, ut legitur in martirologio: „Marci euangelizae nativitas 7. Kal. Maii.“ — Hic discipulus et interpres sancti Petri apostoli, rogatus Romae a fratribus, scripsit euangelium; quod quanto ceteris tardius inchoavit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Ab initio enim euangelicae predicationis, quod per Iohannem factum, cepit, usque ad tempus quo apostoli predicavere pervenit. Quod cum Petrus audisset, probavit, et aeclesiis legendum sua auctoritate edidit. Quo euangelio assumpto, idem Marcus, mittente Petro, perrexit in Aegyptum, et primum Alexandriae Christum nuntiens, constituit aeclesiam. Erat autem tanta doctrina vitaeque continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum suum cogeret. Cuius Petrus in prima epistola meminit, Romam nomine Babilonis nominans*: „Salutat vos, quae est in Babilone collecta, et Marcus filius meus.“ Quique constitutis et confirmatis aeclesiis per Libiam, Maricam, Hammonicam, Pentaopolim, Alexandriam atque Egyptum universam, ad ultimum tentus est a paganis, qui remanserunt in Alexandria. Qui videntes eum missas facientem, die sancto pascha, 7. Kal. Maii, miserunt funem in collum eius, et trahebant eum ad loca Bucoliae, quae erant iuxta mare sub rupibus, ubi erat aeclesia constructa, defluebantque carnes eius [in terram], ac saxa inficiebantur sangine. Vespere autem facto, miserunt eum in carcirem, ubi circa mediam noctem primo angelica vissitatione confirmatus est. At mane, dum tracheretur ad loca Bucoliae, gratias agens [et dicens]: „Domine, in manus tuas commendo spiritum meum,“ obiit, et sepultus est in loco lapidis excissi cum gloria, a viris sanctis, octavo anno Neronis. Haec in martirologio. Quod autem nostrum, non Ebreorum pascha celebravit, Marcus testis est, et etiam Beda super acta apostolorum ita*: „Constat iam, apostolum Petrum Rome die dominico resurrectionis domini nostri Iesu Christi pascha celebrasse. Constat etiam hoc, euangelistam Marcum ab eo missum docuisse in Aegypto.“ Haec Beda. Quoniam igitur indictione decima incepit primus annus Neronis, in 22. anno post passionem, et indictione tertia octavus eiusdem annus finitur, in anno 33. post passionem, in quo 7. Kal. Maii dominico die pascha passus est Marcus, et pagani carnes eius in terram radiebant, tamen adhuc spiritum retinens usque mane: nonne emicat, quod Christus 6. Kal. Aprilis resurrexit a mortuis? Pascha enim 7. Kal. Maii non ante vel post predictum annum quam 92 annis habetur. — Post Marcum euangelizam primus Alaxandrinae aeclesiae ordinatur episcopus Anianus, qui prefuit annis 22. 45.

Euseb. h. e. II, 15. 16.

*) (5, 13.)

Bedae mart.

*) Retract. ad c. 21.

Hier.

Hier. 68. 10. *Silanus et Paulinus.* Perseus obiit anno aetatis 29. Thereme[e] a Nerone aedificatae quas Neronianas appelavit. Nero Rome in citarizarum agone contentens[f], cunctos superat. M. Anneus Lucanus Cordubensis poeta in Pissoniana coniuratione deprehensus, brachium ad seqandas venas prebuit medico. Nero ut similitudinem Troiae ardentis inspiciret, plurimam partem Romanae urbis accendit. In Assiae tres urbes terrae motu conciderunt, Laudacia, Hiarapolis, Colasse. Albino succedit Florus, sub quo Iudei contra Romanos rebellaverunt. Iunius Gallio, frater Senice, egregius declamator, propria se manu interfecit. Non est acta ante Neronem in suam presentem[g] defferente. 46.

Hier. 69. 11. *Censinus et Apuleius.* Duae tantum sub Nerone provinciae factae, Pontus Polemiacus et Alpes Cottiae, Cottio rege defuncto. Multi nobilium Rome a Nerone interfecti. Nero in Olympiade coronatur. Cericas, citharistas, tragoedos, aurigas vario certamine superans. 47.

Hier. 70. 12. *Capito et Rufus.* L. Annius Seneca Cordubensis, preceptor Neronis et patruus Lucani poetae, incisione venarum et veneni haustu periit. Rursum Nero Sthimia, Phithia, Actia celebrans, inter cericas, tragoedos et citharizas coronatur. [Linus his consulibus passus 9. Kal. Octobris. Cletus corepiscopus successit annis 12, m...] 48.

Hier. 71. 13. *Italicus et Turpilianus.* Nero in expensas centias centena milia decretu senatus annua subministrat. Nero cum ceteris viris insignibus et Octaviam uxorem suam interfecit, Cornutumque filosophum et preceptorem Persii in exilium fugat[h]. Musonius et Plutharchus filosofi clari. [Petrus, sicut in gestis pontificum habetur*, Clementem episcopum consecravit, eique cathedram et omnem eclesiam disponendam commisit, dicens: „Sicut mihi gubernandi tradita est a domino meo Iesu Christo potestas ligandi solvendique, ita et ego tibi committo, ut ordinans dispositores diversarum causarum, per quos actus eclesiasticos profligatus, tu minime in curis seculi deditus reperiaris, sed solummodo ad orationem et predicare populo vacare stude.“ — Petrus[i] ordinavit duos episcopos, Linum et Cletum, qui presentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo vel supervenientium exhiberent. Beatus[k] 49.

*) in quibusdam codd.

ibid.

a) *Haec sec. manu in marg. inferiore fol.* 105'. *scripta sunt, ibique sequuntur:* Beatus Petrus secundum gesta pontificum ordinavit duos episcopos *etc. quae infra ad a.* 71. *iterum scripta sunt.* b) e *postea additum esse videtur* 1. c) *in margine sec. manu. A verbis* fratres Domini *eadem manu, sed alio atramento.* e) *lege:* Thermae. f) *lege:* contendens. g) *lege:* presentiam. h) fugati 1. i) *Eadem supra leguntur* 1. *v. a.* 64. k) Petrus vero *supra a.* 64.

autem Petrus ad orationem et predicationem populum erudiens vacabat. — Linus fuit tempore Neronis, a consulatu Saturnini et Scipionis usque ad Capitone et Rufo consulibus; martirio coronatus et sepultus iuxta corpus beati Petri in Vaticano, 9. Kal. Octobris. Cletus fuit temporibus Vespasiani et Titi, a consulatu Vespasiani[a] 7. in Domitiano[b] 5. usque ad Domitiano[c] et Rufo consulibus, passus et sepultus 6. Kal. Maii iuxta corpus beati Petri in Vaticano. Clemens fuit 5 temporibus Galbe et Vespasiani, a consulatu Tragali et Italici usque ad Vespasiano nono et Tito.] (Lib. pont.)

72. 14. *Silvanus et Otho.* [His consulibus, teste Cassiodoro, Nero Petrum et Paulum et sese interfecit.] L. Annius Melas, frater Senecae et Callionis, bona Lucani poetae filii sui a Nerone promeretur. (Prima persecutio aeclesiae. 50. Hier.) Primus Nero super omnia scelera sua etiam primam persecutionem in christianos facit, in qua una die beatus Petrus crucifigitur et Paulus gladio ceditur, [anno 38. post passionem]. (Beda.) Contra Iudeos, 10 qui Cesti Florii avaritiam non ferentes rebellant, Vespasianus magister militiae a Nerone transmittitur. Vespasianus multas urbes in Iudea capit. Flavius Iosephus scriptor historicus, dux belli Iudeorum, cum a Romanis interficiendus esset, Vespasiano predixit de morte Neronis et eius imperio. (Hier.)

Leo secundus, successor Agathonis papae, in sua decretali epistola sic: „Si autem Petrus princeps apostolorum adiutores sibi scivit Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii, animas ligandi vel sol- 15 vendi normam, eis tradidit; sed Clementi successori suo, qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem, tradenti sibi beato Petro apostolo, tenere promeruit. Linum nanque et Cletum nihil legimus umquam egisse ex pontificali ministerio potestative, sed quantum eis a beato Petro precipiebatur, tantum solummodo agebant.“ Haec Leo papa. — Clemens ergo papa primus post petitionem Romanam aeclesiam tenuit, vel cum Lino et Cleto sicut cum Petro fuerat. Post Petrum, immo etiam cum Petro, primus papa sanctus 20 Clemens Romanam regit aeclesiam, ipso ita teste. Decretalis epistola Clementis Romani pontificis: „Clemens Romanae aeclesie presul, Iacobo karissimo Hierusolimarum episcopo. Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum principe et patre, qui claves regni celestis accepit, aequaliter tenere debemus de sacramentis quae geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instituere. Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum secretorum, id est prespetero, diacono et subministro; hi cum timore et tremore reliquias 25 corporis dominici debent custodire fragmentorum, neque putredo in sacrario, et neque agatur negligenter, nec portioni corporis et sanginis Domini gravis inferatur iniuria. Communio enim domini nostri Iesu Christi si negligenter agatur, et non curat admonere officia, gravi anathemate perculsus, pro iudicio digna humiliationis plaga feriantur. Certe tanta in altari holocausta offerantur, quanta populo sufficere debent; quodsi remanserint, in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum consumantur. Qui autem residua corporis dominici, quae in sacrario relicta sunt, 30 consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, nec putent sanctae portioni commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum defunditur. Si igitur mane dominica pars porrigatur, usque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserint; et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent usque ad vesperum. Sic secreta sanctificatione aeterna custodienda sunt sacramenta. De vassis sacris sane ita gerendum est: Altaris palla, cathedra, candelabrum et velum, si fuerint vetustate consumpta, incendentur; quoniam non licet ea quae in sacrario fuerunt male tractari; sed 35 incendentur. Cineres quoque eorum in babtisterio inferantur, ubi nullus transitus habeatur, aut in pariete vel in fossis pavimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, vel scapulas operiere[d] diaconus velit, de his quae fuerint in altare. Qui fecerit vel leviter, si diaconus, triennio et sex mensibus a dominico erit altari, gravi percussus anathemate, removendus. Quodsi clericos prespiter non admonuerit, 10 annis et 5 mensibus excommunicatus sit. Qui non docuit eos de his, et postea cum grandi humilitate 40 matri reconcilietur aeclesiae. Pallas vero et vela sanctauarii[d] diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium lavent, ne forte pulvis dominici corporis foras extra sacrarium male decidat, sindone foris delata, et erit hoc operanti peccatum; ideo in sacrario ministris precipimus cum omni diligentia custodire. Pelvis nova, munda, cui nihil aliud tangat ad dominici altaris [cultum], ubi pallae laventur. Vela autem non ipsa, sed in alia laventur. Precipimus etiam, ne extra aeclesiam sive laico de fragmentis oblationum ponatur ad mensam. Unde scis tu, qui passim sacrarii panes in- 45 dignis impendis, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi quibus impendis? Hinc et David, interrogatus ab Abimelech sacerdote, cum se mundum ante triduum profiteretur a muliere, panes propossitionis manducavit. Ministri altaris prespeteri sive diaconi ad dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem coniuges suas reliquerunt. Quodsi post ordinationem ministro contigerit propriae invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrari portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portionem [accedat], 50 aquam sacerdotum manibus porrigat, ostiam forinsecus claudat, minora gerat officia, urceum sane ad altare vel calicem non suggerat. Si forte quispiam prespiter sive diaconus sacrarii vel velum vendiderit, noverit se Iudae Scariothis suscepturum penam.“ Et postea ita concludit Clemens: „His ergo bene parete[e] sententiis; ne quis haec precepta minime credat implenda, et iudicii Dei ignis aeterni tormenta sustineat, qui aeclisiastici operis sacra neglexerit. Haec ergo, frater Iacobe, de ore sancti Petri iubentis audivi. Si quis haec precepta non integra custo- 55 dierit, sit anathema usque ad adventum domini nostri Iesu Christi. Haec precepta a sancto Petro apostolo accepi, et tibi, karissime frater Iacobe, insinuare curavi, ut servari omnia precipias sine macula. Si quis audierit te, utilis minister erit Iesu Christi. Qui autem non audierit te, immo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem adquirit. Omnipotens Deus, karissime frater, sua te protectione custodiat, atque ad celestis remunerationem patriae cum multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum iterumque incolomem custodiat, reverentissime frater. Amen.“ (Leon. ep. — Epist. 2. Labb. conc. I, p. 50)

60 Alia decretalis epistola Clementis Romani episcopi, successoris Petri: „Clemens urbis Romae episcopus“ et reliqua. Et infra sic: „De quibus et beatus Petrus, instructor et ordinator noster.“ Et paulo post: „Haec apostoli a Domino acceperunt et nobis tradiderunt. Haec nos docemus, vobisque haec omnibus absque reprehensione tenere et docere, quibus agendum est, mandamus.“ Et post: „Dominus noster Iesus Christus mittens discipulos suos, precepit nobis, in quacumque civitate intraveritis, dicite: „Pax huic domui“ et reliqua. Alia epi- 65 stola: „Clemens Romanae urbis episcopus karissimis fratribus Iulio et Iuliano“ et reliqua. Alia epistola: „Dilectissimis fratribus et condiscipulis Hierusolomis, cum karissimo fratre Iacobo episcopo habitantibus, Clemens episcopus“ et reliqua. Haec dixit sanctus Clemens. — Sanctus ergo Clemens non tantum successor beati Petri fuit, sed etiam vivente Iacobo, novem annis ante passionem Petri, Romanam cathedram tenuit, iuxta scripturam, et deinde post Petrum 21, id est 12 cum Cleto vel cum (Epist. 3. ib. p. 53. — Epist. 5. ib. p. 61.)

70 a) Vespani 1. b) *lege:* et Domitiani. c) usque adoīano 1. d) *ita* 1. e) parāte 1?

Linio et Cleto, et 9 annos post eos, usque dum in exilium missus est. Si sanctus Clemens papa fuit tunc, quando decretalem istam epistolam sancto Iacobo conscripsit. Nullius autem legitur decretalis epistola nissi papae. Qui anni novem eius imputantur, quasi post Cletum tantum ipsis solis chathedram teneret, et pretermittitur Ancletus papa secundus, post Petrum decem annis sedens, quia non possunt sub regibus subputari usque ad Traianum imperatorem papae quatuor. Iacobus enim in anno trigesimo post passionem, et Petrus 39. passus sit. Traianus etiam in anno 70. post passionem regnare cepit. Sub quo passus est sanctus Clemens. Nullum autem gravi anathemate sententiae percussisset sanctus Clemens, nec episcopali potestate sedis apostolicae dicendo: „Sit anathema."

H. pont. Adon. mart. (*2. Tim. 4, 21.) Reg. Linus ex precepto beati Petri precepit, ne mulier invelato capite aeclesiam intret. Cuius Paulus in epistola ad Thimotheum meminit*; qui etiam martirio 6. Kal. Decembris coronatur. Romae passi Processus, Martinianus, et 47 qui babtizati sunt a beato Petro, et in custodia Mamortini retrussi, Torpes, Marcellus, Apuleius; in Alexandria Marcus euangelista octavo anno Neronis; Mediolanis Nazarus, Celsus; apud Maceriam Aquileiam Hermagoras episcopus, Fortunatus diaconus, cum Constantia.

) VII, 7. Oros. Hier. Orosius prespiter sic: „At vero Nero, postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognovit, totus animo ac spe concidit"; siquidem Petro in urbe Roma interfecto et christianis penarum diversitate laniatis, de Hispania ilico Galba surrexit. Cumque inde Nero incredibilia perturbandae, immo ignominiosissime subruendae rei publicae mala moliretur, hostis a senatu pronuntiatus, et ignominiose fugiens, ad quartum ab Urbe lapidem, id est ad quartum miliarium, in suburbano libertini sui, inter Salariam et Numentanam viam, semet ipsum occidit, aetatis 32. anno, in quo omnis familia Augusti consumpta est.

Oros. VII, 8. H. Rom. *Romanorum* 7. *Galba Servius, mox ut mortem Neronis comperit* Romam venit. Qui cum antiquissimae nobilitatis senator anno 63. aetatis esset, ab Hispanis et Gallis electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus est. Nam privata eius vita insignis erat militibus et militaribus ac civilibus rebus, saepe consul, sepe proconsule, frequenter dux gravissimis bellis. Huius breve imperium bono cepit exordio, nissi propensior erat ad severitatem. *) VII, 8. Orosius sic*: „Cumque omni avaritia, sevitia segnitiaque offenderet, sibi Pisonem nobilem industriumque adolescentem in filium atque in regnum adoptavit. H. Rom. Cum quo insidiis Othonis in medio urbis Romae foro capite truncatus est, mense septimo, septemque diebus sui imperii; et sepultusque est in suis ortis, qui sunt via Aurelia, non longe a Roma." Haec Orosius. Hic igitur regnavit usque mensem Iulium, in anno 39. post passionem, iuxta temporis rationem.

Hier. 73. 1. *Vespasianus et Titus.* M. Favius Quintillianus Romam a Galba perducitur. 51.

Oros. H. Rom. *Romanorum* 8. *Lucius, qui et Otho, Galba et Pissone Romae interfectis,* inter tumultus cedesque intravit imperium. Hic matre erat nobilior quam patre, neutro tamen obscuro; in privata vita mollis et Neronis familiaris, in imperio documentum sui non potuit ostendere. Nam cum Otho Galbam occidit, a Germanis Vitellius factus est imperator. Oros. Otho ergo cum mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset, bellum civile molitus est. Cum autem tribus primum levibus preliis, hoc est uno apud Alpes, alio circa Placentia, tertio circa locum quem Castoris vocant, contra Valentem et Cinna* Vitellianos duces congressus victor exstetisset, quarto apud Betriacum preleio, *) Ios. de b. Iud. V, 8. H. Rom. cum advertisset suos vinci, cum ingentes tamen copias haberet, et petentibus militibus ne tam cito de eventu belli disperaset, dixit se tanti non esse, ut propter eum bellum civille oriretur. Anno 38. aetatis, imperii autem die 90. quam imperare ceperat, sese interfecit; hoc est usque in mense Octobrem, in eodem anno quo Galba occissus sit. Cui successit Vitellius.

Romanorum nonus rex Vitellius regnavit mensibus 8, *diebusque* 8, usque Octobrem mensem, in anno 40. post passionem.

Hier. 74. 1. *Vespasianus* 2. *et Titus* 2. His consulibus, Cassiodoro teste, Vespasianus apud Iudeam ab 52. Oros. exercitu imperator apellatus est. Vitellius, occisso Othone, potitus imperio, cum suis Othonisque militibus ingenti gloH. Rom. ria victor Romam advenit. Hic familia honorata ortus magis quam nobili. Namque pater eius non admodum clare natus, tres tamen ordinarios gessit consulatus. Hic cum multo dedicore et gravi sevitia notabilis, precipue ingluvie et voracitate vitam humanam propriis malis aggravavit; quippe cum de die saepe quarto vel quinto fertur epulatus. Notissime certe cena memoriae mandata est, quam ei frater Vitellius exibuit, in qua super ceteros sumptus 2000 piscium et 7000 avium appossita traduntur. Hic cum Neroni similis esse vellet, et id adeo se preferret, ut etiam exsequias Neronis, quae humiliter sepultae erant, honoraret. Oros. Qui cum de Vespesiano comperit, primum molitus est deponere imperium; sed postea a quibusdam animatus, Sabinum, Vespasiani fratrem, nihil tum mali suspicantem, cum ceteris Flavianis in Capitolium compulit. Succensa itaque templo, et mixta simul flamma ruinaque, omnes in unum pariter interitum atque tumultum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomine, et ab exercitu suo destitutus, appropinquantibusque iam hostibus trepidus, cum se in quandam proximam Palatio cellam contrusisset, turpissime inde protractus est, et per viam H. Rom. et Oros. et Urbem puplice nudus super terram, erecta coma et capite ei subiecto ad mentum, et passim fimum in ós eius coniectantibus carnificibus, in forum deductus est, et ad pectus ab omnibus oviis appetitus; postremo apud Gemonias scalas graduum minutissimorum ictuum crebrisque compunctionibus, gladio stercore involuto, excarnificatus est, et inde unco tractus, in Tiberem proiectus, commune etiam sepultura caruit. Vitellius vero occissus est 3. die mensis Octobris, *) de b. Iud. V, 13. Iosepho Iudeorum historico teste et tunc vivente*. Eusebius sic: „Galba 7. mense imperii sui in Hier. medio Romanae urbis foro capite truncatur. Otho 3° regni sui mense apud Vetriacum proprio manu occubuit. Vitellius 8. mense sui imperii a Vespasiani ducibus occissus, in Tiberim proiecitur." Haec Eusebius. Hoc autem Oros. tempus inter Neronem et Vespasianum nec Eusebius necque etiam Beda supputat. Ios. l. l. Multis autem et nefaris modis post complures dies a Vespasiani militibus, id est ab Antonio Primo et Martiano, Oros. qui Vitellium occiderunt, ducibus Vespasiani, adversum senatum populumque Romanum indiscreta cede saevitum ib. VII, 9. est. Vespasianus autem cum Iudeos in urbe Hierusolimorum, precipue ob diem festum paschae congregatos, obsidione clusisset, cognita morte Neronis, hortatu plurimorum regnum[a] et ducum, maxime Iosephi Iudeorum ducis sententia — qui captus cum in vincula coniceretur, constantissime dixit, sicut Suetonius refert, continuo se ab eodem Vespa-Hier. siano sed imperatore solvendum — imperium adeptus, bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiOros. scitur. Sed cognita morte Vitellii, paulisper Alexandrie substitit. Titus vero ab exercitu pronuntiatus est imperator. Muros urbis universos solo coequavit. 600 milia Iudeorum interfecta eo bello, Cornelius et Suetonis referunt. Iosephus

a) *lege*: regum.

vero Iudeus, qui ipse prefuit bello et apud Vespasianum post predictum imperium veniam gratiamque meruit, scribit, undecies centena milia gladio et fame perisse. Reliquias autem toto orbe dispersas, numero 900 milia, narratur. — Vespasianus et Titus imperatores appellati. cf. Hier.

Romanorum 10. *Vespasianus secundum omnes regnavit annis* 9, *menses* 11, *dies* 22, hoc est usque Kalen-
5 das Octimbr. in anno 50. post passionem.

75. 1. *Vespasianus* 3. *et Nerva.* Capitolium Rome incensum. 53. Hier.

76. 2. *Vespasianus* 4. *et Titus* 3. His consulibus a Tito, filio Vespasiani, Iudea capta est. Ut Iosepus 54. Hier. dicit, undecies et centena milia fame et gladio perierunt et centum milia captivorum sunt venditi. Euangelium secundum Matheum: „Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur." Hieronimus Matth. 24, 2.
10 sic: „Iuxta historiam manifestus est sensus, quia 42. anno post passionem, sub Vespasiano et Tito, ipso cum templo magnificentissimo civitas funditus est eversa, ita ut solo coequaretur." Haec Hieronimus. In anno ergo 42. post passionem, hoc est cum anno passionis, in quo incepit Vespasianus annum 2, capta est Hierusalima in diebus paschae, Iosepho teste et ibi presente. [Sanctus[a] quoque Spiritus per os David sic: „Quanta malignatus est inimicus in sancto, et gloriati sunt qui oderunt te in medio paschae" et reliqua.]
15 Cum enim noluerunt verti ad penitentiam, Domino eos expectante per annos 40, dignum erat, ut in tempore quo occiderunt Dominum etiam ipsi occiderentur. Pascha enim Hebreorum anno predicto contigit quarta feria, in qua congregati sunt omnes principes sacerdotum et seniores populi in Matth. 26, 3. 4. atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cahiphas, et consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent et occiderent. Nostrum autem pascha 8. Kal. Aprilis, in quo crucifixerunt Dominum, in quibus Titus hiisdem die- cf. Oros. Hier.
20 bus capit civitatem, deinde templum incendit, muros urbis universos solo coequavit; et undecies centena milia gladio et fame periisse, scribit Iosephus Iudeorum historicus et tunc presens, et centum milia captivorum vendita et 90 milia dispersa. Ideo autem tanta multitudo Hierusalem erat tunc, quia ex omni Iudea ad templum in diebus azimorum confluebant.

77. 3. *Vespasianus* 5. *et Titus* 4. 55.
25 78. 4. *Vespasianus* 6. *et Titus* 5. 56.

79. 5. *Vespasianus* 7. *et Titus* 6. Vespasianus Capitolium edificare orsus est. In Alexandria facta est seditio. Achaia, Aliciarchodus[b], Bizantium, Samus, Trochia Celicia, Commagine, quae liberae antea et sub regibus amicis erant, in provincias redactae. Quartus decennovenn. cyclus incipit indict. 15. 57.

80. 6. *Commodus et Rufus.* Colossus erectus est, altitudinis habens [pedes[c]] centum septem. 58. Hier.
30 81. 7. *Vespasianus* 8. *et Titus* [7[d]]. Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui 73° aetatis suae anno captus luminibus, 12 postea annis in supremo omnium honore consenescit. 59. Hier.

82. 8. *Vespasianus* 9. *et Titus* 8. Gabianus rethor [nomine[c]] celeberrime in Gallia docet. 60. Hier.

83. 9. *Silvanus et Verus.* Tres civitates Cipri terrae motu corruerunt. Lues ingens Rome facta, ita ut per multos dies in efemeridem 10 milia ferme mortuorum hominum efferentur. 61. Hier.
35 84. 10. *Domitianus et Messalianus.* Vespasianus colonias deduxit. Apollinaris episcopus ad Ravennam missus, passus. Vespasianus profluvio ventris in villa propria circa Sabinos obiit, 69. aetatis anno. [Et Titus sibi successit, his consulibus, Cassiodoro teste.] 62. Hier. Reg. Hier.

Romanorum 11. *Titus, filius Vespasiani, iuxta historiam Romanam, regnavit annis* 2, *mensibus* 8, *diebus* 20, *hoc est usque Kal. Iunii, in anno* 53. *post passionem Domini.*
40 85. 1. *Domitianus et Rufus.* Titus, filius Vespasiani, in utraque lingua disertissimus fuit et tantae bonitatis, ut, cum quadam die recordatus fuisset in cena, nihil se in illo die cuiquam prestitisse, dixerit: „Amici, hodie diem perdidi." Mons Vespius ruptus, in vertice tantum ex se iecit[e] incendi, ut regiones vicinas et urbes cum hominibus exureret. 63. Hier.

86. 2. *Domitianus* 3. *et Sabinus.* Titus Musionium Rufum philosophum de exilio revocat. Titus ampi- 64. Hier.
45 theatrum Romae aedificat, et in dedicatione eius quinque milia ferarum occidit. Rome plurimae aedes incendio concremantur. Titus ob insignem mansuetudinem delicias humani generis appellatus est. Titus obiit in villa, qua et pater, anno aetatis 42, imperii autem anno 2, mense 8, die 20, secundum historiam Romanam. Cui successit frater eius iunior Domitianus, [predictis consulibus, Cassiodoro teste]. Cass. Hist. Rom.

Romanorum 12. *Domitianus regnavit annis* 15, *mensibus* 5, secundum [omnes], hoc est usque ad Kal. No-
50 vembris, in anno 68. post passionem. Sub quo hi consules.

87. 1. *Domitianus* 4. *et Rufus.* Domitiani uxor augusta appellatur. [Cletus his consulibus passus est 6. Kal. Maii, secundum gesta pontificum.] 65. Hier.

88. 2. *Domitianus* 5. *et Dolabella.* Decreto senatus Titus inter deos refertur. 66. Hier.

89. 3. *Domitianus* 6. *et Rufus* 4. Domitianus iunuchos prohibuit. Tres virgines Vestae ob stuprum damna- 67. Hier.
55 tae. [Linus papa ann. 11.]

90. 4. *Flavius et Traianus.* Plurimos senatorum Domitianus in exilium mittit. 68 f. Hier.

91. 5. *Domitianus* 7. *et Nerva.* Secundus Alexandrinae aeclesiae episcopus constitutus Abilius, qui prefuit annis 13. 69. Hier.

92. 6. *Traianus* 2. *et Gabrio.* Domitianus templum sine lignorum admixtione construxit. Primus Domitia- 70. Hier.
60 nus dominum et deum appellari se iussit. Nassamones et Daci dimicantes adversus Romanos victi. Cuius anno 6. Clemens papa in exilium missus, ut videtur, cum annis 9 et mensibus 2 et diebus 10 post Cletum cathedram teneret. Lib. pont.

93. 7. *Domitianus* 8. *et Saturninus.* Duo menses aliter appellati, Septimber Germanicus et October Domitianus. 71. Hier.

Ancletus papa post Petrum 2. *Clementi successit, annis* 10, *ipso ita teste:* Decretalis epistola Ancleti
65 papae. „Ancletus, servus Christi Iesu, in sede apostolica" et reliqua. Et infra: „Nullus, ut ait beatus Clemens, antecessor noster" et reliqua. Alia: „Ancletus papa universis episcopis in Italia constitutis. Quoniam apostolicae sedis debitam reverentiam erga me caritas vestra distribuit" et reliqua. Et post: „Et ut a beato Petro principe sumus Ep. 1. p. 63. Ep. 2. p. 68.

a) *signo posito, summo in margine adscripta sunt, prima manu ut videtur,* 1. *Desunt* 2. b) *lege* Lycia, Rhodus. c) *post add. sec. manu* 1. d) *add. rec. manu* 1. e) iecti 1. f) *Hoc anno prima manu in dextero margine adnotatur:*
70 Vespasianus ann. IX. mensibus XI. diebus XX unus; *et ita in sequentibus imperatorum nomina et anni recensentur, qui ad annos vulgaris aerae in dextera parte positos pertinent.*

instructi, a quo et prespiter sum ordinatus" et reliqua. „Provinciae autem multo ante adventum Christi tempore divisserunt maxima ex parte; et postea ab apostolis et beato Clemente precessore [nostro] ipsa divisio est renovata" et reliqua. Alia: „Ancletus, servus Iesu Christi, in apostolica sede a Domino constitutus, et a sancto Petro apostolorum principe prespiter ordinatus. Quoniam actenus de his a beato Petro apostolo et reliquis apostolis et beato Clemente nostro precessore et martire novimus statutum, denegare vobis minime possimus. Illi autem, qui in metrapoli a beato Petro, ordinante Domino, et precessore nostro, predicto sancto Clemente, sive a nobis constituti sunt, non omnes primates esse possunt" et reliqua. Et post: „Aliae autem primates civitates, quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis et a beato Clemente sive a nobis primates predicatores acceperunt. Haec vero sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit, dicens beato Petro apostolo: „Tu es Petrus" et reliqua usque „Erunt soluta et in caelo." Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Pauli apostoli, vassis[a] electionis, qui uno die unoque tempore glorioso morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est." Et post: „Ait ergo apostolorum princeps beatus Petrus de sancto precessore nostro Clemente, plebibus predicando, docens eas qualiter ei obedire debirent eumque observare: „Si inimicus est alicui Clemens pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: „Cum illo vos nolite amici esse"; sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque communione[b] obsecundare, et āre[c] vos separate ab eo cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquatur, ut unusquisque, qui in hac culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus preest; et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei aeclesiam volunt" et reliqua. Hec Ancletus papa ait. Ancletum[5] vero omnino Eusebius pretermissit, quoniam Linus et Cletus, qui non fuerunt papae, et Clemens atque Ancletus a passione Petri in ultimo anno Neronis usque ad Traianum non possunt simul sub regibus stare. In loco annorum enim Clementis, quibus post Petrum cum Lino et Cleto, si simul post Petrum vivi fuerunt, vel cum Cleto tantum Clemens cathedram tenuit, Linus et Cletus sunt possiti; et in loco Ancleti papae, qui post Clementem decem annis successit, Clemens possitus.

(Ep. 3. p. 72.)

Hier. 94. 8. *Silvanus et Priscus.* Quintillianus, ex Hispania Calagurritanus, primus Rome publicam scolam et salarium e fisco accepit et claruit. 72.

Hier. 95. 9. *Asprenas et Clemens.* Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit atque occidit; mathematicos et philosofhos Romana[d] urbe pepulit. 73.

Hier. 96. 10. *Domitianus* 9. *et Clemens* 2. Multa opera in Roma facta, in quibus Capitolium, forum transitorium, divorum porticus, Isium ac Serapium, stadium, horrea piperaza, Vespasiani templum, Minerva Calchidica, odium, forum Traiani[e], thermae Traianae et Ticianae, senatus, ludus matutinus, mica aurea. [His consulibus Ancletus papa obiit, secundum gesta pontificum.] 74.

Hier. 97. 11. *Nerva* 2. *et Rufus.* Domitianus de Dacis et Germanis triumphavit. Domitianus tantae superbiae fuit, ut aureas et argenteas statuas sibi in Capitolio poni iussit. 75.

Hier. 98. 12. *Fulvius et Vetus.* Maxima virginum Vestualium Cornelia convicta stupri, iuxta legem viva defossa est. Domitianus prohibuit vites in urbibus seri. 76.

Hier. 99. 13. *Sabinus et Antoninus.* Fl. Ioseppus vicessimum librum antiquitatum huius temporis scribit. Domitianus multos nobilium perdidit et quosdam in exilium missit. 77.

Hier. 100. 14. *Nerva* 3. *et Traianus* 3. Secundus post Neronem Domitianus christianos persequitur; et sub eo apostolus Iohannes in ferventis olei dolium ante portam Latinam Rome missus, (Reg. Beda.) sed nihil lessus tamen, quia a corruptione carnis erat immunis; deinde in Pathmum insulam religatus apocalipsin vidit, (Hier.) quam Hirenius interpretatus est. [His consulibus Clemens papa passus est, secundum gesta pontificum.] [Persecutio secunda.] 78.

Hier. 101. 15. *Senecio et Palma.* Domitianus rursum philosofos et mathematicos Romae per edictum extrudit. Apollonius Tianius et Eufrates insignes philosophi habentur. (Bedae mart.) Romae 6. Kal. Mai natalis Ancleti papae et martiris, (Lib. pont.) sub Domitiano passi, qui memoriam beati Petri construxit et compossuit, ubi episcopi reconderentur. 79[f].

Euaristus papa 3. *annis* 10, *mensibus* 2.

Hier. 102. 16. *Traianus* 4. *et Fronto.* Domitianus eos qui de genere David erant interfici iussit, ut nullus Iudeorum regni reliquus foret. Scribit Bruttius, plurimos christianorum sub Domitiano fecisse martirium, inter quos et Flaviam Domicillam, Flavi Clementis consulis ex sorore neptem, in insulam Pontianam relegatam, quia se christianam esse testata[g] est. (H. R.) Multa signa atque portenta Romae et toto orbe facta. Domitianus suorum coniuratione occissus est in palatio, anno aetatis 35, et per vispiliones ignobiliter portatus, [et Nerva successit, his consulibus, Casiodoro teste]. 80.

Romanorum 13. *Nerva, Iosebio et Beda teste, regnavit anno* 1, *mensibus* 4, *diebus* 8, hoc est usque ad Kal. Martii, in anno 70. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Hier. 103. 1. *Traianus* 5. *et Ofitus.* Alaxandriae 3. episcopus Cerdo annis 11. Senatus decrevit, ut omnia quae Domitianus statuerat in irritum deduceretur. Itaque multi quos iniuste iecerat de exilio reversi, nonnula bona propria reciperunt. 81.

Hier. 104. 2. *Senecio* 2. *et Sura.* Aiunt et apostolum Iohannem inter reversos de exilio solutum, Effhesum revertisse; (Beda.) in qua urbe et hospitiolum et amicos amantissimos sui habebat. Euangelium quoque contra hereticos conscribit. (Hier.) Iustus a Tiberiade Iudeorum scriptor agnoscitur. (Reg.) Rome passus Eutices, Victorinus et Mauro; apud Amiterninam urbem Victorinus episcopus, frater Severini. (Hier.) Nerva obiit in ortis Salustianis, 72. aetatis anno, cum iam Traianum adoptasset in filium, [his consulibus, teste Cassiodoro]. Traianus, Agrippine filius, in Gallis imperator factus, natus Italice in Hispania. 82.

Romanorum 14. *regnavit Traianus annis* 19, *mensibus* 6, *diebus* 15, *teste omne historico; hoc est usque Kalendas Septembris, in anno* 89. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro.

Hier. 105. 1. *Traianus* 6. *et Maximus.* Decreto senatus Nerva in deos relatus. 83.

a) *i. e.* vasis. b) *lege* commonitione. c) *ita* 1. avertere vos ab eo *Epist.* d) romamana 1. e) ni *post add.* 1. f) *Inde ab hoc anno etiam papae in dextero margine ponuntur qui ad hos annos pertinent, sed secunda manu:* 101. 79: Cletus papa secundum Eusebium ann. 12. — 113. (91.) Clemens papa sec. Eusebium ann. 9. *etc.* g) testa 1.

5) non Anacletum sed Cletum Eusebius tam in chron. quam in hist. eccl. praetermisit.

106. 2. *Senecio* 3. *et Sura.* Hoc anno, id est 84° incarnationis secundum [Ciclus sol. incipit.] 84. cf. Beda.
Dionissium, in fine diei dominici subsequente, 6. Kal. Ianuarii, posset Iohannes dormire.

107. 3. *Urbanus et Marcellus.* Hirenus[a] enim episcopus scribit, Iohannem apostolum usque ad Traiani 85. Hier.
tempora permansisse. Post quem discipuli eius insignes fuerunt Papias Hieropolitanus episcopus et Polycarpus Zmir-
5 neus et Ignatius Antiochenus episcopus.

108. 4. *Candidus et Quadratus.* Traianus de Dacis Scithis triumpavit. 86. Hier.

109. 5. *Commodus et Cerealis.* Traianus, victo rege Decibalo, Daciam facit provinciam. 87. Hier.

110. 6. *Senecio* 4. *et Sura* 3. Hiberius[b], Sarmatas, Orozoenos, Arabas, Bosporanos, Colcos in fidem acce- 88. Hier.
pit. Seleuciam et Tesifontem, Babilonem occupavit et tenuit. In mare rubro classem instituit, ut per eam Indiae
10 fines vastaret.

111. 7. *Gallus et Bradua.* Romae aurea domus inceditur. Hoc anno dominicus dies 6. 89. Hier.
Kal. Ian. contigit, quo forte sanctus Iohannes obiit. [Decretalis epistola Euaristi pa-
pae* data est Gallo et Bradua viris clarissimis consulibus sub quibus passus secundum gesta pontifi- *Ep. 2. Conc. p. 71.
cum.]

15 112. 8. *Affricanus et Crispinus.* Terre motu quatuor urbes Asiae subversae, Elea, Mirina, Pitanae, Cimae, 90. Hier.
et Greciae duae Opitiorum et Oritorum.

113. 9. *Crispinus* 2. *et Solenus.* Alexandrinae aeclesiae 4. episcopus ordinatus nomine Primus annis 11. 91. Hier.
Euaristus papa obiit 10. Kal. Ian.

114. 10. *Pisso et Rusticus.* 92.

20 *Alexander papa* 4. *post Petrum annis* 10, *mensibus* 5.

Traiano christianos persequente, Simon, qui et Simon, filius Cleopae, qui post Iacobum Hieroso- [Persecutio tertia.] Beda.
limis tenebat episcopatum, crucifigitur, omnibus mirantibus, et ipso iudice, ut 120 annorum senex crucis suplicium per- Eus. h. e. III, 132.
tullisset.

115. 11. *Traianus et Africanus* 2. Ignatius quoque Antiocenae [aeclesiae] episcopus, Romam perductus, 93. Hier.
25 bestiis traditus; post quem tertius constituitur episcopus Oron. Plinius Secundus, cum quandam provinciam, et in magi-
stratu suo plurimos christianorum interficisset, multitudine eorum perterritus, quaessivit de Traiano, quid facto[c] opus,
et nuncians, et preter obstinationem non sacrificandi et antelucanos coeptus[d] ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil
apud eos reperiri; preterea ad confederandam disciplinam vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia et his
similia. Ad quem commotus Traianus rescripsit, hoc genus quidem[e] inquirendos non esse, oblatos vero puniendos.
30 Tertullianus reffert in Apollogetico. [Alexander papa constituit aquam sparsionis cum sale benedicto in habitaculis L. pont.
hominum spargi.]

116. 12. *Celsus et Crispinus.* Plinius Secundus Novocomensis orator et historicus insignis habetur; cuius 94. Hier.
plurima ingenia opera exstant.

117. 13. *Asta et Piso.* Tres Galatiae civitates terrae motu erutae. Pantheon Rome fulmine concrematum. 95. Hier.

35 118. 14. *Messala et Pedon.* Post Iustum aeclesiae Hierosolimitanae episcopatum 4. suscepit Zaceus. 96. Hier.

119. 15. *Aemilius et Vetus.* Post[f] quem 5. Tobias; cui succedit 6. Beniamin, ac deinde 7. Iohannes, 8. 97.
Mathathias; in cuius locum 9. constituitur Philippus.

120. 16. *Niger et Apronianus.* Traianus Armeniam, Assiriam et Messopothamiam fecit provincias. 98. Hier.

121. 17. *Clarus et Alexander.* Iudai qui Lybie erant adversus cohabitatores alienigenas dimicant; similiter 99. Hier.
40 in Aegypto et in Alexandria; apud Cirinen quoque et Thebaiden magna seditione contendunt; verum gentilium pars
superat in Alexandria.

122. 18. *Adrianus et Salinator.* Iudeis Messopotamiae rebellantibus, precepit imperator Traianus Lissiae 100. Hier.
Quieto, ut provinciam exterminaret; et adversus quos Quietus aciem instruens, infinita milia eorum interfecit. Ob hoc
procurator Iudeae ab imperatore decernitur. Salaminam urbem Cipri, interfectis in ea gentibus, subvertere Iudaei.

45 123. 19. *Adrianus* 2. *et Rusticus.* Alexandri pape passio 5. Non. Mai, Rome via Numentana, ab Urbe 101. Adonis mart.
miliario 7, cum Eventio et Theodolo presbeteris, sub Traiano imperatore, iudice autem Auriliano decollatus; siquidem
Adrianus non adhuc imperabat, sicut[g] in martirologio legitur.

Sixtus papa quintus, annis 10, *mensibus* 11. *Qui constituit in decretis, ut sacra misteria* non tractentur nisi a sacris cf. Lib. pont.
ministris, et ut intra actionem missarum „Sanctus Sanctus Sanctus" cantaretur et reliqua usque „Osanna in excelsis".

50 Rome passi sunt Clemens et Alexander pape, Quirinus cum filio, Balbina, Sulpicius et Servilianus, Domitilla et Reg.
Seraphia virgines, Nereus, Achilleus, Ignatius Antiochenus episcopus, discipulus Iohannis.

124. 20. *Servilius et Fulvius.* His consulibus, Cassiodoro teste, Traianus apud Seleuciam Hesauria 102. Cass.
profluvio ventris obiit, anno aetatis 63. mense 9. die 4. Mensis autem 9. anni est secundum Latinos
Septimber. Ossa autem Traiani in urnam auream conlata, et in foro sub columna possita, solusque omnium intra Hier.
55 urbem sepultus.

Romanorum 15. *Adrianus secundum Romanam historiam regnavit annis* 21, *mensibus* 10, *diebus* 20, hoc
est usque ad Kal. Augusti, in anno 111. post passionem Domini. Sub quo hi consules fuerunt, teste
Cassiodoro.

125. 1. *Verus et Auger.* Adrianus Italice in Hispania natus, consobrinae Traiani filius fuit. Hadrianus 103. Hier.
60 Alexandriam a Romanis subversam publicis instauravit exspensis. Hadrianus Traiani invidens gloriae, de Assiria, Meso-
potamia, Armenia, quas ille provincias fecerat, revocavit exercitum.

126. 2. *Aviola et Pansa.* Hadrianus Iudeos capit, secundo contra Romanos rebellantes. Senatus Traia- 104. Hier.
num in deos reffert. Hadrianus eruditissimus in utraque linga, sed puerorum parum continens fuit.

127. 3. *Paternus et Torquatus.* Adrianus reliqua tributa urbibus relaxavit, cartis pupilice incensis; plu- 105. Hier.
65 rimos etiam tributis liberos prestitit. Plutarchus Cheroneus et Sextus et Agathobolus et Oenomaus philosophi insi-
gnes habentur.

128. 4. *Gabrio et Apronianus.* Bellum contra Sauromatas gestum. Terrae motu facto, Nicomedia ruit, 106. Hier.
et Nicenae[h] urbis plurimae eversae sunt, ad quarum instaurationem Hadrianus de puplico est largitus impensas.

a) *Haec cum a.* 106. *coniungenda sunt.* b) *lege* Hiberos. *Cum praecedentibus coniungere debes.* c) facio 1. *Scri-*
70 *bendum erat cum Hieronimo:* opus esset, nuncians ei. d) *lege* coetus. e) quidam 1? f) *Cum a.* 118. *coniun-*
genda sunt. g) sed 1? h) *lege* vicinae urbes.

Hier. 129. 5. *Assiaticus et Quintus.* Eufrates Stoicus philosophus moritur. Hadrianus in Libiam, quae a Iudaeis vastata[a] fuerat, colonias deducit. 107.

Hier. 130. 6. *Verus et Ambiguus.* Hadrianus Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis reliquorumque libris iura compossuit. 108.

Hier. 131. 7. *Gallicanus et Titianus.* Cefissus fluvius Eleusinam inundavit, quem Adrianus[b] ponto[c] coniungens, Athenis hiemem exegit. 109. 5

Hier. 132. 8. *Torquatus et Libo.* Hierosolimis 10. post Philippum constituitur episcopus Seneca. Post quem 11. Iustus, cui succedit 12. Levi, post quem 13. Efres, 14. Iesses, 15. Iudas. Hi omnes usque ad eversionem, quam ab Adriano perpessa est Hierusalem, ex circumcisione hi episcopi prefuerunt. 110.

Hier. 133. 9. *Cellsus et Marcellinus.* Hadrianus sacris Eleusine initiatus, multa Atheniensibus dona largitur. Quadratus, discipulus apostolorum, et Aristides Atheniensis, noster philosophus, libros pro christiana religione Hadriano dedere compossitos. 111. 10

Hier. 134. 10. *Pontianus et Rufus.* Et[d] Serenus Granius legatus, vir adprimae nobilitatis, lit- [Ciclus solis inc.] teras ad imperatorem missit, iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanginem concedi et sine ullo crimine nominis tantum et secte reos fieri. 112. 15

Hier. 135. 11. *Augurinus et Sergianus.* Quibus[d] commotus Adraanus, Minutio Fundanae proconsuli Asiae scripsit, sine obiectu criminum christianos non condempnandos; cuius epistolae usque ad nostram memoriam clarat exemplum. Imperator Adrianus pater patriae appellatur. 113.

Adon. mart. 136. 12. *Teberius et Silanus.* Sixtus papa passus 8. Idus April. 114.

cf. Lib. pont. Adon. mart. Hier. *Thelesforus papa 6. post Petrum, annis 11. Hic constituit, ut 7 ebdomadas plenas ante pascha omnes clerici a carne ieiunant et in nocte natalis Domini missae celebrarentur et ut apud missam „Gloria in excelsis“ cantaretur.* 20

Hier. Antiochiae constituitur 4. episcopus Cornelius. Nicapolis et Cessarea terrae motu conciderunt.

137. 13. *Sergius 2. et Verus.* Antinous puer regis eximiae pulcritudinis in Egipto moritur, quem Adrianus vehementer deplorans — nam in diliciis habuerat — in deos refertur; ex cuius nomine etiam urbs appellata est. Alexandrinae aeclesiae 6. episcopus prefuit Heumines annis 13. 115. 25

Hier. 138. 14. *Pompeianus et Atilianus.* Templum Rome et Veniris sub Adriano in Urbe factum est. Salvius Iulianus perpetuum conpossuit edictum. 116.

Hier. 139. 15. *Pompeianus 2. et Commodus.* Hadrianus Athenis hiemem exigens, Eleusinam invissit. Hadrianus cum insignes et plurimas aedes Athenis fecisset, agonem edidit bibliothecamque extruxit. 117.

Hier. 140. 16. *Laelius et Albinus.* Iudei in arma versi, Palestinam depopulati sunt, tenente provinciam Tinio Rufo, cui ad obprimendos rebelles Hadrianus missit exercitum. Favorinus et Polemo rethores insignes habentur. 118. 30

Hier. 141. 17. *Camerinus et Niger.* Basilides heresiarches in Alaxandria commoratur, a quo Gnostici. Chochebas, dux Iudaicae factionis, nolentes sibi christianos adversus militem Romanum ferre subsidium omnimodis cruciatibus necat[e]. 119.

Hier. 142. 18. *Antonius et Presens.* Bellum Iudaicum, quod in Palestina gerebatur, finem accepit, rebus Iudeorum penitus oppressis; ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolimam licentia ablata est. 120. 35

Hier. 143. 19. *Antonius 2. et Presens 2.* Primum[f] Dei nutu, sicut profhetae vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus. Hierosolimae primus ex gentibus constituitur Marcus, cessantibus episcopis his qui fuerunt ex Iudeis, numero 15, a passione Domini per annos 107 [sicut Eusebius et Beda perhibent. Da igitur annos 34 Domini usque in passionem, fiunt 34 et 107, 141 anni, usque ad annum quo omnes Iudei ex Hierusalem sunt proiecti.] 121. 40

Hier. 144. 20. *Severus et Sylvanus.* Aelia ab Aelio Adriano condita est, in fronte eius portae qua Bethelem egredimur sus scalptus[g] in marmore, significans Romanae potestati subiacere Iudaeos. Nonnulli a Tito Aeliano, filio Vespasiani, exstructum arbitrantur. [Hieronimus[h]: „Ab Adriani temporibus usque ad imperium Constantini per annos circiter 180, in loco resurrectionis Domini simulacrum Iovis, in crucis rupe statua[i] ex more[k] Veneris a gentilibus possita colebatur, estimantibus persecutionis auctoribus, quod tollerent fidem nobis resurrectionis et crucis, si loca sancta per idola polluissent.“] 122. (Ep. 49. ad Paulinum.) 45

Isid. 145. 21. *Rufinus et Torquatus.* Hoc tempore erat Aquila Ponticus secundus interpres post septuaginta interpretes, [qui scripturam de Hebreo transtulit]. Thelesforus papa passus Nonas Ianuar. 123.

Adon. mart. cf. Lib. pont. Ad. mart. *Hyginus papa 7. post Petrum annis 4. Hic constituit clerum et distribuit aeclesiasticos gradus.* 50

Reg. Rome passi sunt Sixtus et Thelesforus papae, Getulius, Sabina et Serafhia virgines; apud Messeanam civitatem Apuliae Eleutherius episcopus cum Anthia matre, Dionisius episcopus Ariopagita; apud Tiburnam urbem Italiae Simmphorossa cum septem filiis suis; apud Athenas Quadratus et Aristides clarescunt.

Cass. H. R. His consulibus Adrianus intercutis aquae morbo apud Baias in Campania anno aetatis 61° [obiit], imperii autem anno 21. mense 10. die 20. sicut in Romana historia habetur. Cui successit Antonius Pius. Sub quo sequentes consules fuerunt, teste Cassiodoro. Orossius sic: 55

Oros. VII, 14. *Romanorum Titus Antoninus cognomento Pius 13. imperator* a Iulio Caesare, segregatis a numero principum Galba Othone et Vitellio, regnavit cum liberis suis Aurelio et Lucio viginti et non plenis tribus annis. Haec Orossius. Mensibus item tribus, secundum Eusebium et Bedam, hoc est usque Kal. Novembr., in anno 134. post passionem Domini. Quia autem mos erat historicorum, ut imperatori deputarent annum, in quo moriretur vel regno difficeret, ideo potest dici, quod non plenis viginti tribus annis Antonius Pius regnavit, cum non usque in finem anni vixit. 60

Isid. 146. 1. *Torquatus 2. et Herodes.* [Iste Pius dictus, quia in omni regno Romano hominibus debita relaxavit.] 124.

Hier. 147. 2. *Aviola et Maximus.* [Inde] Antoninus pater patriae appellatus. 125.

Hier. 148. 3. *Antoninus 3. et Aurelius.* Sub Higino Romanae urbis episcopo Valentinus heresiarches et Cerdo, magister Margionis, Romam venerunt. 126. 65

Hier. 149. 4. *Gratus et Seleucus.* Iustinus filosophus librum pro nostra religione conscriptum Antonio tradidit. 127.

Ad. mart. Yginus papa obiit 4. Idus Ianuarii.

a) vasta 1. b) Adradrianus 1. c) *lege* ponte. d) *Ad annum praecedentem pertinent.* e) necati 1. f) *ita* 1. *sed coniungenda sunt cum a.* 142. g) suscalptus 1. h) *leguntur sec. manu in margine f.* 113' *sine signo loci.* i) statuta *corr.* statua 1. k) *lege* marmore. 70

Pius papa octabus post Petrum annis 15.

150. 5. *Antoninus* 4. *et Aurelius.* Sub Pio papa Hermes scribit librum qui dicitur Pastoris, in quo preceptum angeli continetur, ut pascha die dominico celebraretur. 128. Lib. pont. Beda.

151. 6. *Largus et Messalianus.* Antiochiae 5. constituitur episcopus Eros. 129. Hier.

5 152. 7. *Torquatus* 3. *et Iulianus.* Alexandriae 7. episcopatum suscepit Marcus annis decem. 130. Hier.

153. 8. *Orfiscus et Priscus.* Valentinus hereticus agnoscitur et permanet usque ad Anicetum papam. 131. Hier.

154. 9. *Gabrio et Vetus.* Mesomedes Cretenensis chitaricorum carminum musicus poeta cognoscitur. Ciclus 8. decen. inc. ind. 1. 132. Hier.

155. 10. *Gordianus et Maximus.* Marcheon heresiarches agnoscitur. 133. Isid.

10 156. 11. *Gabrio* 2. *et Romulus.* Taurus Beriticus Platonicae sectae philosophus clarus habetur. 134. Hier.

157. 12. *Presens et Rufus.* Arrianus philosophus Nicomidenasis agnoscitur. 135. Hier.

158. 13. *Commodus et Lateranus.* Et Mamimus [a] Tirius. Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus. 136. Hier.

159. 14. *Verus et Sabinus.* Et [b] Basilides Scitopolitanus philosophi [a'] illustres habentur. 137. Hier.

160. 15. *Sylvanus et Augurinus.* Qui [b] Verissimi quoque caesaris preceptores fuerunt. 138. Hier.

15 161. 16. *Barbarus et Regulus.* Alexandriae aeclesiae 8. episcopus prefuit Celadion annis 14. 139. Hier.

162. 17. *Tertullus et Sacerdos.* Crescens Cinicus agnoscitur, qui Iustino, nostri dogmatis philosophi, quia se gulosum [c] et prevaricatorem coarguebat, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriose pro Christo sanginem fudit. [Ciclus solaris inc.] [Quarta persecutio.] 140. Hier. Isid.

163. 18. *Quintillius et Priscus.* Gallianus medicus Pergamo genitus. 141. Hier.

20 164. 19. *Verus et Bradua.* Pius papa obiit [5. Idus Iulii [d].] 142.

Anicetus papa 9. *post Petrum, annis* 11, *mensibus* 4. Hic constituit, ne clericus comam nutriret, iuxta preceptum apostoli. cf. Lib. pont. Ad. mart.

165. 20. *Antoninus* 5. *et Aurelius* 3. Sub Anniceto papa Policarpus Romam veniens, multos ab heretica labe castigavit, qui Valentini et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti. 143. Hier. Beda.

166. 21. *Antoninus* 6. *et Aurelius* 4. Hierosolimarum episcopatum post [e] Marcum 17. suscepit Cassianus, post 25 quem 18. Publius, cui successit 19. Maximus, 20. Iulianus, 21. Gaianus, 22. Simmachus, 23. Gaius, 24. Iulianus, 25. Capito. 144. Hier.

167. 22. *Antoninus* 7. *et Aurelius* 5. 145.

168. 23. *Pro consul. Antoninus et Aurelius* [f]. Antonius Pius apud Lorum villam suam 12. ab Urbe miliario moritur, his consulibus teste Cassiodoro. Cui successerunt filii sui, id est Marcus Antoninus Verus et Lucius Annius et Antoninus Severus. Sub quibus hi consules fuerunt sequentes. 146. Cass.

30 *Romanorum* 17. *Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio Commodo post patrem regnavit annis* 19, *mense* 1, *hoc est usque Kal. Decembris in anno* 153. *post passionem.*

169. 1. *Duo augusti consules.* Hi primum aequo iure imperium administraveruut, cum usque ad hoc tempus singuli augusti fuerunt. 147. Hier.

170. 2. *Rusticus et Aquilinus.* Lucio cesari Athenis sacrificanti ignis in coelo ab occidente in orientem 35 ferri vissus est. 148. Hier.

171. 3. *Laleianus et Pastor.* Vologęssus rex Parthorum vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est. 149. Hier.

172. 4. *Marcinus et Celsus.* Fronto orator insignis habetur, qui Antoninum Verum Latinis litteris erudivit. Seleucia Assiriae urbs cum trecentis milibus hominum a Romanis capta. 150. Hier.

173. 5. *Orsitus et Pudens.* Apud Pissas Peregrinus philosophus, rogo ex [g] lignis compossuerat incensis, 40 semet ipsum proiecit. Lucius cessar de Parthis cum fratre triumpavit. 151. Hier.

174. 6. *Pudens* 2. *et Pollio.* Alexandriae aeclesiae 9. episcopus prefuit Agrippinus annis 12. Persecutione orta in Assia, Policarpus et Pionius facere martirium, quorum scriptae quoque passiones feruntur. Plurimi in Gallia gloriosse ob nomen Christi interfecti; quorum usque presentem diem condita libris certamina perseverant. 152. Hier.

175. 7. *Verus et Quadratus.* Lues multas provincias occupavit, Roma ex parte occupata. Romani contra 45 Germanos, Marcomanos, Quados, Sarmatas, Dacos dimicant. 153. Hier.

176. 8. *Apronianus et Paulus.* Annicetus papa passus 16. Kal. Maii. 154. Ad. mart.

Soter papa 10. *post Petrum annis* 9; *qui constituit, ut nulla monacha pallam sacratam in aeclesię contingeret, neque incensum poneret.*

Antiochiae 7. [h] episcopus ordinatur [i] Theofilus, cuius plurima ingenii opera exstant. L. imperator anno regni 9. sive, ut 50 quidam putant, 11. inter Concordiam et Altimum apoplexi extinctus est, sedens cum fratre in vehiculo. Hier.

177. 9. *Priscus et Appollinaris.* Antonino imperatori inclito Asianus Sardens [k] appollogeticum christianis tradidit. Appollinaris Asianus Hieropolitanus episcopus insignis habetur. 155. Hier.

178. 10. *Cethecus et Clarus.* [Decretalis epistola Soteri pape* data est Cetheco et Claro viris clarissimis consulibus.] Dionissius episcopus Corinthiorum clarus habetur, et Pinnitus Cretensis vir eloquentissimus. 156. *Ep. 2. Conc. p. 101. Hier.

55 179. 11. *Severus et Herennianus.* Pseudoprofhetia quae Catafrigas nominatur accepit exordium, auctore Montano et Priscilla Maximillaque insanis vatibus. Tatianus hereticus agnoscitur, a quo Engraticae. 157. Hier.

180. 12. *Orfitus et Pluton.* Bardesanes alterius hereseos princeps notus efficitur. Oppianus Cilex poeta cognoscitur; qui aeliutica miro splendore conscripsit. Tanta per totum orbem pestilentia fuit, ut pene usque ad internicionem Romanus exercitus deletus sit. 158. Hier.

60 181. 13. *Severus* 2. *et Pompeianus.* Imperator Antonius multis adversum se nascentibus bellis sepe ipse interat, sepe duces nobilissimos destinabat. 159. Hier.

182. 14. *Gallus et Flaccus.* In [l] quibus semel Pertinaci et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppressis, pluvia divinitus missa est; cum e contrario Germanos et Sarmatas flumina [m] persequerentur et plurimos eorum interficerent. 160. Hier.

65 183. 15. *Pisso et Iulianus.* Extant [l] litterae M. Aurelii gravissimi imperatoris, quibus illam Germanicam sitim christianorum forte militum precationibus impetrato imbrii [n] discussam contestatur. 161. Hier.

a) *legę* Maximus. *Haec ad a.* 157. *pertinent.* a') philophi 1. b) *ita divisa sunt, sed pertinent ad a.* 158. c) *post* philosophi *lacuna relicta, in marg. signo apposito ita expletur:* a se guilosum. d) *post add. in margine, sed prima manu ut videtur,* 1. e) *reliqua a.* 167. *scripta sunt.* f) *Hoc anno in marg. sec. manu leguntur:* ut Beda dicit in historia Anglorum; 70 *quae quid sibi velint nescio. Beda I,* 4. *Marcum Antoninum Verum et Aurelium Commodum nominat; sed cf. a.* 201. g) *lege* quem ex l. c. incenso. h) *lege* VI. i) ordinator 1. k) *lege* Sardensis. l) *Pertinent ad. a.* 181. m) *lege* fulmina. n) *i. e.* imbri.

Hier. Ad. mart. Beda. 184. 16. *Pollio et Aper.* Atticus Platonicae sectae philosophus agnoscitur. Sotter papa obiit 11. Kal. Maii. 162. *Eleuterius papa* 11. *annis* 10, *mense uno.*

Hier. Lucius Britaniae rex ab Eleuterio papa per epistolam christianum se fieri impetrat. Antiochiae 7. constituitur episcopus Maximus.

Hier. 185. 17. *Commodus et Quintillius.* Antonius Commoduum filium suum consortem regni facit. Antonius cum filio de hostibus triumpavit, quos, per triennium apud Carnuntum habens stativa castra, vastaverat. 163. 5

Hier. 186. 18. *Orfitus et Rufus.* Imperatores multis multa largiti sunt, et peccuniam, quae fisco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanae urbis foro igne incendi precipiunt, ac ne quid bonitati deesset, seniores quasque leges novis constitutionibus temperaverunt. 164.

Reg. Romae passus Annicetus papa, Simmetrius presbiter, Felicitas cum septem filiis, Iulius, Antonius, Eusebius, Potentianus, Peregrinus, Vincentius; apud Sebastem Armeniae minoris multi martires sub Agriculo iudice; apud Spoleatum Concordius; apud Smirnam Policarpus episcopus, discipulus Iohannis, item Germanicus et Pionius; apud Apamiam Alexander et Gaius; apud Cretam urbem Cortinae Philippus episcopus; apud Pergamum urbem Assiae Carpus episcopus, Papyrius diaconus, Iustinus philosophus; apud Lugdunum Galliae Hireneus episcopus cum multis, Fotinus episcopus eiusdem urbis, et Blandina cum aliis 68, Epipodius et Alexander; in Siria Corona et Victor; Mediolanis Faustus; Gabillone Marcellus; item in territorio Cabillonensi castro Trenorcio Valerianus; in Alexandria Tholomeus et Lucius [a]. 10 15

Hier. 187. 19. *Commodus* 2. *et Verus.* Antoninus post victoriam adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit. Commodus a senatu augustus appellatur. Zmirna urbs Assiae terre motu ruit; ad cuius instaurationem decennalis tributorum immunitas data est. Alexandriae aeclesiae episcopatum sortitus est Iulianus 10. annis 10. 165.

Cass. His [b] consulibus, teste Casiodoro, Antoninus in Pannonia morbo periit, anno aetatis 61; cui successit Commodus, filius suus. Sub quo sequentes consules fuerunt, teste Cassiodoro. 20

Romanorum 18. *Commodus secundum omnes regnavit annis* 13, *mensibus item* 8, *iuxta historiam Romanam, hoc est Kal. Augusti, in anno* 167. *post passionem.*

Hier. 188. 1. *Presens et Gordianus.* Commodus de Germanis triumpavit. 166.

Hier. 189. 2. *Commodus* 3. *et Rufus.* Templum Sarapidis Alexandrinae incensum. 167. 25

Hier. 190. 3. *Mammertinus et Rufus.* Hirenus episcopus Lugdunensis insignis habetur. [Ciclus solis inc.] 168.

Hier. 191. 4. *Commodus* 4. *et Victorinus.* Thermae Commodiane Romae factae. 169.

Hier. 192. 5. *Marullus et Helianus.* Commodus Septembrem mensem nomine suo appellavit. 170.

Hier. 193. 6. *Maternus et Bradua.* Hierosolimis 26. ordinatus episcopus Maximus; post quem 27. Antoninus, 28. Valens, 29. Dulcianus, 30. Narcissus, 31. Dius, 32. Germanio, 33. Gordius, 34. rursum Narcissus. Tantis apud Hierosolimam episcopis, non potuimus discernere tempora, eo quod usque in presentem diem episcopatus eorum anni minime salvarentur. (Ciclus decimus decennov. cicli magni inc. ind. nona.) 171. 30

Ep 2.p.101. In Capitolium fulmen ruit, et magna inflammatione facta, bibliotheca et vicina quaque aedes concrematae. [Decretalis epistola Eleuterii papae data est Materno et Bradua VV., id est viris venerabilibus, CC., id est clarissimis consulibus.]

Hier. 194. 7. *Commodus* 5. *et Gabrio.* Commodus multos nobilium interfecit. 172. 35

Hier. 195. 8. *Crispinus et Helianus.* Commodus et [c] spectacula populo Romano prebet insignia. 173.

Isid. 196. 9. *Fuscianus et Silanus.* Theodotio Effessius interpres tertius habetur. 174.

Hier. 197. 10. *Duo et* [d] *Sillani.* Alexandrie 11. constituitur episcopus Demetrius annis 43. Commodus imperator, colossi capite sublato, suae imaginis caput iussit imponi. 175.

Hier. 198. 11. *Commodus* 6. *et Septimianus.* Serapio 9. Antiochiae episcopus ordinatus. 176. 40

Hier. Ad. mart. 199. 12. *Apronianus et Bradua.* Incendio Romae facto, palatium et edes Vestae plurimaque Urbis pars solo coequatur. Eleuterius papa obiit 8. Kal. Iunii. 177.

Victor 12. *papa annis* 10, *mens.* 16.

*p. 103. 200. 13. *Commodus* 7. [e] *et Gravius.* Decretalis [f] epistola Victoris papae*: „Victor Romane ac universalis aeclesiae archiepiscopus Theophilo episcopo et cunctis fratribus Alexandriae Christo famulantibus, salutem in Domino“ et reliqua. Haec epistola data est 13. Kalendas Augusti, Commodo et Gravio viris venerabilibus clarissimis consulibus. 178. 45

Reg. Multi in tempore huius passi sunt ex his quos supra diximus. Sed propter similitudinem nominum imperatorum minime passiones discernuntur. Dicunt tamen, quod Hirenius Lugdunensis episcopus sub isto passus.

201. 14. *Commodus* [g] 8. *et Pertinax.* His consulibus, Casiodoro teste, Commodus strangulatur in domo Vestiliani; cui successit Pertinax. Sub quo hi consules fuerunt. 179. 50

Romanorum 19. *Helius Pertinax secundum omnes regnavit mensibus sex, hoc est usque Kal. Februarii, in anno* 168. *post passionem.*

Hier. 202. 1. *Flaccus et Clarus.* Pertinax sexagenario maior, cum prefecturam Urbis ageret, ex senatus consultu imperare iussus est. Pertinax, obsecrante senatu ut uxorem augustam et filium cessarem appellaret, contradixit; sufficere sibi testatur, quod ipse regnaret invitus. 180.

Beda. Victor papa, datis late libellis, constituit, ut pasca die dominico, sicut et precessor eius Eleterius, a 14. luna primi mensis usque in 21. celebraretur. Cuius decretis Theophilus, Cesareae Palaestinae episcopus, adiuvavit. His consulibus, teste Cassiodoro, Pertinax occiditur in palatio, scelere Iuliani iurisperiti. 55

Ir. R. *VII, 16. *Romanorum* 20. *Salvius Iulianus secundum historiam Romanam post Pertinacem* invassit rem publicam, vir nobilis et iure peritissimus, nepos Salvi Iuliani, qui sub D. Adriano perpetuum compossuit edictum. Orosius sic*: „Iulianus, interfecto Pertinace, invassit imperium, sed mox a Severo apud pontem Mulvium bello civili victus, interfectus est, mense 7. postquam imperare ceperat; et ita inter [h] Pertinacem et Iulianum unus annus assumptus.“ Haec Orosius. Et hoc est usque Kalendas Septembris, in eodem anno 169. post passionem. 60

Cass. *Romanorum* 21. *Severus, provincia Tripolitanus, natus oppido Lepti, regnavit annis* 18, *teste Cassiodoro, mensibus etiam* 3 secundum historiam Romanam, hoc est usque Kalendas Decembris, in anno 186. post [i] passionem. Sub quo hi consules fuerunt. 65

Hier. 203. 1. *Severus et Albinus.* Severus, provincia Tripolitana oppido Lepti, solus ex Africa usque in presentem diem Romanus imperator fuit, et in honorem Pertinacis, quem Iulianus occiderat, Pertinacem se cognominari iussit, [co [k] quod super 18 annos suos 6 mensibus regnavit]. 181.

Hier. Clemens Alexandrinae aeclesiae presbiter et Pantheus Stoicus philosophus in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur.

a) educius 1. b) *in marg. sup. hac regione legitur:* Id. Ag. feria 2. *quae nescio quo pertineant.* c) ex 1. d) *ita etiam Cassiodori codices.* e) 7. *post add.* 1. f) D. e. V. p. *scripta sunt a.* 199. g) *Hoc anno iterum sec. manu in margine scriptum est:* ut Beda dicit in historia Anglorum; *quae ad res h. a. narratas spectare nequeunt.* h) in 1? i) *deest* 1. k) *in margine apposita sunt prima manu.* 70

204. 2. *Tertullus et Clemens.* Simmachus interpres quartus habetur. [Samarites[a] quidam Simmachus Iudeorum factus proselitus, divinas scripturas ex Hebreo sermone in Grecam linguam transfudit, suamque condidit editionem.] 182. Isid. Iord. de r. s.

205. 3. *Dexter et Priscus.* Narcissus episcopus Hierosolimarum et Theophilus Cessariensis, Policarpus 5 quoque et Bacchilus Assianae provinciae episcopus insignes habentur. 183. Hier.

206. 4. *Lateranus et Rufinus.* Quaestione orta in Asia inter episcopos, an secundum legem Moisi 14. mensis pascha observandum est, Victor Romanae urbis episcopus, et Narcissus Hierosolimorum, Policrates quoque et Hirenus et Bacchilus plurimique aeclesiarum pastores, quid probabile visum fuerit, litteris ediderunt; quarum memoria ad nos usque perdurat. Decretalis epistola Victoris papae*, data Laterano et Rufino VV. CC. 184. Hier. *ep. 2 p. 105.

10 207. 5. *Scoturninus et Gallus.* Iudaicum et Samariticum bellum motum. 185. Hier.

208. 6. *Anulinus et Fronto.* Severus Parthos et Adiabenos superavit, Arabasque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam provinciam fecirit. 186. Hier.

209. 7. *Severus 2 et Victorinus.* Ob[b] quae Parthicus, Arabicus, Diabenicus, cognominatus est. 187.

210. 8. *Fabianus et Mutianus.* Victor papa obiit [Kal. Ag.[c]]. Severo imperante thermae Severianae 15 Antiochiae et Romae Septizonium exstructum. 188. Hier.

Zepherinus 13. papa annis 9, qui constituit, ut presentibus omnibus clericis et laicis fidelibus sive diaconus vel sacerdos ordinaretur, et a stantibus sacerdotibus missae celebrarentur. Lib. pont.

211. 9. *Severus 3. et Antoninus.* Quinta persecutione Severus persequitur christianos. [Persecutio quinta.] 189.

212. 10. *Geta et Plautianus.* Leonides, Origenis pater, gloriosa martiri morte transfertur. Ciclus 11. ind. 14. 190. Hier.

20 213. 11. *Chilo et Libo.* Alexander ob confessionem dominici nominis insignis habetur. 191. Hier.

214. 12. *Antonius 2. et Getha 2.* Clemens multa et varia conscribit. 192. Hier.

215. 13. *Albinus et Aelianus.* Musanus nostrae philosophiae scriptor agnoscitur. 193. Hier.

216. 14. *Aper et Maximus.* Clodio Albino, qui se in Gallia cessarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, 194. Hier.

217. 15. *Antoninus 3. et Getha.* Severus[d] in Brittanos bellum transfert, ubi ut receptas provincias ab in- 25 cursione barbarica faceret securiores, vallum per 132 passuum milia a mare ad mare duxit. 195.

218. 16. *Pompeianus et Avitus.* Tertullianus Afer, centurionis proconsularis filius, omnium [Ciclus solis inc.] aeclesiarum sermone celebratur. 196. Hier.

219. 17. *Faustinus et Rufus.* Origenis Alexandriae studiis eruditur. 197. Hier.

220. 18. *Gentianus et Bassus.* Severus moritur Eburaici in Britannia; cui sucessit filius suus Caracalla. 198. Hier.

30 *Romanorum 22. Bassianus Antoninus, qui et Caracalla, regnavit secundum omnes* annis 7, mensibus item 2 iuxta historiam Romanam, hoc est Kal. Februarii, in anno 194. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

221. 1. *Duo et Aspri.* Antiochiae 9. episcopus constituitur Asclepiades. 199. Hier.

222. 2. *Antoninus et Balbinus.* Alexander 35. Hierosolimarum episcopus ordinatur, adhuc vivente Narcisso 35 et cum eo pariter aeclesiam regit. 200. Hier.

223. 3. *Messala et Sabinus.* Antoninus Carcalla cognominatus propter genus vestis, quod Romae erogaverat; et e contrario carcallae ex eius nomine Antoniane dictae. 201. Hier.

224. 4. *Laetus et Cerealis.* In Hiericho quinta editio divinarum scripturarum [inventa[e] est in dolio], cuius auctor non apparet. 202. Isid. Iord.

40 225. 5. *Sabinus 2. et Venustus.* Antonius Romae thermas sui nominis aedificat. Perpetua et Felicitas apud Kartaginem Africae in castris bestiae deputatae pro Christo Nonas Martii. 203. Hier. Beda.

226. 6. *Presens et Extricatus.* Antoninus tanta libidinis fuit, ut novercam suam Iuliam uxorem duxit. 204. Hier.

227. 7. *Antoninus V. C. conss.* Antoninus adversus Parthos expeditionem molitus est. 205. Oros.

228. 8. *Adventus V. C. conss.* His consulibus Casiodoro teste Antoninus in Ordroena inter Edessam 45 et Carras interficitur anno aetatis 43; [cui Macrinus successit.] 206. Cass.

Romanorum 23. Ophilus Macer, qui prefectus pretorio erat, cum filio Diadumeno imperator factus est, sed nihil memorabile ex temporis brevitate egit. Nam imperium unius anni et duorum mensium habuit, teste historia Romana; hoc est usque Kalendas Aprilis, in anno 195. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro. H. R.

50 Antiochiae 10. episcopus constituitur Philetus. Circensibus Vulcanaliorum Rome amphiteatrum incensum. Abgarus vir sanctus regnavit Edesse, ut vult Affricanus. Zeferinus papa obiit. Hier.

Calixtus papa 14. post Petrum annis 5. Hic constituit quatuor temporum ieiunium in anno fieri, propter habundantiam vini, frumenti et olei, iuxta profhetiam. Lib. pont.

229. 1. *Antoninus et Sacerdos.* His consulibus Macrinus cum filio apud Archilaidem militare tumultu 55 occiditur, quasi mense Februario; cui Marcus successit. 207. Cass. Oros.

Romanorum 24. Marcus Aurelius Antoninius Caracellae filius regnavit annis 4, mensibus quoque 8 iuxta historiam Romanam; hoc est usque Kal. Decembris, in anno 199. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro.

230. 1. *Antoninus 3. et Comazon.* M. Aurelius, sacerdos Eliogabali templi, adeo impudice in imperio suo 60 vixit, ut nullum genus obscenitatis omisserit. 208. Hier.

231. 2. *Gratus et Seleucus V. C.* Sexta editio inventa est Necapoli. Ciclus 12. decennov. inc. ind. 2. 209. Isid.

232. 3. *Alexander et Antoninus aug.* „Calizus* papa archipresbiteris" et reliqua, data Antonino et Alexandro viris clarissimis consulibus, 11. Kal. Decembris, in qua epistola predictum constituit ieiunium. Eliogabulum templum Romae edificatum. In Palestina Nicapolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, lega- 65 tionis industria pro ea suscipiente Iulio Affricano scriptore temporum. 210. *ep. 1. p. 109. Hier.

233. 4. *Maximus et Helianus.* His consulibus Cassiodoro teste Antoninus Romae occiditur tumultu militari, cum matre Simiasira. 211. H. R.

Romanorum 25. Alexander, Mammae filius, secundum omnes regnavit annis 13 et aliquibus diebus; hoc est usque Kalendas Ianuarii, in anno 212. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

70 a) *imo in margine prima manu scripta sunt, signo loci adiecto.* b) *pertinent ad a. 208.* c) *post subscriptum est.* d) *ad a. 216. pertinent.* e) *post add. in marg. prima manu.*

Hier. 234. 1. *Iulianus et Crispinus V. C.* Alaxander Xerxem regem Persarum gloriosissime vicit. Calistus papa 212.
cf. mart. passus pridie Idus Octobris, sub Alexandro imperatore.
Urbanus 15. papa annis 9.
Hier. 235. 2. *Fuscus et Dexter V. C.* Alexander disciplinae tam severus corrector fuit, ut quasdam tumultantes 213. legiones integras exsauctoraverit. 5
*Conc. I. p. 113. 236. 3. *Alexander 2. et Marcellus.* „Urbanus* papa“ et reliqua, data Nonas Septembres, Alexandro viro 214. clarissimo consule.
Hier. 237. 4. *Annianus et Maximus.* Ulpianus iuris consultus adsessor Alexandri insignissimus habetur. 215.
Hier. 238. 5. *Albinus et Maximus V. C.* Thermae Alexandrinae Romae aedificatae. 216.
Hier. 239. 6. *Modestus et Probus V. C.* Geminus prespiter Antiochenus et Hipolitus et Berillus episcopus Arabiae Postrenus clari scriptores habentur. 217. 10
Hier. 240. 7. *Alexander 3. et Dion V. C.* Antiochiae 11. constituitur episcopus Zebennius. 218.
Hier. 241. 8. *Gratus et Seleucus V. C.* Alexandriae aeclesiae 12. episcopus ordinatur Heraclas annis 16. 219.
242. 9. *Pompeianus et Felicianus.* Alaxander in matrem Mamea[a] quia pius fuit, et ob id omnibus ama- 220.
Beda. Ad. mart. bilis. Urbanus papa, postquam multos nobilium ad fidem Christi perduxit, passus est sub Alexandro, 8. Kal. Iunii, et 15 sepultus est in cimiterio Pretextati.
Pontianus 16. papa annis 5.
Hier. 243. 10. *Lupus et Maximus V. C.* Origines de Alexandria ad Cesaream Palestinae transit. 221.
Beda. 244. 11. *Maximus et Paternus.* Origenis Alexandriae et in toto orbi clarus. 222.
Beda. 245. 12. *Maximus et Urbanus.* Mamea, mater Alexandri, cum Origenem vellet audire, Antiochiam acci- 223. 20
Reg. tum, summo honore habuit. Romae passi Calistus et Urbanus papa, Cicilia virgo, Tiburcius, Valerianus, Galepodius presbiter, Austerius presbiter, Palmatius consul cum uxore et filiis, Simplicius senator.
Cass. H. R. 246. 13. *Severus et Quintianus.* His consulibus Alexander in Gallia, id est Mogontia, [Ciclus solis incipit.] 224.
Conc. I, p. 115 sqq. tumultu militari interficitur. [Decretalis epistola Pontiani papae, data 10. Kal. Februarii, Severo et Quintiano VV. CC. SS.; et alia*, data in Kal. Maii hisdem consulibus.] 25
Romanorum 26. Maximinus regnavit annis 3, mense uno et paucis diebus, hoc est usque Kal. Februarii, in anno 216. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.
Hier. 247. 1. *Maximinus et Affricanus.* Maximinus, primus ex corpore militari, sine senatus auctoritate, ab exer- 225.
Ad. mart. citu imperator electus est. Pontianus papa cum Ipolito prespetero in Sardiniam insulam a Maximino deportatus est, ibique fustibus 12. Kal. Decembres mactatus; cuius corpus beatus Favianus papa reduxit et in cimiterio Calisti sepelivit. 30
*ib. p. 119. *Antherus 17. papa mense uno.* Decretalis epistola Antheri papae*: „Karissimis atque dilectissimis fratribus Antherus papa“ et reliqua; data 13. Kalendas Aprilis, Maximino et Africano consulibus. [Et alia epistola[6],
cf. mart. Lib. pont. data Kal. Iulii hisdem consulibus.] Antherus papa passus 3. Nonarum Ianuarii, et in cimiterio Calisti, via Appia sepultus.
*ib. p. 123. *Fabianus papa 18. post Petrum annis 16.* Decretalis* epistola Fabiani papae: „Dilectissimis ubique catolicae aeclesiae comministris Fabianus papa salutem in Domino“ et reliqua. Et post: „Denique septem similiter diaconos ordinavimus, qui septem imminerent notaris et gesta martirum veraciter in intigro colligerent nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam omnes vos agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat quaestioque oriatur“ et reliqua; data Kalendas Iulii, Maximino et Affricano V. C. I. 35
Hier. 248. 2. *Perpetuus V. C. cl. conss.* Maximinus 6. persecutionem facit adversus sacerdotes [Sexta persecutio.] 226. 40 aeclesiarum.
Beda. 249. 3. *Cornelius V. C.* [Maximinus persequitur ecclesiam, propter christianam familiam Alexandri, cui successit, et Mameae matris eius, vel precipue propter Origenem presbiterum.] 227.
Cass. 250. 4. *Pius et Proculus.* His consulibus, Casiodoro teste, Maximinus Aqui- Ciclus decen. 13. inc. ind. 7. 228. legiae a Pupieno occiditur; cui successit Gordianus. 45
Romanorum 27. regnavit Gordianus annis 6; hoc est usque Kal. Februarii, in anno 222. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.
Hier. 251. 1. *Gordianus et Aviola V. C.* Gordiano Romam ingresso, Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio occissi. 229.
Beda. 252. 2. *Sabinus et Venustus V. C.* Origenes contra quendam Celsum Epicurum philosophum, qui contra nos libros conscripserat, octo voluminibus respondit. 230. 50
Isid. 253. 3. *Gordianus 2. et Pompeianus.* [Flavianus papa, testimonio Spiritus sancti, in specie columbae super caput eius descendentis, Romae veniens, ordinatur episcopus; licet quidam hoc verius de Severino adfirment.] 231.
Beda. 254. 4. *Atticus et Pretextatus.* Origenes tam scribendi sedulus fuit, ut Hironimus dicit in quodam loco, 5000 librorum eius se legisse meminiret. 232.
Hier. 255. 5. *Arrianus et Pappus.* Gordianus admodum adolescens, Parthorum natione superata, cum victor reverteretur ad patriam, fraude Philippi prefecti pretorii haut longe a Romano solo interfectus est. 233. 55
256. 6. *Peregrinus et Emilianus.* His consulibus, teste Cassiodoro, Gordiano milites tumulum aedificant, qui Eufrati fluvio imminet, ossibus eius Romam revectis. 234.
Romanorum 28. Philippus cum Philippo filio secundum omnes regnavit annis 8; hoc est usque Kalendas Februarii, in anno 230. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. 60
Hier. 257. 1. *Philippus et Titianus V. C.* Philippus Philipum filium suum consortem regni facit, primusque omnium ex Romanis imperatoribus christianus fuit. 235.
Hier. 258. 2. *Presens et Albinus V. C.* Regnantibusque Philippis millessimus annus Romanae urbis expletur. 236.
Hier. 259. 3. *Philippus 2. et Philippus, filius eius.* Athlamos natali Romanae urbis cucurrit eiusque agon mille annorum actus. 237. 65
Hier. 260. 4 *Philippus 3. et Philippus 2.* Philippus urbem cognominis sui in Tracia construxit. 238.
261. 5. *Aemilianus et Aquilinus.* His consulibus, Casiodoro teste, millessimus annus Romae expletus est; ob quam solemnitatem innumerabiles bestias Philippus in circo magno occidit, ludosque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante, celebravit. Quadraginta etiam missos natali Romanae urbis cucur- 239. 70

a) maīa 1. 6) in conc. non legitur. Fabiani epistolam indicare videtur.

rerunt et agon mille annorum actus. Haec Cassiodorus. Cum autem secundum Ebreos Olimpias prima posita est in anno primo Ioathan, et in primo anno Olimpiadis sextae condita fuit urbs Roma, atque, sicut Hieronimus et Beda tractant, a prima Olimpiade usque in passionem Domini sunt anni 794, sublatis 20 annis, id est annis 16 Iothan atque 4 Achaz, qui sunt quinque Olimpiades, 5 fiunt a conditione Urbis usque in passionem Domini anni 774; a passione Domini usque in annum postremum Philiphi sunt anni 229; fiunt simul a conditione Urbis ad obitum Pilippi 1003 anni.

262. 6. *Decius et Gratus.* Alexandriae 4. episcopus Dionisius annis 17. [His consulibus Fabianus papa passus 14. Kal. Februarii, secundum gesta pontificum. Cornelius papa successit.] 240. Hier.

10 263. 7. *Decius* 2. *et Rusticus.* His consulibus Philippus senior Verone, Romae vero iunior occiditur. 241. Cass. Decius regnavit ann. octo. Decretalis epistola Fabiani papae*: „Dilectissimo fratri Hilario episcopus Fabianus salutem" et reliqua; data 17. Kal. Novembris, Africano et Decio viris vene. C. I. In martirologio sic: „Rome Fabiani pape natal. 13. Kal. Februarii, qui cum 14 annis, mense 11, diebus 12 aeclesiae preesset, passus est sub Decio [in principio sui imperii] et in cimiterio Calixti sepultus." Beda sic: „Decius, cum Pilippos patrem et 15 filium interfecisset, ob odium eorum in christianos persequtionem movet, in qua Fabianus in urbe Roma martirio coronatur. Sedem sui episcopatus Cornelio reliquit, sed et ipse passus".

*ep. 3. p. 128. Ad. mart. Bedae chr.

Cornelius papa annis 2, *mensibus* 8, *minus* 5 *diebus.*

Decretalis Cornelii*: „Carissimis atque dilectis Cornelius salutem" et reliqua; data 7. Idus Septembris, Decio et Maximo viris clarissimis consulibus. [Alia**]: „Cornelius episcopus Rufo episcopo in Domino salutem" et reliqua; 20 data 11. Kal. Iunii, Maximo et Decio viris clarissimis consulibus. In martyrologio ita: Romae via Apia in cimiterio Calisti, 18. Kal. Octobris natalis sancti Cornelii papae sub persecutione Decii, cum prespeteris et diaconibus Centumcellis exilio deputati[a]; ad quem confortandum multi christianorum veniebant. Quo tempore beatus Ciprianus scripsit ei de Celerino lectore, quanta pro fide et confessione Christi sustinuerit. Decius cessar audiens quia multi ei scribebant de beato Cipriano, rogavit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur a Cipriano contra 25 rem publicam literas accipisset, respondit: „Ego de corona Christi literas accepi, non contra rem publicam". Iratus Decius iussit, ut os eius cum plumbatis cederetur, deinde ad templum Martis ut sacrificaret duceretur; quod si contempsiset, illic capite puniretur. Cumque duceretur, unus ex militibus nomine Cerealis rogare cepit beatum papam, ut visitaret uxorem eius, quae annis quinque paralitica iacebat. Ingressus autem in domum eius, tenuit manum Salustiae, et erexit eam dicens: „In nomine Iesu Christi Nazareni, surge et sta super pedes tuos". Quae protinus 30 erexit se, clamans et dicens: „Vere Christus est Dei filius". Et dixit beato Cornelio: „Babtiza me, nam per Christum te coniuro". Et currens implevit vas aqua et attulit ei. Tunc misserunt se omnes milites ad pedes eius, orantes se baptizari. Quos ut babtizavit, obtulit pro eis sacrificum laudis, et participati sunt omnes corpore et sangine domini nostri Iesu Christi. Audiens hec Decius, mittens tenuit omnes, et iussit ut cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, et si nollent parere, capite plecterentur[b]. Ducti vero foras muros portae Appiae, expuentes in templum, 35 decollati sunt una cum beato Cornelio, numero viginti unus. Sed et Cerealis cum uxore sua Sallustia 18. Kal. Octobris. Eadem vero nocte venit beata Lucina cum clericis et familia sua, et rapuit martirum corpora, et sepelivit ea in agro suo in cripta, in cimiterio Calisti. Cuius Lucinae Cornelius sic commemorat. Decretalis epistola Cornelii papae*: „Carissimis atque dilectissimis fratribus, sanctae aeclesiae filiis, Cornelius episcopus. Decrevi vobis scribere quae nunc temporis necessaria sunt sciri" et reliqua. Et post: „Quapropter rogo vos nobis congratulari, 40 quia rogatu cuiusdam devotae feminae ac nobilissimae matronae Lucinae levata sunt corpora apostolorum Petri et Pauli de catatumbis; et primo quidem beati Pauli corpus levatum silentium[c] ac positum est in predio predictae matronae, via Ostensi, ad latus ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus, et concedenter possuimus illud iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum, in templo Apollinis, in monte Aureo, in Vaticano palatii Neroniani, tertia die Kalendarum Iuliarum" et reliqua. Haec epistola data est 7. Idus Septim- 45 bris, Decio et Maximo viris clarissimis consulibus.

*ep. 1. p. 131. **ep. 2. p. 132. Ad. mart. *ep. 1. l. l.

Postquam vero passus sit Cornelius, Lucius papa in tertio anno Decii incipiens, sedit mensibus 5, usque 4. Nonas Martii, in initio anni quarti Decii, sub Valeriano prefecto. Inde Stephanus papa sedit annis 3, mensibus 5, usque 4. Nonas Augusti, quo passus est sub Valeriano prefecto, in anno sexto Decii. Decretalis epistola Zefani papae*: „Dilectissimo fratri atque familiario amico Hilario, Zefanus papa salutem" et reliqua; data 5. Non. Maii, Valeriano et 50 Galliano viris clarissimis consulibus. Alia**: „Zefanus sanctae apostolicae et universalis Romanae aeclesiae episcopus" et reliqua; data Non. Aprilis, Valeriano et Galliano viris clarissimis consulibus. In martirologio ita habetur: Rome in cimitirio Calisti natalis sancti Zefani papae et martiris sub Valeriano et Galliano imperatoribus. Qui, cum persecutio seva grasaretur, congregato universo clero suo, hortatus est eos, ut pro Christo coronam martirii alacriter susciperent. Ordinaverat tres presbiteros et septem diaconos et clericos decem, cum quibus de regno Dei assidue docebat. 55 Divina autem gratia procurante, occurebant multi ex[d] gentilibus et honesti [viri], ut babtizarentur ab eo. Inter quos Nemereus tribunus cum omni domo sua, filiaque eius Lucilla, quae caeca per beatum Zephanum iluminata, et Olimpius alter tribunus cum uxore Exsuperia et filio Theodolo et ceteris qui crediderunt in sua domo, qui postea passi sunt. Celebrabat autem missas atque concilia per criptas martyrum. Factum est autem, ut Valerianus et Galleianus, persecutores nominis Christi, summo requirirent studio beatum Stefanum, ut eum vel clericos eius diversis penis afficirent. 60 Misserunt itaque multitudinem militum, et tenuerunt eum cum multitudine clericorum prespiterorum et diaconorum; qui veniens ad tribunal Valeriani, solus introivit; cui Valerianus ait: „Tu es Stepanus, qui rem puplicam conaris evertere et persuasionibus atque adhortationibus malis populum a deorum recedere cultura." Beatus Zefanus: „Ego quidem non everto rem puplicam, sed hortor, ut, deriIictis demonis, qui adorantur in idolis, ad Deum vivum et redeant creatorem celi et terrae, et agnoscant Iesum filium Dei vivi Deum esse, qui cum patre et spiritu sancto solus est sempiternus, 65 ut non pereant cum diabulo in interitum sempiternum." Valerianus tunc iussit eum duci ad templum Martis, et ibidem dictata[e] sententia capite truncari, si non adoraret nefandi Martis simulacrum. Perductus beatus Zefanus a militibus foras muros Appiae portae ad templum, levatis occulis ad coelum dixit: „Domine Deus meus, pater domini nostri Iesu Christi, qui destruxisti turrem confussionis Babiloniae, destrue nunc et hunc locum, ubi diabolica superstitione[f] per idolorum culturam animae pereunt populorum". Et statim facto frangore tonitrui cum terroribus coruscationum, corruit 70 maxima pars templi, et milites pavefacti fugierunt. Beatus vero Zephanus perrexit cum omnibus christianis ad cimite-

cf. Lib. pont. Mart. *ep. 1. p. 141. **ep. 2. p. 145. Ad. mart.

a) deputi 1. b) plectentur 1? c) *lege* silentio. d) et 1. e) dicta 1? f) superstione 1.

Ad. mart. rium sanctae Luciae, et multis eos consulatus sermonibus, obtulit pro eis sacrificium Deo[a] offerentem. Quem intrepidum et constantem ante altaris sollemnia et cepta perficientem in eadem loco decollaverunt sede 4. Non. Agusti. Cuius corpus christiani populi sepilierunt in eadem cripta, cum ipsa sede, [ubi[b]] astans sangis effussus est, in loco qui appellacf. Lib. pont. tur hodie cimitirium Calisti. Hic constituit, ut sacerdotes et levitae vestes sacras in codidiano usu non haberent, nisi tantum in aeclesia. 5

* ep. 1. p. 179. ** ep. 2. p. 181. Post Stefanum Sixtus papa successit annis 2. Decretalis* epistola Sixti papae: „Sixtus episcopus Grato coepiscopo salutem" et reliqua; data Kal. Septimbris, Valeriano et Decio viris venerabil. cl. consul. Item alia**: „Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis, Sixtus episcopus in Domino salutem" et reliqua; data 17. Ad. mart. Kalendarum Augusti, Valeriano et Decio viris clarissimis consulibus. In martirologio sic: Decius imperator et Valerianus prefectus tenuerunt beatissimum senem Sixtum episcopum Romanum cum omni clero suo, et recluserunt eos 10 in custodia puplica, et fuerunt ibi clausi multis diebus. Factum est autem ibi, ut Decius cessar et Valerianus prefectus iuberent sibi beatum Sixtum episcopum cum clero suo presentari noctu intra civitatem in Tellude. Cui Decius cesar dixit: „Scis, cur tentus et conventione publica nobis presentatus es?" Respondit beatus Sixtus: „Scio et bene scio." Decius dixit: „Ergo si scis, fac ut universi sciant, et tu vivas et clerus tuus augeatur." Beatus Sixtus respondit: „Vere feci et facio, ut clerus meus augeatur." Cui Decius: „Ergo sacrifica diis immortalibus, et esto princeps sacerdotum." 15 Ad haec sanctus Sixtus: „Ego semper sacrificavi et sacrifico domino Deo Patri omnipotenti et domino nostro Iesu Christo filio eius et Spiritu sancto hostiam puram et immaculatam." Tunc ex precepto Decii duxerunt milites eum ad templum Martis, ut sacrificaret; sed contemnente sacrificare, recluserunt eum in custodia privata, cum duobus diaconibus Felecissimo et Agapito. Cumque duceretur, his verbis cepit eum beatus Laurentius archidiaconus compellere: „Quo progrederis sine filio, pater? Quo, sacerdos sancte, [sine[c]] diacono properas? Tu nunquam sacrificium sine ministro 20 offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit tibi, pater? Num degenerem probasti? Et experire certe, utrum ministrum me elegeris. Cui commississti dominici sanginis consecrationem, cui consummandorum consortium sacramentorum, hic[d] sanginis tui consortium negas. Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli detrimentum magistri. Quid, quod inlustrius prestantes viri discipulorum certaminibus qui supervincunt[e]? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum premisit, et tu, pater, ostende in filio virtutem tuam. Offer quem eru- 25 disti, ut iudicii tui comitatu nobili pervenias ad coronam." Tunc beatus Sixtus ait: „Non ego te derelinquo, filii, nec desero, sed maiora tibi debent certamina. Nos quasi senes levioris pugnae cursum suscipimus, te quasi iuvenem gloriosior manet de tiranno[f] triumfus. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem et levitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quereres. Quid consortium passionis meae expetis? Totam tibi heriditatem dimitto. Quid presentiam meam requiris? Helias Helesium reliquit et virtu- 30 tem non abstulit." Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium: „Accipe facultates vel tesauros aeclesiae, et divide quibus tibi videtur." Accepta potestate, Laurentius cepit per regiones curiose querere, ubicunque sancti clerici vel pauperes essent abssconsi, et portans tesauros prout unicuique opus erat distribuit. Ergo post haec beatus Sixtus reducebatur in Telludem ut audiretur, et cum eo diaconi Felicissimus et Agapitus; et sedente Decio et Valeriano, presentatus est beatus Sixtus. Ad quem Decius iracundia plenus ait: „Nos quidem consulimus senectuti tuae, audi precepta nostra 35 et sacrifica." Respondit beatus Sixtus: „Miser, tu tibi consule, et noli blasfemare, sed age penitentiam de sangine sanctorum quem tu effudisti." Tunc monente Valeriano iussit Decius, ut ducerentur ad templum Martis; et si nollent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur. Educti vero foras murum portae Apiae, dixit beatus Sixtus ad templum Martis: „Destruet te Christus, filius Dei vivi." Cum respondissent omnes christiani „Amen", subito cecidit aliqua pars templi. Tunc beatus Laurentius cepit clamare: „Non me derilinquas, pater sancte, qui tesauros iam expendi, quos tra- 40 didisti mihi." Milites autem audientes de tesauris, tenuerunt beatum Laurentium archidiaconum, sanctum vero Sixtum et Felicissimum et Agapitum duxerunt in clivum Martis ante templum; et ibi decollati sunt 8. Idus Augusti. Noctu venerunt clerici et maxima pars christianorum, et collegerunt corpora sanctorum, et sepilierunt Sixtum in cripta in cimiterio Calisti in eadem via. Sanctos vero Felicissimum et Agapitum martyres sepilierunt in cimiterio Pretextati. Decollati sunt cum eis et alii quatuor, ut in gestis pontificialibus legitur, Ianuarius, Magnus, Vincentius et Stephanus subdia- 45 coni. Passus est cum eis et beatus Quartus, ut scribit beatus [Cyprianus]. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus et doctus quidem prius philosophus, postea Christi discipulus fuit. Sedit autem anno uno, mensibus 10, diebus 23.

Et si ergo sanctus Ciprianus, qui tunc presens erat, haec scripsit, quis ea negat? Ten- Ad. mart. tus itaque beatus Laurentius a militibus, et traditus Parthenio tribuno. Qui nunciavit Decio, quod Laurentius, qui haberet thesauros reconditos, archidiaconus Christi, in custodia teneretur; qui gavissus fecit eum presentari sibi, et audi- 50 tum tradidit eum Valeriano prefecto, qui et ipse dedit eum in custodia cuidam Ipolito, et Ipolitus reclusit eum cum multis. Erat ibi homo, Lucillus nomine, cecus; ad quem sanctus Laurentius: „Crede in filium Dei, dominum Iesum Christum, et babtizare, et illuminavit[g] te." Respondit Lucillus: „Ego ipse desideravi babtizari in nomine domini nostri Iesu Christi." Tunc beatus Laurentius catacizavit eum, et accepta aqua babtizavit, et inluminati sunt oculi eius. Hoc factum audientes multi ceci veniebant ad beatum Laurentium, et ponebat manum super eorum oculos et illuminabantur. 55 Videns hoc Ipolitus, [credidit], atque baptizatus est. Ex mandato ductus est beatus Laurentius ante conspectum Valeriani. Qui dixit beato Laurentio: „Iam depone pertinaciam, et da tesauros, quos apud te cognovimus esse reconditos." Cui sanctus Laurentius: „Da mihi indutias biduo vel triduo, et profero tibi thesauros." Ab eadem die collegit cecos, claudos et debiles pauperes, et abscondit in domu Hipoliti eos. Valerianus autem nuntiavit Decio, quod promissit datis sibi indutiis Laurentius thesauros. Completis ergo tribus diebus, presentavit se ipsum in palatio Salustiano; et dixit ei 60 Decius: „Ubi sunt thesauri, quos pollicitus es presentari?" Beatus Laurentius, collecta multitudine pauperum, introduxit in palatium, et voce magna dixit: „Ecce isti sunt thesauri aeterni, qui nunquam minuuntur nec decrescunt, qui in singulis asperguntur et in omnibus inveniuntur." Valerianus prefectus dixit: „Quid varias per multas? Sacrifica diis et obliviscere artes magicas, in quibus confidis." Cui cum dixisset beatus Laurentius: „Quare vos choortat[h] diabulus, ut christianis dicatis sacrificare demonis?", Decius iratus iussit eum expoliari et cedi cum scorpionibus. Qui dum cedere- 65 tur, dicebat: „Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est coniungere inter servos suos. Tu autem, miser, torqueberis insania tua et in furore tuo." Tunc Decius: „Levate eum et date omne genus tormentorum", et allatae sunt lamminae ferreae[i] ante conspectum eius et lecti et plumbati et cardi. Post vinctus catenis ductus est beatus Lau-

a) *Hoc loco plura verba ex martyrologii narratione omissa sunt, quae ita desinunt:* sacrificium Deo offerentem. b) ubi *post add.* 1. c) sine *post add.* 1. d) . Hic 1; *lege* huic. e) quam suis vinc. *Mart.* f) trianno 1. g) *i. e.* 70 illuminabit. h) *lege* coartat. i) ferrę 1.

rentius in palatium Tiberii, ut ibi gestis audiretur. Et sedit pro tribunali in basilica Iovis. Et presentato Laurentio, Ad. mart.
cum ei dixisset: „Sacrifica diis et noli confidere in thesauris, quos habes absconditos“, beatus Laurentius libere respondit: „Vere confido et securus sum in thesauris meis.“ Iracundia plenus Decius iussit eum nudum sentibus cedi. Qui dum cederetur, clamabat ad cessarem: „Ecce, misser, vel modo cognosce, quia triumpho de thesauris Christi et non sen-
5 tio tormenta tua.“ Ad haec Decius fustes augeri et dare ad latera eius lamminas ferreas ardentes iussit. Beatus Laurentius dixit: „Domine Iesu Christe, Deus de Deo, miserere mihi servo tuo, qui accusatus non te negavi, interrogatus te dominum Christum confessus sum.“ Et dum diutissime cum plumbatis cederetur, dixit: „Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es formam servi accipere, ut nos a servitio demonum liberares, accipe spiritum meum.“ Et audita est vox: „Adhuc multa certamina tibi debentur.“ Extentus in catasta et scorpionibus gravissime cessus, subri-
10 dens et gratias agens dicebat: „Benedictus pater domini nostri Iesu Christi, qui nobis donasti misericordiam, quam meriti non sumus, sed tu, Domine, propter tuam pietatem da nobis gratiam, ut cognoscant omnes circum circumastantes, quia tu consolaris servos tuos.“ Tunc unus de militibus, nomine Romanus, credidit domino nostro Iesu Christo, et dixit beato Laurentio: „Video ante[a] te hominem pulcerrimum stantem cum lintheo et extergentem membra tua. Adiuro te per Christum, qui te missit angelum suum, ne me derelinquas.“ Levatus ergo beatus martir et solutus de catasta, redditus
15 est Hipolito tum in palatio. Veniens autem Romanus offerens aquam, misit se ad pedes beati Laurentii ut babtizaretur. Qui benedicta aqua babtizavit eum. Quod factum audiens Decius, iussit eum sibi exhiberi cum fustibus. Non interrogatus clamare cepit: „Christianus sum“, et iubente Decio eductus foras muros portae Salariae decollatus est 5. Id. August. Cuius corpus noctu collegit Iustinus prespiter et sepelivit in cripta, in agro Verano. Decius autem cesar pergit noctu ad termas iuxta palatium Salustii, et exibitus est ei iterum sanctus Laurentius, et allata sunt omnia genera
20 tormentorum, plumbati, fustes, lamminae, ungues, lectuli, batuli. Et dixit beato martiri: „Iam depone perfidiam artis magicae et dic nobis generossitatem tuam.“ Cui beatus Laurentius: „Quoniam genus Hispanus sum, eruditus et nutritus Romanus, et a cunabulis christianus, sum eruditus omnem legem sanctam et divinam.“ Et Decius: „Sacrifica diis, nam nox ista in te expendetur cum supliciis.“ „Mea, inquit, nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescit.“ Et cum cederetur lapidibus, os eius ridebat, et confortabatur et dicebat: „Gratias tibi ago, qui tu es [Deus] omnium.“
25 Allatus autem est lectus cum tribus costis, et expoliatus beatus Laurentius vestimentis suis, extentus est in cratem ferream, et allati sunt batuli cum prunis. Et misserunt sub cratem ferream. Et cum furcis ferreis coartatus desuper, dixit Decio: „Ecce me obtuli sacrificium Deo in odorem suavitatis, quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus.“ Carnifices tamen urgentes ministrabant carbones mittentes sub cratem, et desuper comprimentes eum cum furcis ferreis. Sanctus Laurentius dixit: „Disce, misser, quanta est virtus domini Dei mei; nam carbones tui mihi refrigirium prestant;
30 tibi enim aeternum suplicium, quia ipse Dominus novit, quia accusatus non negavi, interrogatus Christum confessus sum, assatus gratias ago.“ Et vultu pulcerrimo dicebat: „Gratias ago tibi, domine Iesu Christe, quia merui ianuas tuas ingredi.“ Et emissit spiritum. Mane autem prima adhuc crepusculo rapuit corpus eius Ipolitus, et condivit cum linthiaminibus et aromatibus; et hoc factum mandavit Iustino prespitero. Tunc beatus Iustinus et Ipolitus plorantes et multum tristes tullerunt corpus beati martiris, et venerunt in via Tiburtina in predium matronae viduae Ciriacae, in agro Verano; ad quam ipse
35 beatus martir fuerat noctu, cui et linthium dedit, unde pedes sanctorum extersit. Et ibi iam hora vespertina sepilierunt eum 4. Id. August., et ieiunaverunt agentes vigilias noctis triduo cum multitudine christianorum. Beatus autem Iustinus prespiter obtulit sacrificium laudis, et participati sunt omnes ex eo. Eodem die Romae militum sexaginta quinque tunc passi sunt, Claudius, Severus, Crescentios et Romanus, ipso die quo beatus[b], post tertium diem sancti Sixti. — Rome Idus Aug. natalis sancti Ipoliti martiris sub Decio imperatore et Valeriano prefecto. Hunc beatum Ipolitum vicarium
40 sanctus Laurentius, cum apud eum esset in custodia, babtizavit. Qui de sanctis exsequis martiris post ad domum suam rediens, dedit pacem etiam omnibus servis suis et ancillis, et communicavit de sacrificio altaris beati Laurentii martiris. Et possita mensa priusquam cibum sumeret, venerunt milites et tenuerunt eum et perduxerunt ad Decium. Quae videns Decius subridens dixit ei: „Numquid et tu magus efectus es, qui corpus Laurentii abstulisse diceris?“ Sanctus Ipolitus respondit: „Hoc feci, non quasi magus sum, quasi christianus.“ Decius furore arreptus iussit ut cum lapidibus os eius
45 contunderetur. Et expoliavit eum veste, qua induebatur habitu christiano, et dixit ei: „Sacrifica diis, et vives; sin aliter, peries per tormenta sicut Laurentius.“ Sanctus Ipolitus dixit: „Exemplum merear beati Laurentii martiris fieri, quem tu, misser, ausus fuisti ore polluto nominare.“ Extensus igitur fustibus et cardis diu cessus est, donec cedentes defecerunt. Inde levatus a terra, iussit eum Decius vestiri militare veste, qua gentilis utebatur, et dixit ei: „Recole militiam tuam, et esto noster amicus, et in conspectu nostro utere[c] militiam pristinam, quam semper habuisti.“ Cum beatus martir
50 dixisset: „Militia mea hec est, christianum firmum militare, unde cupio ad celerem palmam cum fructu venire“, iracundia plenus Decius dixit Valeriano: „Accipe omnes facultates [eius], et interfice eum crudeli examinatione.“ Valerianus porro, exquesita omne facultate eius, invenit in domu Ipoliti omnem familiam christianam, quam conspectu suo presentari fecit. Et iussit beatum Ipolitum foras muros portae Tiburtinae cum familia duci. Beatus Ipolitus confortabat omnes dicens: „Fratres, nolite metuere; quia ego et vos unum Dominum habemus.“ Et decollati sunt promiscui sexus[d], numero
55 19. Beatus vero Ipolitus, ligatis pedibus ad colla indomitorum equorum, sic per carduetum et tribulos tractus, emissit beatum spiritum. Nocte venit beatus Iustinus presbiter et collegit corpora et sepelivit in campo eodem, iuxta nimpham, ad latus agri Verani, Id. Agusti.

A Decio imperatore hucusque papae per annos octo cathedram tenuerunt iuxta cronicam Eusebii; quamdiu vero secundum martirologium sederunt, dicendum est. Decius regnavit annis 16.
60 Fabianus papa passus 13. Kal. Februarii, in anno primo Decii. Inde Cornelius papa annis duobus, mensibus octo, passus 18. Kal. Octobris, in anno tertio Decii. Inde Lucius papa annis tribus, mensibus quinque, passus sub Valeriano prefecto, in anno septimo Decii, 4. Non. Martii. Zefanus papa annis septem, mensibus quinque, passus sub Valeriano prefecto, 4. Non. Augusti, in anno decimo quarto Decii. Sixtus papa duobus annis, passus 8. Idus Augusti, in anno 16. Decii. Laurentius quoque et Agapitus, Felicissimus atque Ipolitus, passi sub Decio, si aeclesia non fallitur. cf. Reg.
65 Damnum ergo annorum 18 in cronicis Eusebii et Bedae, ab anno 15. Tiberii, in anno 10. magni cicli, iuxta historiam sacri euangelii ad cyclum Dionissii, implent isti anni 16 Decii et 2 anni Galerii, teste Isidoro episcopo, quod duobus annis regnavit. Quodsi autem aliquid his rationibus obsistit, ecce aliter resurrectionem Domini iuxta historiam inquirimus[e].

Romanorum 29. *Decius secundum Orosium regnavit annis* 3, *mensibus* 3, *iuxta Eusebium et Bedam atque*

70 a) in 1? b) *supple* Laurentius. c) ṽte 1. d) sextus 1. e) *Hoc loco ex codice* 3. *in editt. leguntur:* Marianus Scotus 22 annos plus aliis chronographis posuit ab incarnatione Domini, quos sub deficientibus regibus collegit, mensibus et diebus integris annis supervenientibus.

Cassiodorum anno ab Urbe condita 1004. *incipiens, et hoc est usque Kal. Maii, in anno* 232. *post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro.*

Hier. 264. 1. *Gallus et Volusianus.* Decius Pannonia inferiore Budaliae natus fuit. Decius[a], [7. persecutio] 242.
Mart. ob odium Philipporum, quos occidit, persecutionem christianorum movet. Fabianus papa passus 14. Kal. Februarii.
Cornelius 19. *papa annis* 3, *mensibus* 5. [Antonius monachus Egipto docetur exortus.] 5

Hier. 265. 2. *Africanus et Decius.* Antonius monachus in Aegipto nascitur. Paulus Tebius[7]. His consu- 243.
Cass. libus Decius lavacra publica aedificavit, quae suo nomine appellari iussit.

Hier. 266. 3. *Maximus et Decius.* Romae amphiteatrum incensum. Alexandro Hierosolimorum apud Cessaream 244.
Mart. Palestinae ob martirium interfecto, et Antiochiae Babila, Mazabanus et Fabius episcopi constituntur. Cornelius papa
Reg. passus 18. Kal. Octobris. Romae passi Fabianus et Cornelius papa, Victoria virgo, Miniates; Antiochia Babillas episco- 10
pus; Apollonia civitate Leatus, Tirsus et Gallinicus; Hierosolima episcopus Alexander; Nazanzo Tripho; in Aegypti civitate quae dicitur Tinius Phileas episcopus, Philoronus tribunus cum multis; in Sicilia civitate Catinensium Agatha virgo; in Perside Polocronius Babyloniae Tesifontis episcopus; Pergen Pamphyliae Nestor episcopus; in Corduba civitate Parmenius presbiter cum sociis; apud Circensem coloniam Marianus et Iacobus; in Thiro Anatolia et Audax; apud
Hier. Affricam Nemosianus et Felix, Rogatianus presbiter et Felicissimus et Dioscorus cum sociis. Decius cum filio occidi- 15
Cass. tur [in[b] Abruto Thraciae loco, a Gothis in bello].

Romanorum 30. *Gallus cum filio Volusiano regnavit annis* 2 *mensibusque* 4, hoc est usque Kal. Septimbris, in anno 234. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Hier. 267. 1. *Volusenus et Maximus.* Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque 245.
Alexandriam et Aegiptum, ut scribit Dionissius et Ciprianus de mortalitate testis est liber. Novatus, presbiter Cipriani, 20
Romam veniens, Novatianum et ceteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius penitentes apostatas recepisset.
Antiochiae 14. constituitur episcopus Demetrius.

*Conc. p. 137. *Lucius* 20. *papa* [*annis*[c] 3] *mensibus* 5. *Decretalis epistola Lucii papae**: „Dilectissimis omnibus fratribus Lucius episcopus salutem in Domino" et reliqua; et post: „In hac sancta sede apostolica constituimus, ut duo presbiteri et tres diaconi in omni loco episcopum non desserant, propter testimonium aeclesiasticum" et reliqua; data Kal. Aprilis, 25
Gallo et Volusiano viris clarissimis ven. consulibus. [Lucius passus 8. Kal. Sept. secundum gesta.]

268. 2. *Valerianus et Gallienus.* [His consulibus Stephanus papa successit secundum gesta ponti- 246.
Hier. ficum.] His consulibus, Cassiodoro teste, Gallus et Volusianus, cum adversum Aemilianum, qui in Mosia res novas moliebatur, ex Urbe profecti essent, in Foro Flammini, sive ut alii putant Interamniae, interfecti sunt. Aemilianus tertio mense invasse tirannidis extinctus. 30

Beda. H. R. *Romanorum* 31. *Emylianus, cum Gallum et Volutianum occidisset, imperavit mensibus* 3. Origenes anno 70° aetatis suae obiit, et in urbe Tiri sepultus. Emilianus autem obscurissime natus erat atque etiam obscurius imperavit; siquidem Maurus erat, atque tertio mense sui imperii extinctus est; hoc est quasi mense Novimbre, in eodem anno quo occidit Gallum et Volusianum.

Romanorum 32. *Valerianus cum filio Galleiano regnavit annis* 15, hoc est usque Kal. Decembris, in anno 35
249. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Hier. 269. 1. *Valerianus* 2. *et Gallienus* 2. Valerianus in Retia augustus, Gallienus Rome [Ciclus 14. decenn. inc. ind. 10.] 247.
a senatu cessar appellatus. [His consulibus Stephanus papa passus 4. Non. Ag. secundum gesta p. R[d].]

Ad. mart. 270. 2. *Maximus* 2. *et Gabrio.* In martirologio sic: „Nativitas sancti Lucii papae et martyris 4. 248. 40
Nonas Martii; qui persecutione Valeriani et Galliani ob fidem Christi exilio religatus, et postmodum divino [8. persecutio.]
nutu ad aeclesiam suam redire permissus, martirium capitis obtruncatione complevit, possitus via Apia ad sanctum Sixtum. Sedit in episcopatu annis 3, mensibus 5.

Stefhanus papa 21. *post Petrum annis* 3, *mensibus* 5. [His conss. Sixtus papa successit.]

Hier. 271. 3. *Valerianus* 3. *et Gallienus.* Ciprianus primum rethor, deinde presbiter, ad extremum Cartagi- 249. 45
nensis episcopus, martirio coronatur.

Hier. 272. 4. *Tuscus et Bassus V. C.* Valerianus persecutionem in christianos mittens, statim a Sapore Persa- 250.
rum rege capitur et cecatur, ibique servitute misserabile consenescit. [His conss. Sixtus papa passus secundum gesta pont.]

Hier. Mart. Lib. pont. 273. 5. *Emilianus et Bassus.* Sapor rex Persarum Siriam, Ciliciam, Capadociam depopulatur. Stephanus 251. 50
papa passus 4. Non. Agusti.

*p. 183. *Sixtus* 22. *papa annis* 2. [His[e] cons. Dionisius papa successit 11. Idus Ag. usque 7. Kal. Ian. Claudio et Paterno cons.] [Decretalis[f] epistola* Dionisii papae, data est 4. Non. Febr. Aemeliano et Basso VV. CC. SS.]

Hier. 274. 6. *Secularis et Donatus.* Valeriano in Persas ducto, Gallienus nostris pacem reddidit. Theodorus, 252.
Beda qui et Gregorius, Neocesareae Ponti episcopus, inter cetera virtutum gloria, ut aeclesiae faciendae locus sufficeret, [pre- 55
cibus] montem movit.

Hier. 275. 7. *Gallienus* 4. *et Gentienus.* Antiochiae 15. constituitur episcopus Paulus Samosatenus. Sixtus papa 253.
Mart. passus 8. Idus Augusti.

Dionisius 23. *papa annis* 6, *mensibus* 5. *Hic aeclesias prespeteris et parrocias diocessis dedit et constituit.*

Hier. 276. 8. *Gallienus* 5. *et Victorinus.* Gallieno in omnem lasciviam desoluto[g], Germani Ravennam usque 254. 60
venerunt. Alamanni vastatis Gallis in Italiam transiere.

Hier. 277. 9. *Albinus et Maximus.* Grecia, Macedonia, Pontus, Assia depopulata per Gothos. Quade et[h] 255.
Sarmatae Pannonias occupaverunt.

Hier. 278. 10. *Gallienus* 6. *et Saturninus.* Germanis Hispanis[i] optinentibus terrae expugnata. Parthi [Cyclus] 256.
Misopotamiam tenentes, Siriam incursaverunt. 65

Hier. 279. 11. *Valerius et Lucillus.* Alexandrinae aeclesiae 14. episcopus ordinatur Maximus annis 9. 257.

Hier. 280. 12. *Gallienus* 7. *et Sabinillus.* Ordinatus decurio Palmirenus[k], ut ad Tessifontem castra poneret. 258.

a) *in margine prima manu.* b) *post addita prima manu.* c) *litura deleta sunt.* d) g. p. R. *desunt* 1. e) *in marg. iterum sec. manu scriptum est:* His cons. Dionisius papa succ. secundum. f) *haec in inferiori margine f.* 125. *scripta sunt sine anni indicatione.* g) deseluto 1. h) ei 1? i) *lege* Hispanias o. exp. Terracon. k) *supple* collecta 70
agrestium manu ita Persas cecidit.

7) Est Paulus Thebaeus, Antonii praeceptor; cf. infra a. 371. GROTEFEND.

281. 13. *Paternus et Archisilaus.* Hierosolimarum episcopatum tenet Himeneus. Dionissius papa obiit 6. Kal. Ianuarii. 259. Hier. Mart.

Felix 24. *papa annis* 4. — Romae passi Stefanus et Sixtus papae, Felicissimus et Agapitus et beatus Laurentius diaconi, Ipolitus, Eugenia virgo, Iovinus et Bassilius, Bassilla, Rufina et Secunda virgines, Tertullianus, Protus, Iacintus, 5 Valerianus, Nemesius, Simpronius, et Olympius in Hispania urbe Tarracona; Verona Zenon episcopus et confessor, Fructuosus episcopus, Augorius et Eulogius diaconi; Cesarea Palestina Marinus; apud Affricam civitatem Turbuno; Lucernariae Maxima, Donatilla et Secunda virgo; in territorio Cavillitano vico Mitanensi Privatus episcopus. Reg.

282. 14. *Paternus* 2. *et Marinus.* Galliae Postumum et Victorinum et Tetricum civitates receptae. 260. Hier.

283. 15. *Claudius et Paternus.* His consulibus, Cassiodoro teste, Gallienus Aureoli ducis sui[a] post 10 15 annos sui imperii, rem puplicam deserens et libidinibus serviens, occiditur. [Decretalis[b] epistola* Dionisii papae, data est 5. Idus Sept. Claudio et Paterno VV. CC. SS.] [His consulibus Dionisius papa obiit 6. Kal. Ian. secundum gesta pontificum. Cui successit Felix papa.] 261. H R. Oros.VII,24. *p. 184.

Romanorum 33. *Claudius regnavit anno uno, mensibus* 9, hoc est usque Kal. Septembris, in anno 251. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

15 284. 1. *Antiochienus et Orbitus.* In Alaxandria Brachium, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem destruitur. Claudius Gothos Iliricum et Macedoniam vastantes superat, ob quae in curia clippeus ei aureus et in Capitolio statua aurea conlocata est. 262. Hier.

285. 2. *Valerianus et Bassus.* Felix papa passus 3. Kal. Iunii[c], teste Beda. Iste decrevit missas celebrari supra memorias martirum. Rome passi Felix papa, Marius cum Martha sua coniuge et filiis, 47 milites babti- 20 zati a papa Dionisio, Cirillia virgo; in Tarracina Campania civitate Felix presbiter et Eusebius. Valerianus et Bassus. His consulibus Claudius Sirmii obiit, Casiodoro teste. 263. cf. Mart. cf. Lib. pont. Reg. Cass.

Romanorum 34. *Quintillius, frater Claudii, ex consensu militum imperator factus est; qui consensu etiam senatus appellatus est augustus. Hic erat vir unice moderationis et civilitatis,* equandus vel preferendus fratri. H. R.

Eutichianus 25. *papa annis* 6. Hic constituit, ut fruges super altare tantum favae et uvae benedicerentur, et ut 25 nullus martyrem sine dalmatica aut colovio purpurato ulla ratione sepeliret. Quintillius 17. die sui imperii, teste Cassiodoro, Aquileiae occiditur, hoc est usque Kal. Octobris, in eodem anno quo Claudius obiit. cf. Lib. pont. Cass.

Romanorum 35. *Aurelianus regnavit annis* 5, *mensibus* 6, hoc est usque Kal. Aprilis in anno 256. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

286. 1. *Quietus et Voldumianus.* Antiochiae aeclesiae 17. ordinatur episcopus Timaeus. Aurelianus, 30 Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum suum, Gallias recepit. 264. Hier.

287. 2. *Tacitus et Placidianus.* Zenobia apud Himmas haut longe ab Antiochia vincitur; quae, occisso Ordinato marito, Orientis tenebat imperium; in qua pugna strenuissime adversum eam dimicavit Pompeianus dux cognomento Francus; cuius familia hodie quoque apud Antiochiam perseverat; ex cuius Euagrius, presbiter carissimus nobis, stirpe discendit. 265. Hier.

35 288. 3. *Aurelianus et Capitolinus.* Eusebius Laodicenus episcopus insignis habetur. Aurelianum Romae triumphantem Tetricus et Zenobia precesserunt equitibus. Tetricus corrector postea Lucaniae fuit, et Zenobia in Urbe summo honore consenuit; a qua hodieque Romae Zenobiae familiae nuncupantur. [His consulibus Felix papa passus secundum gesta pontificum 3. Kal. Ian.] Ciclus 15. decenn. inc. ind. 14. 266. Hier.

289. 4. *Aurelianus* 2. *et Marcellus.* [His consulibus successit Euticianus papa secundum gesta pon- 40 tificum.] Aurelianus templum Soli aedificat, et Romam firmioribus muris vallat. Primus a consulis[d] ab Auriliano institutus. Decretum* Eutychiani papae: „Karissimis fratribus Iohanni et omnibus per Beticam provinciam constitutis episcopis, Eutichianus episcopus in Domino salutem" et reliqua; data 2. Idus Aprilis, Aureliano et Marcello viris clarissimis consulibus. 267. Hier. *p. 205.

290. 5. *Probus et Paulinus V. C.* Aurelianus cum adversum nos persecutionem movisset, [Nona persecutio] 45 fulmen iuxta eum comitesque eius ruit. Euticianus papa passus 6. Idus Decimbris, et sepultus in cimiterio Calisti. Rome passi Eutichianus papa, Theodora, Bassilides, Tripos, Mandalia; Linguinis passi sunt sancti Gemini; Leonio civitate Conon; Cessarea Capidociae Mammes; apud Prenistinam urbem Agapitus; in civitate Salona Anastasius; apud Augustidunum Simfronianus; in territorio Vivariense loco qui dicitur Gentibus Andeolus subdiaconus, Andochius presbiter, Tirsus diaconus et Felix; in castro Duvone[e] Benignus presbiter. 268. Hier. Ad. mart. Reg.

50 291. 6. *Probus* 2. *et Paternus* 2. [Eutichianus papa passus.] [Ab Eutichiano papa usque ad hos consules in anno 6. scribendum.] His consulibus, Casiodoro teste, Aurelianus in itineris medio inter Constantinapolim et Heracliam, in Cenofrurio viae veteris occiditur. 269. Cass. H. R.

Romanorum 36. *Tacitus post Aurilianum adeptus est imperium mensibus sex.* Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

55 *Probus* 3. *et Paternus* 3. Anitolius natione Alexandrinus, Laodiceae Siriae episcopus, filosobhorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur. Cuius ingenii magnitudo de libro quem supra pasca compossuit et de decem libris arithmethicae institutionis apertissime potest cognosci. Insania Manchiorum herissis exoritur. Beda.

Gaius 26. *papa post Petrum.*

His consulibus, Cassiodoro teste, Taccitus mense sexto sui imperii apud Pontum occissus est, hoc est 60 quassi mense Septimbre. H. R.

Romanorum 37. *Florianus, omne teste historico, post Taccitum obtinuit imperium, qui tertio demum mense sui imperii apud Tarsum interfectus est; hoc est usque ad Kalendas Ianuarii in eodem anno quo Aurilianus occissus est.* Hic nec quicquam memoriae dignum egit, tantum temporis brevitate sui imperii. H. R.

Romanorum 38. *Probus regnavit annis* 6, *mensibus* 4, *hoc est* usque Kalendas Maii, in anno 264. post 65 passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

292. 1. *Messala et Gratus V. C.* Probus Gallias ab Arbaris[f] occupatas ingente virtute restituit. 270. Hier.

293. 2. *Probus* 4. *et Tiberianus.* Secundo anno Probi iuxta Antiochenos 325. annus fuit, iuxta Tirius 400, iuxta Laodicenos 324, iuxta Edessenos 589, iuxta Ascolonitas 380. [Initium 86. iobelei secundum Ebreos; iobel autem apud Ebreos quinquagenarius annus nominatur. Itaque secundum supputationem Ebreorum, sicut dicit Eusebius in 70 cronicis suis, ab Adam usque presentem, id est secundum annum Probi, fiunt 4200 anni, id est 4 iobelei, et 50 anni, 271. Hier.

a) *supple* fraude. b) *in superiori f.* 125'. *margine scripta sine anni indicatione; cf. a.* 273. c) *suprascriptum sec. manu* Ianuar. d) *lege* agon Solis. e) *lege* Divone. f) *lege* a barbaris.

id est unus iobeleus. 40 iobelei ab Adam ad annum 50. Abrahae; et ab Adam usque ad annum 16. Tiberii 80 iobelei].

Gaius 26. *papa annis* 15, *mensibus* 4.

Hier. 294. 3. *Probus* 5. *et Victorinus.* Probus Gallos et Pannonios vineas habere permissit, Almamque et 272. Ameum montem militari manu consitos provincialibus colendos dedit. 5

Hier. 295. 4. *Carus et Carinus.* Antiochiae 18. constituitur episcopus Quirillus. Saturninus magister exercitus 273. *ep. 2. p. 207. novam civitatem Antiochiae orsus condere; qui postea imperium molitus invadere, Apamiae occiditur. Decretalis* epistola Euticiani papae: „Dilectissimis fratribus episcopis per Siciliam constitutis Euticianus episcopus salutem" et rel. Data 13. Kal. Oct. Caro 2. et Carino viris cl. c. teste Cassiodoro. [His cons. Euticianus papa passus 8. Kal. Ag. secundum gesta pontificum. His cons. Gaius papa successit 16. Kal. Ianuarii.] 10

Beda. 296. 5. *Carus* 2. *et Numerianus.* Archilaus Mesopotamiae episcopus librum disputationis suae quam habuit contra Manchium exeuntem de Perside, Siro sermone compossuit; qni translatus a Grecis habetur a multis. 274.

Hier. 297. 6. *Diocletianus V. C. consul.* Alexandriae 15. episcopus prefuit Theonas annis 19. 275.

Hier. 298. 7. *Aristobolus V. C. cons.* His consulibus Probus tumultu militari apud Sirmium in turri quae vocatur Ferrata occiditur. 276. 15

Romanorum 39. *Carus cum filiis suis Carino et Numeriano* regnavit annis duobus, mensibus item duobus iuxta historiam Romanam, hoc est usque Kal. Iulii, in anno 266. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro.

Hier. 299. 1. *Maximus et Aquilinus.* Carus Narbonensis cum, omni Parthorum regione vastata, Cochem et Thesifontem, nobilissimas hostium urbes, coepisset, super Tigridem castra ponens, fulminis ictu interiit. 277. 20

Hier. 300. 2. *Diocletianus* 2. *et Maximianus.* Numerianus cum ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insi- 278. Reg. diis Apri soceris sui occissus est, vix fethore cadaveris post aliquot dies scelere comperto. Rome passi Crisantus et Hier. Daria, Claudius cum uxore Hilaria et filiis Iasone et Mauro, et 70 milites et reliqua. His consulibus Carinus prelio *l. l. p. 209.[g] victus, apud Margum occiditur. [Decretalis[a] epistola Gaii papae*, data Kal. Martii Diocletiano 2. et Maximiano VV. CC. SS.] 25

Romanorum 40. *Diocletianus regnavit annis* 20, *hoc est usque Kalendas Iulii, in anno* 287. *post passionem.* Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Hier. 301. 1. *Maximianus* 2. *et Ianuarius.* Diocletianus, Dalmatae scribae filius, imperator electus, statim 279. Aprum in militum contione percussit, iurans sine suo scelere Numerianum interfectum.

Hier. 302. 2. *Bassus et Quintianus.* Diocletianus in consortium regni Herculium Maxi- [Ciclus solis incipit] 280. 30 mianum adsumpsit, qui multitudine rusticorum oppressa, quae factione suae Bacaudarum nomine indiderat, pacem Gallis reddidit.

Hier. 303. 3. *Diocletianus* 3. *et Maximianus* 3. Carus[b] sumpta purpura Brittanias occupavit. 281.

Hier. 304. 4. *Tiberianus et Dio.* Narseus orienti bellum intulit. Quinquegentiani Affricam infestaverunt. 282.

Hier. 305. 5. *Anniballianus et Asclepiodatus.* Aegiptum Achilleus optinuit; ob quae Constantius Galerius et 283. 35 Maximianus cessares adsumuntur in regnum. Quorum Constantius Claudi ex filia nepos fuit, [Maximianus] Galerius in Dacia haut longe a Serdica natus est.

Hier. 306. 6. *Diocletianus* 4. *et Maximianus* 4. Diocletianus[c] etiam [ut] adfinitate [eos] coniungeret, Constantius privignam Herculi Theodoram accepit; ex qua etiam [postea] sex liberos, Constantini fratres, habuit. 284.

Hier. 307. 7. *Constantius*[b*] *et Maximus.* Galerius[c] filiam Diocletiani Valeriam. Ambo uxo- Ciclus 17. ind. 3. 285. 40 res quas habuerant repudiare compulsi sunt.

Hier. 308. 8. *Tuscus et Anulinus.* Busiris[d] et Coptus contra Romanos rebellantes, ad solum usque reversae sunt. 286.

Hier. 309. 9. *Diocletianus* 5. *et Constantius* 2. Carporum et Basternorum gentes in Romanum solum translatae. 287.

l. l. p. 209. Decretalis epistola Gaii papae: „Dilectissimo fratri Felice episcopo Gaius salutem" et reliqua; data Kal. Martii, cf. Lib. pont. Diocletiano 5. et Constantio 2. V. Cl. consulibus. Gaius in hac epistola constituit, ut per omnes gradus aeclesiasticos, id est acholitus, hostiarius, lector, exorcista, subdiaconus, diaconus, presbiter, primum ascenderet, si quis Ad. Mart. episcopus fieret. Gaius papa passus 10. Kal. Maii, et sepultus in cimiterio Calisti [prescriptis consulibus, id est Diocletiano 5. et Constantio 2.]. 45

Marcellinus 27. *papa annis* 8.

Hier. 310. 10. *Faustus et Gallus.* Primus Diocletianus adorari se ut Deum iussit, et gemmas vestibus calceamentisque inseri, 288. 50

Hier. 311. 11. *Diocletianus* 6. *et Maximianus* 6. cum[e] ante eum omnes imperatores in modum iudicum salutarentur, et clamidem tantum purpuream a privato habitu plus haberent. [His consulibus Marcellinus papa successit 3. Kal. Iulii.] 289.

cf. Beda. 312. 12. *Constantius* 3. *et Maximus* 3. [His persecutoribus intra 30 dies 7000 passi sunt.] 290. 55

Hier. 313. 13. *Titianus et Nepotianus.* Alexandria cum omni Aegipto per Achilleum ducem[f] a Romana potestate discedens, 8. obsidionis mense a Diocletiano capta est. 291.

Hier. 314. 14. *Constantius* 4. *et Maximus* 4. Itaque plurimi per totam Aegyptum gravibus proscriptionibus exilisque vexati, interfectis qui auctores perduellionis extiterant. 292.

Hier. 315. 15. *Diocletianus* 7. *et Maximianus* 7. Aeclesiae Hierosolimarum 37. ordinatur episcopus Zabdas. 293. 60 Post 10 annos per Asclepiotum prefectum pretorio Brittaniae receptae. Iuxta Lingonas a Constantino cesare 4000 Alamannorum cesa.

Hier. 316. 16. *Diocletianus* 8. *et Maximianus* 8. Galerius Maximianus, victus a Narseo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. Veturius magister militiae christianos milites persequitur, paulatim ex illo Decima persecutio. cf. Lib. pont. iam tempore persecutione adversum nos incipiente, [his consulibus] Marcellinus papa ad sacrificandum ductus sacrifica- Ad. Mart. vit; sed postea poenitentia ductus, capite truncatus est 6. Kal. Maii cum Claudio et Quirino atque Antonino, et sepultus est post dies 35 in cubiculo, via Salaria, a Marcello prespetero et diaconibus cum imnis. 294. 65

Marcellus papa 28. *post Petrum annis* 5.

a) *in inferiori folii* 127. *margine sine anni indicatione scripta sunt.* b) *lege* Carausius. b*) constatius 1. c) *haec cum a.* 305. *coniungenda sunt.* d) bustris 1? e) *cum a.* 310. *coniungenda sunt.* f) *in textu legitur* X; *suprascriptum est manu recentiore* ducem. 70

g) De eadem sermo est quae rectius a. 309. indicatur.

317. 17. *Constantius* 5. *et Maximus* 5. Galerius Maximianus, superato Narseo, et uxoribus ac liberis soro- 295. Hier.
ribusque eius captis, a Diocletiano ingenti honore suscipitur. Thermae Romae Diocletianae factae et Maximianae
Carthagini.

318. 18. *Constantius* 6. *et Maximus* 6. Aeclisiae Hierosolimarum 38. constituitur Thermon. Antiochiae 296. Hier.
19. prefuit episcopus Tirannus. Alexandrinae aeclesiae 16. post Theonam episcopus ordinatur Petrus, qui postea nono
persecutionis anno gloriosissime martirium perpetravit.

319. 19. *Diocletianus* 9. *et Constantius*. Diocletianus et Maximianus augusti insigni pompa Romae triumfarunt, antecedentibus currum eorum Narsei coniuge, sororibus, liberis, et omni preda qua Parthos spoliaverunt. Terre motu horribili apud Tirum et Sidonem multa opera corruerunt et populus innumerabilis oppressus. 19. anno Diocletiani, mense Martio, in diebus paschae, aeclesiae subversae sunt; quarto autem anno persecutionis Constantinus regnare orsus.

Aperta persecutio per edictum. [Primus annus persecutionis Diocletiani tyranni.] 297. Hier.

320. 20. *Diocletianus* 10. *et Maximus* 7. His consulibus, C a s s i o d o r o t e s t e, secundo persecutionis anno 298. Hier.
Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani, purpuram depossuerunt.

Romanorum 41. *Galerius Maximinus anno uno, hoc est* u s q u e K a l. I u l i i, i n a n n o 288. p o s t p a s s i o n e m.

D e c r e t a l i s* e p i s t o l a: „Marcellus papa dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiochiam constitutis salutem" et reliqua; data Kal. Aprilis Maxentio et Maximiano V.C. consulibus. A l i a d e c r e t a l i s**: „Marcellus episcopus sanctae catholicae et apostolicae aeclesiae urbis Romae Maxientio" et reliqua; e t p o s t: „Tu ergo, qui suades cultum dimittere divinum et a recta fide recedere diisque immolare" et reliqua; data 16. Kal. Februarii Maxentio et Maximino V.Cl. consulibus. Marcellus, iubente Maximino imperatore, primo fustibus cessus et a facie eius expulsus. Deinde audiens quod domum sanctae Lucinae, quam ipse proscriptione damnaverat, aeclesiam faceret et in ea missas celebraret, in media civitate iussit in eadem eclesia planias sterni ad animalia catabuli, et eiusdem[a*] stabuli episcopum ad servitium deputavit cum custodia puplica, ubi etiam post multos serviendo indutus cilicio, obiit 17. Kal. Februarii, et conditus aromatibus a Iohanne presbitero et beata Lucina, sepultus est via Salaria in cimiterio Priscillae.

*ep. 1. p. 221. **ep. 2. p. 223. Ad. mart.

Eusebius 28. *papa post Petrum ordinatur, qui sedit mensibus* 8, [obiit 6. Non. Octobr.].

Sub huius tempore inventa est crux Domini sub Constantio, patre Constantini Magni, ut in gestis pontificum Romanorum ita habetur: „Sub his temporibus inventa est crux Domini 5. Non. Maii, et babtizatus est Iudas qui et Ciriacus dicitur." Reg. Lib. pont.

Maelciades papa 30. *post Petrum ordinatur qui sedit annis* 4. Iste decrevit ut die dominico vel feria 2. nullus fidelis ieiunet, quoniam hos dies pagani quasi ieiunio sacro celebrant.

321. 1. *Maximinus et Severus V.C.* Tertio persequtionis anno, quo et Constantius Eburaci obiit, Maximinus et Severus a Galerio Maximiano imperatore cessares facti sunt; ex quibus Maximinus maleficia et stupra sua christianorum persequtionibus accumulat. Passus est ea tempestate Petrus Alexandriae episcopus cum pluribus Aegypti episcopis, Lucianus quoque vir nobilis et continentiae et eruditione moribus precipuus, Antiochenus presbiter et Timotheus Rome 10. Kalend. Iul. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vastari aeclesias, affligi interficique christianos, decimo post Neronem loco, preceperunt. Quae persecutio omnibus fere actis[a] diuturnior et immanior fuit; nam per 10 annos incendiis aeclesiarum, proscriptionibus innocentium, cedibus martirum incessabiliter acta est. Secundo persecutionis anno Diocletionus ab invito exegit Maximiano, ut simul purpuram imperiumque deponerent, ac iunioribus in rem puplicam substitutis, ipsi in privato otio consenescerent. Itaque sub una die Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani potestatem imperii simulque cultum depossuerunt. Secundo persecutionis anno Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram depossuerunt. B e d a. A t t a m e n c e p t a s e m e l p e r s e c u t i o u s q u e a d s e p t i m u m C o n s t a n t i n i a n n u m f e r v e r e n o n c e s s a t. O r o s i u s[b]: Galerius et Constantius augusti primum Romanorum imperium inter se divisserunt: Galerius Maximianus Iliricum Assiam et Orientem, Constantius Italiam Affricam et Gallias obtinuit. Sed Constantius vir tranquillissimus Gallia tantum Hispaniaque contentus, Galerio caeteris partibus cessit. Galerius duos cessares elegit, Maximum, quem in Oriente constituit, et Severum, cui permisit Italiam; ipse in Ilirico constitutus. B e d a: Tertio anno persecutionis, quo et Constantius 16. sui anno Eboraci in Brittania obiit, Maximus et Severus a Galerio Maximiano cesares facti sunt. O r o s i u s: Constantius in Brittania obiit, et Constantinum filium, ex concubina Helina creatum, imperatorem Galliarum reliquit. Constantino vero in Gallis strennuissime rem puplicam procurante, pretoriani milites Romae Maxentium, filium Maximiani Herculei, qui privatus in Lucania morabatur, augustum nominant. Galerius augustus Severum cessarem adversum Maxentium Romam cum exercitu missit. Severus cum Urbem obsideret, militum suorum scelere desertus et proditus et ex eo fugiens, Ravenne occissus sit. Herculius Maximianus persecutor, ex augusto tirannus, confirmatum iam imperio filium veste ac potestate regia spoliare conatus, conviciis autem ac tumultibus militum palam conterritus, in Galliam profectus est, ut Constantino genero suo eque dolis iunctus, auferret imperium; sed per Faustam filiam detectus et proditus, quod dolum Constantino viro[c] suo pararet, Massiliae fugiens occiditur. Porro Galerius, occisso Severo, Licinium imperatorem creavit. Cumque persecutionem a Deocletiano et Maximiano missam ipse atrocibus edictis accumulavisset ac postquam per annos 10 omni genere hominum exhausit provincias, putrifacto introrsum pectore et vitalibus disolutis, cum ultra horrorem humanae misseriae etiam vermes eructaverat, neque medici ultra iam fetorem ferentes crebro iusu eius occiderentur, et a quodam medico ei dicitur, iram Dei esse penam suam et ideo incuratus: edictis latissimis christianos de exilis revocavit; ipse vero obiit. Constantinus pacem ecclesiis post decem annos quam a persecutoribus vexabantur indulsit. Deinde orto bello civille inter Constantinum et Maxentium, apud pontem Mulvium victus Maxentius occiditur. H a e c O r o s i u s. A n n i a u t e m p e r s e c u t i o n i s s u n t s e c u n d u m c r o n i c a m E u s e b i i e t B e d a m u s q u e a d a n n u m 7. C o n s t a n t i n i: h o c e s t a n n u s 19. e t 20. D i o c l e t i a n i, a n n u s G a l e r i e t 6. C o n s t a n t i n i; t e r t i u m e n i m a n n u m p e r s e c u t i o n i s, q u o e t C o n s t a n t i u s p a t e r C o n s t a n t i n i E b o r a c i o b i i t, B e d a c o m p u t a t i n t e r D i o c l e t i a n u m e t C o n s t a n t i n u m, q u a r t u m v e r o a n n u m p e r s e c u t i o n i s s u b G a l e r i o e t S e v e r o e t M a x e n t i o i n R o m a, C o n s t a n t i n o i n t e r i m i n G a l l i a i m p e r a n t e, c u m p r e c e d e n t e t e r t i o a n n o p e r s e c u t i o n i s I s s i d o r u s e p i s c o p u s G a l e r i o c o m p u t a v i t. Rome passi Gaius et Marcellus papa, Ciriacus diaconus, Largus, Smaragdus, Apronianus, Papias et Maurus, Claudius et Propedigna cum filiis, Gabinius presbiter, Castulus, Pancratius, Arthemius cum uxore et filia, Sebastianus, Marcus et Marcellianus, Marcellinus presbiter, Petrus exorciza, Tranquillinus, Nicostratus cum uxore Zoę, Primus et Felicianus, Claudius, Castorius, Victorinus, Simpronianus, Basiliscus, Faustinus et Beatrix, Tiburtius filius Chromatii, Simplicius, Susanna virgo, Iohannes, Crispus, Geneseus, Felix et Audactus[d], Lucia, Geminianus, Sergius et Bachus, Chrisogonus, Saturninus et Sisinius, quatuor Coronati,

299. Beda. Oros. VII, 25. Beda. Oros. l. l. VII, 28. Hier. Oros. l. l. Reg.

a*) eiusdum 1. a) ante actis *Oros.* b) *in margine* 1. c) *bis scriptum* 1. d) Adauctus 2.

Reg. Theodorus, Pontianus, Pretextatus[a] et Tharso; apud Spoletum Gregorius presbiter, Sabinus episcopus, Exuperantiuus et Marcellus diaconi; apud insulas Parmarias Anastasia, Pamphilius presbiter, Eusebii Cesariensis episcopi necessarius, cuius vitam ipse tribus libris comprehendit; Antiochia Iulianus et Basilissa; in Hispanis civitatibus Cesaraugusta Vincentius diaconus, in Barchibonia[b] Eulalia virgo, Cucufas, apud Gerundiam Felix; in Cumis Iuliana virgo; apud Tirum Tirannio, Silvanus, Plenus atque Linus episcopi cum innumera multitudine; apud Sirmium Sirenus; Nicomedia Petrus et Lucianus[c] presbiter Antiocenus, Antimus episcopus[d], Pantaleon, Iohannes Adrianus, Dortheus[e] et Gorgonius, Eleuterius; Smirne civitate Hireneus episcopus; in Palestina civitate Gaza Silvanus; Mediolanis[f] Victor; apud Ilircum civitatem Siscia Quirinus episcopus; apud Tharsum Bonifatius; apud Aquileiam Felix et Fortunatus; apud Ciliciam[g] Vitus et Modestus cum Crescentia, Lucia virgo; in Britania Albanus[h]; apud Massiliam Victor; apud Augustam Afra in Retia provincia; Nicea Bithiniae Theodota cum filiis; in Hispanis civitate Compluto Iustinus et Pastor fratres; in Sicilia civitate Caten Epulus[i] diaconus; apud urbem Italiae Pergamis Alexander; in civitate Calcedoniae Eufemia; in Neapolim Campaniae Ianuarius Beneventanae episcopus, Sosius diaconus; in Mesentana civitate Faustus et Desiderius; in Palestina Peleus et Nilus episcopus; in Cizico Fausta et Evilassius; Agauno Mauricius cum sociis suis; Antiochia Ciprianus episcopus cum Iustina; apud Egeam civitatem Cosmus et Damianus; in Gallis castro Solodoro, quod est super Arolam fluvium, Victor et Urso; apud Coloniam Agripinam Gereon cum sociis; apud Tharsum Tracuus[k], Probus et Andronicus; in Venusia civitate Apuliae Felix episcopus, Audax et Ianuarius presbiter; Suessionis civitas Crispinus et Crispinianus; apud Sidonem Zenobius presbiter; in territorio Aganensi Tiberius, Modestus et Florentia; in Scithia metrapoli Frigia Salaria Mennas; Antiochia Romanus; Alexandria Petrus episcopus; in Africa civitate Colonia Crispina virgo; in Tuscia Barbara virgo; in Hispanis Leocadia et Merita civitate Eulalia et
Beda. Iulia virgines. Tunc intra unum mensem 17 milia martyrum pro Christo passi sunt.

Romanorum 42. *Constantinus Magnus, Constantii filius ex concubina* Helina, ab anno 4. persecutionis incipiens, indictione 2, regnavit annis 30, mensibus 10, hoc est in anno 318. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro.

Hier. 322. 1. *Pro consul. Diocletiani* 11. *et Maximi* 9. Maxentius, Herculii Maximiani filius, a pretorianis militibus Romae augustus appellatur. Severus cessar a Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Ravennae interficitur. [His cons. Melleiades papa successit Non. Iul.] 300.

323. 2. *Pro consul. Diocletiani* 12. *et Maximi* 10. Licinius a Galerio Carnuti imperator factus. Herculius Maximianus a filia Fausta detectus, quod dolum viro suo pararet, Massiliae fugiens occiditur. Quirinus episcopus Siscianus gloriosse pro Christo interficitur. Nam manuali mola ad collum eius ligata, et ponte precipitatus in flumen, diutissime supernatavit; et conspectantibus [collocutus], ne sui terrerentur[l] exemplo, vix orans ut mergeretur obtinuit. 301.

Hier. 324. 3. *Maximus* 8. *et Licinius.* Galerius Maximianus persecutor aeclesiae vermibus moritur. 302.

Oros. Hier. 325. 4. *Constantinus*[m] 2. *Licinius* 2. Maximianus, persecutione in christianos facta, cum iam a Licinio
cf. mart. puniendus esset, apud Tharsum moritur. Maeltiades papa obiit 4. Idus Ianuarii. 303.

Silvester 31. *papa annis* 20.

Beda. Hier. 326. 5. *Constantinus* 3. *et Licinius* 3. [Petrus Alexandrinae aeclesiae episcopus passus.] Alexandrinae aeclesiae 17. ordinatur episcopus Achillus. Ciclus decen. inc. ind. 7. 304.

Hier. 327. 6. *Volusianus et Annianus.* Maxentius iuxta pontem Molvium a Constantino superatus occiditur. 305.

Hier. 328. 7. *Constantinus*[m] 4. *et Licinius* 4. Bellum Cibalense adversum Licinium. Pax nostra a Constantino reddita post decem annos persecutionis. [Constantino a papa Silvestro baptizato, scripsit de Britania sibi sua mater Elena, ut negando Christum Iudeos sequeretur. Tunc Constantino 4. et Licinio 4. consulibus, die Idus Agusti, congregati sunt cum Elena in Roma 120 sapientiores Iudeorum, cum augusto Constantino et Silvestro papa 24 episcopi, et superati sunt Iudei in omni scriptura divina.] 306.

Hier. 329. 8. *Sabinus et Rufinus.* Hierusolimorum 39. constituitur Macharius episcopus. 307.

Hier. 330. 9. *Gallicanus et Bassus.* Diocletianus haut procul a Solonis in villa sua palatio moritur, et solus omnium inter deos privatus refertur. [Ciclus solis incipit.] 308.

Hier. 331. 10. *Licinius* 5. *et Crispus.* Crispus et Constantinus, filii Constantini, 309.

332. 11. *Constantinus* 5. *et Licinius.* et[n] Licinius adulescens, Licini augusti filius, Constantini ex sorore nepos, cesares appellantur; 310.

333. 12. *Constantinus* 6. *et Constantius.* quorum[n] Crispum filium Lactantius Latinis litteris erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus, 311.

334. 13. *Crispus* 2. *et Constantius* 2. sed[n] adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam necessaris indiguerit. 312.

Hier. 335. 14. *Probinus et Iulianus.* Licinius christianos de palatio suo pellit. Bassileus Amasiae Ponti episcopus sub Licinio martirio coronatur. 313.

Hier. 336. 15. *Severus et Rufinus.* Alexandrinae aeclesiae 18. ordinatur episcopus Alexander, a quo Arrius presbiter de aeclesia eiectus multos suae impietati sociat, ad quorum perfidiam coarguendam sinodus 318 episcoporum in Necea urbe Bithiniae congregata, omnes hereticorum machinas omousii opossitione delevit. 314.

Oros. VII, 22. cf. Vita S. Mart. 337. 16. *Crispus* 3. *et Constantius* 3. Constantinus prohibuit christianos occidi, paganorumque templa iussit claudi. [Sanctus Martinus natus.] [Sanctus[o] Martinus nascitur Sabariae Pannoniarum oppido, sed intra Italiam Ticini altus est.] 315.

Beda. 338. 17. *Paulinus et Iulianus.* Fides chatolica tractatur in sinodo 318 episcoporum in Nechea urbe Bithiniae congregata contra Arrienos die mensis secundum Grecos Desii 19°, hoc est 17. Kalendarum Iuliarum, consulatu Paulini
cf. Lib. pont. et Iuliani, teste Beda. Decretalis epistola sancti Silvestri papae. Temporibus Silvestri papae et Constantini piissimi augusti factum est magnum concilium in urbe Nicea Bithiniae, et congregati sunt regulari eiusdem Silvestri papae vocatione in id ipsum 318 episcopi chatholici, qui expossuerunt fidem integram, catholicam, immaculatam, et damna-
cf. Ad. mart. verunt Arrium et Photinum Sabelliumque et sequaces eorum. Eodem quoque tempore, 13. Kalendarum Iuliarum die,
cf. Lib. pont. quando memoratum magnum concilium in Nicea congregatum est, canonica iam vocatione in urbe Roma congregavit et ipse Silvester cum consilio Constantini 277 episcopos, et damnavit predictos hereticos; et constituerunt, ut presbiter Arrianus resipiscens non susciperetur, nisi episcopus eiusdem loci eum reconciliaret, et sacrosancto crismate per episco- 316.

a) pretexatus 1. b) Barcillona 2. c) educianus 1? d) 2. *add.:* Ermolaus presbiter cum aliis. e) dorotheus 2. f) mediolis 1. mediolano 2. g) ciliam 1. Siciliam 2. h) abanus 1. i) Euplus 2. k) *vel* Trachus 1. Taracus 2. l) terrentur 1. m) constantius 1. n) *cum a.* 331. *coniungenda sunt.* o) *alio loco in margine leguntur.*

palis manus impossitionem sancti Spiritus gratia, quae ab hereticis dari non potest, confirmaretur; in qua etiam consensu et subscriptione omnium constitutum est, ut nullus laicus crimen clerico nec clericus inferioris gradus ad superiorem id est presbetero episcopo inferret; et ut in puro lino corpus Christi offeratur, et crisma ab episcopo confici, et ut baptizatum liniat presbiter, et dalmaticis in aeclesia uti, et ut pallio linostimo leva subdiaconorum tegeretur et reli-
5 qua multa.

339. 18. *Constantinus* 7. *et Constantius* 4. Constantinus, filius Constantini, cesar factus. Licinius Thessalonicae contra ius sacramenti privatus occiditur. 317. Hier.

340. 19. *Constantius* 5. *et Maximus*. Nazarius rethor insignis habetur. Crispus, filius Constantini, Licinius iunior, Constantiae Constantini sororis et Licini filius, crudelissime interficiuntur. 318. Hier.

10 341. 20. *Ianuarius et Iustus*. Vicennalia Constantini Nicomedia acta et sequenti anno Romae edita. 319. Hier. *Hucusque historiam scribit Eusebius, Pamphili martyris contubernalis; cui nos ista subiecimus* [id est Hieronimus][a]. — In qua historia quae Tripertita dicitur ita habetur: Helena crucem invenit duasque eius partes suo filio missit. II, 18. Quarum una in statua in foro Constantini super columnam pirphireticam possuit Constantinus, alteram vero argentea theca clausam in civitate custodivit. Arrius vero fictam fidem scribens, de exilio vocavit eum Constantinus, qui rever- III, 6.
15 tens sic Constantino iuravit: „Si non credimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sicut ecclesia chatholica credidit, iudex noster sit Deus hic et in futuro." Constantinus autem etsi inde gavissus sit, tamen eum aliosque hereticos[b] commonicare in aeclesia non permissit, donec episcoporum de ipsis iudicium fieret. Constantinus autem intirim malens III, 10. Arrium probare, duxit eum ad palatium, iureiurando interrogans de Neceni concilii decretis. At ipse ficte suam sectam sub ala habens et sic iuravit. Quoniam vero ipse dies sabbatum erat, precepit Constantinus crastino die dominico
20 Arrium ad commonionem accipere. Tunc in aula a militibus Eusebii episcopi etiam Arriani honoratus, et per mediam civitatem honorabiliter et perspicuus conductus; cum vero venit ad forum Constantini, ubi pars illa crucis erat, tremefactus et confussus est Arrius. Et cum necessarium quessiset meatum, cum stercoribus et visceribus effudens, cito obiit.

342. 21. *Constantinus* 8. *et Constantius* 6. Arbonius rethor in Affrica clarus habetur; qui cum Siccae 320. Hier.
25 ad declamandum iuvenes erudiret, et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis[c] compelleretur, neque ab episcopo impetraret fidem, quam semper impugnaverat, elucubravit adversum pristinam religionem luculentissimos libros, et tandem veluti quibusdam obsidibus pietatis foedum[c*] impetravit. Drepanam Bithiniae civitatem in honorem martiris Luciani ibi condidit Constantinus instaurans, ex vocabulo matris suae Helenopolim nuncupavit. In Antiochia dominicum quod vocatur Aureum aedificare coeptum.

30 343. 22. *Constantius* 7. *et Simmachus*. Constantinus uxorem suam Pausiam[d] interficit. Donatus agnoscitur, a quo per Affricam Donatiani. Antiochiae post Thirannum 20. ordinatur episcopus Vitalis; post quem 21. Filogonius; cui successit 22. Paulinus; post quem 23. Eusthathius. Quo in exilium ob fidem truso, usque in presentem diem 321. Hier.

344. 23. *Bassus et Ablabius*. Arriani[e] aeclesiam optinuerunt, id est Eulalius, Eusebius, Eufronius, Placillus, Stefanus, Lentius, Eudoxius, Melitius, Euzotus, Dorotheus, rursus Melitius; quorum idcirco tempora non digessi,
35 quod eos hostes potius Christi quam episcopos iudicem. 322.

345. 24. *Pacatianus et Hilarianus*. Iuvencus presbiter, natione Hispanus, euangelia heroicis versibus explicat. Porphirius, misso ad Constantinum insigni volumine, exilio liberatur. Ciclus decenn. incipit ind. 11. 323. Hier. [His consulibus civitas quae prius Byzantium dicta est, mutato nomine, a Constantino Constantinopolis nominatur.] Cass.

346. 25. *Dalmatius et Zenophilus*. Alexandriae 19. ordinatur episcopus Athanasius. Dedicatur Constan-
40 tinopolis omnium pene urbium nuditate. Metrorus philosophus agnoscitur. 324. Hier.

347. 26. *Optatus et Palinus*. Edicto Constantini gentilium templa [subversa sunt]. [Sanctus Martinus cum esset decem annorum, invitis parentibus, utpote gentilibus, ad eclesiam confugit seque catecumianum[e*] fieri postulavit.] 325. Hier. V. S. Mart.

348. 27. *Constantius et Albinus*. Constans, filius Constantini, provehitur ad regnum. Pestilentia et fame innumerabilis multitudo in Siria Ciliciaque[f] periit. 326. Hier.

45 349. 28. *Nepotianus et Fecundus*. In martirologio: Pridie Kalendas Ianuarii natalis Silvestri papae, 327. Ad. mart. qui sedit 23 annis, mensibus 10, diebus 11. Sedit autem ex die Kal. Februarii usque 2. Kal. Ianuarii; et sepultus est in cimiterio Priscillae, via Salaria, miliario 3. ab urbe Roma, 2. Kal. Ianuarii, [Constantio et Volusiano consulibus], et cessavit episcopatus diebus 15. Nota duos menses vacationis episcopatus a 4. Idus Decembris, quo Miliciades papa obiit, usque Kal. Februarii, quo Silvester sedit, et 15 dies postea, quod tem-
50 pus pontificibus non imputatur. Si ergo ita temporis pontificum aliquid difecit, quorum natale annuatim celebratur, nonne multo magis tempus imperatorum?

Marcus 32. *papa post Petrum ordinatur, qui sedit mensibus* 8, [predictis consulibus sedit, id est Nepotiano et Fecundo, successit Kal. Febr.]. In decret.*: „Domino sancto et apostolici culminis dignitate venerando Marco sanctae Romanae et apostolicae sedis universalis eclesiae papae, Athanasius et universi Egiptiorum episcopi. Ad vos pervenisse non dubitamus, *Conc. I. p. 553
55 quanta et qualia ab hereticis et maxime ab Arrianis cotidie patimur, ut etiam vivere iam nos tedet. In tantum etiam nostra vastaverunt, ut nec ulla utensilia nobis dimisserunt, libros nostros usque ad minimum incenderunt. Quapropter precamur, pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Niceni concili exemplaria, ut illa nobis, quae sanctae recordationis predecessoris vestri Silvestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando predictae sinodo cum beatae[g] memoriae Alexandro, digno Deo pontifice nostro, id est Alexandrinae civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio,
60 sub nostrae presentiae testimonio, per beatos viros Victorem et Vincentium presbiteros, apostolicae apocrisiarios, missa sunt predicto papae Silvestro, cum astipulatione subnixa, capitula 70. Sane presentibus nobis 80 in memorata capitula tractata sunt sinodo, scilicet 40 a Grecis, Greca edita linga, et 40 a Latinis, edita Latine. Sed visum est 318 patribus in predicto Spiritu sancto repletis concilio congregatis, et maxime iam dicto Alexandro et apostolicae apocrisiaris, ut decem capitulae adunarentur aliis atque congruis in locis insererentur, et ad formam 70 discipulorum vel 70 lingarum
65 tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quae omnem christianorum informarent orbem et omnes sub sacerdotali et christiano nomine degentes una fides et una sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quicquam a suo discordaret capite. Nunc ergo, quia, ut predictum est, inimici sanctae Dei ecclesiae, maxime Arrianis, a quibus codidie terimur et expugnamur et opprimimur, prefata 70 Niceni concilii capitula, quae de prefata sinodo, iubente iam fato domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quae etiam coram omnibus recitavi atque transcripsi, sunt
70 igne combusta: obtamus, ut a vestrae sanctae sedis aeclesiae auctoritate percipere per presentes ligatos mereamur" et

a) *post haec quinque lineae erasae sunt.* b) hēreti 1. c) sōntis 1. c*) *lege:* foedus. d) *lege:* Faustam. e) *coniungenda sunt cum a* 343. e*) catecuminu 1? f) Ciliaque 1. g) bętę 1.

* Conc. I. p. 555. reliqua. — „Omnibus* venerabilibus fratribus Athanasio et universis Aegiptiorum episcopis, Marcus sanctae Romanae apostolicae sedis et universalis aeclesiae episcopus salutem. Doleo, fratres, et nimium contristor super afflictionem vestram" et reliqua. „De capitulorum vestrorum[a] Niceni concilii, quibus vos interfuisse litteris vestrae fraternitatis significastis, a nostris, qui una vobiscum interfuerunt, diligentioribus requissivimus collucationibus, qui ita, ut vestrae testatae sunt litterae, omnem nobis ordinem expossuerunt et vestram epistolam per omnia veram esse testificati sunt; non 5 ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitraremur, sed nos et vos illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire obtaremus, et sancta Romana ecclesia, quae semper immacculata mansit et Domino iubente[b] et beato Petro opem ferente in futuro manebit, sine ulla hereticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persistet. His ita peractis diligenter requirentes, in sancto nostrae et apostolicae scrinio eadem quae sanctae recordationis predecessorii meo Silvestro sunt directa, septuaginta, sicut significastis, capitula inlesa invenimus. Ipsa enim vobis propter auctori- 10 tatem et scriptionem[c] tantorum patrum et eius magni concilii minime missimus; sed per eadem coram apocrisiaris vestris alia similia, eundem numerum eademque[d] et ipsam subscriptionem continentia, vobis scribere et sub certa stipulatione mittere curavimus" et reliqua. Data est 9. Kal. Novembris, Nepotiano et Fecundo viris venerabilibus clarissi-

Adon. mart. mis consulibus. — Marcus obiit Non. Octimbris, et sepultus in cimiterio Balbinae, via Adriatica, quod ipse insistens fecit.

Iulius papa 33. *post Petrum ordinatur, qui sedit annis* 16, *mensibus* 9 *[Feliciano consule]*. 15

Hier. 350. 29. *Felicianus et Titianus.* Callocerus in Cypro res novas molitus, opprimitur. Constantinus cum 328. liberis suis honorificas ad Antonium litteras mittit.

Hier. 351. 30. *Ursus et Polemius.* Tricennalibus Constantini Dalmatius cesar appellatur. Pater rethor Rome 329. gloriosisime docet. Nazari rethoris filia in eloquentia patri coaequatur. Tiberianus, vir disertus, prefectus pretorio, Gallias regit. Eustathius Constantinopolitanus agnoscitur; cuius industria Hierusolimis martirium constructum est. 20

Sulp. Sev. vita S. Mart. c. 2. 352. 31. *Constantius* 2. *et Constans.* [Sanctus Martinus cum esset annorum 15, raptus et catenatus, sacra- 330. mentis militaribus implicatus est, uno tantum servo comite. Cum enim esset edictum a regibus, ut veteranorum filii ad militiam describerentur, prodidit Martinum pater suus, qui felicibus filii actibus invidebat. Triennium fere ante

c. 3. c. 2. Hier. baptismum in armis fuit, sed innocens a vitiis. Intra quos tres annos dimedio clamide induit Christum. Ipse armatam militiam ab adolescentia inter scolares alas sub rege Constantio, dein sub Iuliano cesare militavit.] Constantinus[e], 25 extremo vitae suae tempore ab Eusebio Nicomidensi episcopo babtistatus, in Arrianum dogma declinat. Quoque usque in presens tempus aeclesiarum rapinae et totius orbis est secuta discordia. Constantinus cum bellum pareret in Per-

* cf. III, 13. sas, in Acirone, villa publica iuxta Nicomediam, moritur. Theodorus episcopus in tripertita historia sic*: Constantinus Nicomediam, in Achirone villa, postquam babtizatus sit ab Eusebio Nicomedense episcopo Arriano, etiam obiit. Obit[f] autem anno 66. aetatis, imperii 31, die 25. mensis Maii, his consulibus. 30

[Orosius sic.] *Romanorum* 43. *Constantius imperator anno ab Urbe* 1091. cum Constantino et Constante fratribus suis adeptus est imperium, quod 27 annis tenuit, hoc est usque in mensem Novembrem, in anno 345. post passionem, his consulibus, Cassiodoro teste.

Hier. 353. 1. *Acyndinus et Proculus.* Ablabius prefectus pretorio et multi nobilium occissi. Sapor rex Per- 331. sarum, Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus Nisibin obsedit. Dalmatius cessar, quem patruus Constantinus 35 consortem regni filis dereliquerat, factione Constantii patruelis et tumultu militari interimitur. Iacobus Nisibenus episcopus agnoscitur; ad cuius preces sepe urbs discrimine liberata est.

Hier. 354. 2. *Marcellinus et Probinus.* Ex hoc loco impietas Arriani, Constantii regis fulta presidio, exiliis 332. carceribus et variis afflictionum modiis[g], primum Athanasium, deinde omnes non suae partis episcopos persecuta est.

Lib. pont. [Iuliusque papa fuit in exilio menses decem; sed post mortem Constantii ad sedem cum gloria revertitur.] 40

Hier. 355. 3. *Constantius* 3. *et Constans* 2. Constantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquilegiam occiditur. 333. Vario eventu adversum Francos a Constante pugnantur[h]. Multae orientis urbes terre motu horribili conciderunt. [Sanctus[i]

Sulp. Sev. c. 3. Martinus, cum esset annorum duodeviginti, baptizatus est, et transacto tribunatus sui tempore, renuntiaturum se seculo promisit; et pene biennium baptizatus nomine tantum militavit.] In decretali epistola beati Iulii papae ita

* Conc. I, p. 567. habetur*: „In nomine domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque Constantino et Constante 45 augustis anno 4, sub die 8. Kalendarum Octobrium, indictione sexta, presidente sancto ac beatissimo Iulio papa sedis apostolicae urbis Romae, propossitis sacrosanctis et venerabilibus euangeliis, in aeclesia domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi quae vocatur Constantina, resedentibus etiam viris venerabilibus pariterque cum eo audientibus, Benedicto Aquiliensi episcopo, Rufo sanctisimo Fartaniano episcopo, Agapito Ravennatis aeclesiae episcopo, Iulio Medolanensis aeclesiae episcopo, Luciano Maurianense episcopo et reliquis cum eis centum ac decem et sex episcopis, Iulius pre- 50 dictus sanctissimus urbis Romae episcopus dixit" et reliqua. Annus itaque quartus Constantini imperatoris sexta erat indictione, qui est annus 28. Magni Constantini, iuxta cronicam Eusebii vel Bedae, incarnationis autem secundum Dionissium 333.

Hier. 356. 4. *Placidus*[k] *et Romulus.* Audeus in Syria coele clarus habetur; a quo heresis Audiena. 334.

Hier. 357. 5. *Leontius et Salustius.* Franci a Constante sunt perdomiti, et pax cum eis facta. Hermogenes 335. 55 magister militiae Constantinopoli tractus a populo, ob episcopum Paulum, quem regis imperio et Arrianorum factione pellebat. Antiochiae dominicum Aureum dedicatur.

Hier. 358. 6. *Constantius* 4. *et Constans* 3. Macedonius artis plurimae in locum Pauli ab Arria- [Ciclus solis incipit.] 336. nis episcopus subrogatur; a quo heressis Macedoniana. Paulus crudelitate prefecti[l] Philippi — nam fautor Macedonii partium erat — et Arrianorum insidiis strangulatur. 60

Hier. 359. 7. *Amantius et Albinus.* Maximinus episcopus Triverorum clarus habetur*; a quo Athanasius Alex- 337. andriae episcopus, cum a Constantio quereretur ad penam, honorifice susceptus est. Sapor Persarum rex christianos persequitur. Necessaria[m] in Ponto subversa, excepta aeclesia et episcopo ceterisque qui ibidem reperti sunt.

* et Martinus Moguntinus episcopus, quorum tempore Eufratu Colone[n]sis ereticus dampnatur *add. alia manu, eadem quae primam scripsit continuationem.* 65

a) *lege:* veritate. b) iuvante 2. c) subscriptionem? d) *supple:* verba. e) *alia manu, eadem quae continuationem a.* 1126—1128. *scripsit, additur:* Hieronimus sic dicit. f) Obit—consulibus *post* moritur *scripta, postea huc sunt relata.* g) *i. e.* modis. h) *Hoc loco nomina consulum sequentis anni et ut videtur etiam nota* Audeus—Audiena *scripta erant, sed erasa et secunda manu in margine suppleta sunt. Ita vero quae sequuntur olim ad a.* 356. *pertinebant, nunc ad* 355. i) *in inferiore margine sine anni indicatione scripta sunt secunda manu; cf. a.* 352. k) *Huius anni nota iam secunda* 70 *manu scripta est; v. not.* h. l) prefecit 1. m) *i. e.* Neocaesarea.

360. 8. *Post consul. Amantii et Albini.* Titianus vir eloquens prefecturam[a] pretorio apud Gallias administrat. Athanasius ad Constantis literas Alexandriam redigitur. 338. Hier.

361. 9. *Rufinus et Eusebius.* Dirrachium terre motu corruit, et tribus diebus ac noctibus Roma nutavit[b]. Plurimaeque Campaniae urbes vexatae. 339. Hier.

5 362. 10. *Philippus et Sallia.* Magnis rei puplicae expensis in Seleucia Siriae portus efficitur. Rursus Sapor tribus mensibus obsidet Nisibin. Eusebius Emissenus, Arrianae signifer factionis, multa conscribit. 340. Hier.

363. 11. *Limenius et Catulinus.* Solis facta est defectio. Bellum Persicum nocturnum apud Singaram, in quo haut dubiam victoriam militum stoliditate perdidimus. Neque vero illum[c] Constantio ex novem gravis proelis contra Persas bellum fuit. Nam ut alia obmittam, Nisibis obsessa, Bizabde et Amida captae sunt. 40. Maxaminus 10 post Macharium Hierosolimarum episcopus moritur. Post quem aeclesiam Arriani invadunt, id est Cirillus Eutichius, rursus Cirillus Hireneus, tertio Cirillus Hilarius, quarto Cirillus; quorum Cirillus, cum a Maximo fuisset presbiter ordinatus, et post mortem eius ei[d] ab Acacio episcopo Cesariensi et ceteris Arrianis episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiaret, diaconus in aeclesia ministravit; ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans, de episcopo in presbiterum regradavit. 341. Hier.

15 364. 12. *Sergius et Nigridianus.* Magnentio apud Augustodurium aripiente imperium, Constans haut longe ab Hispania, in castro cui Helenae nomen est, interficitur, anno aetatis 30. Quamobrem turbata re puplica, Vetranio[d'] Mursae, Nepotianus Romae imperatores facti[e]. Romae populus adversus Magnentiacos rebellans, ab Heracliada senatore proditur. Nepotiani caput philo[f] per urbem circumlatum, multaeque proscriptiones nobilium et cedes factae. Ciclus decenn. 19. inc. ind. 15. 342. Hier.

20 365. 13. *Post consul. Sergi et Nigridiani.* Vetranioni apud Naussum a Constantio regum insigne decretum. Magnentius Mursae victus; in quo prelio Romanae vires conciderunt. Gallus, Constantii patruelis, cesar factus. 343. Hier.

366. 14. *Constantius 5. et Constans caes.* Iulius papa obiit pridie Idus Aprilis, et sepultus est via Aurelia, miliario[g] ab Urbe 3. in cimiterio Calepodii. Qui sub Constantino Arriano, filio Constantini, mensibus 10 proiectus sit, sed post eius mortem ad suam sedem reversus. 344. Ad. mart.

25 *Liberius 34. papa post Petrum ordinatur, qui sedit annis 18.*

367. 15. *Constantius 6. et Constans 2.* Gallus Iudeos, qui interfectis per noctem militibus arma ad bellandum invasserant, opressit, caesis[h] multis hominum milibus[i] usque ad innoxiam aetatem, et civitates eorum Diocesariam, Tiberiadem et Diospolim et plurima oppida igni tradidit. Nonnulli nobilium Antiochiae a Gallo interfecti. 345. Hier.

368. 16. *Constantius 7. et Constans 3.* Magnentius Lugdoni in palatio propria se manu interficit, et 30 Decentius, frater eius, quem ad tuendas[k] Gallias cesarem misserat, apud Senonas laqueo vitam explet. Gennadius forensis orator insignis habetur. Minervius Burdigallensis rethor florentissime docet. 346. Hier.

369. 17. *Arbitrio et Lollianus.* Gallus cesar, sollicitatus a Constantino patrueli, cui in suspicionem ob egregiam indolem venerat, Histriae occiditur. Silvanus Gallias res novas molitus, 28. die extinctus est. Victorinus rethor et Donatus grammaticus, preceptor meus [i. e. H i e r o n i m i], Romae insignes habentur; e quibus Victorinus etiam 35 in foro Traiano meruit. Paulinus et Rodanus Galliarum episcopi in exilium ob fidem trusi. 347. Hier.

370. 18. *Constantius 8. et Iulianus.* Alchimius et Delfidius rethores in Aquitanica florentissime docent. Donatus, a quo supra Donatianos in Affrica dici memoravimus, Cartagine pellitur. Quidam sectatores eius Montenses vocantur, eo quod aeclesiam Romae primam in monte habere coeperint. Eusebius Vercellensis episcopus et Lucifer ac Dionisius Caralitanae et Mediolanensis aeclesiae episcopi, Pancratius quoque Romanus presbiter et Hilarius diaconus, 40 distantibus in[ter] se ab Arrianis et Constantio damnantur exiliis. — Iulianus, frater Galli, Mediolani cesar appellatur. 348. Hier. ?

371. 19. *Constantius 9. et Iulianus 2.* Antonius monachus 105. aetatis anno in herimo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebeo, mirae beatitudinis viro, referre; cuius nos exitum brevi libello explicavimus. Hilarius episcopus Pectavensis factione Saturnini Arelatensis episcopi reliquorumque qui cum eo erant Arrianorum ante triennium in Frigiam pulsus, libros de nostra religione componit. Reliquiae[l] apostoli Timothei Con- 45 stantinopolin invectae. Sarmata, Armato et Macharius, disciplui Antoni, insignes habentur. 349. Hier.

Liberius papa Romanae ecclesiae in exilium mittitur. [Quo in exilium ob fidem truso, omnes clerici iuraverunt, ut nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arrianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi periuraverunt, et post annum cum Felice eiecti sunt; quia Liberius tedio victus exilii et in heretica pravitate subscribens, Romam quasi victor intraverat. Felix autem depositus de episcopatu suo, habitavit in prediolo suo, via Portuensi, ubi obiit 4. 50 Kal. Agusti.] Magnae Alamannorum copiae apud Argentoratum oppidum Galliae a cessare Iuliano oppressae. ? Ad. mart. Hier.

372. 20. *Titianus et Cerealis.* Saraceni in monasterium beati Antoni irruentes, Sarmatam[m] interficiunt. Constantio Romam ingressio[n], ossa Andreae apostoli et Lucae euangelizae a Constantinopolitanis miro favore suscepta. 350. Hier.

Felix papa 35. post Petrum ordinatur, qui sedit anno uno.

373. 21. *Eusebius et Hipatius.* Nicomedia terrae motu funditus eversa, vicinis urbibus ex parte vexatis. 55 Paulinus[o] Triverorum episcopus in Frigia exulans moritur. Euanthius eruditissimus grammaticorum Constantinopolin diem obiit, in cuius locum ex Africa Chrestus adducitur. — Liberius papa de exilio revertitur. 351. Hier. cf. supra.

374. 22. *Constantius 10. V. C. conss.* Sinodus apud Ariminum et Seleuciam Isauria facta, in qua antiqua patrum fides decem primum legatorum, [dehinc omnium proditio damnata est]. Honoratus ex prefecto pretorio Galliarum primus Constantinopoli prefectus urbi factus. Gratianus, qui nunc imperator, nascitur. Hilarius [Pictaviensis epi- 60 scopus] cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit. Macedonius Constantinopoli pellitur. Omnes pene toto orbe aeclesiae sub nomine pacis et regis Arrianorum consortio polluntur. 352. Hier.

375. 23. *Iulianus V. C. conss.* Constantinopoli aeclesiarum maxima dedicatur. Meletius Sebastiae Armeniorum[p] ab Acatio et Georgio episcopis Arrianis Antiochiam transfertur. Et post non grande temporis intervallum, cum presbiteros qui ab Eudoxio antecessore suo depossiti fuerant suscepisset, exilii iustissimam causam subita fidei muta- 65 tione delusit. 353. Hier.

376. 24. *Faurus V. C. cons.* [Gallia per Hilarium Arminensis perfidiae dolos damnat.] 354. Hier.

377. 25. *Florentius V. C. cons.* [Heresis Antropomorphitarum in Syria et Macedonia et Constantinopoli oritur.] 355. Isid.

378. 26. *Mamertinus V. C.* 356.

a) prefectus ā 1? b) natavit 1. c) *lege:* ullum—grāvius fuit. ullum—gravibus plus prosperum c. P. f. 2. d) et 1? 70 d') vetranto 1. *hic et infra. Saepissime* t *pro* i *scriptum est.* e) facit 1. f) *i. e.* pilo. g) militario 1. h) cęsaris 1. i) militibus 1. k) tutendas 1. l) Reliquę 1. m) sarmatatam 1. n) *lege:* ingresso. o) Paulinus—moritur *alia manu iterum in margine scripta.* p) armentorum 1. *lege:* Armeniorum episcopus.

*IV, 50. 379. 27. *Nevitta V. C.* [Theodorus episcopus in tripartita aeclesiastica historia* sic: 357. Constantinus[a] Mopscrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno aetatis 45.] Constantinopolim veniens, tertia die mensis Novimbris obiit.

Romanorum 44. *Iulianus secundum omnes regnavit annis* 2, *mensibus* 8, *hoc est usque* Kal. Iulii, in anno 348. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. 5

Hier. 380. 1. *Iulianus* 4. *V. C. conssul.* Iuliano ad idolorum cultu converso blanda persecutio fuit, illiciens magis 358. quam implens[b] ad sacrificandum; in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt. Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Athanassi ab Arrianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam revertitur. Eusebius et Lucifer de exilio regrediuntur. E quibus Lucifer, adscitis duobus aliis confessoribus, Paulinum, Eustachi episcopi presbiterum, qui se nunquam hereticorum communione polluerat, in parte chatolica Antiochiae episcopum facit. 10

Hier. 381. 2. *Salustius V. C. conss.* Proheressius sofista Atheniensis, lege data ne christiani liberalium artium 359. doctores essent, cum sibi specialiter Iulianus concederet ut christianus doceret, scolam sponte deseruit. Aemilianus ob ararium[c] subversionem Dorosthori a vicario incenditur. Aeclesiae Antiochiae clausae, et gravissima imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est.

Isid. 382. 3. *Iulianus* 5. *V. C. conss.* Iulianus in odium Christi templum Hierosolimis Iudeis reparare per- 360. 15 missit, atque ex omnibus provinciis Iudei collecti nova templi fundamenta iecerent; sed subito nocte aborto terrimotu, saxa ab ima fundamentorum excussa, longe lateque sparsa sunt, igneusque globus ab interiore ede templi plurimos eorum suo prostravit incendio. Quo terrore reliqui pavefacti, Christum confitebantur inviti. Et ne hoc cassu crederent Reg. factum, sequenti nocte in vestimentis cunctorum apparuit crucis signum. Romae passi Piscus presbiter, Priscilianus, Benedicta femina, Pimenius presbiter, Gordianus, Demetria virgo, Iohannes presbiter, item Iohannes et Paulus, Faustus 20 et Dafrosa; in Hostia Hilarianus Hierosolimorum episcopus, Quiriacus et Iudas; Alexandriae Gallicanus; Vercellis Hier. Eusebius episcopus; Aretia civitate Donatus episcopus; Antiochia Theodericus presbiter. Iulianus in Persas profectus, nostrum post victoriam diis sanginem voverat; ubi a quodam simulato perfuga ad deserta perductus, cum fame et siti apostatam perdidisset exercitum et inconsultius a suorum erraret agminibus, ab ovio[c*] forte hostium equite conto ilia cf. H. trip. VI, 47. perfossus interiit, anno aetatis 32. Et cum missiset manum in vulnere, et [sanguinem] aspergeret in aerem, dixit: 25 „Vicisti, Galilee“, id est Christe. Sic enim etiam christianos semper appellat [Galileos]. Obiit autem die 6. Kal. Iulii. Hier. Et sequenti die Iovianus ex primicerio domesticorum imperator factus est [teste Theodoro episcopo* et Eu- *VII, 1. Vita S. Elif. tropio tunc vivente]. [Sanctus[d. 9] Elifius, postquam presente Iuliano caesare decollatus est, quia deos adorare noluit, surrexit, et ambabus manibus per unum miliare portavit caput suum in montem excellsum; eique rupis albus gremium suum aperiens, concavum aptumque locum dedit super se sedenti. Mons autem dicitur mons sancti Elifii, in 30 quo iuxta predictum lapidem super sepulchrum eius oratorium constructum est, inter Frumentosam et Grandim medius, ab utraque miliaribus senis, ab aquilone Tullensem urbem habens, ab austro vero Grandim tenens. Passus est autem in prato ameno in ripa fluminis nomine Vera 17. Kal. Nov.]

Romanorum 45. *Iovinianus secundum omnes regnavit mensibus* 8, *hoc est* usque ad Kal. Martii, in anno 349. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. 35

Hier. 383. 1. *Iovianus et Varronianus.* Iovinianus rerum necessitate compulsus, Nisibin et magnam Ciclus 20. decenn. inc. ind. quarta. 361. Mesopotamiae partem Sapori Persarum regi tradidit. Sinodus Antiochiae Melitus et suis facta, in qua homousion omoeoque[e] reiectis, medium inter hoc omoeoeusion Macedonianum dogma vindicaverunt. [Homousion Patri dicitur Christus ob unitatem substantiae divinae cum Patre et Spiritu sancto.] Iovi- H. R. nianus crudelitate[f] sive odore prunarum, quas nimias adoleri iusserat, et nitore parietum recenti textura, quod grave 40 quiescentibus fuit, Dedaste obiit, anno aetatis 34. Obiit autem 14. Kal. Martii, ut in predicta aeclesiastica *VII, 6. historia legitur*. Post quem, cum exercitus venisset in Neceam Bithiniae, 25. die mensis Februarii, Valentianum, Hier. tribunum scutariorum, e Pannonia Cibalensis, appellavit augustum, qui fratrem Valentem [Constantinopolim] secum regere fecit.

Romanorum 46. *Valenti[ni]anus cum fratre Valente regnavit annis* 11, *mensibus* 5, hoc est usque Kal. Octimbres, in anno 360. post passionem Domini. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. 45

Hier. 384. 1. *Valentinianus et Valens.* Valentinianus egregius alias imperator et Aureliano moribus similis, nisi 362. quod severitatem eius nimiam interpretantur. Apollinaris Laodicenus episcopus multimoda nostrae religionis scripta componit.

Hier. 385. 2. *Gratianus et Dagalaifus.* Terrae motu per totam orbem facto, mare litus egreditur. Et Siciliae 363. 50 multarumque insularum urbes innumerabiles populos oppressere. Procopius, qui apud Constantinopolim tirannidem invaserat, apud Frigiam Salutarem extinctus, et plurimi Procopianae partis cesi atque proscripti. Liberius papa obiit cf. Lib. pont. 8. Kalend. Maii.

Hier. *Damasus* 36. *papa post Petrum ann.* 19. *Et post non multum tempus Ursinus a quibusdam episcopus constitutus,* [Sicinium cum suis invadit, quo Damasianae partis populo confluente, crudelissimae interfectiones diversi sexus perpetratae. 55 Lib. pont. Valens ab Eudoxio Arrianorum episcopo baptizatus, nostros persequitur]. [In gestis pontificum sic: Felix, natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit anno 1, mensibus 3, et reliqua. Hic declaravit Constantinum, filium Constantini, hereticum, et secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediense episcopo, iuxta Nicomediam in Aquilone villa; et pro hoc declarato ab eodem Constantino agusto, filio Constantini agusti, capite truncatur 3. Idus Novembris, in civitate Corana; et exinde clerici eum rapientes, sepelierunt in basilica sua, quam fecit cum esset presbiter, 12. Kalend. Decembris, via Aurelia, 60 in miliario secundo; et cesavit episcopatus diebus 38. Hic emit agrum circa eandem basilicam, et dedit eidem aeclesiae, quam fecit in via Aurelia. Fecit ordinationes in urbe Roma, per mensem Decembrem, presbiteros 21, diaconos 5, episcopos per diversa loca 19.]

Hier. 386. 3. *Lubicinus et Iovinus.* Gratianus, Valentiniani filius, Ambianis imperator factus, [Ciclus solis incipit.] 364. [his consulibus, teste Cassiodoro]. Tanta Constantinopolim est orta tempestas, ut mirae magnitudinis decidens 65 grando nonnulos hominum interfecerit. Apud Atrebatas lana ę coelo pluviae mixta defluxit.

Hier. 387. 4. *Valentinianus* 2. *et Valens* 2. Hilarius episcopus Pectavis moritur. Nicea, quae saepe antea 365. corruerat, terrae motu funditus eversa. Libanius Antiochenus rethor insignis habetur.

a) *haec in loco raso manu sec.* b) *lege:* impellens. c) *lege:* ararum. c*) *i. e.* obvio. d) *Haec sine anni indicatione in margine manu secunda scripta sunt.* e) omoeoque 1? *lege:* omousio anomoeoque. f) *lege* cruditate. 70

9) cf. vitam a Ruperto Tuitiensi scriptam ap. Surium V. p. 246. Qui antiquiorem secutus est auctorem.

388. 5. *Valentinianus N. P. et Victor.* A Constantinopoli[a] a Valente reditur. Haitanaricus rex Gothorum 366. Hier. christianos, persecutione commota, plurimos interfecit, et de propriis sedibus in Romanum expellit solum. Eusebius Vercellensis episcopus moritur.

389. 6. *Valentinianus* 3. *et Valens* 3. Constantinopoli apostolorum martirium dedicatur. Magna fames in 367. Hier. Frigia. Lucifer Caralitanus episcopus moritur, qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum et Philonae Libyae nunquam se Arrianae miscuit pravitati.

390. 7. *Gratianus* 2. *et Probus.* Maximinus prefectus annonae maleficos ab imperatore investigare iussus, 368. Hier. plurimos Romae nobilium ocidit. Valentinus in Britannia, antequam [tyrannidem] invaderet, oppressus. Presbiter iniquissimę decollatur, quod Octavianum ex proconsule apud se latitantem perdere noluisset.

391. 8. *Modestus et Arintheus.* Didimus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, 369. Hier. qui post quintum nativitatis suae annum luminibus orbatur, elementorum quoque ignarus fuit. Illiricus[b] Equitius comes iniquissimus[c] tributorum exactionibus ante provincias, quas regebat, quam a barbaris vastarentur, erasit[c*].

392. 9. *Valentinianus* 4. *et Valens* 4. Eunomius, discipulus Aetii, Constantinapoli agnoscitur, a quo 370. Hier. heresis Eunomiana. Saxones cessi Dehusone[d] in regione Francorum. Burgundiorum 80 ferme milia, quod nunquam antea, ad Renum descenderunt. Clearchus prefectus urbi Constantinopoli agnoscitur, a quo necesaria et diu exspectata votis aqua civitati inducitur. Alexandriae 20 ordinatus episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam[e] facilis in recipiendiis hereticis fuit, ut nonnulis suspicionem acceptae pecuniae intulerit. [Sanctus Martinus anno 56. suae aetatis, dominico die, quarto Nonas Iulii, in archiepiscopatum Turonum Galliae civitatis consecratur, in quo 26 annis sanctissime vixit. Tempore[f] quo primus episcopus datus est sanctus Martinus, Valentinianus tum maior rerum potiebatur. Noluit surgere ante Martinum, donec sellam regiam et nates regis ignis incendisset, et sic solio suo superbus rex excutitur, et Martino invitus assurgit.] S. Sev. dial. II. c. 5.

393. 10. *Gratianus* 3. *et Equitius.* Melantius, nobilissima mulierum Romanorum et Marcellini quondam 371. Hier. consulis filia, unito[g] pretore tunc urbano filio derelicto, Hierosolimam navigavit; ubi tanto virtutum precipueque humilitatis miraculo fuit, ut Teclae nomen acceperit.

394. 11. *Pro c. Gratiani* 4. *et Equitii.* Post Auxentii seram mortem Mediolani Ambrosio episcopo consti- 372. Hier. tuto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur. Aquilienses clerici quasi chorus beatorum habentur. Quia superiori anno Sarmatae Pannonias vastaverunt, idem consules permansere. T h e o d o r u s s i c*: Pior monachus ambulando edebat, *VIII, 1. ne sua carni placeret. Pambus noluit plus uno versu, id est „dixi custodiam vias meas" discere, dum ipsum compleret. Qui interroganti se de eodem versu sic respondit: „Vix 49 annis ipsum implere possum." Qui rogante episcopo Athanasio, ut ab herimo secum veniret ad Alexandriam, flevit [de ornatu] mulieris. Macharius Aegiptius, Macharius[que] Alexandrinus. Aemonius cum Athanasio veniret Romam, nullum ibi vidit, nisi basilicam Petri et Pauli; qui ad episcopatum tractus, ne episcopus esset, suam abscidit aurem. Iohannes pater trium milium monachorum. Serapion pater 10 milium monachorum. Dioscoros pater 100 monachorum, qui ante communionem conscentias singulorum fratrum pendebat. Theona 35 annis tacuit. Hellin ignem in sinu portabat. Helias 110 monachus presbiter in herimo, solus annis 70. Apellis faber ferrum ex fornace crudum trahens manu, nocte faciem demonis, fingentis se in forma mulieris pulcre, percussit. Isidorus suum clausit monasterium, intus habens necessaria. Apollo annis 40 in solitudine exteriore. Dortheus, cuius cibus erat panis 6 unciarum et unus fasciculus holeris et aqua. Piamon presbiter, cui aliquando offerenti corpus sacrum angelus circa altare apparuit, nomina absentium delens fratrumque presentium scribens. Marcus, cui angelus hora communionis Christi corpus prebuit. Moises vassa fratrum nocte aqua implebat per 10 stadios vel 20 aut 30 trahens, qui quatuor latrones suum hospitium invastantes ligavit, crastino dorso eos in commune fratrum portaturus. Paulus pater 50 monachorum. Stephanus per annos 40 probatus et magno Antonio notissimus, deinde ita tribulatus, ut membra eius absciderentur. Iulianus Accepsemas per 70 annos in cella reclusus nec vissus nec locutus tamdiu. [S a n c t u s[10] P a t r i c i u s n a s c i t u r i n B r i t a n i a i n s u l a e x p a t r e n o m i n e C a l p u i r n, p r e s b i t e r f u i t i p s e C a l p u i r n[h] f i l i u s d i a c o n i n o m i n e F o t i d. M a t e r a u t e m e r a t P a t r i c i i C o n c h e s s, s o r o r s a n c t i M a r t i n i d e G a l l i a. S u c a t n o m e n i n b a p t i s m a t e. C o t h r a e g e[11] d i ā b æ i c f o g n ā d o c e t h a r t r e b. M a g o n i u s a G e r m a n o, P a t r i c i u s, i d e s t p a t e r c i v i u m, a p a p a C e l e s t i n o.]

395. 12. *Valens* 5. *et Valentinianus.* His consulibus Valentinianus contra ligatos Sauromatarum vehe- 373. H. trip. VIII, 11. Hier. menti commotus furore, eruptione venarum, quod Grece appoplexis vocatur, fluxu sanginis 17. die mensis Septembris, aetatis anno 54, imperii autem 11, mense 5, Brigitione obiit.

Romanorum 47. *Valens cum Gratiano et Valentiano, filio fratris sui,* s e c u n d u m o m n e s regnavit annis 4, h o c e s t u s q u e K a l. O c t o b r i s, i n a n n o 364. p o s t p a s s i o n e m. Sub quo hi consules fuerunt, t e s t e C a s s i o d o r o.

396. 1. *Gratianus* 4. *et Merobaudes.* Valens, lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit 374. Beda. interfici. Theodosius, Theodossi postea imperatoris pater, et plurimi nobilium occissi. Fotinus in Galatia moritur, a Hier. quo Footinianorum dogma iudaicum[i]. Bassilius Cessariensis episcopus Capadociae clarus habetur, q u i m u l t a c o n t i n e n t i a e e t i n g e n i i b o n a u n o s u p e r b i a e m a l o p e r d i d i t.

397. 2. *Valens* 6. *V. C. conss.* Alamoinorum 30 circiter milia apud Argentarium oppidum Galliarum ab 375. Hier. exercitu Gratiani strata. Florentinus, Bonosus et Rufinus insignes monachi habentur. E quibus Florentinus tam missericors in egentes fuit, ut vulgo pater pauperum nominatus sit. Gens Hunorum Gothos vastat; qui a Romanis sine armorum depossitione suscepti, per avaritiam Maximi ducis fame ad rebellandum coacti sunt. Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Tracia.

398. 3. *Valentinianus* 11. *V. C.* Valens de Antiochia exire compulsus, sera penitentia nostros de exilis 376. Hier. revocat[k].

Lacrimabilę bellum in Trachia, in quo, deserente equitum presidio, Romanae legiones a Gotis cinctae, usque Hier. ad internicionem cessae sunt. Ipse imperator Valens, cum sagitta saucius fugeret et ob dolorem sepe equo labe-

a) constantinopi 1. Agon Constantinopoli *Hier.* b) ignarus. Fuit illiriricus 1. c) *lege:* iniquissimis. — iniquissimus comes 2. c*) evasit 1? d) de hassia 2. *lege:* Deusone. e) iam 1. f) *haec in margine post addita* 1. g) *lege:* unico. h) Calr 1. i) iudaic 1. *lege:* inductum. k) *Hoc loco in codice esse lacunam notavit Giesebrecht.*

10) Quae de sancto Patricio apud Marianum leguntur, quamvis cum aliis fontibus satis conveniant, ad certum auctorem referre nequeo. **11)** Cothraighe Patricii fuit nomen; v. carmen Hibernicum apud O'Connor Rer. Hib. SS. I, 1. p. XC. Reliqua non intelligo. Sed in carmine illo legitur: ***Ceathar trebhc dia fognad*** i. e. quatuor tribubus quia inserviit.

Hier. Cass. retur, ad cuiusdam villulae cassam deportatus est; quo persequentibus eum barbaris, et incensa domo, sepultura quoque caruit. *Hucusque Hieronimus.* [Cassiodorus sic: Cui successit in Oriente Theodosius, Theodosii filius, quem sibi in consortium regni Gratianus ascivit. Gratianus itaque cum quatuordecem regnaret annis, cum Theodosio regnat annis 6. Sub quo hi consules fuere. Anni ergo quatuordecem sunt, teste Cassiodoro, ab anno tertio Valentiniani, in quo Gratianus imperator factus est, Lubicinio[a] et Iovino consulibus, usque 5 in mortem Valentis et usque imperium secundum Gratiani.]

Prosp. *Romanorum* 48. *Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit omne tempus annis sex,* hoc est usque Kal. Octobris, in anno 370. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Prosp. 399. 1. *Ausonius et Olibrius.* Gratianus post mortem patrui Theothossium, Theodossi filium, in consortium adscripsit imperii; eique regnum tradit Orientis. Ea tempestate Priscillianus episcopus de Gallis ex Manicheorum 10 et Gnosticorum dogmate heressim nominis sui condidit. 377.

Prosp. 400. 2. *Gratianus* 5. *et Theodosius.* Ambrosius episcopus pro chatolica fide multa sublimiter rescripsit. 378. [Ambrosius[b] clarus his consulibus.]

Prosp. Cass. 401. 3. *Siagrius et Eucherius.* Martinus episcopus Turrinorum[c] apud Constantinopolim quintadecima die 379. qua fuerat susceptus occiditur. [His consulibus, teste Cassiodoro, sanctus Martinus Turonicae civitatis episcopus in 15 Gallia clarus habetur.]

402. 4. *Antoricus et Siagrius.* Sanctus Teophilus Alexandriae episcopus computum centum annorum cursu Theodosio, [filio] Gratiani, dedicavit, [consulatu Antoni et Siagri incipiente]. Ciclus 21. decenn. inc. ind. octava. 380.

Beda. cf. Ad. mart. cf. Lib. pont. Sinodus centum quinquaginta patrum in Augusta urbe contra Macedonum, sub Damasso papa et Gratiano. Roma natalis sancti Damassi papae 3. Idus Decembr., via Ardiatina, in basilica sua, 20 qui sedit annis 18. Hic constituit psalmos die noctuque per omnes aeclesias decantari.

Prosp. Cass. 403. 5. *Merobaudes* 2. *et Saturninus.* Arcadius, Theodossii imperatoris filius, appellatur augustus. Sanctus 381. Martinus episcopus Turonum Galliae civitatis clarus.

Prosp. 404. 6. *Ricomer et Glearchus.* Honorius, Theodossi filius, nascitur. 382.

Prosp. *Ursinus, qui et Siricius,* 37. *papa annis* 15[d]. 25

His consulibus in Britania seditione[e] militum Maximus imperator est factus; qui mox ad Gallias transfretante, Gratianus Parisis Merobaude magistro militum proditione superatus, fugiens Lugduni captus atque occissus est. Maximus

Beda. Victorem filium suum consortem regni facit.

Romanorum 49. *Theodosius, filius Gratiani, cum Valentiniano* patruo suo regnavit annis 11, mensibus 4, hoc est usque [ad] Kal. Februarii, in anno 382. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Casiodoro 30

Prosp. 405. 1. *Arcadius et Bauto V. C.* Hieronimus presbiter hoc tempore in Betlehem toto iam mundo clarus 383. habitavit, egregio ingenio et studio universae aeclesiae serviens.

Hier. 406. 2. *Honorius et Euodius.* Priscilianus in sinodo Burdigalensi damnandum se intelligens, ad imperatorem Maximum pervolavit, auditusque Triveris ab Ebodio prefecto pretorio, gladio addictus est, cum Eutrotia, Delfi[f] rectoris coniuge, et Latretano aliisque erroris consortibus. 384. 35

Hier. 407. 3. *Valentinianus* 3. *et Eutropius.* Burdigalem quaedam Priscilliani discipula, nomine Urbita, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est. 385.

Hier. 408. 4. *Theodosius* 2. *et Cynegius.* Maximus tirannus a Valentiniano et Theodosio imperatoribus, in 386. tertio ab Aquileia lapide, spoliatus indumentis regiis, sistitur et capite damnatur; cuius filius Victor eodem anno ab Arbogaste est interfectus in Gallia*. 40

* *Alia manu in marg. add.*: His temporibus sanctus Albanus martirizatur.

Hier. 409. 5. *Timasius et Promotus.* Itacius et Ursatius episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerunt, aeclesiae communione privantur. 387.

Beda. 410. 6. *Valentinianus* 4. *et Neoterius.* Hieronimus librum de illustribus viris aeclesiae ad annum octavum Theodosii conscripsit. [Sanctus Patricius cum duabus sororibus suis, id est Lupuit et Tigris, 45 venditur in Hiberniam. Sanctus quidem Patricius venditur ad regem nomine Miluc[12], filius nepotis Buain, in aquilone Hiberniae, cuius porcorum pastor erat Patricius, et Victor angelus loquebatur sepe cum eo. Duae vero sorores eius venditae sunt in Conaelle Muirtemne*.] 388.

* *Fol.* 144. *in marg. inf. iterum manu secunda scriptum est:* Sanctus Patricius genere Brittus cum esset 16 annorum, venditur in Hibernia ad Milcon, regem Dalnaraede. Cui sex annis 50 servivit, et ab angelo Victore semper consolabatur, de lapide quodam cum eo loquens, qui ibi manet; *ibique additur:* Hoc ante sex folia debuit scribi, *id est hoc loco.* — *Necnon f.* 144'. *scripta sunt, quae primum ad a.* 475. *relata erant, iam vero signis erasis nulli anno certo adscribuntur:* Sanctus Patricius reddit massam auream domino suo per se. Cum enim dominus eius noluit eum dimittere nisi pro massa aurea, servavit Patricius precepto Victoris angeli qui- 55 dam porcorum quorum erat pastor, qui fodit masam. *Cf. a.* 416.

cf. Isid. 411. 7. *Titianus et Simmachus.* Iohannes monacus anchorita clara habetur. 389.

Prosp. 412. 8. *Arcadius* 2. *et Rufus.* Valentianus ad vitae fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate perductus, laqueo apud Vienne periit. Arbogastes magister exercitus, mortuo Valentiniano, cuius exitu gravabatur, Eugenium in Gallia facit imperatorem. 390. 60

Beda. 413. 9. *Theodosius* 3. *et Abundantius* 2. [A circio et ab aquilone Scotti et Picti vastant insulam Britanniam.] 391.

Prosp. Cass. 414. 10. *Arcadius* 3. *et Honorius* 2. Iohannes monacus, ornatus profhetiae gratia, Theodosio consulente de eventu belli, quod adversum Eugenium movebat, victorem futurum predixit. [Ciclus solis inc.] 392.

Prosp. 415. 11. *Olibrius et Provinus.* Theodossius Eugenium tirannum vincit et perimit. Agustinus, beati Ambrossi discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Ippone regione Affricae episcopus ordinatur. Claudianus poeta insignis habetur. 393. 65

a) Lubicini' et Iovin' 1. b) *in margine* 1. c) *desunt quaedam. Sequentia ad regem Athanaricum referenda sunt.* d) Damasus papa obiit 4. Id. Dec. *hoc loco deleta sunt.* e) sedione 1. f) Eutroti Adelfi 1.

12) apud O'Connor II. p. 81. dicitur Milcuon Dalaradiae in Ultonia dynasta. 70

416. 12. Theodosius imperator die 17. mensis Ianuarii, anno aetatis 60. Mediolani obiit, sicut in tripartita historia eclesiastica* legitur[a]. [Cum sanctum Patricium noluit dominus suus dimittere, nisi pro massa aurea, servavit sanctus Patricius precepto Victoris angeli quidam porcorum, quorum custos fuit Patricius et pastor; qui fodit massam auream, quam sanctus Patri-
5 cius domino suo pro se.] — 394. *X, 50.

Romanorum 50. *Arcadius, filius Theodosii, cum fratre Honorio* secundum omnes *regnavit annis* 14, *mensibus* 3, hoc est usque Kal. Maii, in anno 396. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt.

417. 1. *Arcadius* 4. *et Honorius* 3. Donatus Epiri[b] episcopus draconem ingentem necavit, exspuens in ore eius, quem octo iuga boum ad locum incendi vix trahere potuerunt. Ideo incensus est, ne putredo eius aerem
10 corrumperet. — 395. Isidor.

418. 2. *Cesarius et Atticus.* Concilium Cartaginis, ubi Ipponensis concilii statuta firmantur et inseruntur. [Sanctus Martinus nocte dominica obiit, Cesario et Attico conss.] [Sanctus[b*] Martinus Turonum episcopus octoagesimo primo aetatis suae anno, episcopatus vero vigesimo sexto, obiit media nocte dominica, Cesario et Attico VV. conss.] — 396. Prosp. Greg. Tur.

15 419. 3. *Honorius* 4. *et Eutichianus.* Siricius papa obiit 9. Kal. Martii. *Anastasius* 38. *papa post Petrum sedit annis* 5. Hic constituit, ut quottienscumque euangelia sacra recitantur, sacerdotes non sedeant, sed curvi stent. — 397. cf. L. pont.

420. 4. *Manlius et Theodorus.* Cum hoc consulatum inierat Eutropius eunuchus, qui mox et honore et vita deiectus est. [Anno 4. Eugenius occiditur.] — 398. Prosp.

421. 5. *Stillico et Aurelianus.* Gothi Italiam, Alaricho et Radagaiso ducibus, ingressi. Ciclus 22. ind. 12. incipit. — 399. Prosp.

20 422. 6. *Vincentius et Fravitus.* Iohannes Constantinopolitanus et Theophilus Alexandrinus illustres episcopi habentur; et utrumque obscuravit discordia, quae eo usque processit, ut Iohannes a Theophilo oppressus, Pontum in exilium perurgetur; cum tamen communionem eius maxima parte episcoporum, Romanae pontificis exemplum secuta, servaverit. — 400. Prosp.

423. 7. *Arcadius* 5. *et Honorius* 5. Pollentiae adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pu-
25 gnatum est. — 401. Prosp.

424. 8. *Theodosius augustus et Rumoridus.* Anastasius papa obiit 5. Kal. Maii. — 402. Ad. mart.

Innocentius 39. *papa annis* 13. *cathedram tenuit.* [Innocentius papa constituit in sabbato ieiunium celebrari, quia in eo in sepulcro erat Dominus, et discipuli ieiunaverunt.] [Sanctus Patricius cum esset 30 annorum, veniens Turoniam, tonditur a sancto Martino tonsura monachica, quia servilem tonsuram antea hucus-
30 que habuit. Deinde trans Alpes ivit in occidentalem partem australem Italiae ad Germanum episcopum civitatis nomine Alsiodorus, et legit apud eum 30 annis divinam scripturam in insula nomine Alanensis.] — L. pont.

425. 9. *Honorius* 6. *et Aristentus.* Cartaginense concilium habitum de Donatistis. [Hir*. Sancta[c] et beata Paula obiit 7. Kal. Febr., tertia sabbati post solis occubitum, sepulta est 5. Kal. earundem, Honori augusto 6. et
35 Aresthenio consulibus.] — 403. Prosp. *Hier. V. S. Paulae.

426. 10. *Stillicon et Antemius.* Ragadaisus, in Tuscia multis Gothorum milibus[d] cessis, ducente exercitum Stilicone, superatus et captus est. — 404. Prosp.

427. 11. *Arcadius* 6. *et Probus.* Vandali et Alani Gallias, traiecto Reno, 3. Kal. Ianuarii ingressi. — 405. Prosp.

428. 12. *Honorius* 7. *et Theodosius* 2. Constantinus in Britania tirannus exoritur, et ad Gallias transit. — 406. Prosp.

40 429. 13. *Bassus vir V. conss.* Corpora propfetarum Ambacuc et Michehae sanctorum revelat Deus. — 407. Beda.

430. 14. *Philippus V. V. con.* Archadius imperator Constantinopoli obiit Kal. Maii, sicut in predicta historia aeclesiastica legitur*. — 408. Cass. *X, 35.

Romanorum 51. *Honorius cum Theodosio, fratris sui filio,* secundum omnes *regnavit annis* 15, hoc est usque Kal. Maii, in anno 411. post passionem.

45 431. 1. *Honorius* 8. *et Theodosius* 3. Wandali Hispanias occupaverunt. Attalus Romae imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis cohesit[e]. — 409. Prosp.

432. 2. *Varan et Tertullus.* Roma a Gothis Alarico duce capta, et ob hoc solus fuit orientalium partium consul, quod et sequenti anno observatum. — 410. Prosp.

433. 3. *Theodosius* 4. *conss.* Constantinus apud Arelatense oppidum victus et captus; cuius filium Con-
50 stantem, in Hispanis regnare orsum, Gerontius comes, in Maximum quendam tyrannidem transferens, interemerat. — 411. Prosp.

434. 4. *Honorius* 9. *et Theodosius* 5. Maximo in Ispania regno ablato vita concessa est, eo quod modestia humilitatisque[f] minis affectati imperii[g] invidiam non merebatur. Gothi a[h] rege Thaulfo Gallias ingressi. Eodem tempore Heros, vir sanctus et beati Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus presideret, a populo eiusdem civitatis, insons et nulli insimulationi obnoxius, pulsus est. In quo eius locum Patroclus ordinatus, amicus et familiaris
55 Constantii magistri militum; cuius per ipsum gratia querebatur. Inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum materia fuit. — 412. Prosp.

435. 5. *Lucius V. C. conss.* Lucio clarissimo viro consul. Huius collega in consulatu Herodianus fuit, qui novarum in Affrica rerum reus, et honorem et vita amissit. Burgundiones partem Galliae propinquam Reno optinuerunt. Iovinus et Sebastianus fratres, in Gallia regno arepto, perempti sunt. Hac tempestate Pelagius Bruto[i] dogma
60 nominis sui contra gratiam Christi, Celestio et Iuliano adiutoribus, exerit, multosque in suum errorem trahit, predicans, unumquemque ad iustitiam voluntate propria regi, tantumque accipere gratiae, quantum meru[er]it, quia peccatum [Adae] ipsum solum leserit. Unde et volentibus possibile sit, ut etiam posteros eius obstrinxerit, omni carere peccato; omnesque parvulos tam insontes nasci quam primus homo ante prevaricationem fuit; nec ideo baptizandos ut peccato ex-[sol]vantur, sed ut sacramento adoptionis honorentur. — 413. Prosp.

65 436. 6. *Constantius et Constans.* Atthalus a Gothorum consilio et presidio[k] tyrannidem presumit in Gallias. — 414. Prosp.

437. 7. *Honorius* 10. *et Theodosius* 6. [Anno septimo imperii imperatoris Honorii] consulatu iam Honorii decies et Theodosii sexies, incarnationis autem iuxta Dionissium anno — 415.

a) *in marg. add.:* ut Beda dicit in historia Anglorum. b) epri... 1. b*) *haec in margine leguntur.* c) *haec in in-*
70 *feriore margine fol.* 139[a]. *leguntur.* d) *lacuna in codice* 1. e) *hoc anno manu secunda in margine:* ut Beda dicit in historia Anglorum. f) *lege:* humilitas. g) affectati˜ periit 1. h) *lege:* rege Athaulfo. i) *lege:* britto. k) dio t. p. *iam manu sec. in margine, sed in linea erasa antea scripta erant.*

cf. Beda. quadringentissimo 15, indictione 13, sanctus Lucianus presbiter Hierosolimis in epistola, quam scripsit de inventione beatissimi corporis protomartiris Stephani sanctorumque Gamalielis Nicodimi et Abidon[13], sicut sibi revelatum est a Domino, inter cetera etiam de ipso eodem anno manifeste demonstrarat ita: „Die parasceue, hoc est [feria] sexta, quae est 3. Non. Decimbris, consulatu Honorii 10. et Theodosii 6. augustorum“ et reliqua. Regularibus ergo 5 septem mensis Decembris proiectis, remanent concurrentes quatuor anni predicti, hoc est Kal. Decembris feria quarta, et 4. Non.[a] Dec. feria quinta, et 3. Non. Decembris feria sexta, anno [7.] Honorii, consulatu predicto, quo corpora sacra a Domino sunt revelata.
Beda. Scribsit ipsam revelationem Greco sermone ad omnium [aeclesiarum] personam; quam Avitus presbiter, Hispanus genere, in Latinum vertit eloquium, et adiecta epistola sua, per Orosium orientalibus dedit. Qui Orosius ad loca sancta Hie- 10 rusalem perveniens, quo eum Augustinus ad Hieronimum pro discenda animae ratione miserat, reliquias sancti Stephani
Prosp. accepit, et patriam reversus, primus intulit occidenti. [Atthalus a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus et presidio carens, capitur. Ataulfus, a quodam socru vulneratus, obiit, regnumque eius Wanlia, peremtis qui idem cupere intellegebantur, invasit. Pelagianis[b] a papa Innocentio predamnatis Afrorum vigore et maxime Augustini episcopi industria resistebatur.[c]] 15

Prosp. 438. 8. *Theodosius* 7. *et Pallidus.* Placidam, Theodosii imperatoris filiam, quam Rome Gothi ceperant, 416. quamque Ataulfus coniugem habuerat, Wanliam pacem Honori expetens, reddit, eiusque nuptias Constantius promere-
cf. L. pont. tur. Innocentius papa obiit 4. Kal. Augusti.

Zosimus papa quadragesimus post Petrum tenet cathedram annis 4.

Prosp. 439. 9. *Honorius* 11. *et Constantius* 2. Honorius Romam triumpho ingreditur, preeunte currum eius 417. 20 Attalo, quem libare[d] vivere iussit exulem. — Dimidia posterior pars epistolae Pascassini episcopi ad
Paschas. epist. papam Leonem[14]: „Non ergo nos dies una longius possita terreat, ne cum hoc vitamus incurramus errorem. Sicut tempore beatae recordationis domini mei predecessoris vestri Zosimi anno consulatus Honorii augusti 11. et Constantii 2., tunc enim cum declinaretur, ne 10. Kal. Maii die pascha teneretur, celebratum est 8. die Kal. April., id est pro embolisimo communis est annus tentus, et error gravissimus est ortus, in tantum ut misterio certo, quia dono Spiritus 25 sancti ministratur, haec veritas probaretur; quod propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiam sancto atque a me venerando fratri meo diacono Libano notissimus est. Cuius misterii miraculum tale est. Quaedam vilissima possesio Meltinas appellatur in montibus arduis et silvis densissimis constituta, illic perparva atque vili opera constituta aeclesia est. In cuius babtizerio nocte sacrosancta paschali babtizandi hora cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex sese repletur. Paucisque[e] qui fuerunt consecratis, cum deductorium nullum [habeat], ut aqua 30 venerat, discendit. Tunc ergo, ut supradixi, sub sanctae memoriae domino quondam meo ac beatissimo papa Zosimo, cum apud occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sacra discussis, cum presbiter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui babtizandi fuerunt, recesserunt. Ut ergo breviter narrem, illa nocte, quae luciscebat in die dominica 10. die Kal. Maii, fons sacer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claruit occidentalium partium fuisse errorem. Hec prout potui vel epistolaris brevitas 35 passa est, iubente [apostolatu vestro, rescripsi].“

Prosp. 440. 10. *Honorius* 12. *et Theodosius* 8. Hoc tempore Constantius, servus Christi, ex vicario Romae habitans, et pro gratia Dei devotissime Pelagianis resistens, factione eorundem multa pertulit, quae illum sanctis confessoribus sociaverunt. Concilio apud Cartaginem habito 214 vel amplius episcoporum, ad papam Zosimum sinodi decreta perlata sunt; quibus probatis, per totum mundum heressis Pelagiana damnata est. 40 Ciclus 23. decenn. inc. indict. prima. 418.
cf. L. pont. Valentianus, Constanti et Placidiae filius, nascitur 5. Nonas Iulias. Carthagis concilium contra Pelagianos. Zosimus papa obiit 7. Kal. Ianuarii.

Prosp. 441. 11. *Monaxius et Plinta.* Constantius pacem firmat cum Wanlia, data eidem ad inhabitandum secunda 419. Aquitania et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.

Bonifatius papa 41. *post Petrum ordinatur, qui sedit ann.* 4. 45

Prosp. 442. 12. *Theodosius* 9. *et Constantius* 3. Constantius ab Honorio in consortium regni ad- [Ciclus solus inc.] 420. sumitur. Hieronimus presbiter moritur, anno aetatis suae nonagesimo primo, 11. Kal. Octobris.

Prosp. cf. L. pont. 443. 13. *Agricola et Eustachius.* Constantinus imperator obiit. Bonifatius papa decrevit servum clericum non fieri nec obnoxium curiae vel cuiuslibet rei. 421.

Prosp. 444. 14. *Honorius* 13. *et Theodosius* 10. Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Wandalos missus est, 422. 50 cui Castinus dux fuit; qui Bonifacium, virum bellicis artibus preclarum, inepto et iniurioso imperio ab expeditionis suae societate avertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum ratus eum sequi, quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum Urbis atque inde ad Affricam proripuit. Idque rei puplicae multorum [laborum] ini-
cf. L. pont. tium fuit. Bonifatius papa obiit 8. Kal. Novimbris.

Prosp. 445. 15. *Marinianus et Asclepiodatus.* Placidia augusta, a fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Hono- 423. 55
Prosp. rio et Valentiniano proficiscitur.

Celestinus 42. *papa post Petrum annis* 9.

Honorius Romam obiit, et regnum eius Iohannes accepit[f].

Romanorum 52. *Theodosius minor, Archadii filius, annis* 27, hoc est usque Kal. Maii, in anno 438. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt. 60

Prosp. 446. 1. *Castinus et Victor.* Theodosius Valentinianum, amitae suae filium, cessarem facit, et cum augusta matre ad recipiendum occidentalem mittit imperium. Quo tempore Iohannes, dum Affricam, quam Bonifatius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est. 424.

Prosp. 447. 2. *Theodosius* 11. *et Valentinianus.* Placidia augusta et Valentianus cesar mira felicitate Iohannem 425. tirannum opprimunt, et regnum victores recipiunt, data venia Aetio, eo quod Uni, quos per ipsum Iohannes acceperat, 65 eiusdem studio ad propria reversi sunt. Castinus autem in exilium actus est, quia videbatur Iohannes sine conibentia ipsius regnum non potuisse presumere. Valentianus decreto Theodossi augustus appellatur. Archilar, nobile oppidum Galliarum, a Gothis multa vi oppugnatum est, donec imminente Aetio non impunito accederent[g].

Prosp. 448. 3. *Theodosius* 12. *et Valentinianus* 2. Patroclus Arelatensis episcopus a tribuno quodam barbaro 426.

a) quat n̄ 1. b) pelagianus 1. c) resitebatur 1. d) *i. e.* libere. e) pacisque 1. f) *hoc loco in marg. sec. manu:* ut Beda dicit. g) *lege:* abscederent. 70 13) v. Surii Acta SS. Aug. d. 3. 14) v. infra a. 466.

multis vulneribus laniatus occiditur. Quod facinus ad occultam iussionem Felicis magistri militum referebatur, cuius impulsu creditur etiam Titus diaconus vir sanctus, Romae peccunias pauperibus distribuens, interemptus est. Prosp.

449. 4. *Hierius et Ardabures.* Bonifatius, cuius intra Affricam potentia gloriaque augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire abnuebat, puplico nomine inlatum[a] est, ducibus Maborno[b] et Calvione et Saonece, cuius proditione Abortius[b] et Galivio, dum Bonifatium obsident, interempti sunt; moxque ipse a Bonifatio dolo detentus est atque occissus. Exinde gentibus, quae uti navibus[c] nesciebant, dum a certantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est; bellique contra Bonifatium coepti in Signisvultum[d] cura translata est. Gens Wandalorum ab Hispania ad Affricam transit. 427. Prosp.

450. 5. *Felix et Taurus.* Nestoriusque Constantinopolitanus episcopus novum aeclissis molitur errorem inducere, predicans Christum ex Maria hominem tantum, non etiam [Deum] natum, eique divinitatem collatam esse pro merito. Cui impietati precipue Quirilli Alexandrini episcopi industria et papae Celestini repugnavit auctoritas. Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverunt, ab Aetio comite recepta. 428. Prosp.

451. 6. *Florentius et Dionisius.* Felice ad patriam dignitatem provecto, Aetius magister militum factus est. Agricola Pelagianus, Severiani episcopi Pelagiani filius, ecclesias Brittanniae dogmatis sui insinuatione corrupit; sed ad actionem Palladi diaconi papa Celestinus Germanum Autisidiorensem episcopum vice sua mittit, et desturbatis hereticis, Britannos ad catholicam fidem redigit. Celestinus papa constituit, ut psalmi David centesimi quinquagesimi ante sacrificium antiphonatim decantarentur; nam antea epistola et sanctum euangelium recitarentur. 429. Prosp. cf. L. pont.

452. 7. *Theodosius* 13. *et Valentinianus* 3. Aetius cum Felicem cum uxore Paudussia et Grannitum diaconum . . . .[e] Sanctus Augustinus, aetatis anno 76. obiit 5. Kal. Septimbris, cum in clericatu vel episcopatu annos 40 compleret. 430. Prosp. Beda.

453. 8. *Bassus et Antiochus.* Sinodus apud Effessum ducentorum sacerdotum. Nestorius cum heressim nominis sui et cum multis Pelagianis, qui cognatum errori suo turbabant[f] dogma, damnatur. Ad Scotos in Christum credentes ordinatus a papa Celestino Palladius, primus episcopus missus est. [Post ipsum] sanctus Patricius, genere Brittus, a sancto Celestino papa consecratur, [et] ad archiepiscopatum Hibernensem [mittitur]; ubi [per annos sexaginta] signis atque mirabilibus predicans, totam insolam Hiberniam convertit ad fidem. 431. Prosp.

454. 9. *Aetius et Valerius.* Bonifatius ab Africa ad Italiam per Urbem venit, accepit magistri militum dignitatem; qui cum resistentem sibi Aetium in prelio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Celestinus papa obiit 6. Idus Aprilis. 432. Prosp. cf. L. pont.

Sixtus 43. *papa post Petrum annis* 8.

Aetius vero, cum depossita potestate agro suo degeret, ibique cum quidam inimicus repentino incursu opprimere temptasset, perfugus ad Urbem, atque illinc ad Dalmatias, deinde per Pannonias ad Hunos pervenit, quorum amicitia auxilioque ussus, pacem principum atque interpolatae potestatis optinuit. Prosp.

455. 10. *Theodosius* 14. *et Maximus.* Eudoxia, uxor Theodosii imperatoris, ab Hierosolimis remeavit, beatissimi Stephani protomartiris reliquias, quae in bassilica sancti Laurentii possitae venerantur, secum defferens. 433. Beda.

456. 11. *Aspar et Ariovindus.* Sixtus papa fecit bassilicam matris Domini, quae ab antiquis Libere nominabatur. 434. Beda.

457. 12. *Theodosius* 15. *et Valentinianus* 4. Pax facta cum Wandalis, data eis ad habitandum Affricae portio. Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem, intra Gallias habitantem, Aetius bello obtinuit, pacemque eius[g] supplicanti; qua non diu potitus est, siquidem illum Uni cum populo suo stirpe deleverunt. 435. Prosp.

458. 13. *Hisidorus et Senator.* Gothi pacis placita perturbant, et plura municipia vicina sedibus suis occupant, Narbonensi oppido maxime infesti. Quod cum diu obsidione fame laboraret, per Latorium comitem ab utroque periculo liberatum est; siquidem per singulos equites binis tritici modis advectis, strenuissime hostes in fugam vertit, et civitatem annona adiuverit. 436. Prosp.

459. 14. *Aethius et Sigisvultus.* Bellum adversus Gothos, Hunis auxiliantibus, geritur. In Affrica Gisiricus rex Wandalorum intra habitationis suae limites volens catholicam fidem in Arrianam impietatem subvertere, quosdam nostrorum episcopos cotenus persecutus est, ut eos privatos iure basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cum ipsorum constantiam nullis superbissimi regis terroribus cederent. Valentinianus augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque eius in matrimonium accepit. Eodem anno piraticam barbari exercuerunt. Per idem tempus quatuor Hispani viri, Archadius, Probus, Paschasius et Euticius, dudum apud Geisericum merito sapientiae et fidelis obsequii clarique habebantur; quos rex ut copulatiores sibi faceret, in Arrianam sectam transire precepit. At illi hoc facinus constantissime respuentes, excitato in rapidissimam iram barbaro, primum proscripti, deinde exilio acti, ac postremum diversis mortibus interempti, illustri martirio mirabiliter occubuerunt. Puer autem, Paulillus nomine, frater Paschassi et Euticii, pro elegantia formae atque ingeni admodum regi acceptus, cum a professione atque amore chatholicae fidei nullis minis perturbari possit, diu fustibus cessus et ad infimam servitutem damnatus est; ideo, ut appa-ret, non interfectus, ne de superata peritia impii etiam illa aetas gloriaretur. Sanctus Cirillus Alexandrinus episcopus ciclum nonaginta quinque annorum componit, incipiens ab anno 153. Diocletiani[15]. 437. Prosp. cf. Dionysii epist ap. Petav. p. 874.

460. 15. *Theodosius* 16. *et Faustus.* Diabolus, in speciem Moisi Iudeis in Creta apparens, per mare pede siccato ad terram repromisionis eos perducere repromittit; sed plurimis mersis et necatis, reliqui salvi facti, ad Christi gratiam convertuntur. 438. Isidor.

461. 16. *Theodosius* 17. *et Festus.* Hac tempestate Iulianus Athelensis, iactantissimus Pelagiani erroris asertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem preferens, molitus est in communionem eclesiae irrepens. His insidiis Xistus papa diaconi Leonis ortatu vigilanter [occurrens], nullum additum pestiferis conatibus patere permissit. Et ita omnes chatolicos de refectione fallacis bestiae gauderet[h], quasi tunc primum superbissimam heressin apostolicus gladius detruncavisset. Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnae lacrimabile experimentum humilius quam unquam antea poposcisent. Aetio rebus quae in Gallea componebantur intento, Geisericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis invadit, omnesque opes eius, excruciatis diverso tormentorum genere [civibus, in ius suum] vertit. Nec ab aeclesiarum dispoliatione abstinens, quas et sacris vassis exinanitas et sacerdotum administratione privatas, non iam divini cultus loca, sed suorum iussit 439. Prosp.

a) inaltum 1. b) *lege:* Mabortio et Galvione, Mabortius et Galvio. c) v̄ iavivuf 1. d) insignis vultum 1. e) *dimidia linea vacat.* f) *lege:* iuvabant. g) ei s. dedit *Pr.* h) gaudere fecit *Pr.*

15) cf. etiam prologum et epistolam ipsius Cyrilli apud Petavium p. 881.

Prosp. esse habitacula. In universum capti[vi] populi ordinem sevus, sed precipue nobilitati et religioni infensus, ut non discerneretur, hominibus magis [quam] Deo bellum intulisse.

Prosp. 462. 17. *Valentinianus* 5. *et Anatolius.* Defuncto Sixto episcopo, 40 amplius diebus Romana aeclesia sine antistite fuit, mirabile pace atque patientiae presentiam diaconi Leonis exspectans, qui tunc inter Aetium atque et Albinum amicitias integrandae Galliae detinebat. *Leo igitur, legatione puplica accitus, et gaudenti patriae presentatus,* 44. *papa Romanae aeclesiae consecratur, sedens per annos* 21. Geisericus Siciliam graviter affligens, accepto nuntio Sebastiani, ab Hispania ad Affricam transito, celeriter Carthaginem redit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendae Cartagini incubuisset. 440. 5 cf. L. pont. Prosp.

Prosp. 463. 18. *Cyrus vir clarissimus consul.* Theodossius imperator bellum contra Wandalos movet, Ariobindo et Ansila atque Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri quam Affricae presidio fuere. 441. 10

Prosp. 464. 19. *Dioscorus et Eudoxius.* Hunis Tracias et Illiricum seva depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur ad defensionem orientalium provinciarum revertitur. Cum Giserico autem et Valentiniano augusto pax confirmata, et certis spatis Affrica inter utrumque divissa est. 442.

Prosp. 465. 20. *Maximus* 2. *et Paternus.* Hoc tempore plurimos Manicheos intra Urbem latere diligentia papae Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos et oculis totius aeclesiae puplicatos, omnes dogmatis sui turpitudines damnare fecit et prodere, incensis eorum codicibus. 443. 15

Prosp. 466. 21. *Theodosius* 18. *et Albinus.* Hoc anno pascha [dominicum] celebratum est 9. Kal. Maii, nec erratum erat, quia in die 11. Kalend. earundem dies passionis fuit; ob cuius reverentiam natalis urbis Romae sine Circensibus transit. — Incipit epistola Pascassini episcopi ad papam Leonem, iubentem sibi rescribi questione orta [de eodem anno]: „Domino viro sancto atque beatissimo“ . . . . . .[16] „Non nos dies una longius possita terreat“ et reliqua, quae in anno 11.[a] Honorii de hac epistola prediximus. Annus itaque 417. incarnationis secundum Dionissium est annus 9.[b] Honorii, et annus 444. incarnationis secundum Dionissium est annus [21. Theodosii]. 444. 20

cf. L. pont. 467. 22. *Valentinianus* 6. *et Nonius.* Leo constituit in missa dicere „Sanctum sacrificium immaculatam hostiam“; et monacham non accipere velamen capitis benedictum ab episcopo, nissi prius fuerit virginitas eius probata. 445. 25

Beda. 468. 23. *Ethius* 3. *et Simmachus.* Brittani a Scotis et Pictis superantur. Quos subiectionem Romanis pro auxilio promittentes missa legio liberans, Scotos a Brittania proiecit; ac domum reversura precepit Brittanis, murum trans insulam inter duo maria statuere. Quo cispite magis quam lapide constructo, ut discessere Romani, Scoti advecti in navibus, Brittanicos quasi maturam segitem obviantes sibi caedunt, calcant, devorant. Iterum petenti[c] auxilia Romani recurrant, et Scottos fugant, et cum Brittanis murum inter urbes saxo solidum a mare usque ad mare collocant, et in littore meridiani maris, unde hostes metuebantur, turres per intervalla ad prospectum maris statuunt. Recedente vero a Britania Romano exercitu, Scoti et Picti redeunt, et totam Brittaniam ab aquilone muro tenus et ipso interrupto capiunt. Brittani vero epistolam lacrimabilem ad Ethium, Romanae potestatis virum, ter consulem, mittunt, anno 23. imperii Theodosii, sed nec auxilium impetrant. Revertuntur domum Scoti, et post non multum tempus reversuri Picti, extremam Brittaniae partem tum primum, et deinceps inhabitaturi[d] detinent. Brittani autem unanimo consilio cum rege suo Vertigerno Anglos, quasi defensores patriae, ad se invitandos elegerunt. Sed exceptos impugnatores senserunt, conficta occasione, quod pro se militantibus Britones minus sufficientius stipiendia darent. 446. 30 35

Prosp. 469. 24. *Alibius et Ardabures.* Euticies heressiarces Constantinapolis presbiter, fretus Theodossi augusti amicitiis, conatus est non perfectum hominem in Christo asserere[e]; contra quem Flavianus, eiusdem urbis episcopus, suscipiens, cum sacerdotibus suis damnatus est, auctore Dioscoro Alexandriae urbis episcopo. Contra quem papa Leo missit episcopum, presbiterum et diaconum, qui iniuriam passi Flavianum nuntiant in defensione chatholica per iniurias gravissimas deffecisse. 447. 40

Prosp. 470. 25. *Postumianus et Zeno.* Theodossius imperator pro deffensione Euticetis [Ciclus solis incipit.] Leonem papam Urbis ad se vocat. Qui dum ire vellet, a populo prohibitus, presbiteros et diacones direxit. 448. 45

Prosp. 471. 26. *Asturius et Protogenes.* Iterum vocati chatholici audiendi. 449.

? 472. 27. *Valentinianus* 6. *et Abienus.* Concilium in Ephesso[17] contra Eutichianum presbiterum, qui Constantinopolim monasterio celeberrimo presidebat, dicens, Dominum tantum esse Christum, non hominem. In quo Hilarius diaconus cum Iulio episcopo Putelano vice papae Leonis missi fuerunt. Qui diaconus quia pro violata fide illic clamavit, pro anima sua latenter fugit [ad Romam][f]. Prosp. Theodossius imperator cum magna pompa a Placidia et Leone cum omni senatu deductus est, et in mausoleo ad apostolum Petrum depossitus est.* 450. 50

* *Hoc loco addit* 2: Huius Theodosii tempore, concilio apud Charthaginem ab inpiissimo Honorico Wandalorum rege habito, beatus Theonestus, cum alii sedibus quoque suis episcopi pellerentur, a Philippis sedis suae urbe depulsus, cum quatuor discipulis suis peregrinationis causa seu consolationis percipiendae gratia Romam sub tempore Leonis papae venit. A quo favorabiliter susceptus, et aliquandiu ibi commoratus, inde ad beatum Ambrosium Mediolanensem episcopum contendit. Ab ipso quoque caritative susceptus, Theodosio principi tunc ibi degenti per ipsum est praesentatus, et ab utrisque postremo in pace dimissus. Inde advenit Vindelicam primam Rhaetiae urbem Augustam, ubi et passus est unus ex discipulis eius Ursus. Discedens ergo inde, venit ad Sigismundum regem Allobrogum, et ab eo dirigitur ad Trevirensem Paulinum, indeque navigio urbem adit Mogontiacum. Ubi contra hereticos fortissime sana dimicante doctrina, secundum reliquit discipulum Albanum, martirio verissime super nivem dealbatum. 55 60

Romanorum 53. *Marcianus secundum alios regnavit annis* 7, *iuxta autem eum qui historia tunc conscripsit*[18] *annis* 8, *secundum historiam* Romanam annis 7, mensibus 2, hoc est usque quasi Kalendas Iulii, in anno 445. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro.

Prosp. 473. 1. *Marcianus et Adelfius V. C.* Pugna facta in Gallis inter Aetium et Atilanum regem Hunorum cum utriusque populi cede. Attila fugatus est in Gallias superiores. 451. 65

a) *lege:* IX. b) XI. *corr.* IX. 1. c) petente 2. *ubi haec, sermone valde mutato et multis ex Bedae hist. ecc. I,* 12 *sqq. additis, leguntur.* d) inhabituri 1. e) assere 1. f) *Hoc loco novus annus incipiebat, sed iam numeri et consules erasi sunt.*

16) Extat in cod. Parisino, olim ut videtur Moguntino, impressa inter S. Leonis I. epp. n. 64., quam hic omittendam censuimus. 17) potius Chalcedone. Certum huius loci fontem invenire non potui; cf. Leonis ep. 24. 29. 31. 18) Prosperi chronicon indicat, quale in cod. August. et Mogont. legimus. 70

474. 2. *Herculanus et Asporacius.* Iohannes babtista duobus monachis caput suum iuxta Herodis habitaculum revelat; quod Emessam Fenice urbem cum magno honore perlatum est. Gens Anglorum sive Saxorum Brittaniam tribus longis navibus advechitur; totam pene insulam ab oriente ad occidentem subigit. 452. Beda.

475. 3. *Opilio et Vincomalus.* Sinodus Calcidonensis facta, ubi Eutiches et Dioscorus damnati. Sanctus Leo papa sic*: „De paschali observantia sanctae memoriae Theophilus ad augustum Theothosium seniorem scribens, per centum annos a primo predicti principis consulatu degessit ordinem diei festi; cuius instructionis 74. nunc annus evolvitur, quo Opilione consule 2. Idus Aprilis celebrata est sacra solemnitas. 453. Isid. *ep. 61.

476. 4. *Aethius et Studius.* Unde[a] sequenti[b] anno Nonas Aprilis consequenter" et reliqua. Sed annus, qui erit 76, ut videtur, discordat; siquidem in 8. die Kalend. Maii pascha constituitur, cum 15. Kalend. Maii, ut videtur, deberet fieri. Ordinatus episcopus Deogratias in basilica Fausti die dominica 8. Kalend. Novembris. Valentinianus augustus 11. Kal. Octobr. Ethium patricium et Boetium Kartagine[19] occidit. 454. Prosp.

477. 5. *Valentinianus* 8. *et Antemius.* Valentinianus autem ab amicis Ethii 13. Kal. Aprilis [in campo Martio] occiditur. Maximus vero, vir gemini consulatus et patriciae dignitatis, alia die 12. Kal. Aprilis, Romae sumpsit imperium. Post mensem autem alterum, nuntiato ei ex Africa Geserici regis adventu, multisque nobilibus popularibus ex Urbe fugientibus, cum Maximus, data abeundi cunctis licentia, trepidus vellet abscedere, 77. adepti imperii die a famulis Valentiniani delaniatus est, et membratim in Tiberim proiectus, sepultura quoque caruit. Post haec consecuta est multis digna lacrimis Romana captivitas, cum enim Urbem omni presidio vacuam Gesericus obtinuit, 4. Idus Iulii, feria 3, occurrente sibi papa Leone episcopo sancto extra portas. Cuius supplicatio ita eum Deo agente linivit, ut, cum omnia potestati eius essent tradita, civitati sibi ab igne tamen et cede et supplicio abstineretur. Roma vero per 14 dies secura et libera scrutatione omnibus opibus suis evacuata[c] est; multaque milia captivorum, prout cuique aetate vel arte placuerat, cum regina et filiabus eius, Cartaginem abducta. Hoc anno, id est 455. incarnationis iuxta Dionissium, pascha dominicum 8. die Kal. Maii recte celebratum est, ordinatione sancti Theophili[d]; quod sanctus papa post Leo 15. Kalend. Maii potius observandum protestaretur. 455. Prosp. Prosp.

478. 6. *Varan et Iohannes.* Post Maximum Avitus in Gallias assumpsit imperium. Cyclus 25. decenn. incipit indictione 9. 456. Cass.

479. 7. *Constantinus et Rufus.* Avitus Placentiae depossuit imperium.[e] Marciano defuncto apud Constantinopolim, Leo Orientis, Maiorianus Italiae suscepit imperium*. Sub quibus hi conssules fuerunt, teste Cassiodoro. 457. Cass.

* 2. *hoc loco addit:* Hucusque chronica imperii, in cuius fine hec habentur: „Post consulatum Theodosii 17. et Festi Gisericus Wandalorum rex Cartaginem ingressus est 14. Kal. Novemb., in qua regnavit annis 27, mensibus 3, diebus 7. Post haec regnavit Hunerix, filius eius, annis 7, mensibus 10, dies 28; qui in fine anni septimi regni sui catholicae ecclesiae persecutionem movit omnesque ecclesias clausit et cunctos Domini catholicos sacerdotes cum Eugenio Carthaginensi episcopo exilio religavit, ipseque Domini iudicio scatens vermibus vitam finivit. Post eum regnavit Guntamundus, Gentuni eiusdem Honorici fratris filius, annis 11, mensibus 9, diebus 11; qui tertio anno regni sui cimiterium sancti martiris Agilei apud Chartaginem katholicis dari praecepit, Eugenio Kartaginensi episcopo ab eodem iam de exilio revocato. Decimo autem anno regni sui ecclesias chatholicorum aperuit, et omnes Dei sacerdotes petente Eugenio Cartaginensi episcopo de exilio revocavit. Quae ecclesiae fuerunt clausae annis 10, mensibus 6, diebus 5, hoc est ab octavo anno Honorici, id est ex die 7. Idus Februarii, usque undecimum annum regis Guntamundi die 9. Idus Augusti, in quo completi sunt supradicti anni 10, menses 6, dies 5. Qui memoratus Guntamundus rex postmodum vixit annos 2, mensem 1. Post quem regnavit Trasamundus, Gentunis filius, annis 26, mensibus 8, diebus 4. Ab exordio ergo imperii Aviti usque ad annum vigesimum sextum Trasamundi, a quarto decimo autem anno imperii et morte Valentis usque in annum vigesimum secundum Trasamundi anni sunt . . . . Post quem regnavit Hildiricus, filius Honorici, annos 8, dies 8. Qui in exordio regni sui Bonifacium episcopum apud Kartaginem in ecclesia sancti Agilei ordinari praecepit, et omnibus catholicis libertatem restituit. Quo regnante assumpta tyrannide Geilemer regnum eius invasit, in quo fecit annos 3 et totidem menses, qui tanta homicidia scelestus commisit, ut nec parentibus parceret. Fiunt ergo ab exordio regni Giserici usque ad exitum Wandalorum anni....; ab interitu ergo Valentis, quod erat in quarto decimo anno regni eius, usque ad supradictum tempus, sunt anni . . . Collecta ergo omnium summa annorum ab Adam usque ad Wandalorum perditionem fiunt 5733. — *Quae omnia ex codice Prosperi Mogontino sumta sunt.*

Romanorum 54. *Leo secundum omnes regnavit annis* 17, *et hoc est usque Kal. Iulii, in anno* 461: post passionem, his consulibus, teste Cassiodoro.

480. 1. *Leo augustus et Maiorianus augustus.* Maiorianus in Affricam movit procinctum. 458. Cass.

481. 2. *Ricimer et Patricius.* Alexandria et Aegiptus errore Dioscorii heretici languescit. 459. Isid.

482. 3. *Magnus et Apollonius.* Heressis Acephallorum, Calchidonense concilium impugnantium, apparuit. Acepalli autem dicuntur, id est sine capite, quia auctor eius non apparuit. 460. Isid.

483. 4. *Severinus et Dagalaifus.* Maiorianus iuxta Dertonam civitatem 8. Idus Augusti occiditur, immissione Ricimeris; cui Severum, natione Lucanum, Ravenne succedere fecit in regnum. [Leo[f] papa obiit 4. Kal. Iulii.] 461. Iord. Cass. Ad. mart.

484. 5. *Leo* 2. *et Severus. Hilarius* 45. *papa consecratur* 2. *Idus Novembris, quod tenet annis* 7, *mensibus* 6. 462.

485. 6. *Basilius et Vivianus.* Theodorus episcopus civitatis, quae Ciriae dicitur, eo quod a Ciro rege Persarum condita, scribit de vera incarnatione dominica contra Eutichen et Dioscorum, qui negavit humanam carnem in Christo. Victorius[g], iubente papa Hilario, scripsit paschalem circulum 532 annorum. 463. Beda.

486. 7. *Rusticus et Olibrius.* Beorgor rex Alanorum apud Pergamum a patricio Ricimere peremptus est. 464. Cass.

487. 8. *Arminericus et Basiliscus.* Severus Rome in palatio fraude Ricemeris veneno peremitur. 465. Cass.

488. 9. *Leo iunior* 3. *consulatu.* Theodorus predictus episcopus Ciriae scribit historiam aeclesiasticam, 466. Beda.

a) *cum anno praecedenti coniungenda sunt.* b) s. a. *bis leguntur* 1. c) euacuta 1. d) *codex pergebat:* quod sanctus papa Leo 15. Kal. Maii celebratum est ordinatione sancti Theophili, *sed iam erasa.* e) *Hoc loco novus incipiebat annus; sed numeri et consules erasi sunt.* f) *Haec sec. manu in loco raso.* g) *Eadem iterum in marg. fol.* 145'. *manu secunda scripta sunt.*

19) Error ex Prosperi codice minus recte intellecto.

Beda. quae Tripertita dicitur, a fine librorum Eusebii, id est ab anno 20. Constantini Magni, usque ad tempus huius Leonis imperatoris, quo et ipse episcopus obiit.

Cass. 489. 10. *Puseus et Iohannes.* Anthemius a Leone imperatore ad Italiam mittitur, qui tertio [ab] Urbe miliario, in loco Brontontas, suscepit imperium. 467.

Cass. 490. 11. *Anthemius augustus* 2. *conss.* Marcellinus occiditur in Sicilia. 468. 5

Cass. 491. 12. *Marcianus et Zeno V. C.* Arabundus imperium temptans, iussu Anthemi exilio [deportatur]. 469.

Cass. 492. 13. *Severus et Iordannes.* Romanus patricius, affectans imperium, [capitaliter] truncatur. Hilarius papa obiit 9. Kal. Martii. 470.

Simplicius papa 46. *post Petrum, qui sedit annis* 15.

Cass. 493. 14. *Leo augustus* 4. *et Probianus.* Aspar affectate tirannidis Constantinopoli a Leone imperatore occiditur. 471. 10

Cass. 494. 15. *Festus et Marcianus.* Patricius Recimer, Rome facto imperatore Olibrio, Anthemium, contra reverentiam principis et ius affinitatis, cum gravi clade civitatis extinguit; qui 40. die gloriae suae defunctus est. Olybrius autem mense septimo imperii vitam exigit. 472.

Cass. 495. 16. *Leo augustus* 5. *conss.* Gundibado hortante, Glicerius Ravenne sumpsit imperium. Eodem anno Leo imperator nepotem suum Leonem consortem facit imperii. 473. 15

Cass. 496. 17. *Leo iunior augustus* 6. *conss.* Nepos Romae Glicerio successit in regno. Leo imperator hoc anno obiit. Hec Cassiodorus. Iordanis episcopus sic in cronica ab eo hoc tempore compossita, 474.

Iord. sic quoque: Leo Leonem iuniorem, ex Ariagne filia nepotem suum, in imperio ordinans orientali, anno 16. imperii sui obiit.

Iord. *Romanorum* 55. *Leo iunior mox paucis mensibus puerile*, ordinante tamen patre, rexisset imperium, manu sua generum suum Zenonem coronans imperatoremque constituens, rebus humanis excessit. Zenon autem natione Isaurus, gener Leonis imperatoris, regnavit annis 17. Hec Iordanis episcopus, et hoc est iuxta Romanam historiam, quod Leo senior tamen regnavit annis 16 ac mensibus 6[20], hoc est usque Kal. Ianuarii. — In 20

cf Beda. eodem anno 16, quo Leo obiit, Theodricus[21] rex Romam obtinuit, tempore Leonis iunioris.

Romanorum 56. *Zenon regnavit* *secundum omnes annis* 17, hoc est usque Kal. Ianuarii, in anno 479 post passionem. Sub quo hi consules fuerunt, teste Cassiodoro. 25

Cass. 497. 1. *Pro consul. Leonis aug. iunioris.* Orestes, Nepote in Dalmatias fugato, filio Augustulo dedit imperium. 475.

Cass. 498. 2. *Basiliscus* 2. *et Armatus.* Ab Odovacre Orestes et frater eius Paulus occissi sunt; nomenque regis Odovacer assumpsit. 476. 30

Isid. 499. 3. *Pro cons. Basilici et Armati.* Iste Zennon Leonem, augusti filium, interficere quesivit. 477.

500. 4. *Ellus V. C. conssul.* Sed[a] mater eius pro eo alium forma similem optulit. 478.

501. 5. *Zenon aug.* 2. *conss.* Leonem[a] vero occulte clericum fecit. 479.

502. 6. *Basilius iunior conss.* Quique[a] in clericatu usque ad Iustini tempora vixit. 480.

Cass. 503. 7. *Placidus V. C. conss.* Odovacer in Dalmatiis Odviam vincit et perimit. 481. 35

cf. L. pont. 504. 8. *Severinus V. C. conss.* Simplicius papa Acatium Constantinopolitanum episcopum et Petrum Alexandrinum episcopum Euticianos damnat. 482.

Isid. 505. 9. *Faustus V. C. conss.* Corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei eius stilo scriptum reperitur, ipso revelante. 483.

cf. L. pont. 506. 10 *Theodericus et Venantius.* Apostolicus papa Simplicius obiit 6. Non. Martii. 484. 40

Felix papa 47. *post Petrum ordinatur, qui sedit annis* 8.

Beda. 507. 11. *Simmachus V. C.* Honoricus rex Wandalorum Arrianus, in Affrica exulatis defugatisque plus quam 334 episcopis chatolicis, aeclesias clausit, plebem varis afficit suppiliciis; et quidem innumeris abscidens manus, linguas precidit, nec tamen loquellam chatholicae confessionis eripere potuit. 485.

cf. L. pont. 508. 12. *Decius et Longinus.* Felix papa etiam damnavit Acatium et Petrum episcopos Euticihenos. 486. 45

Cass. 509. 13. *Boetius V. C. conss.* Odovacer, Foeba rege Rugorum victo captoque, regnum potitus est. 487.

Cass. 510. 14. *Dynamius et Sifidius.* Theodricus rex intravit Italiam, [his consulibus, teste Cassiodoro]. 488.

Cass. 511. 15. *Probinus et Eusebius.* Cui Odovacer ad Isontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus est. Iterum [eodem anno Verone] pugna vincitur Odovacer. 489.

Cass. 512. 16. *Faustus iunior conss.* Theodricus ad Ducam fluvium Odovacrem vincit [tertio certamine], et Ravennam fugiens, obsidetur. 490. 50

Cass. 513. 17. *Olibrius iunior conss.* Odovacer cum Erudis[b] egressus Ravenna nocte, ad pontem Candidiani a Theodrico memorabile certamine superatur. Tunc Wandali, pace suppliciter postulata, a Siciliae solita depredatione cessarunt. 491.

[Eodem anno Zeno imperator obiit.] [Sanctus Patricius Hiberniae archiepiscopus, annorum 132 (122)[c], beatissimo fine obiit. Annorum 16 venditur, 6 annis in servitute, 40[d] in Romanis partibus, 70 (60)[e] annis in Hibernia predicavit[22].] 55

Romanorum 57. *Anastasius* *secundum omnes regnavit annis* 27, hoc est Kal. Maii, anno 506. post passionem. Sub quo hi consules fuerunt.

H. R. 514. 1. *Anastasius augustus et Rufus.* Hic duas naturas, id est humanitatis et dietatis[f], secundum Eutichium negavit [in Christo]. 492. 60

515. 2. *Albinus V. C. consul.* *Gelasius papa* 48. *post Petrum, qui sedit annis* 4, *mensibus* 10. 493.

Cass. 516. 3. *Asterius et Presidius.* Teodricus rex Ravennam ingressus, Odavacrem, [molientem] sibi insidias, occidit. Ciclus decenn. 27. incipit ind. 2. 494.

cf. L. pont. 517. 4. *Victor V. C. conss.* Gelassius papa Menesium episcopum, a Felice papa damnatum, aeclesiae suae restituit. 495. 65

a) *cum a.* 499. *coniungenda sunt.* b) *lege:* Erulis. c) CXXXII. *corr.* CXXII. 1? CXXII. 2. d) *numerus deletus esse videtur* 1. *deest* 2. e) LXX. *corr.* LX. 1? LX. 2. f) *ita* 1.

20) In historia miscella 17 annis regnasse dicitur. 21) De Odovacare loquitur Beda. 22) De numeris cf. O'Connor II. p. 124. n. 96; quem ex hoc loco suppleas velim. 70

518. 5. *Paulus V. C. conss.* Gelasius papa libros contra Eutichen et Nestorium componit, et obiit 13. Kalend. Decembris. 496. cf. L. pont.

519. 6. *Anastasius augustus* 2. *conss.* Anastasius imperator nullius meruit inimicorum suorum vindictam audire, sicut nec ipse aeclesiae iura servavit. 497. Iord.

5 *Anastasius papa* 49. *post Petrum, qui sedit anno* 1, *mensibus* 6.

520. 7. *Paulinus et Iohannes.* Trasmundus Wandalorum rex chatholicas aeclesias, et 225 episcopos exilio in Sardiniam missit. Anastasius papa obiit 5. Kal. Iunii. [Anastasius papa voluit occulte revocare Achatium Constantinopolitanum episcopum damnatum, et non potuit, qui etiam divino nutu percussus est.] 498. Beda. Lib. pont.

521. 8. *Iohannes V. C. Simmachus papa* 50. *post Petrum annis* 15. [Propter electionem Simmachi papae 10 et Laurentii Festus exconsul nobilissimus et exconsul Probinus ex parte Laurentii adversus Faustum exconsulem ceterosque ex parte Simmachi in medio Urbis cedes et homicidia fecerunt, clericosque multos occiderunt. Unde etiam sanctus Paschasius diaconus post mortem suam in pena positus erat, quia contra populum in electione Laurentii usque in finem vitae suae permansit; sicut in Dialogo legitur. Et hoc fuit peccatum minimum, id est culpa ignorantiae, quia ipse putavit, rectius coram Deo quod fecit, quam aliter.] [Simplicius papa fuit a consulatu Paulini usque ad 15 consulatum Senatoris secundum[a].] 499. Lib. pont. Greg. Dial. IV, 40.

522. 9. *Patricius et Hipatius V. C.* Rex Theodricus Romam venit; et senatum affabiliter tractat. 500. Cass.

523. 10. *Avienus et Pompeius.* Theodricus Rex Romanae plebi donavit annonas. 501. Cass.

524. 11. *Avienus iunior et Probus.* Rex Theodricus aquam Ravennam perduxit, [cuius formam sumptu proprio instauravit, quae longis antea fuerat ad solum reducta temporibus]. 502. Cass.

20 525. 12. *Caetheus V. C. conss.* Virtute domini [regis] Theodrici, victis Vulgaribus, Sirmium recepit Italia. 503. Cass.

526. 13. *Theodorus et Sabinianus.* Simmachus papa multa aeclesiarum [opera] a fundamentis creavit, vel prisca renovavit. [Ciclus solis incipit.] 504. Beda.

527. 14. *Messala et Ariobinna.* Ad[b] beatum Petrum et beatum Paulum et beatum Laurentium pauperibus habitacula [construxit]. 505.

25 528. 15. *Anastasius augustus* 3. *et Venantius.* Et[b] omni anno per Africam vel Sardiniam episcopis qui in exilio erant peccuniae et vestes ministrabat. 506.

529. 16. *Venantius iunior et Celer.* Thedricus contra Francos mittit exercitum. 507. Cass.

530. 17. *Importunus V. C.* Qui[c] Gallias Francorum depredatione confusas, victis hostibus ac fugatis, suo adquessivit imperio. 508.

30 531. 18. *Boetius V. C. conss.* Apud Cartaginem Olympius [quidam] Arrianus in balneis sanctam Trinitatem blasfemat. 509. Isid.

532. 19. *Felix et Secundinus.* Sed[d] statim ignis iacula imminente, visibiliter est combustus. 510.

533. 20. *Paulus et Muschianus.* Barnabas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei quendam babtizans dixisset: „Babtizo te Barrabas in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto,“ statim aqua, quae 35 fuerat ad babtizandum deportata, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui babtizandus erat, confestim ad aeclesiam chatolicam abiit, et babtismum Christi suscepit. 511. Isid.

Iste[e] annus nativitatis Domini secundum cursum solis et lunae 2. *continetur.*

534. 21. *Probus et Clementinus.* 512.

535. 22. *Senator V. C. conss.* Fulgentius episcopus in confessione fidei et scientia floruit. Ciclus 28. decen. incipit ind. sexta. 513. Isid.

40 536. 23. *Cassiodorus consul* sic: „Me etiam consule, in vestrorum laude temporum, adunato [clero vel] populo Romano, [aeclesiae] rediit optata concordia.“ 514. Cass.

537. 24. *Florentinus et Anthemius.* Theodricus rex filiam suam Amalasuintam Eutarico viro glorioso copulavit, [Deo auspice]. [Simmachus papa obiit 14. Kal. Agusti.] 515. Cass.

Hormista papa 51. *post Petrum, qui sedit annis* 8. [Hormisdas[f] prefuit a consulatu Senatoris usque ad consulatum 45 Simmachi et Boethii.] Lib. pont.

538. 25. *Petrus V. C. conss.* Eutharicus Cillica a senatu et plebe exceptus est ad consulatum. 516. Cass.

539. 26. *Eutharicus Cillica et Iustinus.* Hormista papa compossuit clerum psalmisque erudivit. 517. cf. L. pont.

540. 27. *Anastasius* 4. *V. C.* Hormista papa missit Ennodium Ticiniensem episcopum aliosque ad Anastasium imperatorem docendum. Anastasius vero spernens et heresi favens Euthicetis, cum chatolicos insecutus est 50 diversis partibus et partibus[g], inimicorum vallatus agminibus, sepe congemens, divino fulmine periit. Iordanis episcopus historiam tunc ita scripsit: Anastasius imperator merens et furens, maior octogenario aetatis anno regnique 28, rebus humanis excessit.*. 518. H. R. Iord.

* *manus quae continuationem a.* 1126—1128. *scripsit addidit:* Sanctus Remigius Francos ad fidem Christi convertens, cum rege ipsorum Clodeveo baptizavit uno die tria milia. Clodoveus rex Francorum misit Romam 55 sancto Petro auream coronam sub Hormista papa et Anastasio imperatore.

Romanorum 58. *Iustinus senior* secundum historiam Romanam et Iordanem episcopum, qui tunc cronicam compossuit et vixit, imperavit annis 9, iuxta autem Bedam tantum annis 8, hoc est usque Kal. Ian. in anno [514. post passionem].

541. 1. *Rusticus et Vitalis V. C.* Iustinus nomen hereticorum cepit extingere, eorumque ubique aecle- 60 sias catholice consecrari. 519. H. R.

542. 2. *Valerius et Iustinianus.* Iustinus Amantium prepossitum palatii et Andream cubicularium occidit, Misaelem et Ardaburem cubicularios Sardicam in exilium missit. 520. Iord.

543. 3. *Simmachus et Boetius.* Hormista papa obiit 8. Idus Augusti, [his consulibus, secundum gesta pontificum, id est Maximo[h]]. [Sancta[i] Brigita Scotta virgo in Hibernia obiit.] 521. Lib. pont.

65 544. 4. *Maximus V. C. consul. Iohannes* 52. *papa annis* 2, *mensibus* 10, [his consulibus, secundum gesta pontificum]. 522.

545. 5. *Opilo et Iustinus agustus.* Theodricus autem, Arrianus imperator Italiae, Iohannem papam et cum eo Theodorum et Agapitum consulares viros et Agapetum patricium ad Iustinum imperatorem Constantinopolim, 523. H. R.

a) *ita alio loco in marg. sec. manu; supple:* gesta pontificum. b) *cum a.* 526. *coniungenda sunt.* c) *cum a.* 529. *coniungenda.* d) *cum a.* 531. *coniungenda.* e) *prima manu in margine.* f) *haec in marg. manu secunda, quae etiam signo indicavit, verba* Hormista — VIII. *ad a.* 535. *esse referenda.* g) *ita* 1. h) *ita secunda manus haec ad a.* 544. *retulit.* i) *haec primum a.* 544. *scripta, post huc sunt relata.*

Beda. interminans, nissi dimitterentur heretici in pace sinere, ipse etiam omnes Italiae gladio occidisset. Iohannes vero papa Constantinopolim veniens, ad portam quae vocatur Aurea, populorum turbis ei accurrentibus, in conspectu omnium H. R. roganti ceco lumen reddidit. Iustinus autem imperator fletibus ligationum, pro certo imminente cede chatolicorum populorum, motus hereticos dimittere cessit. [C o l u m c i l l i n a s c i t u r i n H i b e r n i a.]

Beda. 546. 6. *Probus iunior et Filoxenus conss.* Iohannes vero papa cum rediens Ravennam venisset, Theodricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit, invidia ductus, quia chatolicae pietatis defensor Iustinus eum hono- 524. 5
cf. Lib. pont. rifice suscepisset. Quo anno, id est consulatu Probi iunioris, etiam Simmachum patricium Revennae occidit. Iohannes papa obiit 15. Kal. Iunii; cuius corpus translatum est et sepultum in basilica sancti Petri apostoli. H u i u s I o h a n n i s
III, 2 IV, 30. s a n c t u s G r e g o r i u s p a p a i n l i b r o d i a l o g o r u m m e m i n i t.

Beda. H. R. Beda. Isid. 547. 7. *Olibrius V. C. consul.* Theodricus autem anno sequente subita morte Ravennae periit. Gothi autem Athalaricum, ex Theodrici regis [a] natum, cum matre eius sibi preficiunt. Heldericus Wandalorum [rex] episcopos ab exiliis reverti et aeclesias instaurare precepit, post annos 74 hereticae profanationis. Post Transamundum Hildericus, ex Valentiniani imperatoris captiva filia genitus, Wandalorum regnum suscepit. Qui sacramento a Transamundo adstrictus, ne chatolicis in regno suo consuleret, antequam regnum susciperet, episcopos ab exilio reverti iussit, eisque aeclesias reformari precepit. 525. 10 15

Felix 53. *papa annis* 4, *mensibus* 2.

Lib pont. Acephalorum heresis abdicatur, [d i c e n t e s, P a u l u m a p o s t o l u m i n e p i s t o l i s s u i s p r e c e p i s s e, f e m i n a s d e b e r e f i e r i d i a c o n a s, q u i a e a s c o m m e m o r a t p o s t d i a c o n o s]. [Olibrio cons. Iohannes papa sepultus est 6. Kal. Iun.]

548. 8. *Maburtius conss.* [Mab. cons. Felix successit.] H o c a n n o D i o n i s i u s c o m p u t u m s u u m 526. 20
epist. 2. ap. Pet. p. 877. i n c e p i t, i t a d i c e n s i n t e r c a e t e r a: „Presentis anni monstremus exemplum; indictio quippe quarta est et lunaris ciclus 11, decennovennalis 14. Et quia endicadis 6. est annus, eum embolismum esse necesse est. A 15. itaque luna preteriti festi usque ad 14. presentis quot dies sunt, diligentius inquiramus, et inveniemus procul dubio, quando pascha celebrare debemus. Transacto anno, per indictionem 3. paschae 14. lunam 9. die Kalend. Aprilis, id est 24. mensis Martii
epist. 1. ib. p. 874. fuisse, quis dubitat?" et reliqua. E t p a u l o a n t e d i c i t: „Hoc monemus, quod ciclus iste 95 annorum, quem fecimus, non per omnia in se ipsum revertitur, et ideo post expletionem 95 annorum non ad 5. ciclum sancti [Cirilli], qui incepit ciclos suos ab anno 153. Diocletiani, quorum 5. ciclum nobis necessario prepossuimus, sed ad nostrum primum ciclum,
Beda. quem nos ab anno 248. eiusdem Diocletiani incepimus, lector incurrat" et reliqua. Benedictus abbas virtutum gloria
Isid. claruit, quas sanctus Gregorius in dialogo conscripsit. Iustinus Constantinopolim Iustinianum, sororis suae filium, ante quartum mensem obitus sui imperatorem faciens, obiit. 25 30

Romanorum 59. *Iustinianus*, *o m n e t e s t e h i s t o r i c o, regnavit annis* 38, h o c e s t u s q u e K a l e n d a s I a n., i n a n n o 552. p o s t p a s s i o n e m. Sub quo hi consules fuerunt, t e s t e C a s s i o d o r o.

Isid. 549. 1. *Iustinianus augustus* 2. *consul.* Bilizarius patricius de Persis mirabiliter triumpavit. 527.

Isid. 550. 2. *Decius V. C. consul.* Bilizarius a Iustiniano in Affricam missus, Wandalorum gentem delevit. 528.

cf. Lib. pont. 551. 3. *Lampadius et Orestes viri clarissimi consules.* [His consulibus Felix papa obiit 4. Id. Oct.] 529. 35

Bonifatius papa 54. *post Petrum annis* 2. [Bonifacius papa obiit die 18. Oct. consulatu Lampadii secundum [b].]

Beda. 552. 4. *Pro cons. Lampadii et Orestis iterum.* Corpus sancti Antonii monachi a Deo revelatum Alexandriam deffertur, et in aeclesia beati Iohannis babtistae humatur. 530.

553. 5. *Iterum pro cons. Lampadii et Orestis viri clarissimi consules.* 531.

cf. Lib. pont. *Mercurius papa* 55. *annis* 2. [His consulibus Bonifatius obiit 17. die mensis Octobris. Mercurius, qui et Iohannes, papa obiit 6. Kal. Iun. p. c. iterum Lampadii.] 40

H u c u s q u e c i c l u s m a g n u s p a s c a l i s 532 a n n o r u m p r o t e n d i t u r, i n c u i u s a n n o 13. d o m i n u s n o s t e r I e s u s C h r i s t u s p a s s u s 8. d i e K a l. A p r i l i s, l u n a 15, a t q u e 6. K a l. A p r i l., l u n a 17, a m o r t u i s r e s u r r e x i t a n n o 18. i m p e r i i T i b e r i i c e s a r i s i u x t a h i s t o r i a m e u a n g e l i i.

Cyclus magnus paschalis solaris et decennovennalis simul incipiunt. 45

P. D. II, 25. 554. 6. *Iustinianus augustus* 3. Iustinianus leges Romanorum multis libris nimis prolixe et inutili disonantia intra duodecim libros coartavit in unum librum, quem Codicem Iustinianum nominari precepit. S a n c t u s B e d a
Beda. s i c: „Dionisius paschales scribit circulos, incipiens ab anno dominicae incarnationis 532, qui est annus 248. Diocletiani, post consulatum Lampadi et Orestis; quo anno codex Iustinianus orbi promulgatus est." H e c B e d a. C u m e r g o s u p p u t a n d o a D i o c l e t i a n o u s q u e a d c i c l u m D i o n i s s i d i c i t B e d a p r i m u m a n n u m c i c l i D i o n i s s i i p s u m f u i s s e a n n u m 248. D i o c l e t i a n i p o s t c o n s u l a t u m L a m p a d i i e t O r e s t i s, s a t i s q u o d v e r u m e s t o s t e n d i t, a n n u m p r i m u m c i c l i D i o n i s s i 6[um] e s s e I u s t i n i a n i. E x i p s o i t a q u e p r i m o a n n o c i c l i D i o n i s s i, i d e s t 6[o] a n n o I u s t i n i a n i, n u m e r a n d o, s u p r a v e r s u s u s q u e a d D i o c l e t i a n u m i u x t a c r o n i c a m E u s e b i i v e l B e d a e s u p p u t e m u s, a t q u e i n d e [c] i t e r u m u s q u e a d c i c l u m D i o n i s s i s e c u n d u m s c r i p t u r a m d i v i n a m a p o s t o l i c o s q u e v i r o s, q u i t u n c t e m p o r i b u s i p s i s e t i a m d e i p s i s a n n i s b e n e d i s p u t a v e r u n t, n o n t a n t u m u t o s t e n d i m u s m e n d a c i u m c r o n i c a r u m, s e d u t d e f e n d a m u s s a c r a t i s s i m a m v e r i t a t e m e u a n g e l i c a m v i r o s q u e c a t o l i c o s a e c l e s i a e, q u i p o s t e u a n g e l i u m p e r h i b e n t d o m i n u m n o s t r u m I e s u m C h r i s t u m 6. K a l. A p r i l. l u n a 17. a m o r t u i s r e s u r-
ap. Petavium. r e x i s s e, i d e s t H i e r o n i m u m e t A u g u s t i n u m. V i c t o r i u s e t i a m a d H i l a r i u m p a p a m s i c: „Primo vero azemorum die dominus noster Iesus Christus cenans cum suis discipulis, postquam sui corporis et sanginis sacramenta patefecit, ad montem oleveti, sicut euangelia sancta testantur, progressus, ibique detentus est a Iudeis tradente discipulo. Dehinc sexta feria subsequente, id est 8. die Kal. April., crucifixus est, et sepultus tertio die, hoc est 6. die Kal. Aprilis, dominico die resurrexit a mortuis" et reliqua. C a s s i o d o r u s q u o q u e s e n a t o r e x p o s s i t o r q u e s a c r i p s a l t e r i i n s u a c r o n i c a s i c: „His consulibus dominus noster Iesus Christus passus est 8. die Kal. April., et deffectio solis facta est, qualis antea vel postmodum nunquam fuit" et reliqua. — Ab ipso ergo primo anno cicli Dionisii regnavit Iustinianus annis 5 usque in annum 527. incarnationis secundum Dionissium. 13. Inde Iustinus senior regnavit annis 8 usque in annum 519. incarnationis secundum Dionissium. 40. Inde Anastasius regnavit annis 27 usque in annum 492. incarnationis secundum Dionissium. 57. Inde Zeno regnavit annis 17 usque in annum 475. incarnationis secundum Dionissium. 74. Inde Leo regnavit annis 17 usque in annum 458. incarnationis secundum Dionissium. 81. Inde Marcianus regnavit annis 7 usque in annum 451. incarnationis secundum Dionissium. 108. Inde Theodossius regnavit annis 27 usque in annum 424. incarnationis secundum Dionissium. 123. Inde Honorius regnavit annis 15 usque in 532. 50 55 60 65 70

a) *supple*: filia. b) *supple*: gesta pontificum. c) idem 1?

annum 409. incarnationis secundum Dionissium. 136. Inde Archadius regnavit annis 13 usque in annum 396. incarnationis secundum Dionissium. 147. Inde Theodossius regnavit annis 11 usque in annum 385. incarnationis secundum Dionissium. 153. Gratianus annis 6 usque in annum 379. incarnationis secundum Dionissium. 157. Inde Valens regnavit annis 4 usque in annum 375. incarnationis secundum Dionissium. 168. Inde Valentinianus regnavit annis 11 usque in annum 364. incarnationis secundum Dionissium. 169. Inde Iovianus regnavit mensibus 8 usque in annum 363. incarnationis secundum Dionissium. 171. Inde Iulianus regnavit annis 11 mensibusque 8 usque in annum 361. incarnationis secundum Dionissium. 195. Inde Constantinus regnavit annis 24 usque in annum 337. incarnationis secundum Dionissium. 226. Inde Constantinus Magnus regnavit annis 31 usque in annum 306. incarnationis secundum Dionissium. Ab anno vero persequtionis quarto Constantinus regnare incepit iuxta cronicam Eusebii vel Bedae. 227. Tunc annum tertium persequtionis, quae in anno 19° Diocletiani incepta est, [deputant nulli]. Quem annum Isidorus episcopus cum multis aliis etiam cum anno altero Galerio Maximiano [conscripsit. 247.]. Inde Diocletianus regnavit annis 20 usque in annum 285. incarnationis secundum Dionissium. Usque autem in annum 289. incarnationis iuxta cronicam Eusebii vel Bedae, hoc est 4 annis plus. Ita et sic cronica Eusebii vel Bedae de annis incarnationis contradicunt sancto euangelio. Inter Diocletianum autem atque ciclum Dionissi per ciclos 13 decennovennales desunt 7 anni. Quos sic iuxta divinam scripturam possumus bene investigari. Diocletianus enim in anno 278. incarnationis secundum Dionissium incipiens, regnavit 20 annos. In cuius anno 19, id est in anno 287. incarnationis iuxta Dionissium, in quo 5. Kal. April. pascha contegit, convenit hoc, quod in cronica sua ita dicit Eusebius: „Anno 19. Diocletiani mense Martio in diebus paschae aeclesiae [subversae sunt“]. Quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus est. Secundo persecutionis anno Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram depossuerunt. Apparet ergo, quod unus annus erat inter Diocletianum et Constantinum. Duo autem anni secundum multos, quos Galerius gener Diocletiani regnavit. Galerius ergo regit tertium persequtionis annum, incipiens in anno 19° Diocletiani et terminans in anno primo Constantini, id est in anno 299. incarnationis secundum Dionissium. Constantinus itaque in anno 4. persequtionis incipiens, regnavit 30 annis, mensibus 10, usque in annum 330. incarnationis secundum Dionissium, in quo indictione tertia obiit 25. die mensis Maii. Inde Constantinus teste Orosio regnavit annis 27 usque in annum 357. incarnationis secundum Dionissium. In decretali epistola sancti Iulii papae apostolicae sedis tunc ita veritas intimatur: „In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, imperantibus quoque Constantino et Constante augustis anno 4°, sub die 8° Kalendarum Octobris, indictione 6.“ et reliqua, sicut supra*. Constantinus vero obiit tertio die mensis Novimbris, [sicut] in tripertita historia [aeclesiastica] legitur. Si autem Constantius regnavit 27 annos secundum Orosium, aut si Valentinianus et Valens annos 17 et Gratianus 7 vel Archadius annos 13 regnaverunt, sicut in cronica Issidori episcopi vel in expossitione Melliti habetur, non certum secundum scripturam divinam invenitur. Quod[a] [autem] annus 4us Constantini et Constantis, qui est annus 333. incarnationis secundum Dionissium, erat indictione sexta, atque annus 9us Honorii consulatus sui 11. et Constanti 2, quem finivit in anno 417. incarnationis secundum Dionissium, indictione 15. erat, secundum scripturam dubitandum non est. Intra quos duos annos per 4 decennovennales ciclos 4 anni desunt. Iulianus ergo in anno 80. Diocletiani incipiens, regnavit annis duobus, mensibus 8, obiit 6. Kal. Iulii in anno 360. incarnationis secundum Dionissium. 83. Iovianus in anno 83. Diocletiani incipiens, regnavit mensibus 8, obiit 14. Kal. Mart. in 361. incarnationis secundum Dionissium. [84[b]]. Valentinianus in anno 84. Diocletiani incipiens, regnavit annis 11, mensibus 5, obiit 17. die mensis Septimbris, in anno 372. incarnationis secundum Dionissium[c]. Valens in anno 95. Diocletiani incipiens, regnavit annis 4, usque in annum 376. incarnationis secundum Dionissium. 95. [99[b]]. Gratianus in anno 99. Diocletiani incipiens, regnavit annis 6, usque in annum 382. incarnationis secundum Dionissium. Theodossius in anno 105. Diocletiani incipiens, regnavit annis 11, obiit die 17. mensis Ianuar. in anno 393. incarnationis secundum Dionissium. Archadius in anno 116. Diocletiani incipiens, regnavit annis 14, obiit Kal. Maii anno 408. incarnationis secundum Dionissium. Honorius in anno 131. Diocletiani incipiens, regnavit annis 15, usque in annum 423. incarnationis secundum Dionissium. Huius anno 9, quem finivit 417. incarnationis secundum Dionissium, cum 10. Kal. Maii deberet, pascha celebratum est 8. Kal. April. Sed hora babtizanti[d] aqua non venit in baptisterio, ideoque babtisma non actum erat ipsa nocte. Illa autem nocte, quae lucebat in die dominico 10. Kal. Maii, fons sacer ex sese repletus est hora baptizandi. Hoc autem actum est in fine anni noni Honorii. Theodosius in anno 146. Diocletiani incipiens, regnavit annis 17, usque in annum 450. incarnationis secundum Dionissium. Ita in libris legitur, testificante sancto Prospero, qui in ipso etiam tempore partem ad cronicam Eusebii addit: „Hoc anno, id est 21. anno Theodosi, pascha celebratum est 9. Kal. Maii, ut supradictum est*. De hoc quoque, id est ipso anno, Paschasinus episcopus scribit ad papam Leonem, ut supra*. Ipse autem est annus 8. decennovennalis cicli, qui est 444. annus incarnationis iuxta Dionissium, in quo finitus est annus 21. Theodosii. Marcianus in anno 174. Diocletiani incipiens, regnavit annis 7, mensibus 2, secundum historiam Romanam, hoc est usque Kal. Iulii in anno 457. incarnationis secundum Dionissium. Prosper ita iterum: „Anno 5. Marciani capta erat Roma, 4° die Idus Iulii. Eodemque anno pascha celebratum est 8° die Kal. Maii, ordinante episcopo Alexandrino Theophilo“ et reliqua. „Quod pascha sanctus papa Leo 15. Kal. Maii celebrandum potius protestaretur“ et reliqua. Sanctus autem Theophilus pascha 8. Kal. Maii in anno 465. incarnationis secundum Dionissium recte constituit, cum nec in annis 30 antea neque in annis 10 postea celebratum est pascha 15. Kal. Maii. Novissimus itaque cicli decennovennalis est annus nonus Honorii ...[e] et quintus Marciani. Leo in anno 180. Diocletiani incipiens, regnavit annis 17, usque Kal. Iulii in anno 474. incarnationis secundum Dionissium. Leo iunior regnavit mensibus 6, hoc est usque Kal. Ian., in eodem anno obitus Leonis senioris. 180. Zeno in anno 198. Diocletiani incipiens, regnavit annis 17, usque ad annum [492.] incarnationis secundum Dionissium. 198. Anastasius in anno 215. Diocletiani incipiens, regnavit annis 27, usque ad annum 518. incarnationis secundum Dionissium. Iustinus senior in anno 242. Diocletiani, regnavit annis 8, usque ad annum 526. incarnationis secundum Dionissium. Iustinianus in anno 250. Diocletiani incipiens, regnavit annis 5, usque ad primum annum ciclorum Dionissii, qui est annus 255. Diocletiani iuxta predictam rationem sanctorum virorum, non annus 248. secundum [cronicas iniquas] 250. Certum est enim, annum quartum Constantini et

Hier. — * v. p. 526. — v. a. 439. — * p. 531. — a. 466. — v. a. 477.

a) Quia 2. b) *ita in margine* 1. c) *hoc loco* LXXXIIII. *scriptum erat sed deletum est* 1. d) baptizandi 2. *et ita legendum est*. e) si 1. similiter? *deest* 2.

Constantis, qui est annus 333us incarnationis secundum Dionissium, indictione 6. constetisse [teste sancto Iulio papa[a] etiam tunc ipsam rem scribente]. Annum[a*] etiam nonum Honorii, qui est annus 417us incarnationis secundum Dionissium, indictione 15a, consulatu Honorii undecies et Constantii bis, teste Paschassino episcopo cum sancto Leone papa. Annum iterum vigesimum primum Theodosi, qui est annus 444us incarnationis secundum Dionissium, indictione 12a, teste eodem episcopo Paschassino cum sancto papa Leone. Annum quoque quintum Marciani, indictione 8a, qui est annus 455us incarnationis secundum Dionissium, teste etiam sancto Leone papa, ut supra. Annus itaque quartus Constantinorum sexta erat indictione, scribente sanctissimo Iulio papa. In anno nono Honorii pascha erat 10. Kal. Maii, teste episcopo Paschassino cum sancto Leone papa. In anno 21. Theodosii pascha erat 9. Kal. Maii, teste Paschassino episcopo cum sancto Leone papa. In anno quinto Marciani pascha erat 8. Kal. Mart. A nullo vero papa vel episcopo mittitur epistola vel decretalis epistola scribitur, nisi ipse sciat[b], quid in ea scribit vel mittit.

555. 7. *Agapitus papa* 56. *post Petrum.* 533.

H. R. Interea Athalaricus rex Gothorum 8 annis imperans, obiit. Cuius mater Amalsuinda Theodatum sociavit sibi in regnum, quam Theodatus post dies aliquos strangulari in ballneo precipit. Quia vero ipsa vivens se suumque filium Iustiniano imperatori commendavit, ideo Iustinianus imperator ad Theodatum iratus erat. Theodatus autem, ut imperator hoc ei dimitteret, misit ad eum Constantinopolim papam Agapitum. Agapitus vero imperatorem in heresi Eutichetis corruentem convertit ad fidem. Anthimum quoque Constantinopolitanum episcopum, prefatae heresis defensorem, duas naturas in Christo negantem, in exilium coegit, et Mennam in loco eius episcopum consecravit. (cf. L. pont.)

556. 8. Agapetus vero papa ibi Constantinopoli obiit 10. Kal. Maii, [Rome[c] sepultus 12. Kal. Octobris]. 534.

Silverius papa 57. *post Petrum anno* 1, *mensibus* 2.

H. R. Interea ad Africam, quam multis annis Wandali possidebant, a Iustiniano cum exercitu Bilisarius patricius missus (Beda.) est, et Wandalorum gentem delevit. Cartago quoque anno excessionis suae 96. recepta est, pulsis devictisque Wandalis, et rege eorum Gelismero[b*], prelio victo et capto, Constantinopolim miso. Cartago vero recessit anno 439. (H. R.) incarnationis iuxta Dionisium, Theodosi iunioris 16. Agapito vero mortuo, misit Iustinianus imperator Bilisarium patricium contra Theodatum. Qui cum moram apud Siciliam fecisset, Theodatus obiit. Cui Wittigis successit. Bilisarius vero videns sibi incongruum tempus bellandi, intra urbem Romam se munivit. Wittigis autem cum Gothis Romam per annum obsident, et Romanorum omnia igne et ferro, etiam reliquias de tumulis sanctorum ita diripiunt, ut matres membra natorum pre fame eo anno comederent.

H. R. cf. L. pont. 557. 9. Tunc statim precepto Teodorae augustae, consentiente Iustiniano imperatore, papam Silverium, 535. quia Anthimum hereticum Constantinopolitanum episcopum, ab Agapito papa expulsum, noluit recuperare, Bilisarius licet nolens expulit ad Pontiam insulam, in qua obiit 12. Kal. Iulii.

558. 10. *Vigilius papa* 58. *post sanctum Petrum sedit annis* 18, *mensibus* 6. 536.

H. R. 559. 11. Bilisarius vero Witigisum bello captum Constantinopoli secum perduxit ad imperatorem Iustinianum. 537.

H. R. 561. 13. Bilisarius iterum ad Africam exercitu venit. 539.

H. R. 562. 14. Bilisarius Guntarum regem Wandalorum occidit. 540.

H. R. 563. 15. Bilisarius Wandalos rei publicae substravit. 541.

H. R. 564. 16. Bilisarius Romam veniens, crucem auream librarum centum et[d] gemmis pretiosissimis ornatam, 542. suis victoriis inscriptam, beato Petro per manus papae Vigilii obtulit. 543.

566. 18. Anno[e] 13. magni cicli paschalis, id est 18. Iustiniani, annus dominicae 544. passionis 2. continetur, non antea, id est anno passionis primo et modo secundo. A passione igitur Christi usque in predictum annum [habetur] ciclus magnus paschalis numero 532 annorum.

568. 20. [His[f] temporibus in Affrica rex Arrianus Wandalorum episcopis, qui neque verbis neque 546. muneribus sibi in Arriana pravitate consensissent, silentium imposuit. Qui tamen in defensione aeclesiae non tacentes, ne consensisse illo viderentur, lingas eorum radicitus rex abscidit. Sed episcopi loquentes formabant verba postea tam bene quam antea cum linguis, dicentes: „Ecce sine linguis loquimur modo tam bene sicut et prius.“ Unus autem eorum, cum in luxuria lapsus fuit, mutus deinde efectus.]

H. R. 570. 22. Capto[g] Wittigiso rege, Gothi trans Padam Hilldebaldum sibi regem constituunt; eodemque anno 548. occiditur. Cui Aerarius successit, et ante annum occissus est.

573. 25. Ciclus decennov. 2. incipit indict. 11. 551.

H. R. 574. 26. Baduila, qui et Totila, Aerario successit. 552.

H. R. 575. 27. Vigilius vero papa ob eandem causam, qua et decessor eius Silverius, indignatione augustae 553 (Lib. pont.) per Antimum Scribonem Constantinopolim perductus, indeque in exilium actus; [deinde revocatus ad Romam, venit Siciliam, in civitate Siracusa obiit, et sepultus est Rome via Salaria iuxta Marcellum].

576. 28. *Pelagius papa* 59. *annis* 11, *mensibus* 11. 554.

H. R. 577. 29. Totila[h] cum Gothis totam Italiam invadit; exinde per Campaniam virique Dei Benedicti abba- 555. tis cenobium iter faciens, Romam obsidionibus circumcludit[i]. Et tunc famis pene similis precedenti contigit.

H. R. 579. 31. Fessis autem et non valentibus Romanis moenia tueri, Totila porta Hostiensi urbem intrat 557. [indictione 13a, secundum gesta pontificum]. Qui nocte capiens urbem, ut parceret Romanis, tubas sonari precepit, ut Romani vel paululum inimicorum rabiem devitarent; et aliquantulum temporis cum eis quasi pater cum filiis habitavit. Hanc illi, ut datur conici, animi benignitatem, qui nimiae antea crudelitatis fuit, beati patris Benedicti, quem (cf. Greg. Dial. II, 15.) [cum modo Romam venire vellet] audierat, monita contulit, [quando Totilam increpavit, et de sua morte sibi predixit post novem annos].

cf. L. pont. 580. 32. Pelagius papa aeclesiam beati Philippi et Iacobi incepit construere. 558.

P. D. II, 25. 581. 33. Rome Cassiodorus prius consul, inde senator, postea monachus clarus habetur. 559.

ib. 582. 34. Arator subdiaconus acta apostolorum versibus exametris Rome exaravit. [Ciclus solis incipit.] 560

a) papo papa 1. a*) *codex iam secunda manu pergit.* b) siciat 1. b*) *vel* Gelesmero? c) *Quae uncis inclusimus iam eadem (secunda) manu sed postea in margine scripta sunt.* d) *a.* 565. *haec scripta sunt.* e) *hoc anno et a.* 567 —569. *haec scripta sunt.* f) *haec in margine superiore f.* 150'. *scripta ad hunc annum signo iam absciso relata fuisse videntur.* g) *haec a.* 570—572. *scripta sunt.* h) *a.* 577. *et* 578. *scripta.* i) circumludit 1.

583. 35. Victor Capuanus episcopus librum de pascha scribens, Victorii arguit errores. 561. Beda.
584. 36. [Vir sanctissimus Herculanus nutritor meus Perusinae civitatis episcopus fuit; qui ex precepto 562. Totilae regis Gothorum super murum sue civitatis truncatus est, et reliqua. Hec dixit sanctus Gregorius*.] His *Dial. IV, 13. item temporibus beatus pater Benedictus et prius in loco qui Sublacu dicitur, qui ab urbe Roma 40 miliaribus abest, P. D. II, 26.
5 et postea in castro Casiani, quod Aurum appellatur, magnae vitae meritis et apostolicis[a] virtutibus effulsit. [Sic sanctus Gregorius in dialogo, libro secundo capitulo 14. et 15. perhibet.]
585. 37. [Columcille egit cath Culi dremne[23].] 563.
586. 38. Prescianus grammaticus apud Constantinopolim clarus. [Pelagius papa obiit. 6 Non. Martii.] 564. P. D. II, 23. Lib. pont.
[*Quod autem his temporibus vixit sanctus Gregorius, in libro 3. dialogorum cap. 11. ipse ita*
10 *perhibet: „Vir quoque vitae venerabilis Cherbonius Populonii episcopus magnam in diebus nostris sanctitatis suae* Dial III, 11. *probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus, quia milites in hospitio suo abscondit, ne occiderentur a Gothis, Totila perfidus rex Gothorum eum in loco nomine Merulis, ubi cum exercitu suo sedebat, immanissimo ursui, homines crudeliter manducanti, in medio coram omnibus deputavit. Ursus vero pedes episcopi ovili mansuetudine lambebat" et reliqua.*]
15 *Romanorum* 60. *Iustinus minor regnavit annis* 11, *hoc est quasi usque Kal. Ianuarii in anno* 563. *post passionem Domini.*
587. 1. *Iohannes papa* 60. *post Petrum annis* 13. [Columcilli de Hibernia predicaturus in 565. Britania, cum esset 42 annorum[24]; predicavit vero postea 33 annis.]
588. 2. Narsis patricius ad Italiam veniens, Totilam occidit, totamque Italiam ad rem publicam reduxit. 566. H. R.
20 589. 3. Qui deinde per invidiam Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laboravit, accusatur apud 567. Beda Iustinum et coniugem eius Sophiam, quod servitio premeret Italiam, recessit Neapolim Campaniae, et Langobardos introduxit in Italiam.
590. 4. Lewigillus rex Gothorum quasdam Hispaniae regiones sibi rebelles in potestatem regni sui superando redigit. 568. Isid.
25 591. 5. Iohannes papa aeclesiam Philippi et Iacobi, quam predecessor eius Pelagius ceperat, perficiens 569. Beda. dedicavit.
592. 6. Ciclus 3. decennov. incipit indictione 3. 570.
593. 7. Germanus Parisiorum episcopus obiit. 571. ?
594. 8. Fortunatus poeta in Gallis clarus habetur. 572. P. D. II, 13.
30 595. 9. Armenii fidem Christi suscipiunt. 573. Isid.
596. 10. Redemptus Ferentinae civitatis episcopus clarus, ut in dialogo legitur*. 574. *III, 38.
597. 11. Iustinus imperator amentia obiit. 575. P. D. III, 11.
Romanorum 61. *Tiberius Constantinus regnavit annis* 7, *usque in annum* 571. *post passionem Domini.*
598. 1. Gregorius tunc apocrisarius in Constantinopolim, et post papa, in Iob expositionem condit. [Io- 576. Beda. Lib. pont.
35 hannes papa obiit 3. Id. Iulii. Eodem tempore, quo Narsis obiit.]
599. 2. *Benedictus papa* 61. *annis* 4, *mensibus* 2. 577.
600. 3. Gregorius Eutichium Constantinopolitanum episcopum Tiberio presente convicit, ita ut Tiberius 578. Beda. librum Eutici de resurrectione destruens suis catholicis allegationibus, deliberaret flammis cremari debuisse. Scribebat autem id Eutichius, corpus nostrum in resurrectione impalpabile et ventis aerique subtilius esse futurum, contra illud
40 dominicum: „Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habent, sicut me videtis habere". [Langobardi 15. Greg. Dial. III, 28. anno ante dialogum 40 rusticos captivos occiderunt, quia immolaticia cum eis non manducaverunt, aliosque captivos decollaverunt, quoniam caput caprae cum eis non adoraverunt.]
601. 4. Gens Langobardorum, comitante fame et mortalitate, omnem rege Albuino invadit Italiam, ipsamque Romam vastatrix obsidet urbem. 579. Beda.
45 602. 5. Denique cum, vastantibus omnia per circuitum Langobardis, famis habundaret, multa milia fru- 580. cf. Lib. pont. menti navibus Benedictus papa[25] ab Egipto dirigens, Romam sub studio misericordiae relivavit.
603. 6. Gothi per Ermingildum, Levigildi regis filium, bifarię divisi, mutua cede vastantur. [Benedictus 581. Isid. Lib. pont. papa obiit 2. Kal. Agusti.]
604. 7. *Pelagius* 62. *papa annis* 10, *mensibus* 2. [Sanctus Gregorius papa in dialogo sic*: „In 582. *IV, 26.
50 monasterio meo ante decennium Gerontius monachus, gravi infirmitate depressus, somniavit abbatos et clarissimos viros in meum monasterium de superioribus descendisse. Cui unus eorum ait: „Ad hoc venimus, ut de monasterio Gregorii quosdam fratres in militiam mittamus". Ad quem alter ait: „Scribe Marcellum, Valentinianum, Agnellum aliosque atque hunc Gerontium". Qui ita obierunt."]
Romanorum 62. *Mauricius regnavit annis* 21, *mensibus* 4, *hoc est usque Kal. Maii, in anno* 592. *post pas-*
55 *sionem Domini.*
605. 1. Pelagius papa sine iusione Mauricii ordinatus est, eo quod Langobardi Romam per circuitum 583. P. D. III, 20. obsiderent, ita ut nullus foris progredi posset.
606. 2. Sauci[b] a Levigillo rege obtentis[c] Gothis subieciuntur. 584. Beda.
607. 3. Hirminigilldus[d], Levigilldi Gothorum regis filius, ob fidei catholicae confessionem inexpugnabi- 585. Beda.
60 lem a patre Arriano regno privatus, in vinculis et in carcerem proiectus est; ad extremum nocte sancta dominicae resurrectionis, securi in capite percussus, regnum celeste pro terreno rex et martyr possidere promeruit. Cuius frater Richardus, mox ut regnum post patrem accepit, omnem Gothorum cui preerat gentem, instante Leandro Hispalitano episcopo, qui et Hirminigildum docuerat, catholicam convertit ad fidem.
610. 6. Pelagius papa Heliae Aquiliensi episcopo, nolenti tria capitula Calchidonensis [Ciclus solis incipit.] 588. P. D. III, 20.
65 synodi suscipere, epistolam satis utilem misit, quam sanctus Gregorius adhuc diaconus conscripsit.
611. 7. Sanctus[e] pater Columbanus ex Hibernia insula Scotorum cum sancto Ciclus quartus decen. ind. 7. incipit. 589. cf. P. D. IV, 49. Vita S. Columb. Gallo aliisque probatis discipulis venit in Burgundiam, ibique, permittente Theodrico rege,

a) *reliqua a.* 585. *scripta sunt.* b) *lege:* Suevi. c) *lege:* obtenti. d) *haec a.* 607—609. *scripta sunt.* e) *a.* 611 —613. *scripta.*

70 23) *cath culi dremne* i. e. praelium Culedrevnense; v. Tigernachi ann. ap. O'Connor II. p. 142. 24) v. Tigernachi ann. l. l. p. 143. et notam p. 144. 25) In libro pontificali haec de Iustino imperatore narrantur.

monasterium quod Luxovium dicitur edificavit. Exinde a Brundichilda fugatus, Almaniam ingreditur, ubi sanctum Gallum reliquit. Ipse vero in Italiam transiens, monasterium quod Bovium dicitur edificavit; ubi multorum pater monachorum exstitit.

P. D. III, 23. 614. 10. Hoc tempore 16. Kal. Novembris novum diluvium factum est, ut flumen Tiberis super muros urbis Romae influeret; et alveum eiusdem flumenis, cum multa serpentium multitudine draco mirae magnitudinis per urbem usque ad mare descendit. Quam inundationem pestilentia quae dicitur inguinaria statim secuta est, ut pauci de multitudine viverent, in qua primitus Pelagius papa obiit, [8. Idus Februarii]. 592.

P. D. III, 24. 615. 11. *Gregorius* 63. *papa sedit annis* 13, *mensibus* 6. Qui in hac tribulatione a cunctis electus; qui cum letaniam septiformem ordinavit, una hora, dum Deum deprecarentur, subito 80 obierunt. Septiformis autem letania ideo dicitur, quia in septem ordinibus populus erat positus, primo ordine clerus, secundo abbates cum monachis, tertio abbatissae cum suis, quarto infantes, quinto omnes laici, sexto viduae, septimo coniugatae feminae. 593.

Isid. 616. 12. Avares contra Romanos dimicantes, auro magis quam armis peluntur. [G r e g o r i u s i n d i a l o g o s i c*: „Ante hoc triennium in meo monasterio monachus nomine Iustus et medicus ante obitum suum germano nomine Copioso, sibi etiam servienti, tres aureos occulte habere innotuit, quos super eum in sterculinio sepelire fecimus“ et reliqua. „Eodem anno monachus cum a nobis fuisset sepultus, vocavit Iohannem monachum, qui nobis abscedentibus apud sepulchrum permansit et pallens et tremens nobis indicavit, et post dies 10 obiit.“] 594. *IV, 55.

Beda. 617. 13. Gregorius papa anno Mauricii imperii 13, indictione 13, synodum episcoporum 24 ad corpus beati Petri apostoli congregans de necessariis aeclesiae decernit[a]. [Biennio a n t e d i a l o g u m aeclesia Arrianorum iuxta Romam in loco nomine Subura cum catholice consecraretur, introductis in eam sancti Sebastiani et sanctae Agathae reliquiis, diabolus in figura porci per populum extra pertransivit. Post paucos autem dies nubes celitus descendens totam miro odore replevit aeclesiam.] 595. Greg. D. *III, 30.

P. D. IV, 18. 618. 14. Cenobium sancti Benedicti abbatis a Langobardis noctu invaditur. Monachi Romam petierunt, codicem secum sanctae regulae et pondus panis ac mensuram vini deferentes. 596.

cf. Lib. pont. 619. 15. Gregorius adiecit in missa „Diesque nostros“ usque „grege numerari per.“ [Sanctus Gregorius, quinquennio postquam alveum suum Tiberis flumen egressus est, et super muros urbis Romae influeret, D i a l o g u m c o m p o s s u i t, i p s o t e s t e i n l i b r o t e r t i o, c a p i t e 19.] [G r e g o r i u s s i c i n d i a l o g o*: „Nuper quoque in parte Campaniae vir valde venerabilis Martinus in monte Narsico solitariam vitam duxit. Hic catena sibi[b] ferrea pedem ligavit, eamque saxo ex altera parte affixit, ne longius exiret. Quod vir vitae venerabilis Benedictus audiens, cuius memoriam superius feci, ei per discipulum suum mandare curavit: „Si servus Dei es, non te teneat catena ferri, sed catena Christi“. Ad hanc vocem Martinus catenam solvit, et nunquam postmodum plus longitudine catenae exibit. Redeptus Ferentinae civitatis episcopus, qui ante hos fere 7 annos obiit, mihi adhuc in meo monasterio posito dixit, quod tempore predecessoris mei Iohannis papae Yuticius martyr, dum dormiret, iuxta sepulchrum eius sibi ait: „Redempte vigilas?“ Cui respondeo: „Vigilo“. Et ait ter: „Finis venit universae carni“. Mox Langobardi istam terram intrantes finem ei fecerunt.“] 597. Dial. III, 19. *III, 16.

Beda. 620. 16. Idem, missis Britaniam Augustino, Mellito et Iohanne aliisque pluribus cum eis monachis timentibus Deum, ad Christum Anglos convertit. [Columbanus obiit.] 598.

Beda. 621. 17. Et quidem Edilberctus cum crededisset cum sua gente Cantuariorum cui preerat proximisque provinciis, etiam episcopum doctoremqne suum Augustinum et ceteros antistites episcopali sede donabat. Porro gentes Anglorum ab aquilone Humbri fluminis sub regibus Aelle et Edilfrido sitae necdum verbum vitae audierant. 599.

Beda. 622. 18. Gregorius[c] 18° anno Mauricii, indictione 4, scribens Augustino, eodem modo Lundoniae quoque et Eboraci episcopis, accepto a sede apostolica pallio, metropolitanos esse debere, decernit. I n v i t a G r e g o r i i s i c*: „Apostolos ad missam cantandam nihil aliud legimus nisi tantum orationem dominicam.“ 600. *VII, 63.

P. D. IV, 27. 625. 21. Mauricius imperator cum filiis suis, Theodosio, Tiberio et Constantino, a Foca, qui fuit strator Prisci patricii, occiditur. *S i s a n c t u s p a t e r a b b a s B e n e d i c t u s, s i c u t s u i s c r i b u n t*[26], 12. *K a l. A p r i l i s s a b b a t o s a n c t o p a s c h a e o b i i t, i n h o c a n n o v i d e t u r o b i s s e. N i s i e n i m i n a n n o* 96. *a n t e i s t u m a n n u m, o b i t u s e i u s i t a n o n h a b e t u r; q u i t u n c, s i n a t u s, v a l d e p a r v u s f u i t; i n h o c a u t e m a n n o a e t a t i s s u a e p l u s m i n u s v e* 90. *o b i s s e p o s s e t.* 603.

Romanorum 63. *Focas regnavit annis* 8, *u s q u e Kal. Maii, i n a n n o* 600. *p o s t p a s s i o n e m D o m i n i.*

626. 1. Imago Focae 7. Kalend. Maii, indictione 7, Romam delata est, s i c u t i n v i t a s a n c t i G r e g o r i i l e g i t u r*; et postquam a clero et senatu acclamatum est eis in basilica Iuli, iusu sancti Gregorii in basilica sancti Cesarii Lateranensi palatio constituto ponitur. 604. *IV, 20.

cf. L. pont. 627. 2. Sanctus Gregorius papa obiit 4. Idus Martii, indictione 8. 605.

628. 3. *Sabinianus* 64. *papa anno* 1, *mensibus* 10. 606.

L. pont. Isid. 629. 4. [Sabinianus papa obiit 6. Kal. Martii.] [Preterini et Benedicti per Orientem vel Egiptum civile bellum faciunt, ac sese mutua cede prosternunt.] 607. Ciclus decenn. 4. explicit indictione 11.

cf. L. pont. 630. 5. *Bonifatius* 65.[d] *papa mensibus* 10. Hic impetravit a Foca caesare, ut sedes apostolica Romana caput esset aeclesiae, cum antea Constantinopolis primam se omnium scribebat. [Hic constituit in ecclesia beati Petri, cum episcopis 72, presbiteris 33, diaconibus et omni clero, sub anathemate, ut nullus pontifice vivente aut episcopo civitatis suae presumat loqui aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius; adunato clero et famulis aeclesiae, tunc electio fiat.] Bonifatius papa obiit 3. Idus Decembris. 608. L. pont.

631. 6. *Bonifatius* 66.[e] *papa annis* 6, *mensibus* 9. 609.

P. D. IV, 37. 632. 7. Iste obtinuit a Foca, ut in veteri fano, quod Pantheum vocabatur, et a D o m i t i a n o i m p e r a t o r e c o n s t r u c t u m, ecclesiam omnium sanctorum consecrari, ubi omnium deorum cultus agebatur. 610.

ib. 633. 8. Persae contra rem publicam gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias, et ipsam Hierosolimam auferunt, et destruentes ecclesias, sancta quoque profanantes, inter ornamenta sanctorum vel communium locorum etiam vexillum dominicae crucis abducunt. Heraclius, qui Africam regebat, Focam vita privavit. 611.

Romanorum 64. *Heraclius regnavit annis* 27, *h o c e s t u s q u e Kal. Mai i n a n n o* 627. *p o s t p a s s i o n e m D o m i n i.*

a) *deest* 1? 2. *hoc loco addit:* Inter quae etiam haec: „In sancta Romana ecclesia, cui divina dispensatio praeesse me voluit, *etc. quae in codice* 1. *fol.* 170. *post addita sunt*; *v. supra p.* 490. *n.* 42. b) *bis scriptum* 1. c) *haec a.* 622—624. *scripta sunt.* d) LXIV. 1? e) LXV. 1?

26) Vitam S. Mauri indicare videtur; cf. Mabillon Acta I. p. CXII.

634. 1. Anastasius [a] Persa monachus, postea nobiliter pro Christo passus. Qui natus in Perside, magicas a patre artes puer discebat. Sed ubi a captivis christianis nomen Christi salvatoris acceperat, in eum mox toto animo conversus. [Bonifatius papa obiit 8. Kal. Iunii.] 612. Beda. Lib. pont.

637. 4. *Deusdedit, qui et Theodatus,* 67. *papa annis* 4. 615.

5 638. 5. Anastasius [b] vero, relicta Perside, Calcedoniam Herapolimque, Christum querens, ac deinde Hierosolimam petit; ubi baptizatus 4. ab eadem urbe miliario, monasterium abbatis Anastasi intravit, in quo 7 annis regulariter vixit. Qui cum Cesariam Palaestinae orationis gratia venisset, captus a Persis et multa diu verbera inter carceres et vincula a Marzabana duce perpessus, tandem mittitur Persidem ad regem eorum Chosronen, a quo tertio per intervalla temporis verberatus, ad extremum una suspensus manu per tres horas diei, sic quidem decollatus, cum aliis 10 70 martyrium complevit. Mox tunica eius indutus quidam demoniacus curatus est. Interea superveniens cum exercitu Heraclius princeps, superatis Persis, christianos, qui erant captivati, reduxit gaudentes. Reliquie beati martiris Anastasii primo monasterium suum, deinde Romam advectae, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli, quod dicitur ad Aquas Salvias. 616. Beda.

640. 7. [Papa Deusdedit constituit secundam missam in clero. Eodem tempore factus est terre motus 15 maior, mense Augusto, indictione 6. Post hec secuta est clades in populo, id est percussio scabiarum, ita ut nullus poterat mortuum suum cognoscere; et obiit 6. Id. Nov. papa Deusdedit.] 618. Lib. pont.

641. 8. *Bonifatius* 68. *papa sedit annis* 5. 619.

645. 12. [Bonifatius obiit 8. Kal. Novembris. Hic constituit, ut nullus trachatur de aeclesia.] 623. Lib. pont.

646. 13. *Honorius* 69. *papa annis* 12. 624.

20 649. 16. Anno [c] Heracli 16, indictione 15, Eduinus rex Anglorum in Brittania Transhumbranae gentis ad aquilonem, predicante Paulino episcopo, quem misit de Cantia archiepiscopus Iustus, verbum salutis cum gente sua suscepit. Anno autem 11. regni sui, adventus vero Anglorum in Brittaniam plus minus anno 230, hoc gessit. Ipse autem dedit Paulino sedem episcopatus Eburaci. Cui regi in auspicium venturae fidei et regni coelestis potestas terrena crevit; totam enim Brittaniam primus omnium Anglorum sub se subiecit. Ciclus decenn. 6. incipit indict. 15. 627. Beda.

25 654. 21. Eo [d] tempore errorem 14 annorum in observatione paschae apud Scottos exortum, Honorius papa per epistolam redarguit; sed et Iohannes, qui successori eius Severino successit, idem arguebat. Cum enim adhuc esset electus in pontificatum, pro eodem pascha eis scribit. Iohannes quoque et pro Pelagiana heresi, quae apud eos reviviscebat, scripsit. 632. Beda.

657. 24. [Honorius papa obiit 4. Id. Octobris; et cessavit episcopatus anno 1, mensibus 7, diebus 17.] 635. Lib. pont.

30 *Severinus* 70. *papa anno uno.* [Severinus papa obiit 4. Nonas Agusti.] Lib. pont.

658. 25. *Iohannes* 71. *papa anno* 1, *mensibus* 10. 636.

659. 26. Iudei in Hispania christiani efficiuntur. Sisibutus enim, Gothorum gloriosissimus rex, plurimas in Hispania Romanas provincias et Romanae militiae urbes sibi bellando subiecit, et Iudeos sui regni subditos ad fidem Christi convertit. 637. Isid.

35 660. 27. [Iohannes papa obiit 4. Idus Octobris.] Heraclius Constantiopolim obiit. 638. Lib. pont. P. D. IV, 51.

Romanorum 65. *Heraclonas, filius Heracli, cum Martina regnavit annis* 2, *usque in annum* 629. *post passionem.*

661. 1. *Theodorus* 72. *papa annis* 6, *mensibus* 6. Cyrus Alexandriae, Sergius et Pirrus regiae urbis episcopi, acefalorum heresim instaurantes, unam operationem in Christo divinitatis et humanitatis, unam voluntatem dogmatizant. E quibus Pirrus his temporibus sub Theodoro papa Romam veniens ex Affrica, ficta, ut post apparuit, 40 penitentia obtulit eidem papae, presente cuncto clero et populo, libellum cum sua subscriptione, in quo condemnarentur omnia quae a se vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt contra catholicam fidem. Unde et benigne susceptus est ab eo quasi regiae pontifex civitatis. Sed quia reversus domum repetiit errorem domesticam, memoratus papa Theodorus, advocatis cunctis sacerdotibus et clero in aeclesiam beati Petri apostoli, condemnavit eum sub vinculo anathematis. 639. Beda.

45 662. 2. His temporibus Hisidorus Hispaniensis episcopus clarus habetur. 640.

Romanorum 66. *Constantinus, filius Heracli, regnavit mensibus* 6, *quasi usque Kalend. Novembris anno* 629. *post passionem.*

Pirri successor Paulus non tantum vesana doctrina, sicut decessores eius, sed et aperta persecutione catholicos cruciat; apocrisiarios sanctae aeclesiae Romanae, qui ad eius correctionem missi fuerant, partim carceribus, partim 50 exiliis, partim verberibus afficiens. Sed et altare eorum in domo Placidiae sacratum in venerabili oraculo subvertens diripuit, prohibens eos ibidem missas celebrare. Unde et ipse, sicut precessores illius, ab apostolica sede iusta depositionis ultione damnatus est. Beda.

Romanorum 67. *Constantinus, filius Constantini, regnavit annis* 28, *usque in annum* 657. *post passionem.*

663. 1. Hic [e] deceptus a Paulo, sicut Heraclius avus eius a Sergio predicto episcopo; exposuit enim iste 55 typum contra catholicam fidem; nec unam nec duas voluntates aut operationes in Christo diffiniens esse credendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. 641. Beda.

666. 4. Theodorus papa obiit 2. Idus Maii. [Ciclus solis incipit.] 644. cf. L. pont.

667. 5. *Martinus* 73. *papa annis* 6, *mensibus* 2. 645.

668. 6. Ciclus 7. decenn. incipit indict. 4. 646.

60 669. 7. Martinus [f] vero papa propter predictam heresim congregavit Romae sinodum 105 episcoporum; in qua sinodo damnavit sub anathemate Cirum, Sergium, Pirrum et Paulum, hereticos prefatos episcopos. Facta est autem synodus prefata anno imperii Constantini 9°, mense Octobrio, indictione 7. Et post haec missus ab imperatore Theodorus exarchus, tulit Martinum papam de aeclesia Constantiniana, perduxitque eum Constantinopolim, et inde religatus Cersonam Liciae provinciae, ibidemque 4. Idus Novembris obiit; et multis virtutum signis refulget. 647. Beda. cf. L. pont.

65 673. 11. *Eugenius* 74. *papa annis* 2, *mensibus* 10. 651.

674. 12. Eugenius papa obiit 4. Nonis Ianuari. 652. cf. L. pont.

675. 13. *Vitalianus* 75. *papa annis* 14, *mensibus* 6. 653.

676. 14. Constantinus princeps, Vitaliano papa nuper ordinato, misit beato Petro apostolo euangelia aurea, gemmis albis mirae magnitudinis in circuitu ornata. 654. Beda.

70 a) *haec a.* 634—636. *scripta sunt.* b) *haec a.* 638—648. *scripta sunt.* c) *haec a.* 649—653. *scripta sunt.* d) *haec a.* 654—659. *scripta.* e) *haec a.* 663—665. *scripta sunt.* f) *a.* 669—672. *scripta.*

Beda. 682. 20. Ipse[a] vero post aliquot[b] annos venit Romam, [5. die mensis Iuli, feria 4, indict. 6.]. 660.
683. 21. Tunc[a] obtulit [dominico die] super altare sancti Petri pallium auro textile. 661.
684. 22. Et[a] toto exercitu cum cęreis aeclesiam intravit. 662.
685. 23. Hoc[a] vero factum est per indictionem 6, anno 23. imperii Constantini principis. 663.
686. 24. Sequente[a] anno facta est eclipsis solis, quam aetas nostra meminit, quasi hora 10. diei 5. Non. Mai. [Beda.] 664. 5
687. 25. Ciclus decenn. octavus incipit indict. 8. 665.
Beda. 688. 26. Theodorus archiepiscopus et Adrianus abbas, vir aeque doctissimus, a Vitaliano missi Brittaniam, plurimas aeclesias Anglorum doctrinae aeclesiasticae fruge fecundarunt. 666.
L. pont. 689. 27. Cum itaque Constantinus obtulit pallium, mansit in Roma dies 12. Inde indictione 7. Siciliam ingressus, in qua mansit usque indictionem 12. 667. 10
L. pont. 690. 28. In qua indictione in Sicilia a suis [15. die mensis Iulii] in balneo occissus est. Et non longe post Vitalianus papa obiit, [6. Kal. Februarii]. 668.
Romanorum 68. *Constantinus, filius Constantini superioris, regnavit annis* 17, *usque in annum* 674. *post passionem.* 15
L. pont. 691. 1. *Adeodatus* 76. *papa post Petrum annis* 4, *mensibus* 2; [obiit 6. Kal. Iul.]. 669.
Beda. 692. 2. Sarraceni Siciliam invadunt; qui[c], preda nimia secum ablata, mox Alexandriam redeunt. 670.
694. 4. Hic Constantinus princeps sextam synodum instituit. [Ciclus solis incipit.] 672.
L. pont. 695. 5. *Conus papa* 77. *post Petrum anno* 1, *mensibus* 6; [obiit 3. Id. Apr.]. 673.
696. 6. Hibernia insula sanctorum sanctis et mirabilibus perplurimis sublimiter plena habetur. 674. 20
697. 7. *Agatho papa* 78. *post Petrum annis* 2, *mensibus* 7. 675.
Beda. 698. 8. Agatho papa, ex rogatu Constantini, Heracli et Tiberii principum piisimorum, misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat Iohannes, Romanae aeclesiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei aeclesiarum. Qui* benignissime suscepti a reverentissimo fidei catholicae defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico conloquio de fide vera perquirere, data eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum quos petebant libellis. Adfuerunt autem et episcopi centum quinquaginta, presidente Georgio patriercha regiae urbis et Antiochiae Machario. Et convicti sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, fallsasse patrum catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu, Georgius correctus est, Macharius vero cum suis sequacibus simul et precessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pirro, Paulo et Petro, anathematizatus, et in locum eius Theophanius abbas de Sicilia Antiochiae episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, ut Iohannes Portuensis episcopus, qui unus erat ex ipsis, dominica octavarum paschae missas publicas in aeclesia sanctae Sophiae coram principe et patriercha Latine celebraret. Haec est sexta sinodus universalis Constantinopoli celebrata, et Greco sermone conscripta, temporibus Agathonis papae, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis 150 residentibus. Prima enim universalis sinodus in Nicea congregata est contra Arrium 318 patrum, temporibus Silvestri papae, sub Constantino Magno. Secunda in Constantinopolim 150 patrum, contra Macedonium et Eudoxium, temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso 200 patrum, contra Nestorium Augustae urbis episcopum, sub Theodosio Magno principe et papa Caelestino. Quarta in Calcedone patrum 630, sub Leone papa, temporibus Marciani imperatoris. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigili papae, sub Iustiniano principe, contra Theodorum et omnes hereticos.** Sexta haec. 676. 25 30 35 40
L. pont. [Agatho papa obiit 4. Idus Ianuarii.] [Tempore Agathonis papae, indictione 8, luna eclipsin pertulit die 18. mensis Iun.]
L. pont. * *In margine haec leguntur:* Qui in urbem regiam, id est Constantinopolim, ingredientes, die 10. mensis Novembris, indictione 9[a], die 18. mensis Novembr., die dominico, ad processionem imperatoris Constantini honorifice vocati sunt. Die 17. autem mensis Februarii, die dominico, interrogatus est patriarcha Georgius de fide catholica. 45
** *fol.* 154. *in superiori margine haec leguntur:* Arrius dixit, Patrem maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam esse. Machedonius negabat Spiritum sanctum. Nestorius dixit, sanctam Mariam non Dei, sed hominis tantum genitricem esse. Euthiceus Constantinopolitanus abbas dixit, Christum per humanam assumtionem non ex duabus existere naturis, sed solam in eo divinam naturam manere. Theodorus dixit, alium esse Deum verbum, et alium esse Christum, et Mariam non Dei esse matrem. Macharius vero Constantinopolitanus episcopus dixit, unam voluntatem et operationem in Christo esse. 50
L. pont. 699. 9. *Leo papa* 79. *mensibus*[d] 11. [Leo papa obiit 5. Non. Iulii; et cessavit episcopatus mensibus 11. Hoc tempore Leonis papae, die 16. mensis Aprilis, indictione 11, luna eclipsin pertulit, post cenam Domini, nocte pene tota in sanguineo vultu elaboravit, donec post gallicantum cepit paulatim delimpidare et in suo reverti.] 677. 55
700. 10. Sanctus Beda presbiter, Anglicus compotator, his temporibus clarus habetur. 678.
701. 11. *Benedictus papa* 80. *annis* 4, *mensibus* 10. 679.
cf. L. pont. 702. 12. Iste ab ineunte aetate in aeclesia militavit, et paupertatis amator semper pro Christo extitit. 680.
Beda. 703. 13. Sancta[e] virgo Edilthrida, filia Annae regis Anglorum, cum magnificis tribus viris fuit coniuncta; post 12 annos thorum incorrupta servavit maritalem. Post reginam, accepto in construendum monasterium loco qui et Eilge dicitur, abbatissa et nutrix sanctarum virginum virgo consecratur. Cuius caro post 16 annos sepulturae, et vestis, qua involuta erat, incorrupta repperitur. 681. 60
cf. L. pont. 706. 16. Benedictus papa obiit [post dies paschae] 8. Idus Maii, et sepultus apud beatum Petrum. 684.
L. pont. 707. 17. *Iohannes* 81. *papa anno* 1, *mense* 1. [Huius tempore regnavit Iustinianus, augusto mortuo patre, in initio mensis Septembris, indictione 14. Iohannes papa obiit 4. Non. Agusti.] 685. 65
Beda. *Romanorum* 69. *Iustinianus minor, filius Constantini, annis* 10, *usque in annum* 684. *post passionem.*
708. 1. *Conon* 82. *papa anno* 1, *mensibus* 11. 686.
709. 2. Sanctus Kilianus Scottus, de Hibernia insula natus, Wirziburgiensis episcopus, clarus habetur. [Conon papa obiit 21. die Septembris.] 687.
L. pont. 710. 3. *Sergius* 83. *papa annis* 13, *mensibus* 9. Pipinus, Ansgisi, Arnolfi filius, regit Francos annis 27. 688. 70

a) *haec* (*a.* 676—686.) *diversis annis scripta coniungenda esse patet.* b) aliqut 1. c) *haec a.* 693. *scripta sunt.*
d) *ante* mensibus *scriptum sed deletum est:* anno uno. e) *haec a.* 703—705. *scripta sunt.*

711. 4. Iustinianus [a] constituit pacem cum Sarracenis decennio terra marique; sed et provincia Affrica 689. Beda. subiugata est Romano imperio, quae erat detenta a Sarracenis, ipsa quoque Cartagine ab eis capta et destructa.

712. 5. [Sergius papa constituit, ut tempore confractionis dominici corporis Agnus Dei a clero cantaretur.] 690. L. pont.

714. 7. Iustinianus Sergium papam, qui erratice suae sinodo, quam Constantinopolim fecerat, favere et 692. Beda.
5 subscribere noluisset, misso Zacharia protospatario suo, iussit Constantinopolim deportari; sed [b] prevenit militia Ravennatae urbis vicinarumque partium iussa principis nefanda, et eundem Zachariam contumeliis et iniuriis ab urbe Roma pepulit.

716. 9. Sergius papa ordinavit venerabilem virum Vilbrordum, cognomine Clementem, Fresonum genti 694. Beda. episcopum, de Brittania natum, genere Anglicum.

717. 10. Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloria privatus, exul in Pontum secedit. 695. Beda.

10 *Romanorum* 70. *Leo regnavit annis* 3, *usque in annum* 687. *post passionem Domini.*

718. 1. Papa Sergius in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam, quae in angulo obscurissimo 696. Beda. diutissime iacuerat, et in ea crucem diversis ac pretiosissimis lapidibus adornatam, Domino revelante, repperit; de qua tractis quatuor petallis, quibus gemae inclusae erant mirae magnitudinis, portionem ligni salutiferi dominicae crucis interius repositam inspexit. Quae ex tempore illo annis omnibus in basilica Salvatoris, quae appellatur Constantiniana,
15 die exaltationis eius ab omni osculetur atque adoratur populo.

719. 2. Reverentissimus aecclesiae Lindisfranensis in Brittania ex anchorita antistes Cudberctus totam ab 697. Beda. infantia usque ad senium vitam miraculorum signis inclitam duxit. Cuius dum 11 annos maneret corpus humatum, incorruptum post haec quasi hora eadem defuncti simul cum veste qua tegebatur inventum est.

720. 3. Tiberius contra Leonem insurgens, regnum eius invasit, eumque, quamdiu ipse regnavit, in eadem 698. P. D. VI, 13
20 civitate in custodia tenuit.

Romanorum 71. *regnavit Tiberius annis* 7, *usque in annum* 694. *post passionem Domini.*

721. 1. Synodus Aquileiae facta ob imperitiam fidei quintum concilium universale suscipere diffidit, donec 699. Beda. salutaribus beati papae Sergi monitis instructa, et [c] ipsa huic cum ceteris Christi aeclesis adnuere consentit.

722. 2. [Ciclus solis incipit.] 700.

25 723. 3. Sergius papa obiit 5. die Idus Septenbris, [indictione 14.]. 701. L. pont.

724. 4. *Iohannes* 84. *papa annis* 3, *mensibus* 3. 702.

725. 5. Beda presbiter in libro de temporibus, in anno quo Ciclus decenn. 10. incipit ind. 1. 703. eum condidit, et ita perhibet*: „Si vis nosse, quot sunt anni ab incarnatione Domini iuxta Dionisium, scito, quot *c. 14. fuerint ordines indictionum; utpote in presenti anno 5. Tiberii 46. Hos multiplica per 15, fiunt 690; adde semper
30 regulares 12, quia 4. indictione secundum Dionisium natus est Dominus, et indictionem anni illius cuiuscumque volueris, utpote in presente unam, fiunt 703; isti sunt anni nativitatis Domini iuxta Dionisium.“ Haec Beda.

726. 6. Gisulfus, dux gentis Langobardorum Beneventi, Campaniam igne gladio et captivitate vastavit; 704. Beda. cumque non esset qui eius impetu resisteret, apostolicus papa Iohannes, qui Sergio successerat, missis ad eum sacerdotibus ac donariis perplurimis, universos redemit captivos, atque hostes domum redire fecit. Iohannes papa obiit indic- L. pont.
35 tione 3. secundum gesta pontificum.

727. 7. *Iohannes* 85. *papa annis* 2, *mensibus* 8. Iohannes papa inter multa opera inlustrium fecit orato- 705. Beda rium sanctae Dei genitrici opere pulcherrimo, intra ecclesiam beati Petri apostoli. Herebertus rex Langobardorum multas curtes et patrimonia Alpium Cottiarum, et quae quondam ad ius pertinebant apostolicae sedis, sed a Langobardis multo tempore fuerant ablata, restituit iuri eiusdem sedis, et hanc donationem aureis scriptam litteris Romam direxit.

40 *Romanorum* 72. *regnavit Iustinianus II. cum Tiberio filio suo annis* 6, usque in annum 700. post passionem.

728. 1. Hic auxilio Interpelli regis Vulgarorum regnum recipiens, occidit eos qui se expulerant patricios, 706. Beda et Leonem, qui locum eius usurpaverat, necnon et successorem eius Tiberium, [tempore Iohannis papae, secundum gesta pontificum]. Gallinicum vero patriercham erutis oculis misit Romam, et dedit episcopatum Cyro, qui erat abbas in Ponto, eumque alebat exulem. [Iohannes papa obiit 15. Kal. Novembris, indictione 6.] L. pont.

45 729. 2. *Sisinnius* 86. *papa post Petrum mense uno.* [Sisinnius papa obiit 8. Id. Novembris.] 707. L. pont.

730. 3. *Constantinus* 87. *papa annis* 7, *mense* 1. 708.

731. 4. Iustinianus Constantinum papam ad se venire iubens, honorifice suscepit ac remisit, ita ut eum 709. Beda. die dominica missas sibi facere iubiens, communionem de manu eius acceperit; quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta aeclesiae privilegia renovavit.

50 732. 5. Qui [d] cum exercitum mitteret in Pontum, multum prohibente papa apostolico, ad comprehendendum Philippicum quem ibi reliquerat, conversus omnis exercitus ad partem Philippici, fecit eum ibidem imperatorem.

733. 6. Reversusque [d] cum eo Constantinopolim, pugnavit contra Iustinianum, ad 12um ab urbe miliarium, 710. et victo atque occiso Iustiniano, regnum suscepit Philippicus.

[Constantinus [e] papa iusu imperatoris Iustiniani, die 5. mensis Octobris, indictione 9, egressus de Roma, venit L. pont.
55 Ydronto, ubi moras fecit, quia hiems erat. Iustinianus autem imperator a Nicea Bithiniae precepit papae, ut Nicomediam veniret oviam regi a Nicea venienti; ubi papa et rex simul convenierunt. Papa de Nicomedia egressus, 24. die mensis Octobris, indictione 10, Romam intravit; deinde post menses 3 audivit, quod Philipicus Iustinianum occidit.]

Romanorum 73. *regnavit Philippicus anno uno, mensibus* 6, usque in annum 702. post passionem Domini.

734. 1. Hic eiecit Cyrum de pontificatu, eumque ad gubernandum abbatis iure monasterium suum Pon- 712. Beda.
60 tum redire precepit. Idem Constantino papae misit litteras pravi dogmatis, quas ille cum apostolicae sedis concilio respuit. Et huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quae acta sex sanctarum synodorum universalium continerent. Nam et huiusmodi picturas, cum haberentur in urbe regia, Philippicus iusserat auferri. Statuitque populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut cartas vel figuram solidi susciperent; unde nec eius effigies in aeclesia introducta est, nec nomen ad missam prolatum.

65 735. 2. Contra hunc Anastasius insurgens, regno oculisque eum privavit. 713. P. D. VI, 31

Romanorum 74. *regnavit Anastasius annis* 3, *usque in annum* 7.. *post passionem Domini.*

736. 1. Iste litteras Constantino papae Romam per Scholasticum patricium et exarchum Italiae direxit, qui- 714. Beda. bus se fautorem catholicae fidei et sancti sexti concilii predicatorem esse dixit. [Constantinus papa obiit 6. Idus Ianuarii.] L. pont.

737. 2. *Gregorius* 88. *papa annis* 18, *mensibus* 10. Hic erat vir castus et sapiens, qui Boni- 715.
70 facium, patre atque etiam matre Scottum, ordinavit episcopum ad sedem Mogontinum, et per

a) *a.* 711—713. *scripta.* b) *haec a.* 715. *scripta.* c) *haec a.* 722. *scripta.* d) *cum a.* 731. *coniungenda.* e) *haec in margine sine anni indictione* 1.

eum in Germania verbum salutis predicavit, gentemque illam in tenebris sedentem euangelica luce inlustravit. [Iste enim Bonifatius de Hibernia missus est cum Willebrordo Anglico episcopo; ut in vita eius Wil. legitur a. 27.] [Gregorii papae tempore, indictione 14, visa est luna cruentata usque ad mediam noctem. Qui Gregorius fuit temporibus imperatorum Anastasi et Theodosi et Leonis.] Pipinus, filius Ansgisii Anchisae Troiani nomine appellatus, apud Gallias Francorum regnans, obiit. Cui Carolus, qui et maior domus, filius eius, in regno successit per annos 27, usque ad filios suos Carolomannum et Pipinum primum imperatorum Francorum. Liutbrandus rex Langobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quam Hereberctus rex fecerat et ille repetierat, ammonitione venerabilis papae Gregori confirmavit. Ecberctus vir sanctus de gente Anglorum et sacerdos monachica vita et peregrinus exornans, plurimas Scotticae gentis provincias ad canonicam paschalis temporis observantiam, a qua diutius aberraverant, pia predicatione convertit, anno ab incarnatione Domini iuxta Dionisium 716.

738. 3. Gregorius [b] papa constituit, ut in quadragesimali tempore ieiunium atque missarum celebritas fieret, quod ante eum non erat. 716.

Romanorum 75. *Theodosius regnavit anno uno, usque in annum* 705. *post passionem Domini.*

739. 1. Anastasius augustus cum clasem in Alexandriam contra Sarracenos direxit, exercitus dimidio itinere revertitur, et Theodosium imperatorem facit, coactumque eum in solio imperii confirmavit. Qui deinde apud Nicenam civitatem gravi prelio vicit Anastasium, in quo septem milia de exercitu ceciderunt. Capto autem Anastasio, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbeterum fieri fecit ordinari. Theodosius vero, ut regnavit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sanctae sex synodi erant depictae, et a Philippico fuerat deiecta, pristino in loco erexit. Tiberis fluvius alveum suum egressus [indictione 15.] multa Romae fecit exitia, ita ut in via Lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontum Molvium aquae se descendentes coniungerent. Mansit autem diebus 7, donec, agentibus lętanias crebras civibus, demum die revertitur. Beda sic: „Multi Anglorum de Brittania Romam venerunt, inter quos etiam reverentissimus abbas meus Ceolfridus, annos natus 74, cum esset presbiter annis 47, abbas autem annos 35, ubi Lingonas pervenit, obiit et in aeclesia Geminorum martirum sepultus est; qui inter alia donaria misit aeclesiae sancti Petri Pandectem a beato Hieronimo in Latinum Hebreo vel Greco fonte translatum." 717.

Romanorum 76. *regnavit Leo annis* 9, *et inde annis* 15 *usque ad Pipinum Francorum primum imperatorem, hoc est usque in annum* 729. *post passionem Domini.*

740. 1. 718.

741. 2. Sarraceni [c] cum imenso exercitu Constantinopolim [civitatem] triennio obsident, donec civibus multa instantia orationum ad Deum clamaverunt. Tunc plurimi Sarracenorum fame, frigore et pestilentia perierunt. Saraceni vero pertaesi obsidionis abscedunt. Qui inde regressi, Vulgarorum gentem, quae est super Danubium, bello adgrediuntur. Ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt suas [d]. 719.

744. 5. Ciclus undecimus decennov. ind. 5. incipit. 722.

745. 6. [Iuramentum sancti Scotti archiepiscopi Bonifatii*, in ecclesia sancti Petri apostoli coram papa Gregorio II, imperatoris Leonis anno 6. sed et Constantini imperatoris filii eius.] 723.

747. 8. Hoc [e] anno Beda computator minorem compoti librum componit, ipso ita teste*: „Si vis nosse per annos singulos quot sunt epactae, sume annos Domini iuxta Dionisium, quot fuerint, utputa in presenti octava indictione 725, partire per decem novem decies novies triceni quingenti septuaginta, decies novies octoni centum quinquagies dupondius, remanent tres; hos item multiplica per decem, fiunt triginta tres; tolle triginta, remanent tres; isti tres sunt epactae presentis anni." Haec ait Beda. 725.

749. 10. Alia epistola eiusdem [28] papae Gregorii secundi ad Bonifatium*, data 10. Kal. Decembris, imperii Leonis anno 10. sed et Constantini regni anno 8, indictione decima et reliq.] 727.

750. 11. [Langobardis [f] indictione 11. pervasum est Sutrinse castellum, et quadraginta [Ciclus solis incipit.] diebus possessosum ab eis, donec Gregorii papae continuis scriptis et donationibus dimiserunt. Mense Ianuarii, indictione 12, plus diebus stella quae Antifer dicitur apparuit in occidua, radiens in aquilone et ad medium coelum, tempore Gregorii papae.] 728.

753. 14. [Gregorius papa obiit 3. Idus Februarii, indictione 14, Leone et Constantino imperatoribus.] 731.

754. 15. *Gregorius* 89. *papa annis* 11. 732.

755. 16. Sarraceni vero predicti [29] cum altum peterent, ingruente subita tempestate, plurimi etiam mersi sunt ex ipsis et necati. Plurimae [g] enim naves eorum merse et confractae erant per litora. 733.

757. 18. Liutbrandus [h] vero rex Langobardorum audivit, quod Sarraceni loca sancta corrumperent. Audivit, quod, depopulata Sardinia, etiam loca illa fedarent, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant recondita. Misit ergo, et dato magno pretio accepit, et transtulit ea in Ticinis, ibique cum debito tanti patris honore recondidit. 735.

759. 20. *Beda computator obiit* 2. *Kal. Ian.* 737.

760. 21. Gregorius predictus papa constituit in missa: „quorum solennitas hodie [i]" et reliqua usque „largitor admitte per Christum dominum nostrum." [Initium Herolvesfeld.] 738.

762. 23. Ipse vero obiit 4. Kal. Dec. sepultusque est in aeclesia beati Petri. [Epistola tertii Gregorii ad Bonifacium Scottum Mogontinum archiepiscopum*, data 4. Kal. Novembris, Leonis imperii anno 23. et Constantini filii eius 20, indictione 8.] [Gregorius [k] tertius fuit temporibus Leonis et Constantini imperatorum, ea persecutione grassante quae per ipsos mota est ad depositionem et destructionem sacrarum imaginum domini nostri Iesu Christi et sancte Dei genetricis et sanctorum apostolorum omniumque sanctorum et martirum et confessorum, pro quibus papa, ut ab hoc resipiscerent ac removerentur errore, misit instituta apostolicae sedis per Georgeum presbiterum, qui cum ea ob metum imperatoribus Constantinopolin non reddit, iterum de Roma a papa ad regiam urbem directus, secundo eadem dedit, quae scripta in parte in Sicilia insula retinuit, non ultra ad Constantinopolin permisit, et portatorem exilio per annum relegavit. Unde papa in concilio 23 episcoporum cum presbiteris et diaconibus et cuncto 740.

a) *haec in inferiore margine fol.* 155., *ubi sequuntur:* Constantinus papa iusu *etc. quae supra a.* 733. *posuimus; deinde:* Gregorii *etc.* b) *eadem a.* 737. *post* inlustravit *scripta erant, sed nunc erasa.* c) *haec a.* 741—747. *scripta.* d) *haec a.* 747. *Pergunt a.* 755. e) *haec a.* 747—753. *scripta.* f) *summo in margine fol.* 156. *sine anno.* g) *haec a.* 756. h) *a.* 757—759. *scripta.* i) *haec a.* 761. *scripta.* k) *haec in margine scripta* 1.

27) v. vitam Bonifacii auct. Willibrordo c. 6. 28) sc. eius qui a. 745. nominatus est. 29) v. a. 741.

clero et nobilibus, etiam consulibus et reliquis christianis plebibus, coram corpore beati Petri apostoli statuit, ut si quis deinceps antiqua consuetudinis apostolice tenentis fidelem usum contemnens contra easdem imagines depositor atque destructor et profanator vel blasphemus extitit, sit extorris a corpore et a sanguine domini nostri Iesu Christi vel totius ecclesiae unitate et compage; quod et subscriptione sua sollempniter confirmavit cum omni concilio. Quae sinodalia 5 pro erigendis sacris imaginibus per Constantinum defensorem misit imperatoribus, quae similiter tenuerunt et portatorem in carcerem per annum tenuerunt et tunc cum iniuris remiserunt, sed et tota Romana provincia pro erigendis imaginibus supplicationis scripta unanimiter ad eosdem imperatores direxerunt per Sergium patricium et straticum insulae Ciciliae, a quibus imperatores scripta rapuerunt, et portatores 8 mensibus tenentes, cum exprobris et iniuris remisserunt. Iterum papa per Petrum defensorem ad regiam urbem tam Anastasio pervasore sedis Constantinopolitanae quamque 10 imperatoribus Leoni et Constantino.] *L. pont.*

763. 24. Karolus, filius Pipini, qui et maior domus dictus, rex Francorum obiit. [Leo imperator obiit. Constantinus, filius eius successit.] * — Ciclus decennoven. 12. incipit ind. 9. — 741.

* *hoc anno in margine etiam haec leguntur:* [Rome est ecclesia sanctae Mariae que vocatur ad Mart.]

Romanorum[a] 77. *regnavit Pipinus, filius Karoli, Francorum primus imperator, annis* 27, usque in annum 15 755. post passionem Domini.

764. 1. [Gregorius papa obiit 4. Kal. Dec. indictione 10.] — 742. *L. pont.*

Zacharias 90. *papa ann.* 11.

765. 2. Sanctus Bonifatius Mogontinus archiepiscopus clarus habetur. [Epistola Zachariae papae ad Bonifatium*, data Kal. April., 24. anno regni Constantini, sed imperii eius anno 2, indictione 20 11. et reliqua. Epistola Zachariae papae ad Bonifacium Scottum archiepiscopum Mogontinum*, data Nonas Ianuarias, regni Constantini anno 28, imperii eius anno 6, indictione 15. Alia epistola Zachariae papae ad Bonifacium Scottum archiepiscopum Mogontinum*, data Kal. Maii, anno 29. regni Constantini patris eius, id est imperii anno 7, indictione 1. Alia epistola Zachariae papae ad Bonifacium*, data 2. Non. Novembris, Constantini anno 32, patris eius anno 11, indictione 5.] — 743. *Conc. III. p. 1882. *ib. p. 1906. *ib. p. 1909. *ib. p. 1915.

25 766. 3. Sanctus Bonifatius Fuldam monasterium in solitudine Bochonia inchoavit. — 744. cf. A. Hersf. Fuld.

767. 4. Carolomannus rex, frater imperatoris, cum fratre tractat seculum dimittere. — 745. cf. Reg.

768. 5. Carolomannus imperium permittens, Almaniam ingreditur. — 746. A. Aug.

769. 6. Carolomannus pergens Romam, tonsoratur a papa Zacharia. [Carolomannus Rome in monte Soracte apud ecclesiam sancti Silvestri constructo monasterio cum fratribus secum ad hoc venientibus per aliquot annos 30 perfruitur. Sed ob insolentiam Francorum Romam visitantium, qui eum velud dominum quondam suum preterire nolebant, ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Casino secessit, ubi postea regulariter vixit.] — 747. A. Hersf. Einh. c. 2.

770. 7. Grifo fugit in Saxoniam ob metum imperatoris[b]. — 748. A. Hersf.

771. 8. Grifo iterum de Saxonia revertitur. — 749. A. Hersf.

772. 9. Pipinus decreto Zachariae papae a Bonifatio Mogontino archiepiscopo unguitur in imperatorem, 35 et deinde ob id post papam secundus habetur episcopus Mogontinus[c]. — 750. A. Hersf. ib. a. 746.

773. 10. [Burgardus primus episcopus Wirtiburgensis consecratur, et sedit ann.[d] 40[e].] — 751. A. Hersf.

774. 11. Grifo obiit. Zacharias papa obiit Id. Mart., indictione quinta. — 752. A. Hersf. L. pont.

775. 12. *Stephanus* 91. *papa post Petrum annis* 5, *mense* 1. Stephanus papa et Carlomannus predictus monachus a monte Casina venerunt ad Pipinum in Franciam, petentes defensionem contra Haistulfum regem Langobardorum. — 753. A. Hersf. cf. Reg.

40 776. 13. Unxit autem Stephanus duos filios Pipini Carolomannum et Karolum Magnum in imperatores 5. Kal. August. [Stephanus[f] papa venit de Roma 14. die mensis Octobr. indictione 7, et 15. die mensis Novembr. cum licentia Astulfi regis Langobardorum de civitate Papia indictione 7. ad Franciam venit, ubi in loco nomine Ponticone Pipinum invenit, qui die 6. mensis Ianuar. papae promisit omne quod petivit; et post dies unxit papa Pipinum cum duobus filiis suis reges Francorum. Tunc in monasterio in Francia Carolomannus monachus obiit. Pipinus et Stepha-45 nus papa, occisis Langobardis bello et fugato Aistulfo rege eorum, 8. Idus obsedent civitatem Papiam. Item Aistulfus obsides dedit. Iterum Pipinus contra Aistulfum Langobardos intrat, Papiam civitatem obsedit, et Aistulfus obsedes reddit.] — 754. A. Hersf. L. pont.

777. 14. Sanctus Bonifatius archiepiscopus adnuntiens verbum Dei in Fresia[g], passus est cum aliis martiribus Non. Iunii. — 755. A. Hersf. Reg.

778. 15. Lullus archiepiscopus post Bonifatium successit annis 32. — 756. A. Hersf.

50 779. 16. Organum primitus venit in Franciam, missum a Constantino rege Greciae Pipino imperatori. — [Aistulfus[h] rex Langobardorum obiit; cui Desiderius dux successit.] [Stephanus[h] papa obiit 5. Kal. Mai, indictione 10. Cui successit germanus eius Paulus, tempore Leonis et Constantini imperatorum.] — 757. A. Hersf. L. pont.

780. 17. *Paulus* 92. *papa post Petrum annis* 10, *mense* 1. — 758.

781. 18. Pipinus imperator in Saxoniam ingreditur. — 759. A. Aug.

55 782. 19. Pipinus in Vascones ingreditur. — 760. A. Aug.

783. 20. Pipinus imperator Italiam intravit et bellum contra regem Langobardorum Haistulfum suscepit. — 761. Einh. c. 6.

784. 21. Pipinus[i] Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Ticenum compulit, et obsides dare et recepta a Romanis oppida atque castella restituere et ut reddita non repeterentur sacramento fidem facere. — 762. ib.

787. 24. Hiemps grandis et valde etiam durissimus. — 765. A. Hersf.

60 788. 25. Gordogangus episcopus corpora sanctorum Gorgoni et Nazarii in Franciam Roma advexit. — 766. A. Hersf.

789. 26. Pipinus, finito Aquitanico bello, contra Waifarium ducem Aquitaniae ab eo suscepto, per continuos 9 annos gesto, Turonis ad Sanctum Martinum causa orationis perrexit. — 767. Einh. c. 3. Reg.

790. 27. Inde egressus, Parisius ad Sanctum Dionisium vix perveniens, ibi morbo aquae intercutis 9. Kal. Octobr. obiit, et sepultus. — [Paulus[k] papa obiit in aestate, et cessavit episcopatus anno 1, mense 1; quo Constantinus 65 laicus transgressor apostolicae sedis invasor extitit. Idem [indictione[l]] 6. mense Iulio depositus est, et Stephanus papa succesit, et quaesivit episcopos peritos a Pipino imperatore, qui iudicarent Constantinum in synodo. Nuncii papae venerunt ad Karolum et Carlomannum, quia interim Pipinus obiit, et Constantinus papa caecatus est. Facto igitur concilio — 768. Einh. c. 3. L. pont.

a) *Inde ab hoc anno V. Cl. Heyse codicem cum edito contulit; qui notas marginales de cyclis etc. minus accurate indicasse videtur. Orthographiam quoque non semper emendavit.* b) i. Pippini 3. c) usque in hodiernum diem *add.* 3. 70 d) *superscr.* 1. e) IX. 3. f) *haec in marg. superiore* 1. g) frisea 3. h) *haec in marg.* 1. i) *haec. a.* 784—786. *scripta; et similiter etiam in sequentibus auctor saepius quae ad unum annum pertinent pluribus scripsit.* k) *haec in marg. a.* 787. *vel* 788. 1., *a.* 789. 3. *desunt* 2. 2*. 2**. l) *deest* 1. *qui* Idem *pro* indictione *scripsisse videtur.* Idem Constantinus VI[a] feria 3.

eum in Germania verbum salutis predicavit, gentemque illam in tenebris sedentem euangelica luce inlustravit. [Iste enim Bonifatius de Hibernia missus est cum Willebrordo Anglico episcopo; ut in vita eius Wil. legitur[a][27].] [Gregorii papae tempore, indictione 14, visa est luna cruentata usque ad mediam noctem. Qui Gregorius fuit temporibus imperatorum Anastasi et Theodosi et Leonis.] Pipinus, filius Ansgisii Anchisae Troiani nomine appellatus, apud Gallias Francorum regnans, obiit. Cui Carolus, qui et maior domus, filius eius, in regno successit per annos 27, usque ad filios suos Carolomannum et Pipinum primum imperatorum Francorum. Liutbrandus rex Langobardorum donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quam Hereberctus rex fecerat et ille repetierat, ammonitione venerabilis papae Gregori confirmavit. Ecberctus vir sanctus de gente Anglorum et sacerdos monachica vita et peregrinus exornans, plurimas Scotticae gentis provincias ad canonicam paschalis temporis observantiam, a qua diutius aberraverant, pia predicatione convertit, anno ab incarnatione Domini iuxta Dionisium 716.

738. 3. Gregorius[b] papa constituit, ut in quadragesimali tempore ieiunium atque missarum celebritas fieret, quod ante eum non erat. — 716.

Romanorum 75. *Theodosius regnavit anno uno, usque in annum* 705. *post passionem Domini.*

739. 1. Anastasius augustus cum clasem in Alexandriam contra Sarracenos direxit, exercitus dimidio itinere revertitur, et Theodosium imperatorem facit, coactumque eum in solio imperii confirmavit. Qui deinde apud Nicenam civitatem gravi prelio vicit Anastasium, in quo septem milia de exercitu ceciderunt. Capto autem Anastasio, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbeterum fieri fecit ordinari. Theodosius vero, ut regnavit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sanctae sex synodi erant depictae, et a Philippico fuerat deiecta, pristino in loco erexit. Tiberis fluvius alveum suum egressus [indictione 15.] multa Romae fecit exitia, ita ut in via Lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontum Molvium aquae se descendentes coniungerent. Mansit autem diebus 7, donec, agentibus lętanias crebras civibus, demum die revertitur. Beda sic: „Multi Anglorum de Brittania Romam venerunt, inter quos etiam reverentissimus abbas meus Ceolfridus, annos natus 74, cum esset presbiter annis 47, abbas autem annos 35, ubi Lingonas pervenit, obiit et in aeclesia Geminorum martirum sepultus est; qui inter alia donaria misit aeclesiae sancti Petri Pandectem a beato Hieronimo in Latinum Hebreo vel Greco fonte translatum." — 717.

Romanorum 76. *regnavit Leo annis* 9, *et inde annis* 15 *usque ad Pipinum Francorum primum imperatorem, hoc est usque in annum* 729. *post passionem Domini.*

740. 1. — 718.

741. 2. Sarraceni[c] cum imenso exercitu Constantinopolim [civitatem] triennio obsident, donec civibus multa instantia orationum ad Deum clamaverunt. Tunc plurimi Sarracenorum fame, frigore et pestilentia perierunt. Saraceni vero pertaesi obsidionis abscedunt. Qui inde regressi, Vulgarorum gentem, quae est super Danubium, bello adgrediuntur. Ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt suas[d]. — 719.

744. 5. Ciclus undecimus decennov. ind. 5. incipit. — 722.

745. 6. [Iuramentum sancti Scotti archiepiscopi Bonifatii*, in ecclesia sancti Petri apostoli coram papa Gregorio II, imperatoris Leonis anno 6. sed et Constantini imperatoris filii eius.] — 723.

747. 8. Hoc[e] anno Beda computator minorem compoti librum componit, ipso ita teste*: „Si vis nosse per annos singulos quot sunt epactae, sume annos Domini iuxta Dionisium, quot fuerint, utputa in presenti octava indictione 725, partire per decem novem decies novies triceni quingenti septuaginta, decies novies octoni centum quinquagies dupondius, remanent tres; hos item multiplica per decem, fiunt triginta tres; tolle triginta, remanent tres; isti tres sunt epactae presentis anni." Haec ait Beda. — 725.

749. 10. Alia epistola eiusdem[28] papae Gregorii secundi ad Bonifatium*, data 10. Kal. Decembris, imperii Leonis anno 10. sed et Constantini regni anno 8, indictione decima et reliq.] — 727.

750. 11. [Langobardis[f] indictione 11. pervasum est Sutrinse castellum, et quadraginta diebus possessosum ab eis, donec Gregorii papae continuis scriptis et donationibus dimiserunt. Mense Ianuarii, indictione 12, plus diebus stella quae Antifer dicitur apparuit in occidua, radiens in aquilone et ad medium coelum, tempore Gregorii papae.] — [Ciclus solis incipit.] 728.

753. 14. [Gregorius papa obiit 3. Idus Februarii, indictione 14, Leone et Constantino imperatoribus.] — 731.

754. 15. *Gregorius* 89. *papa annis* 11. — 732.

755. 16. Sarraceni vero predicti[29] cum altum peterent, ingruente subita tempestate, plurimi etiam mersi sunt ex ipsis et necati. Plurimae[g] enim naves eorum merse et confractae erant per litora. — 733.

757. 18. Liutbrandus[h] vero rex Langobardorum audivit, quod Sarraceni loca sancta corrumperent. Audivit, quod, depopulata Sardinia, etiam loca illa fedarent, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant recondita. Misit ergo, et dato magno pretio accepit, et transtulit ea in Ticinis, ibique cum debito tanti patris honore recondidit. — 735.

759. 20. *Beda computator obiit* 2. *Kal. Ian.* — 737.

760. 21. Gregorius predictus papa constituit in missa: „quorum solennitas hodie[i]" et reliqua usque „largitor admitte per Christum dominum nostrum." [Initium Herolvesfeld.] — 738.

762. 23. Ipse vero obiit 4. Kal. Dec. sepultusque est in aeclesia beati Petri. [Epistola tertii Gregorii ad Bonifacium Scottum Mogontinum archiepiscopum*, data 4. Kal. Novembris, Leonis imperii anno 23. et Constantini filii eius 20, indictione 8.] [Gregorius[k] tertius fuit temporibus Leonis et Constantini imperatorum, ea persecutione grassante quae per ipsos mota est ad depositionem et destructionem sacrarum imaginum domini nostri Iesu Christi et sancte Dei genetricis et sanctorum apostolorum omniumque sanctorum et martirum et confessorum, pro quibus papa, ut ab hoc resipiscerent ac removerentur errore, misit instituta apostolicae sedis per Georgeum presbiterum, qui cum ea ob metum imperatoribus Constantinopolin non reddit, iterum de Roma a papa ad regiam urbem directus, secundo eadem dedit, quae scripta in parte in Sicilia insula retinuit, non ultra ad Constantinopolin permisit, et portatorem exilio per annum relegavit. Unde papa in concilio 23 episcoporum cum presbiteris et diaconibus et cuncto — 740.

a) *haec in inferiore margine fol.* 155., *ubi sequuntur:* Constantinus papa iusu *etc. quae supra a.* 733. *posuimus; deinde:* Gregorii *etc.* b) *eadem a.* 737. *post* inlustravit *scripta erant, sed nunc erasa.* c) *haec a.* 741—747. *scripta.* d) *haec a.* 747. *Pergunt a.* 755. e) *haec a.* 747—753. *scripta.* f) *summo in margine fol.* 156. *sine anno.* g) *haec a.* 756. h) *a.* 757—759. *scripta.* i) *haec a.* 761. *scripta.* k) *haec in margine scripta* 1.

27) v. vitam Bonifacii auct. Willibrordo c. 6. 28) sc. eius qui a. 745. nominatus est. 29) v. a. 741.

clero et nobilibus, etiam consulibus et reliquis christianis plebibus, coram corpore beati Petri apostoli statuit, ut si quis deinceps antiqua consuetudinis apostolice tenentis fidelem usum contemnens contra easdem imagines depositor atque destructor et profanator vel blasphemus extitit, sit extorris a corpore et a sanguine domini nostri Iesu Christi vel totius ecclesiae unitate et compage; quod et subscriptione sua sollempniter confirmavit cum omni concilio. Quae sinodalia pro erigendis sacris imaginibus per Constantinum defensorem misit imperatoribus, quae similiter tenuerunt et portatorem in carcerem per annum tenuerunt et tunc cum iniuris remiserunt, sed et tota Romana provincia pro erigendis imaginibus supplicationis scripta unanimiter ad eosdem imperatores direxerunt per Sergium patricium et straticum insulae Ciciliae, a quibus imperatores scripta rapuerunt, et portatores 8 mensibus tenentes, cum exprobris et iniuris remisserunt. Iterum papa per Petrum defensorem ad regiam urbem tam Anastasio pervasore sedis Constantinopolitanae quamque imperatoribus Leoni et Constantino.] L. pont.

763. 24. Karolus, filius Pipini, qui et maior domus dictus, rex Francorum obiit. [Leo imperator obiit. Constantinus, filius eius successit.] * — Ciclus decennoven. 12. incipit ind. 9. — 741.

* *hoc anno in margine etiam haec leguntur:* [Rome est ecclesia sanctae Mariae que vocatur ad Mart.]

Romanorum[a] 77. *regnavit Pipinus, filius Karoli, Francorum primus imperator, annis* 27, usque in annum 755. post passionem Domini.

764. 1. [Gregorius papa obiit 4. Kal. Dec. indictione 10.] — 742. L. pont.

Zacharias 90. *papa ann.* 11.

765. 2. Sanctus Bonifatius Mogontinus archiepiscopus clarus habetur. [Epistola Zachariae papae ad Bonifatium*, data Kal. April., 24. anno regni Constantini, sed imperii eius anno 2, indictione 11. et reliqua. Epistola Zachariae papae ad Bonifacium Scottum archiepiscopum Mogontinum*, data Nonas Ianuarias, regni Constantini anno 28, imperii eius anno 6, indictione 15. Alia epistola Zachariae papae ad Bonifacium Scottum archiepiscopum Mogontinum*, data Kal. Maii, anno 29. regni Constantini patris eius, id est imperii anno 7, indictione 1. Alia epistola Zachariae papae ad Bonifacium*, data 2. Non. Novembris, Constantini anno 32, patris eius anno 11, indictione 5.] — 743. *Conc. III. p. 1882. *ib. p. 1906. *ib. p. 1909. *ib. p. 1915.

766. 3. Sanctus Bonifatius Fuldam monasterium in solitudine Bochonia inchoavit. — 744. cf. A. Hersf. Fuld.

767. 4. Carolomannus rex, frater imperatoris, cum fratre tractat seculum dimittere. — 745. cf. Reg.

768. 5. Carolomannus imperium permittens, Almaniam ingreditur. — 746. A. Aug.

769. 6. Carolomannus pergens Romam, tonsoratur a papa Zacharia. [Carolomannus Rome in monte Soracte apud ecclesiam sancti Silvestri constructo monasterio cum fratribus secum ad hoc venientibus per aliquot annos perfruitur. Sed ob insolentiam Francorum Romam visitantium, qui eum velud dominum quondam suum preterire nolebant, ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Casino secessit, ubi postea regulariter vixit.] — 747. A. Hersf. Einh. c. 2.

770. 7. Grifo fugit in Saxoniam ob metum imperatoris[b]. — 748. A. Hersf.

771. 8. Grifo iterum de Saxonia revertitur. — 749. A. Hersf.

772. 9. Pipinus decreto Zachariae papae a Bonifatio Mogontino archiepiscopo unguitur in imperatorem, et deinde ob id post papam secundus habetur episcopus Mogontinus[c]. — 750. A. Hersf. ib. a. 746.

773. 10. [Burgardus primus episcopus Wirtiburgensis consecratur, et sedit ann.[d] 40[e].] — 751. A. Hersf.

774. 11. Grifo obiit. Zacharias papa obiit Id. Mart., indictione quinta. — 752. A. Hersf. L. pont.

775. 12. *Stephanus* 91. *papa post Petrum annis* 5, *mense* 1. Stephanus papa et Carlomannus predictus monachus a monte Casina venerunt ad Pipinum in Franciam, petentes defensionem contra Haistulfum regem Langobardorum. — 753. A. Hersf. cf. Reg.

776. 13. Unxit autem Stephanus duos filios Pipini Carolomannum et Karolum Magnum in imperatores 5. Kal. August. [Stephanus[f] papa venit de Roma 14. die mensis Octobr. indictione 7, et 15. die mensis Novembr. cum licentia Astulfi regis Langobardorum de civitate Papia indictione 7. ad Franciam venit, ubi in loco nomine Ponticone Pipinum invenit, qui die 6. mensis Ianuar. papae promisit omne quod petivit; et post dies unxit papa Pipinum cum duobus filiis suis reges Francorum. Tunc in monasterio in Francia Carolomannus monachus obiit. Pipinus et Stephanus papa, occisis Langobardis bello et fugato Aistulfo rege eorum, 8. Idus obsedent civitatem Papiam. Item Aistulfus obsides dedit. Iterum Pipinus contra Aistulfum Langobardos intrat, Papiam civitatem obsedit, et Aistulfus obsedes reddit.] — 754. A. Hersf. L. pont.

777. 14. Sanctus Bonifatius archiepiscopus adnuntiens verbum Dei in Fresia[g], passus est cum aliis martiribus Non. Iunii. — 755. A. Hersf. Reg.

778. 15. Lullus archiepiscopus post Bonifatium successit annis 32. — 756. A. Hersf.

779. 16. Organum primitus venit in Franciam, missum a Constantino rege Greciae Pipino imperatori. — [Aistulfus[h] rex Langobardorum obiit; cui Desiderius dux successit.] [Stephanus[h] papa obiit 5. Kal. Mai, indictione 10. Cui successit germanus eius Paulus, tempore Leonis et Constantini imperatorum.] — 757. A. Hersf. L. pont.

780. 17. *Paulus* 92. *papa post Petrum annis* 10, *mense* 1. — 758.

781. 18. Pipinus imperator in Saxoniam ingreditur. — 759. A. Aug.

782. 19. Pipinus in Vascones ingreditur. — 760. A. Aug.

783. 20. Pipinus imperator Italiam intravit et bellum contra regem Langobardorum Haistulfum suscepit. — 761. Einh. c. 6.

784. 21. Pipinus[i] Haistulfum regem paucorum dierum obsidione apud Ticenum compulit, et obsides dare et recepta a Romanis oppida atque castella restituere et ut reddita non repeterentur sacramento fidem facere. — 762. ib.

787. 24. Hiemps grandis et valde etiam durissimus. — 765. A. Hersf.

788. 25. Gordogangus episcopus corpora sanctorum Gorgoni et Nazarii in Franciam Roma advexit. — 766. A. Hersf.

789. 26. Pipinus, finito Aquitanico bello, contra Waifarium ducem Aquitaniae ab eo suscepto, per continuos 9 annos gesto, Turonis ad Sanctum Martinum causa orationis perrexit. — 767. Einh. c. 3. Reg.

790. 27. Inde egressus, Parisius ad Sanctum Dionisium vix perveniens, ibi morbo aquae intercutis 9. Kal. Octobr. obiit, et sepultus. — [Paulus[k] papa obiit in aestate, et cessavit episcopatus anno 1, mense 1; quo Constantinus laicus transgressor apostolicae sedis invasor extitit. Idem [indictione[l]] 6. mense Iulio depositus est, et Stephanus papa succesit, et quaesivit episcopos peritos a Pipino imperatore, qui iudicarent Constantinum in synodo. Nuncii papae venerunt ad Karolum et Carlomannum, quia interim Pipinus obiit, et Constantinus papa caecatus est. Facto igitur concilio — 768. Einh. c. 3. L. pont.

a) *Inde ab hoc anno V. Cl. Heyse codicem cum edito contulit; qui notas marginales de cyclis etc. minus accurate indicasse videtur. Orthographiam quoque non semper emendavit.* b) i. Pippini 3. c) usque in hodiernum diem *add.* 3. d) *superscr.* 1. e) IX. 3. f) *haec in marg. superiore* 1. g) frisea 3. h) *haec in marg.* 1. i) *haec. a.* 784—786. *scripta; et similiter etiam in sequentibus auctor saepius quae ad unum annum pertinent pluribus scripsit.* k) *haec in marg. a.* 787. *vel* 788. 1., *a.* 789. 3. *desunt* 2. 2*. 2**. l) *deest* 1. *qui* Idem *pro* indictione *scripsisse videtur.* Idem Constantinus VI[a] feria 3.

L. pont. in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi iuxta Lateranis Rome, combusserunt omnes sacerdotes Constantinum in medio presbyterii ipsius ecclesiae, alapis eius cervicem caedere prius facientes in ecclesia; sicque combustus est. Clerus et populus et papa clamabant kyrieleyson, et statuerunt ut omnes consecrationes eius iteratae[a*] fuissent preter baptisma et chrisma. Rogavit autem papa Constantinus Constantinum et Leonem augustos magnos imperatores, deprecans eorum imperialem clementiam, ut in ipsis Greciae partibus Paulum exilio mancipatum retineri precepissent. — Antequam[a] mortuus esset Paulus papa, ilico Toto dux Nepesinae civitatis et Passinus et Paschale[b] germanum suum Constantinum laicum fecerunt papam, et comminando invite Georgio episcopo, compulerunt eum orationem clericatus eidem Constantino tribui; sicque clericus factus est, et alio die secunda feria subdiaconus et diaconus illucescente die ab eodem episcopo factus, et dominico die sequenti in basilica beati[c] Petri cum armata multitudine a Georgio Penestrinae episcopo et Eustadio Albanense et Citonato Portuense episcopis tribus pontifex consecratus est; qui consecravit episcopos 8, presbyteros 8, diaconos 4 et reliqua per annum et mensem.]

Romanorum 78. *regnavit Karolus Magnus, filius Pipini, annis* 46 *mensibusque quatuor.*

791. 1. *Stephanus* 93. *papa annis* 4. 769.

Einh. 792. 2. Mortuo autem Pipino rege, Franci generali conventu totum regnum inter filios eius Karolum et Carlomannum aeque diviserunt, et Karolus partem patris eorum[d] Pipini, Carolomannus vero partem patrui[e] eorum Carlomanni suscepit. Carlomannus autem post administratum biennio regnum in villa Salmoniaco obiit, 2. Non. Octobr., et Karolus in toto regno rex constituitur. 770. (Reg.)

Adrianus 94. *papa annis* 23.

Einh. c. 5. 6. 795. 5. Karolus, Hunoldo, qui post mortem Wafari bellum Carolo conabatur, fugato, et Aquitania subiecta, rogatu Adriani papae in Italiam perrexit. 773.

ib. 796. 6. Karolus Desiderium regem Langobardorum longa obsidione fatigans, in dicionem suam suscepit; filiumque eius Adelgisum, in quo omnes spem inclinabant, ab Italia compellit, atque Italiam totam subegit; et omnia a Langobardorum regibus erepta tam Romanis quam Adriano papae restituit, et tunc primum Romam pervenit sabbato sancto pasche. 774. (cf. L. pont.)

Einh. c. 7. 8. 797. 7. Subiecta Italia, Saxonicum bellum, biennio ante Italicum inceptum, repetitum est, et per 33 annos permansit. Quorum Saxonum Karolus 10 milia hominum captivorum cum uxoribus et parvulis dispersit. 775.

Einh. c. 9. 799. 9. Karolus Hispaniam subiecit, et incolumi exercitu revertitur. 777.

Einh. c. 10. 800. 10. Domuit et Britones, qui in occidente Galliae super litus residebant. 778.

A. Aug. cf. A. Hersf. 801. 11. Karolus iterum in Saxoniam; et fames magna mortalitasque in Francia. Sanctus Sturmi abbas primus Fuldensis obiit 16. Kal. Novemb. Ciclus decennov. 14. incipit indict. 2. 779.

802. 12. Cui successit Baugolfus abbas. 780.

A. Aug. 803. 13. Karolus Saxoniam capit. 781.

A. Hersf. 804. 14. Karolus secundo Romam perrexit, ibique baptizatus est filius eius Carlomannus, quem Adrianus papa mutato nomine vocavit Pipinum. 782.

A. Hersf. cf. Theg. c. 2. 805. 15. Hiltigart regina obiit, tres filios, Carolum, Pipinum et Ludovicum, Carolo relinquens. 783.

ib. 806. 16. Post quam Karolus Fastradam sibi sociavit in coniugium. 784.

A. Hersf. (Q.) 807. 17. Coniuratio Hardradi et orientalium. 785.

A. Hersf. (Q.) Einh. c. 18. A. Hersf. Aug. 808. 18. Karolus pergit Italiam, qui matrem suam Berhatradam in basilica apud Sanctum Dionisium iuxta patrem Pipinum humavit cum magna gloria. Karolus tertio Romam perrexit, et signa crucis in vestibus hominum apparuerunt. Lullus archiepiscopus Mogontinus obiit 17. Kal. Nov. hora diei secunda. Richolfus sibi successit annis 27.* [Richolfus[g] ordinatur in episcopum Mogontiae 4. Non. Mart. in die dominico in monasterio beati Petri quod est Frislar.] Sanguis e coelo et de terra profluxit. 786. (A. Hersf.)

* qui basilicam sanctissimi martiris Albani a fundamentis inchoavit, mirifico opere perfecit et interius exteriusque[i] ditavit. *addunt* 2. 2*. 2**.

A. Hersf. 809. 19. Karolus a Roma pergit in Beneventum ad Sanctum Benedictum, et per Alamaniam venit ad Baioariam. 787.

A. Aug. 810. 20. Baiaria capta est, Tasilo duce eius deposito. 788.

A. Hersf. 811. 21. Karolus Sclavos qui dicuntur Vulzi[k] subegit. 789.

A. Hersf. (L.) 812. 22. Basilica sancti Bonifacii Fuldense monasterium fundatur. 790.

A. Hersf. 813. 23. Karolus perrexit Pannoniam[l]. 791.

A. Hersf. A. Aug. L. pont. 814. 24. Karolus Avaros subegit, et Hunorum regnum vastat. [Anno[m] 20. Adriani papae mense Decembr., indictione 15, fluvius Tiberis per campestra intumescens, portam quae dicitur Flaminia a fundamentis usque ad arcum evellit, qui[n] tres fulcidas eam deduxit et muros transcendit in aliquibus ad portam beati Petri, et ad pontem Molvium aque descenderunt per triduum.] 792.

A. Hersf. 815. 25. Coniuratio Pipini filii sui contra Karolum patrem suum. Qui consilio detecto tonsuratur, et sociorum eius alii decollantur atque alii suspenduntur. 793.

A. Hersf. Einh. c. 18. 816. 26. Heresis Filiciani[o] in synodo apud Franconoford habita damnatur. Fastrada regina, de genere Germanorum, obiit*; post quam Karolus Liutgardam duxit Alamanniam. 794.

* in monasterio sancti Albani ad aquilonalem plagam ante altare sanctae Dei genitricis sepulta est. *addunt* 2. 2*. 2**. et apud Sanctum Albanum sepelitur. *addit etiam* 3.

ib. et c. 19. L. pont. 817. 27. Adrianus papa obiit in nativitate Domini; quem velud fratrem aut carissimum filium planxit Karolus. [Adrianus[p] papa obiit 7. Kalend. Ianuarii, indictione 4.] 795.

818. 28. *Leo* 95. *papa annis* 20, *mensibus* 6. 796.

Reg. 819. 29. Romani Leonem papam letania maiore captum excaecaverunt, et linguam eius radicitus absciderunt. Qui in custodia missus, noctu per murum evasit, et ad legatos Karoli, Wirundum abbatem et Winegesium Spolitanorum ducem veniens, Spoliatum[q] ductus est; et ad regem Karolum in Saxoniam apud Baderbrunnam, pre- 797.

a*) *ita* 1. irritae 2. 3. a) *haec in marg. post locum ad a.* 732. *relatum leguntur. Anno* 789 (767.) 3. *Desunt* 2. 2*. 2**. b) *lege:* Paschalis. c) *deest* 1? d) eius 1? 3. e) patruus 1. g) *in marg.* 1. *In* 2. *a.* 320. *leguntur.* i) exterius *deest* 2? k) wilzi 3. l) per annoniam 3. m) *in marg.* 1. *Desunt* 2. 2**. n) qu 1. qui vocatur *Lib. pont.* o) *lege:* Feliciana. p) *in marg.* 1. q) spoletum 3.

sente Richolfo episcopo Mogontino, pervenit, a quibus summo honore susceptus est. Karolus ungitur in imperatorem a papa Leone.

820. 30. 15. ciclus decennovennalis incipit indictione sexta. 798.

821. 31. Karolus legendi et psallendi disciplinam diligentissime emendavit. 799. Einh. c. 26.

5 822. 32. Karolus quarta vice Romam cum papa Leone pergit propter reparandum qui nimis conturbatus erat ecclesiae statum, et ibi totum hiemem transegit. 800. Einh. c. 28.

823. 33. Karolus etiam eo tempore a Romanis augustus appellatus est. 801. A. Hersf.

824. 34. Amarmurmulus rex Persarum elefantem et alia munera misit regi Karolo. 802. A. Hersf.

825. 35. Karolus pontem 500 passuum longitudinis trans Renum Moguntiacum[a] construxit; tanta enim 10 ibi est fluminis latitudo. 803. A. Hersf. Einh. c. 17.

826. 36. Leo papa venit in Franciam. 804. A. Hersf.

827. 37. Karolus, filius Karoli imperatoris, Bohemios vastat, Lechonem regem eorum occidens. [Ecclesia[b] sancti Albani hoc anno dedicatur*, hoc est 805. indictione 13.] 805. A. Hersf.

* dedicatur hoc anno Kal. Decemb., indictione 13, qui est annus vigesimus Richolfi post 15 acceptum episcopatum, octavus autem[b*] postquam episcopus est consecratus. 2. 2*. 2**.

828. 38. Primus annus endicadis. Mortalitas maxima orta[c] est in monasterio Fuldensi, ita ut plurimi ipsorum monachorum morerentur. 806. A. Hersf.

829. 39. Karolus religionem christianam, qua ab infantia fuit imbutus, sanctissime et cum summa pietate coluit; circa[c*] pauperes sustentandos et elemosinam devotissimus erat. 807. Einh. c. 26. Einh. c. 27.

20 832. 42.* Karolus, antequam deciderat[d], per quatuor annos crebro febribus correptus. 810. Einh. c. 22.

* Pippinus, filius imperatoris Karoli, obiit (*ex Theg. c.* 5.). Maxima mortalitas boum totam pene vastavit Europam. (*cf. A. Weiss.*) *addunt* 2. 2*. 2**.

833. 43.* Karolus, regni in Francia 43, in Italia autem 36, imperii anno 11, indictione 4, thesauros et vestes caeteraque omnia divisit per tres partes. Quarum[e] duas partes per viginti unam partem[f] totidem metropolitanis 25 civitatibus, quae in regno eius noscuntur[g], partitus est; quarum nomina haec sunt: Roma 1, Ravenna 2, Mediolanum 3, Forum Iulii 4, Gradus 5, Colonia 6, Moguntiacus 7, Iuvavum, quae et Salzburg, 8, Treverus[h] 9, Senones 10, Vesontio 11, Lugdunum[i] 12, Rotomagus 13, Remis 14, Areles 15, Vienna 16, Darantasia[k] 17, Ebrodunum 18, Burdigala 19, Turones 20, Bituriges 21. Unusquisque autem metropolitanus episcopus unam partem suae ecclesiae et duas suffraganeis suis dare debuit. Tertia vero pars vel usque ad obitum eius, vel usque dum vellet carere, in usu cottidiano habe-30 retur**; cuius tunc prima pars predictis metropolitaneis episcopis ad easdem predictas partes adderetur, altera filiis et filiabus et nepotibus, tertia pauperibus, quarta servis et ancillis distribueretur. Precium librorum suorum, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, pauperibus erogare precepit. 811. Einh. c. 33.

* Karolus, primogenitus imperatoris, obiit (*ex Theg. c.* 5.). Ipse vero imperator K. *addunt* 2. 2*. 2**.

** dum usu cott. c. v. mansit, ipsaque postremo quatuor divisionibus secata est. Prima pars addita est ad viginti 35 et unam supradictas, altera cessit filiis et f. et n., tertia pauperibus distributa est, quarta servis et ancillis palatio famulantibus. Ad tertiam vero partem addita sunt vasa atque utensilia ex aere et ferro aliisque metallis cum armis et vestibus et omnis suppellex ad varios usus, ut sunt cortinae, stragula, tapetia, filtra, coria, sagmata, ut erogatio elemosinae ad plures pervenire potuisset. Capellam, id est ecclesiasticum ministerium, quod per hereditatem sibi venit, integrum servari decrevit, exceptis si qua ipsae eidem[l] capellae in vasis aut libris 40 addidisset, quae qui vellet emeret. Horum ergo precium atque librorum, q. m. c. in b. s. habuit, pauperibus erogatur. (*ex Einh.*) 2. 2*. 2**.

835. 45. Pons apud Mogontiacum, quem per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno Karolus construxit*, anno primo antequam obiit, tribus horis conflagravit, nec quidem una ex eo astula remansit. Pons** predictus apud Mogontiam erat trans Renum, 45 quem, quia de eo latrones noctu, hominibus in Renum proiectis, rapiebant predam, Richolfus Mogontinus episcopus comburi precepit. Richolfus Mogontinus episcopus obiit, Haistolfus post eum successit annis 11. Karolus, circa Kalendas Novembris habito generali conventu, vocavit de Aquitania ad se Ludowicum filium suum, et cum eum moneret, die dominico precepit ei, ut propriis manibus suis de magno altari Aquisgrani coronam imperii capiti suo superponeret, qui donatus magnis muneribus Aquitaniam perrexit. Karolus*** cum Aquisgrani hiemaret, 50 mense Ianuarii febre correptus est. In quo 5. Kalend. Februarii, hora diei 3, indictione 7, 72. anno aetatis, [incar. 814.[m]] obiit; et ibi Aquisgrani eadem die in basilica Salvatoris sanctaeque Dei genitricis, quam ipse ex fundamento mirifico opere construxit, sepultus est. 813. cf. Einh. c. 17. A. Hersf. Einh. c. 30. Einh. c. 31.

* ita ut perpetuo durare posse videretur *add.* 2. (2*?) 2**.

** Pontem autem ipsum Richolfus episcopus dicitur iussisse incendere propter latrocinia quae noctibus in eo 55 exercebantur, dum homines spoliati in flumen[n] ipsum iacti necabantur; sed Einhardus, qui vitam Karoli istius scripsit, hoc fortuitu refert contigisse. 2. 2*. 2**.

*** Imperator vero mense Ianuario post balneum febre corripitur. In quo cum septem dies laborasset, septimo die, accepto corpore et sanguine Domini, ut confirmaret exitum suum, laboravit ipso die et nocte sequenti. Sequenti vero die luce adveniente sciens quod facturus erat, manu dextera ut potuit signo sanctae crucis totum 60 corpus suum signavit, deindeque colligens pedes, et[o] brachia super corpus extendens, clausis oculis hunc versum psallens: „In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum", in senectute bona obiit *etc.* 2. (2*?) 2**. (*ex Thegan. c.* 7.)

Romanorum 79. *Ludowicus regnavit annis* 26, *mensibus* 11 *usque* . . . .

836. 1. Ludowicus omnem iniustitiam sui regni inquirens restauravit. 814. Theg. c. 13.

65 837. 2. Baugolfus abbas Fuldensis obiit, 8. Idus Iulii. Iussumque est, ut omnes monachi cursum sancti Benedicti cantarent. Ratgerus abbas annis 5. 815. A. Hersf.

838. 3. Ludowici exercitus Sclavos superant, et Leo papa obiit. 816. Theg. c. 15. 16.

a) moguntiaci 3. b) *in marg.* 1. b*) a. o. 2. c) morta 1. c*) *ad a.* 831. 1. d) decederat *corr.* decid. 1. e) *ad a.* 836. 1. f) partē 1. 3. g) esse n. 3. h) treueris 3. i) lugdunus 3. k) datrantasia 1. dratantasia 3. l) c. 70 e. 2. m) *erasa* 1. *desunt* 3. n) fl. proiciebantur 2*. o) ad 2?

Theg. c. 16. 17. 839. 4. *Stephanus* 96. *papa annis* 2 a, *mensibus* 7. Stephanus papa, obviante Ludowico in campo magno Remensium, sequenti die dominico coram omni populo ante missam unxit eum in imperatorem, et auream coronam mirae pulchritudinis, cum preciosissimis gemmis mirabiliter ornatam, portatam de Roma secum, imposuit super caput eius, aliamque coronam auream capiti Irmingardae reginae, nominans eam augustam. Ciclus 16. decennovennalis incipit indictione 10. 817.

ib. 840. 5. Stephanus vero papa, postea donatus magnis muneribus et honesto in itinere servitio, ad Romam a rege dimissus, et non longe post obiit. 818. 5

cf. A. Hersf. 841. 6. Dedicatur monasterium sancti Bonifatii Fulda Kal. Nov. 819.

842. 7. Ratgerus abbas Fuldensis obiit 8. Idus Dec. Egil abbas successit annis 5. 820.

A. Hersf. Theg. c. 25. *Paschalis* 97. *papa annis* . . . .[b]. Ludowicus imperator Britanniam subegit, ducem eius Murcomannum occidens. Inde regrediens Irmingardam reginam febricitantem invenit, quae paulo post inde obiit. 10

A. Hersf. Theg. c. 26. 843. 8. Ludowicus imperator Iudit, filiam Hwelfi ducis Baioariae, reginam sibi sociavit, et Ingulenheim villa regia generale placitum suum habuit. 821.

Theg. c. 27. 844. 9. Ludowicus imperator per exercitum suum orientales Sclavos vastat, ducem eorum nomine Liduit fugato. 822.

Theg. c. 28. 845. 10. Ludowicus imperator primogenito filio suo Lothario, placito generali habito, filiam Hugi comitis coniunxit[c]. 823. 15

Theg. c. 29. 846. 11. Ludowicus imperator de placito generale Attiniaco[d] palatio Lutharium filium cum coniuge sua Irmingarde in Italiam direxit,* indeque Franconofurt venit, et natalem Domini celebravit. Paschalis papa obiit. 824.

A Hersf. *Eugenius* 98. *papa annis* 3. Haistolfus episcopus Mogontinus obiit.

A. Hersf. Theg. c. 31. 847. 12. Otgarius episcopus a n n . . . .* Ludowicus imperator vastat Britanniam. 825.

* Qui cum ad Italiam ob discordiam filii ab imperatore cum aliis directus Papiam venisset, quidam clericus cum[e] reliquiis[e] sancti Severi[f] Ravennae urbis episcopi necnon uxoris eius Vincentiae filiaeque eius Innocentiae, quas furto abstulerat, ad eundem Otgarium se contulit et ei quid egisset innotuit. Otgarius autem gaudens easdem reliquias suscepit, et eas Mogontiacum secum adduxit, atque in monasterio sancti Albani sanctam Vincentiam ad australem plagam, sanctam vero Innocentiam ad aquilonalem posuit, sanctum vero Severum iuxta altare sancti Albani, cuius postea reliquias ad Erphesfurt transtulit. *addunt* 2. 2*. 2**. (*cf. Lamb. a.* 836.). 20 25

848. 13. Egil abbas Fuldensis obiit 14. Kal. Iul. Rabanus successit annis 20. 826.

Theg. c. 32. Ludowico imperatori Aquis legati Vulgarorum munera portant.

Theg. c. 33. 849. 14. Ludowicus imperator Ingilenheim Herioltum de Danais[g] de fonte baptismatis, et uxorem eius regina Iudith elevavit. Cui cum magnam Fresonum partem dedit, donis honorificis cum legatis suis eum dimisit. 827. 30

Valentinus 99. *papa*.

Theg. c. 34. 850. 15. Ludowicus imperator dirigens exercitum contra Sarracenos obiam[h], fugavit eos. 828.

ib. 851. 16. Ludowicus de Ingelenheim post generale placitum venit Commarciacum. 829.

Theg. c. 35. A. Aug. 852. 17. Ludowicus Wormatia Karolo, filio Iudit et suo[i], terram Alamanicam et Redicam et partem Burgundiae dans coram filiis suis Luthorio, Ludowico et Pipino, qui tres germani sunt indignati inde. Corpora sanctorum Valentini, Senesii in Augeam insulam 5.[k] Idus Apr. venerunt. 830. 35

Theg. c. 36. Theg. c. 37. 853. 18. *Gregorius papa* 100. Iudith* regina, quasi violata a duce Bernhardo, et[l] imperatoris sacro fonte baptismatis filio, a primatibus regni velata est et in monasterium missa. Fratres etiam reginae Cuonradum et Rudolfum tondentes et in monasterium mittentes; quos in Novio super flumen Valum cum veritate superavit rex, reginam[m], Aquis obviam ei venientem, iubente papa Gregorio, accepit[n]. 831. 40

* Ludovicus imperator de Aquisgrani palatio venit ad Compendium, ibique filius eius Pippinus cum multis perfidis venit ei obviam, volens eum de regno expellere; sed equivocus imperatoris filius ei[n*] contradixit. Dicebant autem illi perfidi, Iudit reginam violatam esse a quodam duce Bernhardo, qui erat de stirpe regali, mentientes omnia. Sicque vi velantes eam in monasterium miserunt; similiterque fratres *etc.* 2. (*ex Theg. c.* 36.)

Theg. c. 38. 854. 19. Bernhardus dux in palatio Theodonis coram rege et filiis suis purgavit se, cum nullus vel armis eum culpabilem cum regina fecisset. 832. 45

855. 20. Filii regis temptaverunt regnum, patrem dehonorantes. 833.

Theg. c. 42. 856. 21. Ludowicus imperator a [filiis[o]] suis, id est Pipino, Ludowico et Lothario, imperio privatur; obviam ei venientes cum Gregorio papa in campo magno, qui est inter Argentoriam et Basiliam. Tunc separantes reginam ab eo et mittentes eam in Italiam in civitatem Tartunam, Pipinus in Aquitaniam, Ludowicus in Baioariam perrexit. Lotharius vero patrem ad Compendium palatium et inde Aquisgrani conduxit, et in custodia inclusit, et ibi celebravit natale Domini, patre adhuc incluso. 834. 50

Theg. c. 48. 857. 22. Post vero epiphaniam Lothorius, quia contra eum cum patre erat Ludo[wicus, compellit patrem secum ire ad Compendium. Quos cum multitudine secutus[p]] est Ludowicus; et cum prope esset, fugiens Lothorius, patrem Ludowicus conduxit ad sedem regalem Aquis, et ibi pariter pascha celebraverunt. 835. 55

858. 23. Ciclus 17. decennovennalis incipit indictione 14. 836.

A. Aug. 860. 25. Pauto[q] diaconus palatii lapsus est in iudaismum. 838.

A. Aug. 861. 26. Eclipsis solis 3. Non. Mai inter 8. et 9. horam in vigilia ascensionis Domini. 839.

Reg. 862. 27. Ludowicus imperator dum filium suum Ludowicum trans Renum persequeretur, morbo gravatur, et in navim per Moin in Renum deducitur, vix in insula Ingelheim perveniens, obiit ibi 11. Kal. Iunii, et inde in mense Martio asportatus in basilica sancti Arnolfi sepultus, statimque Lothorius Italia egressus imperium arripuit. 840. 60

Romanorum 80. *Lothorius regnavit annis* 15.

Reg. 863. 1. Ludowicus vero et Carolus paterno regno privati, apud Fontaniacum fratrem Lotharium bello vincunt. 841.

Reg. 864. 2. Tres[r] supradicti fratres regnum Francorum inter se diviserunt: Carolus occidentem a Britannico 842. 65

a) X. 2. 2*. *corr.* II. 1. *numerus erasus* 3. b) *ita* 1. VII. *e corr.* 3. a. . . . *desunt* 2. 2**. *ubi haec ad a.* 841. 840. *referuntur.* c) coniuxit 1. d) attinco 1. e) *deest* 2. 2**. f) *deest* 2? g) danis 1. h) *i. e.* obviam. i) f. suo ex i. regina 2. f. suo et i. r. 3. k) VI. 2. l) *deest* 3. B. qui erat de stirpe regali 2. 2*. (2**?). m) regnā 1. n) praecepto Gregorii papae aliorumque episcoporum iusto iudicio suscepit 2. (2*?). (2**?). n*) eius 2? o) *deest* 1. p) *haec desunt* 1. q) paudo 3. r) *a.* 864—872. *scripta* 1. 70

oceano tenet usque ad Mosam fluvium; Ludowicus orientem, id est omnem Germaniam usque Reni fluenta et nonnullae civitates [trans[a] Renum cum adiacentibus pagis ob copiam vini]; Lutharius vero primogenitus et imperator medium inter utrosque regnum tenuit totamque Provinciam et omnia regna Italiae cum ipsa Roma. Ab hoc Lothorio regnum Luthorium[b] hactenus nominatur. Reg.

5 866. 4. *Sergius* 101. *papa*. 844.

868. 6. Otgarius[c] episcopus Mogontinus obiit. Rabanus abbas Fuldensis successit a n n i s 9. 846. A. Hersf.

869. 7. **Hatto abbas ad Fuldam post Rabanum[d] successit annis 15.** 847.

873. 11. Irmingardis regina, coniunx Lothorii, obiit. Regina[d'] vero reliquit tres filios Ludowicum, Lutha-
10 rium et Carolum. 851. Reg.

875. 13. *Leo papa* 102. *post Petrum*. 853.

876. 14. Ciclus decennovennalis explicit indictione 2[e] 854.

877. 15. Rabanus episcopus Mogontinus obiit f e r i a 2. N o n. F e b r. Carolus episcopus successit 8 a n n i s. 855. cf. A. Hersf. Reg.

Basilica sancti Kiliani concrematur. Luthorius imperator, convocatis primoribus regni, imperium inter filios suos divisit. Lu-
15 dowico quidem Italiam tradidit, eumque imperatorem nomine suo appellari fecit; Lothario vero regnum, quod ex suo nomine vocatum est, concessit; Carolo autem iuniori ipsorum[f] Provinciam mandavit. Qui ita disponens, seculum reliquit, et in Prumia monasterio veniens, postquam habitum sanctae conversationis monachorum suscepit, eodem anno 3. Kal. Octobris obiit.

Romanorum 81. *Ludowicus, qui et Lothorius*[30], *regnavit annis* 15.

878. 1. Annus secundus cicli 18. decennovennalis indictione quarta. 856.
20 879. 2. *Benedictus* 103. *papa post Petrum*. 857.

880. 3. Folcwinus[g] abbas obiit. 858. A. Aug.

881. 4. Waldarius[h] abbas post ipsum successit. 859. A. Aug.

882. 5. Meginradus hierimita martyrizatus est. 860. A. Aug.

883. 6. **Hatto abbas Fuldensis obiit pridie Idus Aprilis.** 861.
25 884. 7. **Thiodo abbas post eum successit annis 13.** 862.

885. 8. Carolus episcopus Mogontinus obiit. Liutbertus episcopus successit 26 annis. 863. A. Hersf.

Sanctus Nicolaus papa 104.

886. 9. Walterus[h] abbas obiit. Hecco post eum successit. Lothorius[i] imperator, quod Thietbirgam 864. A. Aug. Reg.
reginam uxorem legittimam recusare vellet, quam exosam habebat propter Waldradam suam concubinam, quam, cum ado-
30 lescens esset, in domu paterna nimio diligebat amore, non parva res inde[k] evenit. Fratres[l] ergo reginae hoc ad Nicolaum papam Romam deducunt. Inde Nicolaus papa Arsenium episcopum, apocrisiarium et consiliarium suum, vice sua in Franciam anno isto direxit. Qui cum venisset, convocato episcoporum conventu, antequam protinus anathematis gladio feriretur, necessitate constrictus Lotharius, vellet nollet, reginam in matrimonium recepit; interposito iurisiurandi sacrificio, ne eam a se separaret, neque ipsa vivente aliam super eam induceret. Sed postea proiecta regina, et Wal-
35 drada pro ea inducta, sanctus Nicolaus 4. Non. Februarii, in purificatione sanctae Mariae, Waldradam anathematis sententia ab omni consortio sanctae ecclesiae excommunicavit.

890. 13. Cometa visa est manifestissime hoc anno. 868. A. Aug.

891. 14. Sanctus Nicolaus papa obiit 8. I d u s D e c e m b r i s. Ictus fulminis Kal. Iul. hora 10. 869. A. Aug.

892. 15. *Adrianus* 105. *papa annis* 3. Lothorius autem cum audivit mortem Nicolai papae, misit ad pa- 870. Reg. a. 868.
40 pam Adrianum, rogans ut cum gratia eum suscipisset. Cui papa rescribens dixit, si se immunem ab obiectis predictis sciret, ut ad appetitam benedictionem sancti Petri perveniret; si culpabilem, ut condigna remedia penitentiae susciperet, nihilominus sine dilatione veniret. Qui cum Romam pervenisset, ab Adriano papa honorifice susceptus est. Qui cum a papa interrogatus est, si precepta sancti Nicolai, immo beati Petri, et iusiurandum dominici corporis observaret, respondit, se ita observasse omnia acsi divinitus sibi essent imperata. Quod etiam proceres ac obtimates sui cum eo conte- Reg. a. 869.
45 stificaverunt. Cui papa dixit: „Oportet te ergo, fili karissime, corpus Christi nobiscum participare, ut per hanc participationem membris Christi, unde abscisus videabaris, in corpore inseri merearis.“ Papa itaque, cantata missa, hora communicationis accipiens corpus Christi in manibus suis, dixit Lothario: „Si innoxius es a predictis, remissio sit tibi haec communicatio; sin autem, nequaquam sumere presumas, ne forte ad iudicium et condemnationem tibi perveniat.“ Rex autem captus mente, obduratus pariter et obcaecatus, absque retractione communicavit. Deinceps papa ad sequaces et
50 fautores regis dixit singulis: „Si in adulterio predicto cum rege tuo non communicasti, haec communio corporis Christi sit tibi in vitam aeternam.“ Nullus autem in hoc scelere regi consentiens [qui[m]] communicavit, post annum vixit. Lotharius vero imperator Roma egressus, morbo corripitur, et perveniens Placentiam civitatem, obiit 6. Idus Augusti. Inde etiam et in populo mortalitas maxima acta est. Cuius regnum Ludowicus et Karolus senior, duo fratres eius, in loco Marsana iuxta Mosam, una cum proceribus et obtimatibus[n] suis, aequis partibus inter se diviserunt. Karolus ad Heri- Reg. a. 870.
55 stellium perrexit, cuius palatium ei acciderat.

Romanorum 82. *Ludowicus*[30], *filius Lotharii vel Ludowici, regnavit annis quatuor*.

893. 1. Ludowicus vero ad Aquis palatium redivit. Hecco abbas obiit; Ruadho successit. 871. Reg. A. Aug.

894. 2. *Adrianus papa obiit. Iohannes* 106. *papa successit annis* 12. 872.

895. 3. Ictu fulminis Wormatia comburitur. Ludowicus imperator Romam veniens, ibique conventum 873. A. Aug. Reg. a. 871. 872.
60 celebrans coram papa Iohanne, Adalgisus dux Beneventanus, Grecorum persuasionibus corruptus, et contra Ludowicum imperatorem manum elevans, a senatu tyrannus atque hostis rei publicae proclamatur, bellumque contra eum decernitur.

Thiodo abbas Fuldensis obiit 7. Idus Ag. Sigehart 22 annis.

896. 4. Ludowicus imperator cesar Italiae obiit, et Karolus senior rex Galliae Romam perrexit. Ciclus 19. decennovennalis incipit indictione 7. 874. Reg.

65 *Romanorum* 83. *Karolus regnavit annis* 2.

897. 1. Karolus ergo Romam perveniens, datis Iohanni papae et Romanis magnis muneribus, imperator factus 875. Reg.

a) *desunt* 1? b) lotringun 3. c) otgar² 1. d) raban² 1. d') *haec a.* 874. *scripta*. e) tertia 2. f) hessorum 2. 2**. g) *desunt* 2. 2**. h) *desunt* 2. 2*. i) Lothor² 1. k) indie 1. l) Fratres — excommunicavit *scripta sunt ann.* 887—890. m) *deest* 1. n) obtimtimtibus 1.

70 30) Marianus Ludovicum imperatorem et Lotharium regem non recte discernit, ideoque illum huic successisse dicit.

Reg. est. Ludowicus rex, frater Karoli, apud Franconfurt palatium obiit 5. Kal. Septembr., sepultusque est in monasterio sancti Nazarii Loraszam; qui ex regina nomine Hemma tres filios habuit, id est Carlomannum, Arnolfi patrem, et Ludowicum Karolumque iuniorem, postea imperatorem. Karolus vero senior et imperator audiens mortem fratris sui, ad Aquis palatium; et ubi paucis diebus moratus, ad Coloniam inde est profectus. Carlomannus vero, primogenitus Ludowici, fines Italiae intravit, quia Karolus senior inde recedit. Karolus autem, frater eius, in Almania morabatur. Porro Ludowicus, qui ad obitum patris fuit, apud Franconafurt, principalem sedem orientalis regni, residebat. Qui quoque Karolum seniorem 8. Idus Octobr. bello in pago Meginense[a] nomine Ripuaria, non longe ab Andrenaco castello iuxta Renum, pugnantem 50 amplius milibus contra se, superavit. Deinde tres fratres in loco qui dicitur Sualifelt inter se regnum paternum diviserunt. Carlomannus Baioariam, Pannoniam, Carnutum et regna Sclavorum Behemensium; Ludowicus orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, Fresiam et partem regni Lothorii; Carolus Almaniam et aliquas civitates ex regno Lotharii tenuit.

Reg. 898. 2. Carolus autem imperator Romam secundo profectus est, et ab urbe Roma in Bracham reversus, Bosoni germano suo, Richilldis reginae [filio[b]], Irmigardam, filiam Ludowici imperatoris, cum maxima gloria uxoravit, deditque ei Provinciam; et corona capiti eius imposita, regem eum iussit appellari. Et inde evolutis diebus paucis, Papiam ingreditur. In qua cum publicam rem disponeret, repente nunciatum est ei, Carlomannum cum ingenti armatorum multitudine Langobardorum regna introisse. Qui mox pavore solutus, Ticianum[c] Padumque pertransiit, et summo annisu in Gallias repeditare contendit. Sed priusquam Alpium preminentia iuga angustaque itinera attingeret, aegritudine tunditur, de qua protinus 2. Non. Octobr. obiit. Cuius corpus sui in feretro extra Italiam levaverunt; sed ob intolerabilem foetorem eius compulsi sunt illud terrae commendare. Post autem aliquantos annos ossa eius translata sunt, et Parisius in monasterio sancti Dionisii honorifice sepulta. 876.

Reg. 899. 1. Post[d] Carolum regnavit filius eius Ludowicus, qui etiam appellabatur Balbus, eo quod impeditioris esset eloquii, annis duobus. 877.

Reg. 900. 2. Ludowicus Balbus obiit, tres filios relinquens, duos, id est Ludowicum et Carlomannum ex puella nomine Ansgrad, pro qua interdicta a Carolo patre suo, quia sine consilio suo uxoravit eam, pater sibi uxorem Adalheid coniunxit; quae post mortem viri genuit filium nomine avi, id est Karolum. A. Aug. Eclipsis solis, 4. Kal. Novembris. 878.

[Iohannes[e] papa dum pro quibusdam oppressionibus eclesiarum in partes Galliarum anno incar. 878. ind. 12. 3. Idus Ag. sinodum 31 episcoporum in eclesia sancti Petri Tricasina[f].]

Romanorum 84. *regnavit Karolus iunior*[g] *annis* 10 *post primum introitum eius in Italiam.*

A. Aug. 901. 1. Karolus iunior, filius Ludowici, Italiam primum intravit, frater Carlmani[h] et Ludowici. 879.

Reg. 902. 2. Boso, germanus Karoli senioris, occupare regnum nitens, a filiis Balbi persecutus et fugatus in vita sua. 880.

Reg. 903. 3. Carlomannus maior rex Baioariae, pater Arnolfi, obiit paralisi 7. Non. April., sepultusque est Hodingas in Baioaria. Ludowicus vero, frater eius, possidens suum regnum, concessit Arnolfo Carantanum, quod ei pater pridem dedit. 881.

Reg. 904. 4. Karolus iunior de Almania egressus, Langobardorumque fines possidens, in paucis diebus totam Italiam accepit; et Romam perveniens, a papa Iohanne et senatu favorabiliter acceptus et cum magna gloria oleo consecrato unctus, imperator creatur. 882.

Reg. 905. 5. Ludowicus rex, frater imperatoris, obiit Franconafurt 13. Kalend. Septembr., sepultusque est Lorozam in cenobio, ubi et pater eius. 883.

Reg. 906. 6. Ludowicus, filius Balbi, obiit apud Sanctum Dionisium, ubi et sepultus. Cuius regnum Carlomannus, frater eius, tenet. Bertulfus Trevirorum episcopus obiit 4. Idus Febr. Cui successit Rabbodus 6. Idus Aprilis, qui etiam Ruodbertum episcopum Metensis ecclesiae consecravit 10. Kalend. Mai. 884.

907. 7. *Marinus* 107. *papa.* 885.

Reg. 908. 8. Carlomannus, filius Balbi, obiit, et sepultus apud Sanctum Dionisium cum fratre et avo. 886.

Reg. 909. 9. *Agapitus* 108. *papa.* Karolus imperator corpore et animo coepit aegrotare. Mense Novembri circa transitum sancti Martini Triburas veniens, conventum convocat. Tunc cernentes obtimates regni imperatorem non modo solum[i] viribus corporis sed etiam animi defecisse, Arnolfum, Carlomanni filium, ultro in regnum attrachunt[k], et ab imperatore in triduo ita deficiunt, ut cum ipso vix aliquis remaneret, qui ei saltim officia humanitatis impenderet. Cibus tantum et potus ex Liuberti episcopi Mogontini sumptibus prestabatur. Cui supplicanti Arnolfus nonnullos in Almania fiscos concessit. 887.

Romanorum 85. *regnavit Arnolfus annis* 12.

Reg. 910. 1. Arnolfus, compositis in Francia feliciter rebus, in Baioariam revertitur. 888.

Reg. *Adrianus* 109. *papa.* Karolus imperator obiit 2. Idus Iunii, sepultusque est in Augia insula.

cf. A. Hersf. Reg. 911. 2. Liutbertus episcopus Mogontinus obiit 13. Kal. Mart. Sunderoldus successit annis 2. Mortuo autem Karolo, quaedam pars populi Italici Berngarium, filium Eberhardi, qui ducatum Foroiulianorum tenebat, regem sibi statuit; quidam vero Widonem, filium Lamberti, ducem Spolitanorum, regia dignitate decernunt sublevandum. Sed post tantas strages inter eos factas, Wido victor existens, Berngarium regno expulit. 889.

912. 3. *Basilius* 110. *papa.** 890.

* Sanctus Edalricus Augustensis episcopus nascitur. *addunt* 2. (2*?) 2**.

A. Aug. 913. 4. Sunderoldus episcopus Mogontinus Wormatiae sabbato 6. Kalend. Iulii a Nordmannis occisus. 891.

Reg. cf. A. Hersf. 914. 5. Hatto episcopus successit annis 21, mensibus 8. 892.

915. 6. *Stephanus* 111. *papa.* Ciclus 20. decennovennalis incipit indictione 11. 893.

Reg. Arnolfus rex cum valida manu et forti exercitu Langobardorum terminos intravit, et usque[l] Placentiam pervenit. Inde conversus, per Alpes Penninas Galliam intravit, et Sanctum usque Maurium[m] pervenit. Sigehart abbas Fuldensis obiit Non. Sept. Huogi abbas successit annis 24.

Reg. 917. 8. Wido, qui nomine imperatoris Italiam regebat, obiit. Lantbertus, filius eius, regnum obtinens, Romae diadema imperii a papa sibi imponi[n] fecit. 895.

Reg. 918. 9. Sinodus 96 episcoporum cum abbatibus probatisque multis clericis Triburas in monasterio residentes, contra plerosque seculares, qui episcopalem auctoritatem minuere temptaverunt, plurima decreta super statum ecclesiae sanctae scripta roboraverunt. 896.

a) moinense 2. 2**. b) *deest* 1. c) *lege:* Ticinum. d) Romanorum post 2. e) *in marg. desunt* 2. 2**. f) tritasina 1? g) cum distortis cruribus *add.* 3. h) carlmni 1. i) *ita* 1. solummodo 3. k) attrchunt 1. l) *reliqua a.* 916. *scripta.* m) *ita* 1. maurum 3. mauritium 2. n) poni 1?

Formosus 112. *papa.** Arnolfus rex Wormatiam venit, ibique obtimatibus omnibus regni sui sibi occurrentibus, conventum publicum celebravit. In quo, omnibus collaudantibus, Zuendiboldum filium suum regno Lotharii prefecit. Deinde secundo Italiam Arnolfus ingressus, Romam pervenit, et urbem cum consensu Formosi papae armis cepit; quod retro ante nativitatem Domini tempore semel fecerunt[a]. Mater autem Lamberti, quae ad presidium a filio relicta fuerat, cum suis latenter aufugit. Arnolfus vero Urbem ingressus, cum magno honore a Formoso papa susceptus, et ante confessionem sancti Petri unctus et coronatus imperator creatur. Eodem autem anno Lambertus nomine imperator[b] obiit; et Ludowicus, filius Bosonis, fratris Karoli senioris, a Langobardis invitatus, a Provincia egressus, Italiam intravit. Reg.

* *Alia manu in superiori margine legitur:* Formosus papa Hattoni Mogontino archiepiscopo: „Litteras sanctitatis tuae benigne suscepimus et petitionem tuam in his quae ad rem pertinent habentes accommodamus. Nam pallei usum concedimus, monentes et protestantes ut non id ad seculi pompam tibi largitum arbitreris" et reliqua.

919. 10. Zuendiboldus, hortatu Arnolfi patris sui, Odonis comitis filiam, nomine Odam, post pascha sibi uxorem sociavit. 897. Reg.

Bonifatius[c] *papa*[d] *diebus* 15. *Stefanus papa anno* 1, *mensibus* 3.

920. 11. In Italia inter Ludowicum, filium Bosonis, et Berngarium multa certamina gesta sunt. Sed tandem Ludowicus fugans Berngarium, Romam ingreditur, ubi a papa coronatus, imperator nominatur. 898. Reg.

921. 12. Ungarii Italiam multum vastant. Arnolfus imperator obiit 3. Kalend. Decembris, sepultusque est in Odingas, ubi et pater eius iacet. 899. A. Aug. Reg.

Romanus 117.[e] *papa mensibus* 4.

Romanorum 86. *regnavit Ludowicus annis* 12.

922. 1. *Theodorus* 118. *diebus* 20. Ludowicus, filius Arnolfi, 2. Non. Febr. anno aetatis suae septimo, quem ex legittimo matrimonio genuit Arnolfus, proceres et obtimates regni regem super se constituunt, et coronatum regisque[f] ornamentis indutum, ad Foracheim congregati in unum, in fastigio regni elevant. 900. Reg.

923. 2. Kindiboldus rex, filius Arnolfi, occiditur. 901. A. Aug.

Iohannes 119. *papa annis* 2 *sedit.*

924. 3. Stephanus comes, frater Walonis, cum in secessu residens nocturnis horis alvum purgaret, sagitta per fenestram percutitur. Inde[f*] eadem nocte extinguitur. 902. Reg.

925. 4. *Benedictus* 120. *papa annis* 3, *mensibus* 5. 903.

926. 5. Focho Remorum episcopus a quodam satellite Balduini comitis, nomine Winimaro, occisus est. Cui successit Heriveus, qui cum multis aliis episcopis eundem Winimarum pro tanto scelere perpetuo anathemate excommunicavit. 904. Reg.

927. 6. Ludowicus, filius Bosonis, qui sortitus est nomen imperatoris, Berngarium de Italia expellens, totum illud regnum posidet. Qui de securitate presumens, absoluto exercitu, cum paucis Veronam ingressus est, adhortante Adalardo predictae civitatis episcopo. Quod cum cives summa festinatione Berngario, qui tunc in Baioaria exulabat, promittentes et portas civitatis sibi aperiri pronunciantes; Ludowicum Berngarius regno oculisque privans, regnum Italiae obtinuit. 905. Reg.

Leo 121. *papa diebus* 57.

928. 7. Cuonradus comes, pater Cuonradi iunioris, 3. Kal. Martii bello occiditur in Hessia, in loco qui dicitur Friteslar, ab Adalberto comite. Eodem anno mense Iulii Ludowicus rex conventum generalem celebravit apud Triburias villa regia, et in castro quod Terasso dicitur obsidione cinxit Adalbertum, et decollavit 5. Idus Septembris. 906. Reg.

Christophorus 122. *papa mensibus* 4.

929. 8. Baioarii ab Ungariis interficiuntur. *Sergius* 123. *sedit annis* 7, *mens.* 3, *dies* 16. 907. A. Aug.

930. 9. Ungarii Saxoniam et Turingiam vastant. 908. A. Aug.

931. 10. Ungarii Alamanniam vastant. 909. A. Aug.

932. 11. Franci ab Ungariis aut occisi sunt vel fugati. 910. A. Aug.

933. 12. Ludowicus rex obiit, et Cuonradus in regem elevatur. 911. A. Aug.

Romanorum 87. *regnavit Cuonradus annis* 7.

934. 1. Hatto episcopus Mogontinus obiit. Herigerus successit annis 14, mensibus 6. Ciclus 21. decennovennalis incipit indictione 15. 912. A. Hersf.

935. 2. Ungarii Alamanniam vastant, et iuxta Ina flumen a Baioariis et Alamannis occissi sunt. 913. A. Aug.

936. 3. Hiemps magna nimis et durus. *Anastasius*[g] *annis* 2, *mensibus* 2. 914. A. Aug.

937. 4. Ungarii totam Alamanniam igne et gladio et Turingiam vastant, venientes usque ad Fuldam. 915. A. Aug. cf. A. Hersf.

938. 5. Erchanger et Bertolt decollati sunt. *Lando papa mensibus* 5. 916. A. Aug.

939. 6. Ungarii per Alamanniam in Alsatiam et usque ad fines regni Lothorii venerunt. *Iohannes papa annis* 14, *mensibus* 2, *diebus* 3. 917. A. Aug.

940. 7. **Huogi abbas Fuldensis obiit 6. Idus Iun. Helmfrid successit anno 1.** 918. Cuonradus rex obiit **10. Kalend. Ianuarii, sepultusque est in Fulda monasterio iuxta altare [sanctae[h]] Crucis.** A. Aug.

Romanorum 88. *regnavit Heinricus annis* 17.

941. 1. **Helmfrid abbas obiit 8. Idus Decemb.** 919.

942. 2. **Haicho abbas successit annis 6.** 920.

945. 5. Pretiosissimus thesaurus sanguinis Domini venit in Augiam 6. Idus Novembris. Forte ille sanguis, qui de imagine Christi confluxerat, cum a Iudeis patiebatur eadem quae et Dominus passus ab eis. 923. A. Aug.

947. 7. **Haicho abbas Fuldensis obiit 4. Kal. Iunii.** 925.

948. 8. **Hiltibertus abbas ad Fuldam successit annis 4.** Ungarii[i] totam Franciam, Alsatiam, Galliam et Alamanniam igne et gladio vastant. 926. A. Aug.

949. 9. **Herigerus episcopus Mogontinus obiit Kalend. Decembris.** 927.

a) fecerat 3. b) imperatoris *ed. De codicum lectione nihil notatum est.* c) *a.* 919. *vel* 920. *in marg.* d) 113. papa 2. 2*. *et ita in sequentibus.* e) CXV. *etc.* 2. f) *i. e.* regiisque. f*) *haec a.* 925. *scripta.* g) papa 122. *et ita in seqq.* 2. 2*. h) *deest* 1? i) *haec primum ad a.* 958 (935). *scripta erant, sed huc relata* 1.

950. 10. **Hiltibertus abbas Fuldensis successit annis 9, mensibus 5. Cui successit Hadamarus abbas tertius[a'] decimus ad Fuldam annis 28.** 928.

953. 13. Heinricus rex regem Obritorum et Nortmannorum efficit christianos. (Ciclus 22. decennovennalis incipit indictione 4.) 931.
A. Aug. *Leo*[a] *papa mensibus* 7.

954. 14. *Stephanus*[a] *annis* 2, *mensibus* 2. 932.

A. Aug. 956. 16. Ungarii ab exercitu regis Heinrici occisi sunt et multi quoque ex ipsis comprehensi sunt. 934.

957. 17. *Iohannes*[a] 126.[b] *papa mensibus* 4. 935.

958. 18. **Hiltibertus episcopus Mogontinus obiit 2. Kal. Iun. Fridricus successit** 936.
A. Aug. **17 annis.** Heinricus rex obiit 7.[d] Non. Iuli; et Otto, filius eius, in regnum constituitur.
Leo[a] 127.[c] *papa annis* 3, *mensibus* 6, *diebus* 10.
Romanorum 89. *regnavit Otto annis* 36, *mensibus* 10.

A. Aug. 959. 1. Monasteria sanctorum Scottorum, sancti Galli et sancti Bonifacii, igne consumuntur. Ungarii per orientales Francos et Alamanniam, multis civitatibus igne et gladio consumptis, iuxta Wormatiam Reno transito, usque ad mare oceanum regnum Galliae devastaverunt, et per Italiam redierunt. 937.

A. Aug. 960. 2. Otto de Baioariis sibi resistentibus rediit. Frater eius Heinricus comprehensus est ab Eberhardo. Illo autem liberato, Eberhardum misit in exilium, atque iterum Baioarios invasit cum exercitu, omnesque sibi subdidit nisi tantum unum Arnolfi filium. Interim magna pars Ungariorum a Saxonibus occisa est. 938.

A. Aug. 961. 3. Otto in Lotheringos ibat usque ad Caprimontem[e]. *Stefanus papa*[f] *annis* 3, *mensibus* 3, *diebus* 15. 939.

A. Aug. 962. 4. Interea Ludowicus rex Galliae invasit Alsatiam. 940.

963. 5. Tunc Otto revertens, venit ad Prisacam et obsedit eam, et Ludowicus discessit. *Marinus*[g] *papa* 130 *annis* 3, *mensibus* 6, *diebus* 14.* 941.

* Huius papae tempore sanctus Udalricus Romam venit, et ab eodem mortem episcopi sui Adalberonis audiens, simul etiam se episcopum futurum agnovit. Sed Hiltine post Adalberonem quindecim annis ecclesiae Augustensi praefuit, moxque sanctus Udalricus in episcopatu successit. *add.* 2. 2*. 2**. (*ex vita S. Udalrici.*)

964. 6. Interim Eberhardus dux occisus, et Gisilbertus dux in Reno submersus. 942.

965. 7. **Otto dux obiit; cui Cuonradus successit.** 943.

A. Aug. 966. 8. Otto rex in Luthoringos cum exercitu exivit; et[h] omnes suo subiugavit imperio. Sed[h] Metensis episcopus resistebat. Heinricus[h] vero, frater regis, proiectis armis, venit ad eum. 944.

968. 10. *Agapitus*[i] *centesimus trigesimus tertius papa sedit annis* 10, *mensibus* 6, *diebus* 10. 946.

972. 14. (Ciclus 23. decennovennalis incipit ind. 8.) 950.

A. Aug. 974. 16. Per loca Germaniae Galliaeque plurima terrae motus magni facti sunt. 952.

A. Aug. 975. 17. Mogontia civitas ab Ottone rege obsessa est. 953.

A. Aug. 976. 18. Vullihelmus[k], filius Ottonis regis, sic: „Anno dominicae incarnationis 954, indictione 12, beatae memoriae dominus Fridericus, sanctae Mogontiacensis ecclesiae archiepiscopus, 8. Kal. Novembr. obiit. Eodem vero anno ego Willihelmus, tantae successionis indignus, loco eius cum consensu cleri et populi eiusdem sanctae sedis, 16. Kal. Ianuar., ipsoque die pace[l] inter regem Ottonem et filium eius Liudolfum facta, in loco Aranstedi, sum electus, et in die 9. Kal. Ianuar. Mogontiae ordinatus.“ Haec ait Willihelmus episcopus, filius Ottonis imperatoris. 954.

977. 19. Ludolfus, filius Octtonis imperatoris, obiit*. 955.

* et sepultus est in choro monasterii sancti Albani Mogontiae. *add.* 2. (2*?) 2**.

978. 20. *Iohannes* 134. *papa de regione Violata ex patre Alberico principe Romanorum successit indictione quarta decima.* **Hadamarus abbas Fuldensis, qui monasterium Fulda magnifico opere construxit, obiit 8. Kal. Iun. Hatto, filius sororis suae, successit annis 11 mensibusque octo.** 956.

983. 25. Otto rex unguitur in imperatorem ab Iohanne papa. 961.

985. 27. Romanus rex Grecorum multum pius et laudabilis obiit. Nicaphorus post ipsum successit. 963.

987. 29. [*Iohannes*[m] 113. *papa.* De his papis dubitamus.] 965.

988. 30. Eberhardus comes obiit. 966.

990. 32. Otto, filius[n] Ottonis imperatoris, a Iohanne papa ante altare sancti Petri cum patre suo coronatus est. Vullihelmus episcopus Mogontinus obiit 6. Non.[o] Mart.* Hatto abbas Fuldensis successit annis 2. Wernerus[p] abbas ad Fuldam successit. 968.

* et sepultus est ante altare sancti Stephani in monasterio sancti Albani in Mogontia. *add.* 2. (2*. 2**?); obiit et apud Sanctum Albanum sepelitur. 3.

991. 33. Nicaphorus rex Grecorum et senex cum timuisset a filiis suis proici, voluit eunuchizare eos. Tunc vero mater eorum regina, quia per nullum aliud ingenium filios liberare potuit, Iohanni suasit regem occidere et impe- (Ciclus 24. decennov. incipit ind. 12.) 969.

a') tert? 1. a) *in* 1. *hi papae in margine a.* 951—958. *leguntur; in* 2. *a.* 951. 956. 957. 958. b) CXXVII. 2. 2*, *qui suo ordine pergunt.* c) CXX. 1. CXXVIII. 2. 2*. d) *lege:* VI. e) bokkesberg *superscr.* 2. 2*. f) 129. papa 2. g) *in marg.* 1. *fortasse ad a.* 964. h) *haec a.* 967—969. *scripta sunt* 1. Heinricus *etc. etiam* 2. *a.* 969. *habet.* i) *haec a.* 970. *scripta, postea huc relata sunt* 1. k) V. f. o. r. sic *a.* 974. *scripta sunt* 1. *desunt* 2. (2*?) 2**. l) pacem *ed. De codd. nihil notatum est.* m) *haec in margine* 1. papa CXXXIII. 2. *et ita deinceps.* n) fil? 1. o) VIII. 1? *legi putarim:* VI. N. p) Werinherus 2.

rare. Iohannes itaque occulte cum funibus intravit per fenestram in palatium, et occisso rege, ita egressus est et imperavit.

992. 34. Hatto episcopus Mogontinus obiit 6. Kal. Mai. Ruobbertus episcopus successit annis 6, mensibus 9. **970.**

5 995. 37. Otto imperator obiit Non. Mai, [et[a] sepultus est apud Megedeburc[b]]. **973.**

Romanorum 90. *regnavit Otto annis* 10, *mensibus* 7.

[*Stephanus* 114. *papa.*]

996. 1. **974.**

997. 2. Ebergerus archiepiscopus Coloniensis immolavit Scottis in sempiternum monasterium sancti Martini in Colonia. Quibus primum primus abbas preerat Minnborinus[c] Scottus annis 12. **975.**

998. 3. Ruobbertus episcopus Mogontinus obiit Idibus Ianuar. Willigisus[c'] episcopus successit annis 34, mensibus 6. **976.**

1003. 8. [*Stephanus* 115. *papa.*] **981.**

15 1006. 11. Otto imperator iunior obiit 7. Idus Decembris [Roma[d]]. **984.**

Romanorum 91. *filius secundi Otto tertius regnavit annis* 18, *mensibus* 2.

1007. 1. **985.**

1008. 2. Minnborinus abbas Scottorum monasterii sancti Martini in Colonia obiit 15. Kal. Aug. Kilianus abbas Scottus successit annis 16. **986.**

20 1009. 3. Willigisus[e] archiepiscopus Mogontinus dedicavit ecclesiam in Turnilann[30], Wigero[f] comite rogante. Qui Wigerus mox eandem ecclesiam, quae etiam Dorlon nominatur, cum omnibus quae in eadem marchia habuit post obitum suum sancto Martino et episcopo Mogontino contradit. **987.**

1010. 4. Ciclus 25. decennovennalis incipit indictione prima. **988.**

25 1012. 6. [*Marinus* 116. *papa.*] **990.**

1020. 14. [*Agapitus* 117. *papa.*] **998.**

1024. 18. Otto tertius imperator obiit 10. Kalend. Februarii, sepultusque est Aquisgrani. **1002.**

Romanorum 92. *regnavit Heinricus annis* 22.

30 Heinricus secundus die dominico 7. Idus Iuni electione populi laudatus est Mogontiae in regem. Quique ipso eodem die ab archiepiscopo Mogontino Willigiso ante altare sancti Martini confessoris consecrando in regem Mogontiae coronatus.

1025. 1. Kilianus abbas Scottorum sancti Martini Coloniae 19. Kal. Ianuar. obiit. [*Octavianus* 118. *papa.*] **1003.**

35 1026. 2. Helias Scottus post eum successit annis 20. **1004.**

1029. 5. Ciclus 26. decennovennalis incipit indictione 5. **1007.**

1031. 7. Brun episcopus [martirizatus[g] est]. [*Leo* 119. *papa.*] **1009.**

1033. 9. Willigisus episcopus Mogontinus obiit feria 6. 7. Kal. Mart. Ercanbaldus abbas Fuldensis successit annis 10, mensibus 6. **1011.**

40 1036. 12. Brian[h] rex Hiberniae parasceuę paschae feria 6. 9. Kal. Mai manibus et mente ad Deum intentus occiditur[31]; cui successit Donchad filius suus annis 51, nec quartam partem Hiberniae regnavit. **1014.**

a) *alia manu add.* 1. b) maideburg 2. c) mīnnborinus 1. c') *a.* 1005. *scripta.* d) *in marg. superscr.* 1. et iacet in Roma 2. (2*?) 2**. e) *haec a.* 1013. 2. *a.* 1012. 2**. f) uuikkero 2. g) *haec desunt* 1. h) *haec desunt* 2. (2*?) 2**.

45 30) Ioh. Maur. Gudenus hist. Erfurt. lib. I, §. V. p. 18. sic explicat: „Hic multas aedes sacras erexit, collegiatam etiam ecclesiam in maiori Dorla liberaliter fundavit, post quatuor et quod excurrit saecula Saltzam translatam.“ STRUVE. 31) v. Ann. 50 Inisfalenses, apud O'Connor SS. R. Hib. II. p. 60 sqq.; Ann. quatuor magistrorum, ibid. III. p. 552. — Hoc loco catalogum regum Hibernicorum exhibendum duxi, qui fol. 15'. codicis scriptus est: *Hi sunt flathi*[a] *Hiberniae, qui ex dimedia parte ei, id est do leth Chuinn*[b], *regerunt, o Chunn cetchatach*[c] *co Fland mac Mailsechnaill.*

Conn Art Cormac[d] *ann.* 60.
Corpri[e] *mac Cormaic ann.* 30.
Fiache Multach letan ann. 25.
Muredach Tirech ann. 4.
Euchu[f] *Mugmedoin ann.* 25.
Conlae Uoiss[g] *ann.* 4.

a) *i. e. imperatores, reges.* b) *i. e. dimidii Conni; v. Ann. Inisfaldenses* (*a.* 201.) *apud O'Connor I. p.* 7. c) *i. e.* 55 *Connus centum praeliorum; v. l. l.* d) *tres reges sunt, Connus, Arturus, Cormacus.* e) *v. Ann. Tigernachi l. l. p.* 48. f) Euchu *corr.* Echu *cod. Lege:* Eocha. g) roiss *cod.?* uais *sive* uois *i. e. illustris.*

1039. **15.** [*Benedictus* 120 *papa.*] **1017.**

1042. **18.** Benedictus papa, presente et audiente Heinrico imperatore, **1020.** Richardo etiam abbate viro reverentissimo, sedis sancti Bonifatii, publicam cantavit missam apostolorum Philippi et Iacobi super altare et sancti Bonifatii .... [a] in Fulda Kal. Mai.

1043. **19.** Erkanbaldus episcopus Mogontinus obiit 16. Kal. Sept. **1021.**

1044. **20.** Aribo successit episcopus annis 9, mensibus 6. **1022.**

1045. **21.** [Eclipsis[b] solis hora nona verno tempore.] **1023.**

1046. **22.** Benedictus papa obiit 7. Idus April. Heinricus imperator obiit **1024.** 2. Idus Iulii, sepultusque est Bamberg[c]. *Iohannes papa.* [*Iohannes* 121. *papa.*]

Romanorum 93. *regnavit Cuonradus, Francus genere, annis* 15.

1047. **1.** **1025.**

1048. **2.** Ciclus 27. decennovennalis incipit indictione 9. **1026.**

1050. **4.** [Ego[d] miser Marianus in peccatis fui in hoc anno natus.] **1028.**

1053. **7.** Aribo episcopus Mogontinus obiit feria 3. 8. Idus April. **1031.**

1054. **8.** Sanctus Bardo successit annis 20, baculum 3. Kal. Iuni die **1032.** pentecostes accipiens.

1055. **9.** [Bardo[e] episcopus ab Iohanne papa indictione 15. mense Ianuar. **1033.** pallium accepit.]

1056. **10.** Moelcoluim[f. 32] rex Scotiae obiit 7. Kal. Decembr. Donchad, **1034.** filius filiae[33] eius, sibi successit annis 5, mensibus 9.

1058. **12.** Propter religionem districtam disciplinamque nimiam et propter **1036.** aliquos Scottos, quos secum habebat Helias Scottus abbas, qui monasterium sancti Pantalionis et sancti Martini in Colonia pariter regebat, Piligrinus Coloniensis episcopus, invidiis[g] viris instigatus, Heliae ait, nisi usque dum ipse Piligrinus de curte regia revertisset, nec Helias neque alius Scottus in monasterio Pantalionis fuisset. Tunc Helias atque alii Scotti quibus episcopus dixit condixerunt: si Christus in ipsis fuit peregrinis[h],

a) *vocabulum erasum est* 1. b) *alia manu add.* 1. c) in Babonis monte i. Babenberch 2. d) *alia manu add.* 1. e) *haec in marg. prope a.* 1047. *leguntur, desunt* 2. 3. f) *haec desunt* 2. (2*?) 2**. g) inuidiosis 3. quorundam invidorum monachorum de monasterio S. Pantaleonis 2. h) peregrinus 1.

Niall ann. 27.
Nathi[a*] ***ann.*** 60.
Loegaere[a] ***mac Nell ann.*** 66.
Aillill Molt mac[b] ***Nathi ann.*** 20.
Lugaed mac Loegaere ann. 23.
Murchertachc macc Ercca[c] ***ann.*** 20.
Túathal Mailgarb ann. 18.
Diarmaet mac Fergusa ann. 20.
Fergus et Donnall da mac Muircertaig meic Ercca[d] ***ann.*** 30.
Muiredach[e] ***Munderg ann.*** 12.
Anmire mac Sétnai ann. 4.
Baitan mac Muirchertaig et Echoid mac Donnaell meic Murchertaig ann. 4.
Baetan[f] ***mac Murchada ann.*** 16.
Anmire[e] ***ann.*** 7.
Colmanbec[e] ***mac Diarmata et Aed mac Aumerech***[g] ***ann.*** 13.
Suibni[e] ***mac Colmanmoir ann.*** 3.
Aed Slane mac Diarmata ann. 4.
Aed Alaeinn mac Donnaill ann. 7.
Oengus[e] ***mac Colmain ann.*** 9.
Suibni md[h] ***mac Fachtna ann.*** 7.
Donnall mac Aeda ann. 35.
Conall et Cellach da mac[i] ***Mailecoba ann.*** 15.
Bladmecc et Diarmait da macc[i] ***Aeda Slane ann.*** 9.
Sechnasach mac Bladmecc ann. 5.
Cendfælad mac Bladmeçc ann. 4.
Finnachta mac Dunchada ann. 18.
Longsech mac Oengusa ann. 9.
Congal mac Fergussa ann. 7.
Fergal mac Maeleduim ann. 12.
Fogartag mac Cernaig ann. 2.
Cinaid mac Isigalaig[k] ***ann.*** 4.
Flaitbertach mac Longsig ann. 6.
Aed mac Fergael ann. 10.
Donnall mac Murchada ann. 20.
Niall mac Fergaele ann. 15.
Donnchad mac Donnael ann. 18.
Aed mac Neil ann. 22.
Conchobor mac Donnchada ann. 19.
Niall mac Aeda ann. 13.
Maelsechnaell ann. 12.
Aed macc Nel ann. 14.
Flann mac Moilsechnaill[l].

32) i. e. Malcolmus, Hibernice ***Maelcolaim.*** De quo v. Tigernachi ann. h. a. l. l. II. p. 284. 33) quae dicebatur Beatrix; v. ibidem p. 288. n. 48.

a*) *vulgo* Dathi, *sed in aliis quoque chronicis* Nathi *dicitur;* v. O'Connor II. p. 84. a) *cf. catalogum regum Hiberniae antiquissimum, quem „ex omnibus annalibus et scriptoribus metricis antiquis simul collatis“ O'Connor desumpsit I. Ep. nunc. p. LXXV. sqq. Incipit a Laogeire mac Neill.* b) m̄ *cod. saepius.* c) cercca *corr.* ercca. *„Dictus a matre M. mac Earca“ O'Connor l. l.* d) *„i. e. Fergusius et Donaldus duo filii Murcertachi filii Ercae.“ O'Connor p. LXXVII.* e) *hic deest ap. O'Connor l. l.* f) *differt catalogus ap. O'Connor.* g) Aiunmerech *O'Con.* h) „Suibhne Meann *i. e. Subneus illustris*“ *O'Con.* i) *i. e. duo filii.* k) Iorgalaigh *O'Con.* l) *qui a.* 916. *obiisse dicitur; O'Connor p. LXXXIII.*

ne umquam omnino ad Coloniam vivus venisset de curte episcopus Piligrinus. Et ita Dominus complevit; atque Helias duo monasteria regnavit.

1059. 13. Piligrinus[a] episcopus Coloniensis obiit 8. Kal. Sept. Heriman- 1037. nus episcopus successit annis 19. [Brun[b] episcopus Wirziburgensis obiit.] Sanctus archi-5 episcopus Bardo, praesenti Conrado imperatore, indictione 5, quarto die Idus Novembr., Nov. 10. feria quoque quinta, in qua feria crisima[c] consecratur et multa etiam sancta et bona opera perficiuntur, in qua equidem dominus noster Ihesus Christus in corpus suum panem et in sanguinem suum vinum nobis sanctificavit, quique est dies honorabilior totius ebdomadae post diem dominicum, consecravit monasterium sancti Martini, sedis Mogon-10 tiacensis archiepiscopatus, immo omnium Francorum, in honore sancti Martini episcopi et confessoris, cum multis episcopis atque venerabilibus viris.

1061. 15. Cuonradus imperator obiit 2. Idus Iuni, sepultusque est Spira. 1039. Richardus abbas Fuldensis felicis memoriae obiit 13. Kal. Aug. Hic[d] etiam multos sanctos Scottigenae gentis viros in commune fratrum habebat, atque caminatam et dormitorium 15 ipsis seorsum simul et inter fratres subministrabat sicut pater. Cui successit Sigiwart abbas.

Romanorum 94. *regnavit Heinricus, filius Cuonradi imperatoris, annis* 17.

1062. 1. Donnchad[e] rex Scotiae in autumno occiditur [19.[f] Kal. Sept.] 1040. a duce suo Macbethad mac Finnloech, cui[g] successit in regnum annis 17.[34]

20 1064. 3. Helias Scottus abbas obiit 3. Idus Aprilis, vir prudens et reli- 1042. giosus, et ideo monasterium sancti Pantalionis cum suo, id est sancti Martini, sibi datum est. Ipse obtimum missalem librum monachi etiam Franci, sine licentia conscriptum, in commune monachorum in monasterio sancti Pantalionis igne consumpsit, ne alius sine licentia conscriberet aut tale aliquid fecisset. Cui successit Maiobus[h] Scottus, virgo 25 patiens et sapiens, annis 18.

1065. 4. Animchadus Scottus monachus et inclusus obiit 3. Kal. Februarii 1043. in monasterio Fuldensi. Super cuius sepulchrum visa sunt lumina et psalmodia audita. Super quem ego Marianus Scottus 10 annis inclusus, super pedes eius stans cotidie cantavi missas. Willihelmus monachus et presbiter conversus clericus et sapiens, districtius 30 et religiosior omnium monachorum Fuldensium, sicut nos vidimus, Animcadum rogavit, ut se benediceret. Eadem vero ipsa nocte, sicut mihi incluso super Animcadum confirmavit, somniavit Animcadum in suo sepulchro stantem nimio fulgore candentem, et extensa sua manu se ab eo benedici. Cumque etiam fossa sepulchri mei iuxta latus eius in nocte nondum completa permaneret aperta, totam ipsam noctem mellifluo odore 35 scilicet conduxi. Qui quia cum licentia senioris sui nomine Corcram in insola Kelta caritatem fratribus fecit, paucis vero remanentibus post alios exeuntes potumque petentibus, ipse sine licentia prebuit, et inde etiam tunc sicut primum potum seniori misit. Ideo die crastino non tantum de insola Kelta, sed de tota Hibernia ipsum senior proiecit; quod humiliter complevit. Ita Tigernacb[h*],[35] Borchecb mihi culpabili in aliqua levi 40 culpa pronuntiavit.

1066. 5. *Benedictus papa Iohannem successit.* Hic cum papatiam suam 1044. vendisset[i], Heinricus imperator perrexit Romam, et pro eo Clementem constituit papam, cum ex ore sancti Petri in Simone mago emtor pariter et venditor spiritualis gratiae sunt anatemati.

45 1067. 6. Ciclus 28. decennovennalis incipit indictione 13. 1045.

1068. 7. *Clemens* 1 . . .[k] *papa post beatum Petrum.* 1046.

1069. 8. *Clemens papa obiit* 7. *Idus Octobris. Bopo papa, qui et Damasus, successit.* Nix in occidente in tantum ut silvas fregisset. 1047.

1070. 9. *Bobbo papa obiit. Leo papa* 1 . . . *post Petrum, successit annis* 6.* 1048.

50 * Iste est Leo ille qui novum cantum de sancto Gregorio Magno fecit. *addit* 2.

a) pilgrinus 1? b) *in marg.* 1. *a.* 1057. 2. c) *lege:* crisma. d) *sequentia desunt* 2. e) *haec desunt* 2. f) *in marg.* 1. g) *lege:* qui. h) *ita* 1. *hic et a.* 1083. — Maiolus *rell.* h*) *ita* 1. i) emisset 2. k) 143. *suo ordine pergens* 2.

34) v. notam ad Ann. Tigernachi, ap. O'Connor II. pag. 288. 35) fortasse Tigernachus ille rerum 55 Hibernicarum scriptor, quem Mariani temporibus vixisse constat; cf. O'Connor SS. I. Prolegomena p. CLXXIII.

1072. 11. Rex Scottiae Macbethad Romae argentum pauperibus seminando distribuit. 1050.

1073. 12. Sanctus Bardo episcopus Mogontinus obiit 4. Idus Iunii. 1051.

1074. 13. Liuboldus episcopus successit annis 8, mensibus 4. Ego Marianus seculum reliqui. 1052. 5

1075. 14. Aed clericus[a] barbosus in Hibernia vir valde famosissimus et mirae religionis, — ipse enim feminas et puerulos more clericorum coronando[b] tondebat, et coronas non velataque capita feminas conversas debere predicabat, earumque scolam et puellarum, puerorum et laicorum multam habebat — ob id de Hibernia proiectus. 1053. 10

1076. 15. Leo papa obiit 16. Kal. Mai. 1054.

1077. 16. *Victor papa 1 ... post Petrum successit annis* 3. 1055.

1078. 17. Herimannus episcopus Coloniae obiit in quadragesima[c]. Anno episcopus successit. Ego Marianus peregrinus factus pro regno coeleste, patriam motuavi[d], et in Colonia 5. feria, Kal. Augusti, monachus effectus. Heinricus imperator obiit 3. Non. Octobris, sepultusque est Spira, ubi et pater eius iacet. 1056. 15

Romanorum 95. *regnavit Heinricus, filius Heinrici imperatoris, annis* 10.

36 1079. 1. Victor papa obiit 5. Kal. Ag. [Macfinlæg[e. 36] occiditur in Augusto. Lulag successit et occiditur in Martio; cui Moelcol[37] successit.] — Moelcoluim[37], filius 33 Donchæd, regit Scottiam. — [Donchad[f. 38] regnavit annis 5, hoc est a missa sancti Andreae ad eandem et insuper ad nativitatem sanctae Mariae. Inde Macfinlæg regnavit annis 17 ad eandem missam sanctae Mariae. Lulach a nativitate sanctae Mariae ad missam sancti Patricii in mense Martio regnavit. Inde Moelcoluim regnavit annis 20 usque ad missam sancti Patricii.] 1057. 20

1080. 2. *Stephanus papa 1 ... successit.* Badaebrunna civitas cum duobus monasteriis, id est episcopatus et monachorum, feria 6. ante palmas igne consumitur. (Apr. 10.) In monasterio autem monachorum erat Paternus nomine monachus Scottus, multisque annis inclusus, qui etiam combustionem prenuntiabat, ambiens martirium pro nullo foris exivit, sed in sua clausola combustus per ignem pertransivit in refrigerium. De cuius etiam sepulchro quaedam bona narrantur. Ipsis vero statim diebus, feria 2. post octavas paschae, (Apr. 27.) exiens de Colonia causa claudendi cum abbate Fuldense ad Fuldam, super mattam in clausola ipsius, ubi supra eamdem mattam combustus et passus est, ego oravi. — Stephanus papa obiit 4. Kal. April. *Nicolaus papa.* — Ecbertus abbas Fuldensis, feria tertia, hora septima, 15. Kal. Decembris obiit. Sigfridus successit in nativitate Domini anno 1. 1058. 25 30 35

1081. 3. Ego Marianus indignus cum Sigfrido abbate Fuldensi iuxta corpus sancti Kiliani martiris Wirziburc consecratus ad presbiteratum, sabbato medie quadragesimae[g], 3. Idus Martii, (Mart. 13.) et feria 6. post ascensionem Domini, pridie Idus Maii, (Mai 14.) inclusus in Fulda per annos 10. Liuboldus episcopus Mogontinus obiit feria 3. 7. Idus Decembris; cui Sigfridus successit. 1059. 40

1082. 4. Sigfridus Fuldensis abbas dominico die natalis Domini de Fulda ad regiam curtem exiens, baculum Mogontini archiepiscopatus feria sexta in epiphania (Ian. 6.) accepit, papae etiam tunc Nicolai legato Alexandro, qui non longe postea papa effectus est, hoc idem in curte regia annuente. Witratus decanus Fuldensis post eum in Fulda abbas successit ann. 10. Nicolaus papa obiit. *Alexander papa 1 ... successit annis* 10. 1060. 45

1083. 5. Maiobus abbas Scottorum Coloniae obiit.* 1061.

* Foillanus post eum successit. *addunt* 2. 2*. 2**.

1085. 7. * 1063.

* Ciclus solaris et decennovennalis simul incipiunt. *add.* 2. (2*. 2**?)

1086. 8. Ciclus magnus paschalis [tertio[h]] incipit indictione secunda. Multi divites et pauperes cum Mogontino archiepiscopo, Traiactensi episcopo, Bambergensi episcopo et Radisbonensi episcopo, post transitum sancti Martini, Hierusalem plus 1064. 50

a) Aedericus 3. b) do 1. c) quadragesimo anno 1. d) *i. e.* mutuavi. e) *haec in marg.* 1. *desunt* 2. (2*?) 2**. f) *sequentia in marg. inf.* g) quaragesimę 1. h) *deest* 1?

36) v. ann. 1062. 37) i. e. Malcolm. 38) v. ann. 1056. 1062. et carmen de regibus Scottiae apud O'Connor I, Proleg. 1. p. CXXX. 55

7 milibus perrexerunt. Ubi vero episcopi sedebant, dorsalia pallia pendebant, scutellas et vasa aurea et argentea habebant; ex quibus gloriose comidebant pariter et bibebant.

1087. 9. Arabitae vero fama pecuniae congregati, multosque predictorum in parasceue occidentes, cum non sustinuerunt, in quoddam[a] castellum vacuum Carvasalim nomine nostri fugerunt; quod claudentes, lapidibus et fustibus deffenderunt se contra iacula Arabitarum querentium cuntam peccuniam eorum vel vitam pariter et peccuniam. Tunc unus bonus miles nullo modo prohibitus a sepulchro Domini, nudus foris exivit. Arabitae vero eum statim extendentes in modum crucis sopinum, manibus ipsi et pedibus transfixis in terram clavibus supertectum ventris intra duo latera, et cooperta viscerum ab imo ventris usque gutur super faciem eius proiecientes, scrutaverunt, qualiter humana viscera habentur; deinde eum membratim dividentes, dux ipsorum primum lapidem super eum et unusquisque post illum proiecit. Tunc nostris omnibus de castello intuentibus, dixerunt: *Vos ita eritis, si totam peccuniam nobis non tradideritis.* Cum autem nostri promiserunt dare totam suam peccuniam nisi victum usque ad christianos, ducem Arabitarum cum viris 16 totidemque gladiis intromiserunt. Qui cum vidisset episcopos gloriosos cum multis militibus, et dorsalia, pallia pendentia et cetera, sicut consuetudinis est paganorum reos tenere, extendit corrigiam circa collum Bambergensis episcopi, quasi domini nostrorum magnitudine et pulchritudine corporis eius, et ait: *Tu et ista tua omnia mea erunt.* Episcopus vero per interpretem ait: *Quid mihi facies?* Et ille dixit: *Istum pulchrum sanguinem gutturis tui sugam, et suspendam te sicut unum canem ante castellum.* Tunc episcopus, prehenso capite eius, uno colapho[b] percutiens ducem in terram; omnes alii ligati sunt. Qui vero foras erant audientes ista, irruerunt supra castellum. Sed isti ligati supra murum sub gladiis suis contra iacula suorum suppositi, rogaverunt filios et amicos suos, qui ceteros prohibuerunt. Inde bellum inter latrones actum est, cum multi eorum elegerunt peccuniam, multi patres et amicos suos. Feria vero 2. post pascha rogantes eum alii qui evaserunt, venit dux de Ramula cum multa manu, et fugans Arabitas, accepit quingentos bisantios aureos [id[c] est denarios magnos], captivumque ducem Arabitarum, inimicum multo tempore regis Sarracenorum; et duxit christianos Hierusalem, et inde ad navem. Dominus autem vento prospero portans eos usque ad christianos; nec duo milia de septem milibus reversi sunt. — Nial[d] mac Eochoda[39] rex Ulad obiit Id. Novembris. — Grifri rex Britannorum obiit in autumno. — Donnchad[40], filius Briain, rex de Hibernia atque Echmarcach[41] rex Innarenn[e], viri inter suos non ignobiles, Romam venientes obierunt.

1065. Mart. 25. Mart. 28. 39

1088. 10. Donnchad[d] oa Mathgamna ri Ulad[42] in templo Bennchuir[43] verno tempore occiditur. Domnnall oa Loigsig ri Arad[44] iceneol eogaen . ifeltigernaeg cluana eius occissus. Hetbartus rex Anglorum plus 30 annis regnans, obiit in natale Domini.

1066. 44

1089. 11. Araldus sibi successit. Araldus autem, qui et Arbach vocabatur[f], rex Nordmanndorum, minus mille navibus venit mense Septembri, Anglicam terram regnaturus. Qui Eburaci in autumno plus quam mille laicorum centosque presbiterorum bello occidit de Anglis. Araldus vero rex Anglorum cum septem acibus[g] belli statim pervenit, et cum Araldum imparatum absque loricis et ceteris eiusdem rei invenisset, bello occidit, mense Octobr. Willihelmus vero, qui et Bastart, cum Francis intrant interim Anglos; qui cum statim bello occidisset Araldum regem Anglorum, regit Anglos. [Hoc[h] anno cometae stella visa est.]

1067.

1090. 12. Duo papae in Roma, id est episcopus Parmensis, qui expulsus, et Lucensis, qui papa effectus. — Murchad Sciath gerr[45] oa Briaen occiditur mense Sept.

1068. 45

a) quotam 1. b) colopho 1. c) *superscriptum* 1. d) *haec desunt* 2. *ut reliqua quae ad reges Hibernicos spectant.* e) īnarenn 1. *quod nescio an recte explicarim.* f) Haraldus Harfager autem 2. Harmuch autem 2''. Haruuich *Sig.* g) *i. e.* aciebus. h) *in marg.* 1.

39) i. e. Niallus filius Eochodi rex Ultoniae, de quo cf. Ann. quatuor magistr. a. 1062. Ann. Ultonienses a. 1063. 40) De quo v. a. 1036 (1014). Huius peregrinationis Tigernachi aliique Hibernici annales a. 1064. mentionem faciunt. 41) Eachmarcach rex alienigenarum in Ann. Tigernachi a. 1052. nominatur. Hoc anno obiisse dicitur, Ann. Ulton. IV. p. 342. 42) i. e. rex Ultoniae; v. Ann. quatuor magist. III. p. 624. 43) *Bennchair* l. l. dicitur, *Benncoir* in Ann. Ulton. h. a. 44) i. e. Donaldus O'Loi(n)gsig rex (Dal)aradiae . . . .; v. Ann. Tigernachi, Ann. quat. mag. et Ulton. h. a. 45) Epitheton est, quod vertitur „scuti brevis“; v. Ann. quat. mag. III. p. 628.

1091. 13. Murchad oa Moelnambo oa Briaen obiit verno tempore[45]. — 1069.
Apr. 3. Ego miser Marianus, iusione episcopi Mogontini et abbatis Fuldensis, feria 6. ante palmas, 3. Non. Aprilis, post annos 10 meae inclusionis solutus, de clausola in Fulda ad Mogontiam conductus. Dedicatio capellae clausolae monasterii sancti Martini in Mogontia in
Iul. 10. honore sancti Bartholomei apostoli 6. Idus Iulii, feria 6, sanctorum septem fratrum in festivitate. In qua clausola eodem die ego Marianus pro peccatis meis secundo includor.
Nov. 23. Consecratio novi monasterii sanctae Mariae in Mogontia, 9. Kal. Decembris, feria secunda, die sancti Clementis.

1092. 14. Scottis et Francis vastantibus Anglos, disperguntur et fame 1070. moriuntur carnemque humanam manducare et ad hoc homines occidere condire coguntur atque suspendere.

1093. 15. Unus clericorum, Carolus nomine, more Simonis magi[a], qui 1071. donum spirituale pro precio rogavit ab apostolis, a rege Heinrico comparavit episcopatum civitatis Constantiae. Qui in conventiculo episcoporum et abbatum in monasterio
Aug. 15. sancti Martini Mogontiae, in assumptione sanctae Mariae facto, a Sigfrido archiepiscopo Mogontino coram rege Heinrico culpatus, quia per ostium Domini[b] non intravit, absque baculo a conventiculo exivit; deinde post annum non vixit.

1094. 16. Diarmait[46] rex Lagen. 8. Idus Febr. feria secunda occissus. 1072. Cúulad[47] oa Flathrae feria sexta 4. Idus Febr. occiditur. — Sigfridus episcopus Mogon-
Sept. 9. tinus 5. Idus Sept., die dominico, quasi causa orationis in Galitiam ad Sanctum Iacobum perrexit. Cum autem monasterium monachorum quod est Cluaneca dominico die ante
Sept. 23. missam sancti Michaelis esset, intrans claustrum respuit seculum. Sed dum mercenarii Mogontinum episcopatum comparare vellent precio, Sigfridus in obedientia[c] sancti Benedicti, quam abbati deberet, violenter compulsus, Mogontiam 8. Idus Decembris rediit.

1095. 17. In hoc anno omnia iuxta cursum solis et lunae habentur sicut 1073. in anno 15. Tiberii, in quo baptizatus est Dominus, id est dies baptismatis 8. Idus Ianuarii, epiphaniae die dominico, et crastino die feria 2. initium ieiunii Domini; 15. Kal. Martii, in die 40. sui ieiunii, 6. feria, victoria eius de diabolo superato in gula et vana gloria atque avaritia, in quibus diabolus primum Adam in eadem feria prostravit. A baptismate itaque Domini in anno 15. Tiberii hocusque duo magni cicli, hoc est mille sexaginta quatuor anni. — Conchobor[48] oa Maelsechnaell rex Midi 9. Kal. April. dominico die palmarum occiditur. — *Alexander papa obiit dominico die, 11. Kal. Mai. Illdibrandus Romanus archidiaconus successit.*

1098. 20. In[d] hoc anno dominica passio secundum cursum solis et lunae 1076. tertio habetur, hoc est a passione Christi duo magni cicli, id est 1064 anni.

Octoginta[e] ducenti necnon milia quinque
Constant omnes anni tempus usque hoc Adam.

Multum[49] ob excerptos legimus barbaricos
Reges iustificandos gestaque turbida egenos.
parvum
Collige litteram anteriorem, volvito summam,
Existat numeratus auctor; intra require,
sc. librum
Rectus omnes me tulit in novum ordine laudis.

1096. 18. Papa predictus decrevit precepto Petri apostoli et sancti Clementis, ut supra, et canonibus patrum per bannum Dei, Petri et Pauli et suum, synodali 1074. iudicio multorum episcoporum, et contradicens interdixit presbiteris, diaconibus omnibusque clericis, uxores habere et omnino cum feminis habitare, nisi cum eis quas regula vel Nicena synodus concessit. Decrevit quoque, ut sub sententia sancti Petri cum

a) *glossa in* 1: Psal. in te, Domine, speravi. Symon autem magus in Samaria, ubi credidit et baptizatus fuit, hanc comparationem ab apostolis voluit. b) dnm 1. c) obidendentia 1. d) *Marianus haec adiecit antequam a.* 1096. (1074.) *sqq. historiam scripsit, hisque chronicon primum finiisse videtur.* e) Ab Adam usque hunc annum sunt annorum milia quinque et insuper ducenti octoginta 2. 2**. *Reliqua desunt.*

45) v. Ann. laud. a. 1070, ubi filius Diarmitii filii Malnambi dicitur. 46) v. Ann. Tigernachi p. 308, quat. mag. p. 633. 47) v. ibid. p. 635. 48) v. Ann. laud. h. a. 49) De hoc loco v. praefationem p. 484. n. 19.

Simone damnaretur non solum emptor et venditor cuiusque consecrationis officii ecclesiastici, id est episcopatus, presbiteratus, diaconatus, prepositurae, decanatiae, ecclesiae vel decimationis, sed socius transgressoris. Dominus enim dixit: *Gratis accepistis, gratis date.* Unde de predicta synodo legati papae missi ad Heinricum regem Romanorum, id est duo episcopi cum regina, regis eiusdem matre, ut et universali synodo coram rege, communi omnium episcoporum interdictu, feminas separarent a clericis, et maxime a presbiteris; noluerunt esse in pascha cum rege in civitate Bamberg, nec cibum vel societatem Hermanni eiusdem civitatis episcopi, qui olim comparavit episcopatum et servivit regi in hoc pascha, haberent. — [Dunatus[a] episcopus Dulini[b. 50] obiit Idus Mai.]

Apr. 20.

1097. 19. Cum quidam[c] clerici sub sententia interdicti apostolici libentius esse voluerunt, quam feminas et uxores carere, ut vel per alios castigarentur, decrevit papa synodica legatione, etiam hoc anno, ut predicto anno nullus christianus audiret missam coniugati presbiteri. — 17. Kal. Aug. obiit Widradus abbas Fuldensis.* — **1075.**

* Ruozelinus post eum successit. *addunt* 2. 2**.

1099. 21. In concilio 24 episcoporum, abbatum multorumque clericorum, Vurmatia[d] mense Martii facto[51], presente Heinrico rege, decretum est, ut bannum Illibrandi[e] papae nullus curaret, nec papa esset. Papa vero regem cum suis in quadragesima tribus excommunicavit causis, ob infamiam peccatorum suorum, et unitatem suam cum simoniacis, et hanc scisuram eclesiae inter papam et alios. Inde causa quasi iusta primates regni quasi excommunicato[f] contradicunt regi, temptantes eum proiecire regno. — [Bilis[g], militum Boponis et Gotobaldi frater, Wirziburg sancti Kiliani canonicus[h], moribus et etate et cantatione laudabilis, in choro multum utilis, dum Decembr. mense iacuit mortuus clamans et gemens de terroribus et minationibus et calumnis presentis diaboli, ob suam cantationem misserabiliter laboravit; non enim vacua vociferatione falsaque litterarum multarum adiactione[i] super unam litteram vel pulchritudine soni, sed corde trito per intenta verba placatus Deus. Quod igitur quasi angelus . . . . . .[k] pulchre semper in choro cantavit, moriturus a diabolo carpitus acriter[l] audivit.] — **1077.**

1100. 22. Heinricus ergo rex et Illibrandus papa convenientes mense Martio[52] in Langobardia, rex a papa solutionem banni, papa vero sedem apostolicam a rege accepit. Convenientes autem Suavi et Saxones et Walp dux Boariorum, episcopi septem de Saxonibus et alii sex, Pataviensis, Salsabogiensis, Wirziburgiensis, Vurmatiensis et Mogontiensis episcopi, iuxta Bamberc* dominica tertia[53] quadragesimae, Rodulfum ducem Suaevorum super se constituunt, et dominica mediae quadragesimae Mogontia ungunt in regem, viasque Alpi montis contra Heinricum muniunt. Haec cum cognovit Heinricus, per Aquileiam Radisbonam post pascha pervenit, et ad Rodulfum in Suaviam contra se certare temptantem festinavit. Cum vero Rodulfus fugit, Heinricus Suaviam predavit. Convenientes quoque circa Renum inter Mogontiam et Wormatiam mense Ag. pugnare prohibiti. Conventione quoque in eodem loco facta in Kal. Nov., Rodulfus Heinrico oviam non venit[m]. Heinricus Suaviam[n] predavit et castella per hiemem fregit. — **1078.**

* *in marg.* Forkem. — Mart. 26. — Aug. — Nov. 1.

1101. 23. *Gregorius*[o. 54] *papa*, qui et Illibrandus episcopus, *servus*[p] *servorum Dei, per totum Italicum regnum et Teutonicorum*[q], *debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus apostolicam benedictionem. Si qui sunt presbiteri vel diaconi vel subdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei et auctoritate sancti Petri introitum ecclesiae, usque dum peniteant et emendent. Si qui vero in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrûm officium eorum auscultare presumat; quia benedictio illius vertitur in maledictionem, et oratio in peccatum, testante Domino per prophetam, „Maledicam, inquit, benedictionibus vestris“.* Heinricus rex in pentecosten Mogontiae deponit Illibrandum papam, et Vugbertum Ravennae episcopum in nativitate Iohannis — **1079.**

1080. Mai 31. Iun. 24.

a) *in marg.* 1. b) *vel* tulini? 1. c) quidem 1. d) urmatia 1. *et infra.* e) illibrani 1. f) excōnicacato 1. g) *in marginè* 1. *desunt rell.* h) canonze' 1? i) *i. e.* adiectione. k) *legi nequit* 1. l) *non planè constant.* carpiᵗ acriᵗ *esse videntur.* m) *cod.* 2. *apogr. Vrat. addit*: Anno Coloniensis episcopus obiit. n) paviam 1. o) Gregorius —vestris *in codd.* 2. (2*?) 2**. a. 1097 (1075). *post* presbiteri *leguntur, et certe ad hunc vel ad a.* 1074. *pertinent; cf. n.* 54. p) *deest* 1. q) teutonorum 1.

50) i. e. Dunanus archiepiscopus Dublinii. 51) Ianuarii a. 1076; v. Legg. II. p. 48. 52) Ianuar. a. 1077. 53) i. e. Mart. 12., rectius Mart. 13. 54) v. Mansi XX. p. 433. ex Gerhohi Reicherspergensis expositione psalmorum. Refert haec ad a. 1074.

55 baptistae Pressea[a.55] episcopatu pro eo facit papam. Rodolfum quoque regem Saxonum occidit bello Merseburc, ubi et sepultus Idus Octobr. Mogontia cum muris Kal. Decembr. terre motu ita concussa, ut in monasterio sancti Victoris quasi dimedio miliario a Mogontia mortuum terra sursum cum feretro proiceret.

Mai. 23. Iun. 1103. 25. Heinricus rex a pentecosten diebus quadragesima Romam contra Illibrandum papam expugnat, non intrare petivit[a*]. Mogontia civitas intra octavas pentecosten ex parte maiore et monasterium episcopale aliaque tria monasteria igne Aug. consumta. Suevi in autumno Cuonradi fratrem Herimannum, Heinrici de Lacha[b] fratris filium, pro Rodulfo faciunt regem, et in nativitate Domini in Saxonia ungitur in regem. 1081. 5

1104. 26. Prima paschalis lunae 4. Non. Aprilis toto orbi apparuit, cum 2. Non. Aprilis esse deberet. Multa[c] homicidia et predationes inter Heinricum regem Apr. 17. et Illibrandum papam, ita ut in nocte palmarum multi sunt occisi.[d] 1082. 10

CONTINUATIO I.

ex codice Romano (1.).

A. Wirzb. 1105. Roma capta est a Heinrico rege, et pestilentia magna facta est. 1083. 15

1106. Heinricus imperator de Italia revertitur, et Augusta ab eo obsidetur et capitur. Sigefridus archiepiscopus obiit. 1084.

1107. Heinricus imperator Saxoniam vastat. Synodus Moguntiae apud Sanctum Albanum habetur. Meginhardus Werzeburgensis episcopus constituitur. Obierunt Gregorius papa, qui et Hiltibrant, Dietmarus Wormatiensis episcopus, Hermannus palatinus comes. 1085. 20

1108. Bellum iuxta Bleihcfelt committitur 3. Idus Aug. Hermannus nomen regis deposuit et ipse mox perit. Werzeburg a Saxonibus capta est et mox ab imperatore recepta. 1086.

1109. Bertha imperatrix obiit. 1087.

1110. Wezel Moguntinus archiepiscopus et Meginhard Werzeburgensis episcopus obierunt. Buggo episcopus Halberstatensis Gozlariae occiditur. Bellum iuxta Glicho castellum in Turingia iuxta Erphesfurt situm inter imperatorem Heinricum[e] et Eggibertum marchionem in vigilia Domini die dominica, in quo Burchardus Losanae episcopus occisus est. Obierunt episcopi Sigewinus Coloniensis, Otto Radisponensis. Constituuntur episcopi Ruothardus Mogonciensis, Hermannus Coloniensis, Emehardus Werzeburgensis. 1088. 25 1093.

1112.[f] Imperator Italiam petit. Obierunt Huozmannus episcopus Spirensis, Hermannus Metensis, Liudolfus dux et Berhtolfus dux, filius Rudolfi. Eggibertus marchio occisus est. Adelbero episcopus Wirzeburgensis obiit. 1090. 30

1113.[g] Mahthildis de Longobardia imperatori rebellat. 1091.

1115. Fratizlaus dux Boemiae in venatu repente de equo cadens, subitanea morte discessit. 1093.

1117. Ladizlaus rex Pannoniae vir piae memoriae, item Liupoldus marchio et Heinricus palatinus comes obierunt. 1095.

1123. Cuonradus, filius imperatoris, in Longobardia veneno periit. Obierunt archiepiscopi Engelbertus Trevirensis et Liemarus Premensis. 1101. 35

1124. Ciclus decennovennalis indictione 10. incipit. 1102.

1126. Heinricus[h] rex a patre suo propter excommunicationem recedens, catholicorum suscepit patrocinium. 1104.

56 1127. Heinricus rex et Mogontinus archiepiscopus R.[56], imperatore tenente Mogontiam, usque ad castellum cum exercitu venerunt, et frustrati abierunt. Nourinberch capitur. Pater a filio Radispone mirabiliter superatur. 1105. 40

1128. Crux, lancea, corona et cetera regni insignia filio coram principibus regni traduntur. 1106.

1155. In[i] hoc anno 4. Non. Aug. hora diei quasi nona eclipsis solis facta est tanta, ut stellae videri possent in celo. 1133. 45

---

a) preslea 2. a*) *lege:* potuit. b) Lacha 1. c) *reliqua desunt* 2**. d) *Eadem manu statim additum est in inferiori fol.* 166' *parte:* Obiit Marianus inclusus; *postea lineae ductae, anni scripti et brevis continuatio addita est.* e) Heinric' *cod.* f) 1111. *corr.* 1112. *cod.* g) 1112. *corr.* 1113. *cod.* h) *reliqua alia coaeva manu scripta sunt.* i) *haec alia manu addita sunt. Numeri usque ad a.* 1335 (1313). *scripti in ultimis codicis foliis leguntur.* 50

55) i. c. Brixia. 56) Ruothardus.

CONTINUATIO II.

ex codice Lond. (2.).

1105. 27. Heinricus urbem Romae infregit et cepit, Wicbertum[a] in sede 1083. apostolica constituit. Hiltebrandus vero Beneventum adiit, ubi usque ad obitum suum 5 deguit. Heinricus vero[b] in Teutonicam patriam rediit.

1106. 28. Hildebrandus[c] obiit[57].* 1084. 57

* *Florentius ita:* Apostolicus papa Hildebrandus in extremis suis ad se vocavit unum de 12 cardinalibus, quem diligebat multum, et confessus est omnipotenti Deo et sancto Petro et toti ecclesiae, valde se peccasse in pastorali cura, quae ei ad regendum erat commissa, suadente- 10 que diabolo contra genus humanum odium et iram incitasse. Postea vero sententiam, quae in orbe terrarum effusa est, pro augmento christianitatis se cepisse dicebat. Tunc demum misit praedictum confessorem suum ad imperatorem et ad totam ecclesiam, ut optarent illi indulgentiam, quia finem vitae suae aspiciebat, et tacito induebat se angelicam vestem, et dimisit ac dissolvit vincula bannorum omniumque suorum imperatori et omni populo christiano, 15 vivis et defunctis, clericis ac laicis, et iussit eos abire de domo Theodorici, et amicos Heinrici ascendere, teste Moguntino archiepiscopo, nec multo post obiit. — *Haec in primo codicis 2. folio ita leguntur:* Volumus vos scire, qui ecclesiasticae curae solliciti estis, quod apostolicus Hiltebrandus nunc in extremis suis ad se vocavit unum de 12 cardinalibus, quem multum diligebat prae caeteris, et confessus est omnipotenti Domino et sancto Petro ac toti ecclesiae valde 20 peccasse in pastorali cura, quae ei ad regendum erat commissa. Suadente diabolo contra humanum genus odium et iram incitasse. Postea vero sententiam, quae in orbem terrarum effusa est, pro augmento christianitatis cepisse dicebat. Tunc demum misit praedictum confessorem suum ad imperatorem et ad totam ecclesiam, ut optarent illi indulgentiam, quia finem vitae suae aspiciebat. Et tam cito induebat se angelicam vestem, et dimisit ac dissolvit vincula 25 bannorum omnium suorum imperatori et omni populo christiano et defunctis clericis ac laicis, et iussit suos abire de domo Theoderici, et amicos Heinrici ascendere. Teste Mogontino archiepiscopo. *Haec etiam in codice Gemblacensi extitisse videntur, ex quo ea recepit Sigebertus*[58]. 58

1107. 29. Heinricus[d] Saxones bello vicit, patriam obtinuit, eosque sibi 1085. iurare et obsequi coegit; sed postquam exercitum dimisit, Saxones occulte ceperunt 30 congregari adversus imperatorem Heinricum[e], dolo volentes eum occidere. Ille autem, dolo comperto, declinavit insidias eorum, egrediendo de illa provincia.

1108. 30. Heinricus[f] iuxta Wirzeburgum Suevis et Saxonibus bello con- 1086. gressus et quorundam suorum perfidorum, in ipso conflictu se ad hostem[g] convertentium, presidio desertus, a quodam etiam collaterali suo in vertice ense percussus, dedit 35 se cum paucis in fugam. Hostes vero insecuti usque ad urbem predictam, ceperunt

a) wibbertum *c.* b) rex *Flor.* c) H. papa *apogr. Vrat.* d) H. rex *Fl.* e) imperatorem. Heinricus 2. f) H. rex *Fl.* g) hostes *Fl. apogr. Vr. e corr.*

57) a. 1085. 58) cf. Hirsch de vita Sigiberti p. 139—143. Bethmann SS. VI. p. 365. — Hoc loco 40 adiiciam brevem narrationem, primum a Mabillonio (Ann. Bened. V. p. 214), post a me ex codice Laudunensi descriptam (Arch. VII. p. 220): *Episcopus Augustidunensis* (Agano) *post biennium rediens ab Hierosolimis interfuit depositioni domni 45 pape Gregorii, et asserit, ante octo dies diem et horam obitus predixisse, nec omnino lectulo decubuisse, sed ipso die sui transitus ecclesiam adiit, allocutusque publice cum clero populum totius Salerne urbis, primo de credulitate corporis et san- 50 guinis Domini nostri, deinde de intentione totius sui operis, inposita sibi stola, absolvit cunctos quoscunque modo a se anathematizatos, ac post incedens genibus et manibus, altare adiit, viaticum corporis et sanguinis Domini inde sumens, sicque do- 55 mum reversus, hora qua predixerat obiit, predicto pontifici superinponens totum suae sepulture officium, etiam divisionem modice quam habebat substantiae.* — Denique etiam quae in codice Udalriceo n. CLXVI. leguntur addenda sunt: *Piae memoriae dominus Gregorius papa septimus cum apud Salernum infirmitate, qua mox obiit, aegrotare coepisset, astiterunt ei cardinales Romani aliarumque civitatum episcopi, viri religiosi, sciscitantes ab eo, quem sibi in episcopatu subrogari vellet illis indicare dignaretur. At ille secum pauca cogitans, tandem illis haec verba dedit: „Quemcumque horum trium habere possitis, videlicet Lucensem episcopum vel Hostiensem vel Lugdunensem, hunc in episcopum eligite.“ Item de excommunicatis requisitus, respondit: „Praeter Heinricum regem dictum et Wigbertum Ravennatem archiepiscopum et alias principales personas quae consilio vel auxilio favent impietati vel nequitiae illorum, omnes in vice apostolorum Petri et Pauli absolvo et benedico, et quicumque me hanc potestatem habere credet indubitanter.“ Haec autem ultima eius verba fuerunt: „Dilexi iustitiam et odivi iniquitatem, propterea morior in exilio.“*

eam, et episcopum Alberonem a[a] Heinrico ob perfidiam expulsum ibidem restituerunt, expulso Mainardo[b] episcopo ibidem a[a] Heinrico constituto. Paulo post Heinricus eandem urbem congregato exercitu obsedit et cepit, episcopoque Alberoni, quia suus erat patrinus, concessit, ut remaneret sibi fidelis et episcopus urbis. Illo autem nolente Heinrico subesse, Heinricus, quia nimium pius erat, liberum illum permisit abire. — Wilelmus rex Anglorum[c] fecit describi omnes totius Angliae possessiones in agris, in hominibus, in animalibus omnibus, in omnibus mansionibus a maiori usque ad minimam et[d] in omni censu, qui ex omnium terris posset reddi; et vexata est terra multis cladibus inde procedentibus.

1109. 31. Wilelmus rex Anglorum obiit 5. Idus Septembris; Wilelmus, 1087. filius eius, unctusque est[e] in regem 4. Non. Octobris.[f]

EX FLORENTII WIGORNIENSIS HISTORIA.

1113. 35. . . . . Erant duo, ut in Anglia ferebatur, qui dicebantur Romani 1091. pontifices, a se invicem discordantes et ecclesiam Dei inter se divisam post se trahentes: Urbanus scilicet, qui prius fuerat vocatus Odo episcopus Hostiensis, et Clemens, qui Wibertus appellatus fuerat, archiepiscopus Ravennensis. Quae res, ut de aliis mundi partibus sileamus, per plures annos ecclesiam Angliae in tantum occupavit, ut ex quo Gregorius, qui et Hildebrandus, defunctus fuit, nulli loco papae usque ad hoc tempus subdi vel obedire voluerit. Urbanum pro vicario beati Petri Italia Galliaque iam receperat . . . . . .

1118. 40. . . . . Urbanus papa venit in Galliam, et apud Clarum montem 1096. quadragesimali tempore synodo celebrata, ad Turcas, Sarracenos, Turcopolos aliosque paganos debellandos, Hierusalem proficisci hortatus est christianos. Cuius hortatu mox in ipsa synodo comes Sancti Egidii Raimundus, et cum eo multi alii cruce Christi signati, peregrinationem se pro Deo subituros et quod suaserat peracturos spoponderunt. Quibus auditis, de Italia, Germania, Gallia, Anglia, caeteri christiani ad eandem profectionem certatim se paravere. Quorum duces et primates extitere Podiensis episcopus Aimerus, Hostiensis episcopus cum aliis episcopis quam pluribus, Petrus monachus, Hugo Magnus, Philippi regis Francorum germanus, dux Lothariensis Godefridus, Carnotensis comes Stephanus, Nordmannorum comes Robertus, Flandrensis comes Robertus, duo germani Godefridi ducis comes Eustachius Bononiensis et Baldwinus, praedictus comes Reimundus, Boemundus, Roberti Guiscardi filius . . . .

1120. 42. . . . . . Antiochia civitas a christianis 3. Nonas Iunii, feria 1098. quarta, capta est. In qua paucis diebus transactis, lancea, qua mundi Salvator in crucis patibulo pendens vulneratus fuit, Andrea apostolo sanctorum mitissimo revelante, in ecclesia sancti Petri apostoli inventa est. Cuius inventione christiani animati, 4. Kal. Iulii, feria secunda, secum illam deferentes, de civitate exierunt, et cum paganis praelio commisso, Curbaranum, principem militiae soldani Persiae, et Turcos, Arabes, Sarracenos, Publicanos, Azimatos, Persas, Agulanos et alias multas gentes in ore gladii fugantes, multis milibus ex eis occisis, Dei virtute plenam victoriam habuerunt. Splendor insolitus per totam fere noctem 5. Kal. Octobris emicuit. . . . . Rogerus dux Apuliae, adunato grandi exercitu, Capuanam civitatem a sua ditione resilientem obsedit. Urbanus papa, comitante secum Dorobernensi archiepiscopo Anselmo, ut illi mandarat, ad concilium Oct. 1. quod apud Barum Kal. Octobris celebrari constituit, proficiscitur. In quo concilio plurima de fide catholica ab apostolico diserta sunt facunda oratione. Ubi etiam mota quaestione ex parte Graecorum, euangelica auctoritate probare volentium, Spiritum sanctum processionem non habere nisi tantum a Patre, praefatus Anselmus sic de negotio tractavit, disseruit, absolvit, ut in ipso conventu nemo existeret, qui non inde sibi satisfactum consentiret.

a) ab *Fl.* b) menandro *Fl.* c) *deest Fl. qui haec aliter expressit; et reliqua omisit.* d) *deest apogr. Vr.* e) *deest apogr. Vr.* f) *anni scripti sunt usque ad* 1122 (1099).

1121. 43. Urbanus papa tertia hebdomada paschae magnum concilium tenuit Romae. In quo recisis recidendis et statutis statuendis, in adversarios sanctae ecclesiae excommunicationis sententiam in omnes laicos investituras ecclesiarum dantes, et omnes easdem investituras de manibus illorum accipientes, necnon omnes in officium sic dati honoris huiusmodi consecrantes, cum toto concilio papa intorsit. Eos quoque anathematis vinculo colligavit, qui pro ecclesiasticis honoribus laicorum hominum homines fiunt, dicens, nimis execrabile videri, ut manus, quae in tantam eminentiam excreverant, ut, quod nulli angelorum concessum est, Deum cuncta creantem suo signaculo creent et eundem ipsum pro redemptione et salute totius mundi summi Dei patris obtutibus offerant, in hanc ignominiam detrudantur, ut ancillae fiant earum manuum, quae die ac nocte obscoenis contactibus inquinantur, sive rapinis ac iniustae sanguinum effusioni addictae commaculantur. *Fiat, fiat*, ab omnibus est clamatum; et in his concilium consummatum est. Post haec archiepiscopus Lugdunum perrexit . . . . 1099.

Idus Iulii, feria quinta, Hierusalem a christianis capta est, et post haec 11. Kal. Augusti, eadem feria, Lothariensis dux Godefridus ab omni exercitu in regem est electus. — Urbanus papa 4. Kal. Augusti, feria quinta, obiit. — Christiani cum Amiraviso, principe militiae et secundo in potestate totius regni regis Babyloniae, ante civitatem Ascalonam 2. Idus Augusti, eadem feria, bellum habentes maximum, Christo largiente potiti sunt victoria. — Paschalis, vir venerandus, qui ab Hildebrando papa presbyter fuerat ordinatus, a Romano populo Idib. Augusti electus, die sequenti, id est 19. Kal. Septemb., feria prima, in papam est consecratus . . . .

1122. 44. Clemens papa, qui et Wibertus, obiit . . . . 1100.

Interea a Hierusalem domum redierunt comites Robertus Flandrensis et Eustachius Bononiensis primitus; dein Normannorum comes Robertus cum uxore, quam sibi in Sicilia desponsaverat, repatriavit . . . .

1123. 43. Filius Eustachii senioris comitis Bononiensis, Godefridus rex Hierosolymorum, qui praepotens extiterat dux Lothariensium, diem clausit ultimum, et in ecclesia Golgothana sepultus requiescit. Cuius post obitum christiani unanimi consilio eius germanum sibi in regem elegerunt Balduinum. 1101.

1128. 48. . . . . Quo anno facta est nimis execrabilis contentio inter imperatorem de Alemannia et filium eius . . . . 1106.

Romanorum 96. Henricus quartus obiit, cui filius suus Henricus succedens, regnavit annis 19 . . . .

1132. 4. Rex Anglorum Henricus filiam suam Henrico regi Teutonicorum dedit in coniugem . . . . 1110.

1133. 5. Henricus rex Teutonicorum Romam venit, Paschalem papam cepit et in custodia posuit, sed postmodum ad pontem viae Salariae, ubi paschalem festivitatem in campo celebraverunt, pacem cum eo fecit. Hoc autem modo reconciliatio inter regem et dominum papam facta est, et hoc est iuramentum regis[59]: *Ego Henricus rex liberos dimittam 4. vel 5. feria proxima dominum papam et episcopos et cardinales, et omnes captivos et obsides, qui pro eo vel cum eo capti sunt, securos produci faciam intra portas Transtiberinae civitatis, nec ulterius capiam aut capi permittam eos qui in fidelitate domini papae Paschalis permanent, et populo Romano et Transtiberinae et insulae civitatis pacem et securitatem servabo, tam per me quam meos, et in personis et in rebus, qui mihi pacem servaverint. Dominum papam Paschalem fideliter adiuvabo, ut papatum quiete et secure teneat, patrimonia et possessiones Romanae ecclesiae, quae abstuli, restituam, cuncta quae habere debet more antecessorum meorum recuperare et tenere adiuvabo bona fide, et domino papae Paschali obedientiam, salvo honore regni et imperii, sicut catholici imperatores catholicis pontificibus Romanis. Haec omnia observabo bona fide, sine fraude et malo ingenio. Et isti sunt iuratores ex parte ipsius regis: Fredericus Coloniensis archiepiscopus, Gebehardus Tridentius*[a] *episcopus, Burhardus*[a] *Monasteriensis episcopus, Bruno Spirensis episcopus, Albertus cancellarius, comes Heremannus, Fredericus comes palatinus, Berengarius comes, Fredericus comes, Bonifacius martio*[a], *Albertus comes de Blandriaco, Fredericus comes, Godefridus comes, Warnerius martio*[a]. 1111.

a) *ita ed.*

59) v. Mon. Legg. II. p. 72.

60 *Dominus*[60] *papa Paschalis* 156. *concedet domino regi Henrico et regno eius, et privilegio suo sub anathemate confirmabit et corroborabit, episcopo vel abbate libere electo sine symonia assensu regis, quod dominus rex eum annulo et virga investiat. Episcopus autem vel abbas a rege investitus, libere accipiat consecrationem ab episcopo ad quem pertinuerit. Si quis vero a clero et populo eligatur, nisi a rege investiatur, a nemine consecretur, et archiepiscopi et episcopi libertatem habeant consecrandi a rege investitos. Super his etiam dominus papa Paschalis non inquietabit dominum regem Henricum, nec eius regnum et imperium. Dominus papa Paschalis non inquietabit dominum regem Henricum, nec eius imperium vel regnum, de investitura episcopatuum vel abbatiarum, neque de iniuria sibi illata et suis, neque aliquod malum reddet sibi vel alicui personae pro hac causa, et penitus in personam regis Henrici nunquam anathema ponet, nec remanebit in domino papa, quin coronet eum, sicut in ordine continetur, et regnum et imperium officii sui auxilio eum tenere adiuvabit pro posse suo, et haec adimplebit dominus papa sine fraude et malo ingenio. Haec sunt nomina illorum episcoporum et cardinalium, qui praecepto domini papae Paschalis privilegium et amicitiam sacramento confirmaverunt domino imperatori Henrico: Petrus Portuensis episcopus, Centius Sabiniensis episcopus, Robertus cardinalis Sancti Eusebii, Bonifacius cardinalis Sancti Marci, Anastasius cardinalis Sancti Clementis, Gregorius cardinalis Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, item Gregorius cardinalis Sancti Grisogoni, Iohannes cardinalis Sanctae Potentianae, Rhisus cardinalis Sancti Laurentii, Rainerus cardinalis Sanctorum Marcellini et Petri, Vitalis cardinalis sanctae Balbinae, Duuzo cardinalis Sancti Martini, Theobaldus cardinalis Iohannis et Pauli, Iohannes diaconus Sanctae Mariae in schola Graeca.*

61 *Paschalis*[61] *episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Henrico Teutonicorum regi et per Dei operis gratiam Romanorum imperatori augusto salutem et apostolicam benedictionem. Regnum vestrum sanctae Romanae ecclesiae singulariter cohaerere dispositio divina constituit. Praedecessores vestri probitatem cum prudentiae amplioris gratia ac Romanae urbis coronam et imperium consecuti sunt. Ad cuius videlicet coronae et imperii dignitatem tuam quoque personam, fili carissime Henrice, per nostri sacerdotii ministerium maiestas divina provexit. Illam igitur dignitatis praerogativam, quam praedecessores nostri vestris praedecessoribus, catholicis imperatoribus, concesserunt et privilegiorum paginis confirmaverunt, nos quoque dilectioni tuae concedimus, et praesentis privilegii pagina confirmamus, ut regni tui episcopis vel abbatibus, libere praeter violentiam et symoniam electis, investituram virgae et annuli conferas. Post investitionem vero canonice consecrationem accipiat ab episcopo, ad quem pertinuerit. Si quis autem a clero et populo praeter tuum assensum electus fuerit, nisi a te investiatur, a nemine consecretur. Sane episcopi vel archiepiscopi libertatem habeant, a te investitos episcopos vel abbates canonice consecrandi. Praedecessores enim vestri ecclesias regni sui tantis regalium suorum beneficiis ampliarunt, ut regnum ipsum episcoporum maxime vel abbatum praediis oporteat communiri, et post plures dissensiones, quae electionibus saepe contingunt, regali oporteat maiestate compesci. Quam ob rem prudentiae et potestativae curae debes solicitius imminere, ut Romanae ecclesiae celsitudo et caeterarum salus praestante Domino beneficiis et servitiis conservetur. Si qua igitur ecclesiastica vel secularis persona hanc nostrae concessionis paginam temerario ausu pervertere temptaverit, anathematis vinculo, nisi resipuerit, innodetur, honoris quoque ac dignitatis suae periculum patiatur. Observantes autem misericordia divina custodiat, et personam potestatemque tuam ad honorem suum et gloriam feliciter imperare concedat.*

His conventionibus et iuramentis inter dominum papam et regem in paschali festivitate facta est concordia. Deinde Romam Idus Aprilis rex venit, quem papa, in ecclesia sancti Petri missam celebrans, in imperatorem consecravit, et ei suisque omnibus absolutionem fecit, et omnem iniuriam sibi factam condonavit . . . .

1131. 6. Anno pontificatus domini papae Paschalis secundi 13, indictione 5, mense Martio, 15. Kal. Aprilis, celebratum est concilium Romae Lateranis in basilica Constantiniana[62]. In quo cum dominus papa resedisset[a] cum archiepiscopis et episcopis et cardinalibus et varia multitudine clericorum et laicorum, ultima die concilii, **1112.**

a) redisset *ed.*

60) v. ibid. p. 71. 61) v. ibid. p. 72. 62) v. Ekkehardum SS. VI. p. 246. et quae ibi notavi.

facta coram omnibus professione catholicae fidei, ne quis de fide ipsius dubitaret, dixit: *Amplector omnem divinam scripturam, scilicet veteris ac novi testamenti legem a Moyse scriptam et a sanctis prophetis. Amplector quatuor euangelia, septem canonicas epistolas, epistolas gloriosi doctoris beati Pauli apostoli, sanctos canones apostolorum, quatuor concilia universalia sicut quatuor euangelia, Nicenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense; Antiochenum concilium et decreta sanctorum patrum Romanorum pontificum, et praecipue decreta domini mei papae Gregorii septimi et beatae memoriae papae Urbani. Quae ipsi laudaverunt, laudo. Quae ipsi tenuerunt, teneo. Quae confirmaverunt, confirmo. Quae damnaverunt, damno. Quae repulerunt, repello. Quae interdixerunt, interdico. Quae prohibuerunt, prohibeo. In omnibus et per omnia in his semper perseverabo.* Quibus expletis, surrexit pro omnibus Girardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania, et communi assensu domini papae Paschalis totiusque concilii coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere debet dici pravilegium*[a], *pro liberatione captivorum et ecclesiae a domino papa Paschali per violentiam regis Henrici extortum, nos omnes in hoc concilio cum domino congregati, canonica censura et ecclesiastica auctoritate iudicio sancti Spiritus damnamus, et irritum esse iudicamus, atque omnino quassamus, et ne quid auctoritatis et efficacitatis habeat, penitus excommunicamus; et hoc ideo damnatum est, quia in eo privilegio continetur, quod electus canonice a clero et populo a nemine consecretur nisi prius a rege investiatur, quod*[b] *est contra sanctum Spiritum et canonicam institutionem.* Perlecta vero hac carta, acclamatum est ab universo concilio: *Amen, fiat, fiat.* Archiepiscopi cum suis suffraganeis qui interfuerunt hi sunt: Iohannes patriarcha Veneticus, Sennes[c] Capuanus, Landulfus Beneventanus, Amalphitanus, Rogitanus, Hidrontinus, Brundusinus, Capsanus, Girontinus, et Graeci, Rosanus et archiepiscopus Sanctae Severinae. Episcopi vero Centius Savinensis, Petrus Portuensis, Leo Ostiensis, Cono Prenestinus, Gerardus Engolismus, Galo Leonensis, legatus pro Bituricensi et Viennensi archiepiscopis, Rogerus Vulturnensis, Gaufridus Senensis, Rollandus Populoniensis, Gregorius Terracinensis, Gulielmus Troianus, Gibinus Siracusanus, legatus pro omnibus Siculis, et alii fere 100 episcopi. Siguinus et Iohannes Tusculanus episcopi, cum essent Romae illa die, concilio non interfuerunt. Qui postea, lecta damnatione privilegii, consenserunt et laudaverunt . . .

1136. 8. Henrico Romanorum imperatori Matildis, filia regis Anglorum Henrici, 8. Idus Ianuarii, Moguntiae desponsata, et in imperatricem est consecrata . . . — 1114.

1137. 9. Hoc anno hiems extitit asperrima, ita ut omnes fere per Angliam pontes glacie frangerentur. Imperator Henricus, postquam Coloniam diu obsedisset[63] et multos suorum campestri praelio perdidisset, pacem apud civitatem Nussam[d] iuramento fecit . . . . — 1115.

1139. 11 . . . Apud Lumbardiam magno terrae motu facto et ut testati sunt qui novere 40 dierum spatio durante, plurima domorum aedificia corruere. Et quod visu dictuque constat mirabile, villa quaedam pergrandis mota est repente de statu proprio, iamque ab omnibus longe remoto consistere cernitur loco. Mediolani dum patritiae dignitatis viri de re publica tractantes sub una residerent turri, auribus omnium vox foras insonuit, unum ex illis nomine vocans et festinato exire rogans. Quo tardante, persona quaedam coram apparuit, quae vocatum virum ut egrederetur prece obtinuit. Exeunte illo, turris repente cecidit et omnes qui ibidem aderant casu mirabili oppressit.[64] — 1117.

a) privilegium *ed.* b) quod non est *ed.* c) Semies *ed.* d) missam *ed.*

63) v. Ekkehardum a. 1114 ex. 64) In continuatione anonymi nonnisi pauca de Lothario imperatore, quem a. 1125. Leodegarium dicit, papisque Anacleto et Innocentio a. 1137, de Saxonibus Turingorum victoribus (ex Widukindo?) a. 1138, de miraculo in Prumiensi monasterio acto a. 1138. notanda sunt; quae hic exscribere iuvat:

1159. ***Fluctuabat adhuc iam annis 7 Romana sedes propter papatum duorum, Gregorii scilicet, qui et Innocentius, et Petri, qui et Leo. Quorum causa inter Lotharium Romanorum imperatorem et Rogerum Apuliae ducem exortum fuit bellum. Divitiis pleni ambo hi. Unus religione et dignitate superior vel excellentior; alter in confusionem sui auro praestantior. Imperialis tamen sublimitas, ut dignum et iustum est, omni regiae dignitati praestat in omnibus. Ambo Romae praedictos constituerunt episcopos episcoporum; Lotharius Gregorium canonice electum, Rogerus Petro Leoni Romanae urbis concessit papatum. Verum hac inter eos dissen-*** — 1137.

sione cardinalium auctoritati et praefectoriae dignitati displicente, amore pecuniae nunc Gregorium in Petri expulsione, nunc Petrum Gregorii exclusione in apostolicam sedem recipiunt. Constitutus denique a Lothario Gregorius apostolicam regit sedem; electus a Rogero velut alter papa Lateranis sedit, antiqui Petri Leonis soboles Petrus Leo; quo utrosque si stimulat dignitatis ambitio, neuter placens Deo. Quae cum fiunt in mundo, Dei servantur iudicio, cuius iudicia abyssus multa. Causa tantae dissensionis, in capite omnium per orbem ecclesiarum Romae quam plurimis annis habitae, communi principum consilio statuitur dies, quo inter Romanos et Apulienses duellum fiat, et Deus omnipotens iudex omnium cui disposuerit victoriam tribuat. Congregato exercitu fere innumerabili, Lotharius imperator, licet infirmitate positus, castrametatus est in Apulia. Rogerus multorum milium peditum et equitum multitudine constipatus occurrit. Pugnatum est utrinque. Deo autem sic disponente, imperator cum suis vincens triumphat, Rogerus cum suis victus fugam iniit. Cuius regia corona, quam sibi fecerat ut rex coronaretur, auro praefulgida, insidiose tamen reperta, in donum acceptabile imperatoriae traditur excellentiae. Qui repatrians, non multo post regnum cum vita amisit . . . .

1160. 1. *Romanorum* 99. *Conradus, dux* 1138. *Bavariorum, nepos Henrici superioris, qui habuit in imperatricem filiam regis Anglorum Henrici, regnavit annis* 12. *Olim temporis gens quaedam ab aquilonali parte veniens, Turingiam terram incolendam penetravit. Cuius terrae incolae, ut ipsius exterae terrae populus expetiere, haud modicam sui incolatus portionem illi concessere Crevit populus et multiplicatus est nimis. Longo elapso tempore, debitam Turingis abnegant deditionem. Qua de re cum armis, ut moris est eidem genti, convenitur utrinque, ut debitum exigatur et persolvatur. Id sane semel et iterum, sine vulnere tamen, agebatur, tertio sine armis ab utraque parte sub pacis foedere convenire decernitur. Exterorum plurima multitudo sentiens imbecillitatem Turingorum, et nec consilio nec fortitudine bene regi terram illorum, conveniunt; statuto die condicto placito se ingerunt, in cautelam et tutelam sui longos cultros invaginatos in abscondito secum gerentes. Non pacis consensu, sed in dissensione magna placitatum est. Quid multis? Turingi vincuntur, extera gens et effera triumphat. Nam longorum cultrorum iam evaginatorum exercitio fit in Thuringis non modica sanguinis effusio. De terra et de cognatione sua Turingi propelluntur incolae ignominia; fere tota terra illorum cedit, quibus rotalis arriserat fortuna in victoria. Mutato denique nomine, quae ad id tempus Turingia, ex longis cultellis sed victoriosis postmodum vocata est, non Saxonia, sed Anglico elemento Sexonia . . . . Defuncto sedis apostolicae invasore Petro Leone anno* 9. *invasionis suae, venerabilis papa Gregorius, qui et Innocentius, sanctam regens ecclesiam, ad satisfactionem venientes cunctos qui in parte Petri contra eum tenuerant suscepit. Et pacificatis omnibus, die paschali Romae consecravit in episcopum Ostiensis ecclesiae Albericum abbatem Verzeliensis ecclesiae. Fama volat per circuitum hoc factum miraculum.— In archiepiscopatu Treverensi coenobium nobile situm est, quod Brumia dicitur, in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli dedicatum, ab antiquis temporibus a Pipino rege Francorum, patre Caroli Magni, fundatum, in quo talis novitas rei ab omnibus ibidem conversantibus accidisse refertur. Quodam mane* etc. Diabolum in cella vinaria deprehensum monachum fecerunt; sed postea „*cum eum monachili habitu spoliarent, inter manus eorum ut fumus evanuit*“.

INDEX RERUM

AUCTORE D. RUDOLFO KOEPKE PH. D.

A.

B.

D cf. T.

E.

F.

G cf. W.

SS. 1. v.

Marianus Sc

fol. 33 a. I Gobthn dn ind amelbrigte clysnaip i maganria ri dapdo en p
ecenabliā tanacra aalbain i pi ginitate mea. 7 se qui pri bē l

fol. 67 a. I Gobthnn dn idir amelbrigte clysen aip diamarpt. II. kl aug. Alandgu
cotocenn. r cbrdi ē tabrlis i frndo ficoir. r gtiaraga nec mesy

ol patraic

fol. 147 b. Ab[...] anoe behallech

tri cha bliadan genchre

Mon. SS V. Tab. II. ad pag. 481.
Steind. v. J. G. Schwab Hann.

fol. 148 a. Bennach erenn i cechdu

bennach lagnu i cechtan

fol. 131 a med. I M[...] historia q[...]

[...] eius partis suo f[...]

ipso ortanti in colrnam p

fol. 150 a med. Intea ad africa q[...]m multis annis uuandal

patricius missus ē uuandalorum gentē del

recepta ē. pulsis deuictisq uuandalis

fol. 166 a med. TCX Bertha impatrix ob.

[illegible]

[illegible] malediction- illis.

behallechabreo oir donadeseb.
n genchredem bennach crenndarmese,

n ī cechdu. bennach ultu es conachtu.
ī cechtan. acusbith bennach firu muman.

[illegible] helena [illegible]
suo [illegible] Quam una [illegible]
rnam [illegible]

uuandali possidebant a iustiniano cum exercitu bilisari
entem deleuit, Cartago quae anno excessionis sue xcvi
andalis a rege eorum gelismero [illegible] uicto et capto [illegible]

Marianus inclusus. ī lxxxvii

Wilh. Giesebrecht Dr. scripsit

I.

K.

L.

M.

N.

O cf. U.

P.

Q.

R.

S.

T cf. D.

U cf. O.

X.

Y.

Z.

GLOSSARIUM

AUCTORE D. RUDOLFO KOEPKE PH. D.

abrenuntiatorius 281. 282.
absconse, abscondite 471.
admira, admiraldus 57.
advocamentum, animi remissio 251.
agon, certamen 236.
allodium, *alode* 23. 449. 452. 455—457. 460. 467.
amitta, amita 46.
ampliator, amplificator 274.
apostatare 292. 298.
argumenta, tormenta bellica 56.
arrepticius, daemoniacus 295.
astitrix, adiutrix 294.
athleta Dei 305.
attitulare, beneficio dare 210. 220.
auricularius, consiliarius 164. 184. 195. 241. 279. 309. 311.
autumnare, rapere 323.
bacinus, vas aquarium, becken 47.
baiulus, portator 166. 274. 276.
balivus 33.
banda, vexillum 474.
barbari, pagani Sclavi, gentes exterae 104. 162. 168. 169. 202. 216. 233. 252. 255.
barones 48—50.
beneficium 120. 162. 174. 182. 183. 230. 235. 236. 282. 295. 298.
beneplacitum, arbitrium 308.
bisextilis annus 48.
braczutus i. q. braczalis, agricola 470.
bravium, victoriae praemium 304.
caballus 185.
caitis, *caytus*, officium milit. Sarrac. 53. 55—57.
caldaria, lebes 479.
calips, calix 47.
caminada, conclave 311.
canonica iustitia 280.
canonum scita et statuta 242. 257. 278. 428.
capella, vasa sacra et reliqua ad divinum officium necessaria 445. 457.
capitaneus 441.
cappa sirica 47.
cartarium 160.
cartula 468.
catecuminus, catechumenus 155.
catepanus, *cathepanatus* 53. 56.
cathaclismus, diluvium 33.
catuna, catoio, locus cavernosus 55.
centurio 473.
chitoniti, *chetoniti*, *ketoniti*, κοιτωνίτης 53. 57. 58.
clamis 251.
collegium, exercitus 277. 323.
commendax 322.
commercialis 275.
communiceps regni 322.
complices, socii sceleris 434. 449. 462. 465. 466.
compater 59.
compotus, numerus 33.
comprovincialis 312. 458.
computista, computator 393.
concupiscentia 303.
confortamentum, corroboratio 449.
consecretalis, familiaris, arcanorum particeps 279. 301.
consul 477.
contemptibilis 439.
conterali, concives 54. 58.
contrahiscere, hiscere 250.
conversatio, vivendi ratio 166. 176. 219. 220.
correctrix 304.
cripta 152.
criti, *critici*, κρίτης 57. 58.
crusina, collare, krause 366.
cuntus, cunctus 559.
curia regia 330. 333. 366.
curtis regia 167. 172. 234. 237.
decimae 193. 194. 218. 228. 309. 310.
decimalis 193.
decimatio 175. 561.
dementare, dementem facere 214.
derelicta, vidua 251. 257.
destinare, mittere 168. 209. 219. 229.
dignitates, qui munere honorifico funguntur 225.
dilaminare, depeculari 274.
dilatatus, dives, praeditus 267.
dimidiare 434.
disciplinalis 277.
discretor, censor, iudex 273.
disparatus, distans 220. 224.
dispensatorius 288. 294.
dissolutorie 267.
diversiclinium 293. 316.
dogmatistes, praeceptor 267.
dominicalis curtis 193.
dormitio, obitus 161.
dormitiunculus 303.
dorsale 559.
dos 182.
ducatus 123. 124. 131. 159. 179. 270.
ducatus, geleit 257.
duellum, certamen singulare 275. 276. 335.
dunnio, Gallis *donieon* 28.
duxissa 33.
eiulabilis, miserandus 277.
enerviter, ignave 325.
ensifer militaris, vir nobilis 325.
epilempsis 217.
evaporare dolorem 194.
evocare 219.
exactura, exactio 275.
exoccupare, vacuefacere 212. 239.
exubitus, excubitor 56.
facula, taeda 261.
fantasma, commentum 204.
fasces, potestas suprema 249.
favoralis 296. 307.
febris planeta 281.
fiala 47.
fideiussorius 33.
fidelis 182. 276. 277. 350. 470. 471.
fidelitas 470. 471.
figmenta scenica 242.
fiscus regalis 166. 172. 178. 206. *fiscus publicus* 194.
gehennalis 274.
godeshaz, odium Dei 349.
gravio 297.
gregarius miles, conductitius 217.
grisum, *griseum*, pelles murinae 50.
homagium 33.
hominatio, obsequii professio 295.
homines seculi, laici 164.
hystrio 124.
idoneare, idoneum aliquem declarare 295.
imponere, incipere 165.
importabilis, intolerabilis 194.
inbeneficiare 434.
incardinare, sacerdotem instituere 323.
incastellare 453.
incentivus, concitator 247.
ingenui 245. 255.

inhumatio 50.
inpensiuncula 290.
insignia regni 176. 197.
internecies 297.
internitio 194. 195. 202. 229. 233.
interstitium 273.
investimentum 470.
investitura 474—476.
ius gentium 167. 196. *ius coeli et fori* 177. 240.
iusta, iuxta 474. 475.
iustitiae, privilegia 276. 278. 279.
laudamentum, consensus, solemnis adclamatio 292. 298. 319. 320. 322.
laudare, laudibus i. e. solemni adclamatione regem eligere 292.
leges et scita maiorum 226. 234. 246. 249.
leges divinae et humanae 283.
leges ecclesiasticae 160. 194. 201. 210. 219. 242. 259. 261—263.
leges forenses 160. 210.
leges palatinae 223. 248. 258.
leges paternae et iustitiae 278. 279.
leges seculares 299.
legio 445.
legittima, privilegia 162. 208. 218.
linguatus, disertus 308.
loquella, verbum 469.
lumen, vir praeclarus 235.
maiestatis reus 153. 178. 231.
maiestativus 279.
maior domus ecclesiae, advocatus 173.
maiores regni 279. 299—301. 320. 348. 477.
mango, simoniacus 334.
mango, manganum, tormentum bellicum 319.
marcha 162. 173. 233. 283. 320. 460.
marchionissa 289.
marcisa, marchio 55.
martio, marchio 565.
matta, teges, storea monachica 558.
meliores regni 277. 301.
milicia Christi 27. 28.
milicia 121. 199. 217. 228. 250. 309. 324. 350.
militiae cingulum 201.
militare sacramentum 233.
militaria signa 234.
militaris ordo 342.
milites, vasalli 120. 122. 128. 177. 181. 183. 201. 204. 206. 207. 215. 216. 222. 227. 230. 236. 237. 243. 245. 247. 249. 250. 254. 269. 276. 294. 298. 301. 317. 337. 383. 436. 437. 440. 441. 448. 449.
minores, nobiles inferioris conditionis 122. 249. 312. 320.
modernitas 277.
modernus 459.
momentaneus 278.
monitrix 304.
montana, mons 468.
morio, stultus 296.
musitatio 165. 228.
neumatizare, cantica notis musicis excipere 268.
nominabilis 316.
nudipedalia, nudis pedibus ambulatio 168.
nugigerulus, nugator 297.
obsequialis, obsequiosus 284. 296.
obsequiani, auxiliares 54.
observabilis, observandus 277.
obsolentia 277.
occidio, caedes 205.
optimates regni 277. 286. 287. 291. 303. 308. 310. et saepius.
palatium 177. 197. 210. 234. 237. 246.
pannus, vestis 62.
papilio, tentorium 441.
parakenumenus, *parascenumenus* 53.
paramentum, ornamentum 457.
parroechia 461.
parroechialis 461.
patria, provincia 282. 295. 367.
patrocissa, principissa 57.
pauperculus 50.
pausare, a seculi laboribus requiescere 190.
philosophus 12. 192. 267. 459.
pigritari, pigrari 167.
pira, rogus 449.
poenitudo 208.
pondo, libra, marca 183.
ponticellus, pons 474.
praedium i. q. allodium 120. 174. 178. 235. 325. 334. 336. 374.
praefectura 304. 471. 477.
praefectus 304. 471. 477.
previterium 472.
primas 186. 188.
primates regni 276. 286. 287. 291. 292. 295. 307. 308. 351. 352.
primatus 155. 156.
primores 122. 133. 157. 212. *primicerius*, primus 300. 304. 312.
princes, princeps 50.
principatus 180. 183. 245.
principes regni 124. 128. 129. 131. 171. 172. 197. 209. 210. 223. 224. 229. 233. 246—249. 256—258. 270. 272. 276. 286. 289. 291. 337. 383. 433. 437. 447.
provinciales 205. 209. 243.
psiathius, storea monachorum 303.
purulentia 274.
quadruvium 451.
quoquina, culina 439.
rasera, mensura annonae, Gallis *rasière* 16.
refrigerium 558.
regnum, provincia 227.
rependium, remuneratio 298.
returnare, redire 320.
rocca, rupes, praesidium 480.
rota porfiretica 474. cf. Mon. Legg. II, 188. annot. 11.
rustici 227. 312. 340. 341. 453.
satisfactio, absolutio 244.
scabini 32.
scutarius 272.
secretarium, sacristia 172.
secretarius 332.
secutrix 303.
sella gestatoria 267.
senator, nobilis vir secularis 281. 292.
senatorius ordo 292.
senioratus 24.
sermocinium 279.
servire serviliter 194.
servitium, redditus 167. 237. 259.
silvescere 277.
simoniaca heresis 128. 186. 220—222. 260. 274. 275. 277. 278. 283. 431.
sinaxis matutina 268.
sinaxis vespertinalis, vesperae 163. 231.
siticulosus 295.
sollemnizare, celebrare 448.
sonium, mora 462.
sophista 192.
spiculator 243.
stipendia facere 207.
stolus, classis 60. 61.
stratigo, *stratico* 53.
strator 463.
strenna, strepa 59.
stropha, dolus, fraus 216.
subministerialis regni 322.
subtemen, interula 169.
suda, vallum, castrum 55.
suffragari, abstinere 314.
surditiosus, surdus 300.
susum, sursum 449.
symmista 121.
territorium 122.
theatrum 236.
theloneum 473.
theutonizare, teutonice significare, sonare 319.
titulus, monumentum sepulcrale 209.
tragedia 236. 242.
transgressor 221.
trapezi, ὁ τῆς τραπέζης 53.
treuga, *treuwa* 62. 434. 435. 440. 449.
ulca 479.
uxoratus 273.
vacanter 267.
valentia, robur 302.
varium, variae pelles, pellis muris Pont. Gallis *vair gris* 50.
vectigal 194.
vestati, *vesti*, βέστης, dignitas palat. Const. 56.
vicedomnus, oeconomus eccl. 171.
villa, *villula* 178. 179. 207. 244.
voluntativus, voluntarius 303.
werra, *guerra*, bellum 437. 465.
ypapanti, festum purificationis S. Mariae 287.

CORRIGENDA.

Pag. 10. 7. *l.* Wolframmus. — 16. 14. *l.* successit. — 21. 3. *dele* **Brugis.** 4. *lege* Vir Ad[m] Rev[s] Vandeputte abbas. Gandavi 1841. 4°. — 25. 55. *l.* Sig. Hasnoniensis, Afll. — 32. 57. *l.* commission. — 41. 54. *l.* Wirtembergensi. — 83. 29. *l.* Euthicen. — 98. 52. *l.* Karolus. — 104. 6. *l.* facta'[1]. — 105. 52. *l.* heremi. — 147. 25. *l.* quamvis hic nunc. — 162. 30.

l. legitima *ut alibi.* — 179.22. *l.* arborum. — 181.39. *l.* sacrosancta. — 187.5. *l.* incursionibus. — 276.21. *l.* expeditione. — 334.12. *l.* Babenbergensem. — 335.8. *l.* Sigefridus. — 347.13. *l.* recordetur. — 349.21. *l.* Babenbergensi. — 362.6. *l.* Michi. — 366.43. *l.* nichil. — 367.36. *l.* Sigefridus. — 368.35. *l.* Sigefridus. — 370.36. *l.* Iac. 4. — 590. *sub v.* Robertus com. Niv. *l.* 33.

ADDENDA.

Pag. 10.7. *Anni* 1123. 1147. 1160. *in codice alia manu subiiciuntur.* — 52.3 sqq. Versio Itala Tomo I. SS. a Pellicia editorum: Raccolta de varie Croniche prodiit, Nicolao Agnello Paccae auctori adtributa. — 79. a. 356. *adde notam:* Orosius VII. 27. legit: Iulianus Rheno Germanos revinxit. — 98 sqq. *Codicis* 5. *lectiones nonnullas addere licet, quibus cum codd.* 4. *et* 4b. *consentit: pag.* 98. *not.* *1—7, 10. *p.* 99. *not.* *2. (*sed anno* 759. *adscribenda*) 3. 4. *p.* 100. *n.* *2—4. *p.* 101. *n.* *2. T. m. *Aquis palacio* factus est et m. s. e. *3. (4. Egino Constantiensis ep. obiit.) *p.* 102. *. *p.* 104. * III. Non. Maii. hora ante nonam (= 4b). *p.* 105. *1—3. *p.* 106. 1. 2. (*a.* 869.) *p.* 107. 1 Wormatium f. i. c. *A.* 883. *in margine:* Peticione Harmouti Bernhardus abbas efficitur. *p.* 111. *1) Gentes Pannonice, quas Ungarios dicimus, Italiam depopulantur *et* Ungarii — occiduntur. *p.* 117. *1. 2. *p.* 119. *1. *p.* 122. *2. 3. 4. *p.* 123. *1. Elifdrud quae et Cunigunt regina. 2. 3. 1039. 1040. *duae expeditiones Bohemicae contrahuntur.* 1042. Heinricus quoque rex ulturus sui iniuriam Pannoniam cum exercitu in autumno ingressus, magnam provincie partem vastavit, duas populosissimas civitates evertit *etc.* 1045. Reginolt. *1. in custodiam Kibichinstein relegatur. *2. (Adalbertum). 1045. *post* suscepit 28. *haec inseruntur:* VII. Terremotus factus est 4. Kal. Iulii hora quasi secunda. Item terremotus magnus factus est hora quasi sexta 5. Kal. Sept. quos statim maxima mortalitas hominum longe lateque subsecuta est. Gotefridus dux *etc.* *Annos siquidem Heinrici ita computat, ut* I *a.* 1039. *pag.* 123. 19. II. *a.* 1041. 40. III. *a.* 1042. 7. IIII. *a.* 1043. 4. V. *a.* 1044. 33. VI. 38. VII. *a.* 1045. 28. VIII. *a.* 1046. *p.* 126. 4. VIIII. *a.* 1047. *p.* 127. 15. X. *a.* 1048. *p.* 128. 11. XI. *a.* 1049. 42. XII. *a.* 1050. 22. XIII. *a.* 1051. *p.* 130. 3. XIIII. *a.* 1052. *p.* 131. 33. XV. *a.* 1053. 29. *in margine notet.* (1047. *in fine* Cuius — tradidit *desunt ut in* 4b.) — 152. 3. *l.* Hic laudanda erat versio annalium Lamberti Theutonica a viro amico b. m. Ferdinando de Bucholtz, ferventissimo instituti nostri fautore, instituta; prodiit sub titulo Lambertus von Aschaffenburg Geschichten der Deutschen nebst Bruchstücken aus andern Chroniken und einer Einleitung zur Kenntniß des deutschen Mittelalters und Kaiserthums. Frankfurt a. M. 1819. in 8vo. — 330. 15. *Samia littera est Y; in margine Persius Sat.* 3, 56. *et Auson. Idyll.* 12, 9. *laudandi sunt; v. Forcellini Lexic. sub voce* Pythagoras.

HANNOVERAE . DIE . XXI . SEPTEMBRIS.
ANNI . MDCCCXXXXIIII . TYPIS . CVLEMANNORVM.